

FRANCISCI 126672
S. A N C H E Z 124087
DOCTORIS MEDICI,
ET IN ACADEMIA
Tolosana Professoris Regij,
OPERA MEDICA.



HIS IVNCTI SVNT TRACTATVS
quidam Philosophici non insubtiles.



TOLOSAE TECTOSAGVM,
Apud PETRVM Bosc.

M. DC. XXXVI.

Dout^r Ressignet

S A M I C
P O C E S O R I
E T I N A C A D M I V
O P E R A M E D I C I

A D D U C T I O N E
D I C T O S A C M
D I C T O S A C M

200.000



ÆTERNÆ DEFVNCTI

PARENTIS MEMORIÆ,
ultimo & aeterno defungentes pietatis officio
Dionysius & Guillielmus Sanchez me-
morandum ponunt seculis immor-
talibus monumentum.

PIIS Patris Manibus, quod ab ipsius manibus emanauit opus, vovemus. Ille sic scripsit dum viueret quasi secum defuturum, istud sic prodit eo mortuo quasi nunquam periturum; ut quibus modis ille innumeris penè mortalibus vitam quam non contulit, saltem protulit, ij'dem istud ipsius nomini immortale nomen paret. Alienam sane & inexpeditam authoris mercedem, cui animo fuit inueteratam potius à Medicina bene curando fraudem propulsare, quam sibi nouam ab ea laudem bene scribendo comparare. Qaod norunt vtique ij quibus ab eo hoc opus prælo tradi adhuc in viuis agente postulantibus negatum est, Medicinæ potius Professorem, quam scriptorem se esse

dicente. Quod ipse detractauit, lubéter obimus,
indignum rati adeò parui momenti Patris no-
men apud nos esse , vt quod tantis lucubratio-
nibus perfecerat , lucem non videret , & quod
tot experimentis comprobatum habuerat, nulli
per eum experiri liceret, rectamque viam quam
non tam labore licet indefesso , fessus, quām
annis proficientibus deficiens monstratam co-
gnouerat, cognoscere fas non esset. Nobis tan-
tum non viuimus, posteris etiam debemus vt
viuamus cùm non viuimus : & quo pacto otio
torpentis vita sepulchrum est hominis viuentis,
sic de litterario studio bene meriti exitus, per-
petuis est sibimet succendentis & reuiuiscentis
introitus. Quam vitam (gloriā scilicet illam
ex plurium assensione venientem) sic contem-
psit, vt n̄iſi muneris & officij sui obeundi ne-
cessitas imperasset, nihil litteris mandasset, sibi
non alijs ediscere contentus , eò gloriā dignior
quò ei fuit infensor. Sed ex quo primū in
hac celeberrima Tolosanorum Academia ad li-
beralium Artium Cathedram postulatus , &
postmodum ad Medicinæ cœteris secum am-
bientibus est prælatus , publicæ vtilitati deser-
uiendo ita vacauit, vt suæ valetudini párum im-
pertiendo multa negarit. Iam non vt priuatus
quilibet res suas agit, sed tanquam bono publi-

co natus, quæ sunt publica curat. Illis præest do-
cendo, his prodest medendo, nec minus illis
prodest quam his præest, omnibusque ita præsto
est, ut nec illis multitudo ægrotantium vel ho-
ram docendo præscriptam subtraxerit, nec his
officium scholæ necessarium vel minimum me-
delam distulerit. Alterutri tantum occupatum
dices. Sic docuit, nec nocuit. Sic expertus est,
nec deceptus est. Sic processit, & prosperè cessit.
Habes igitur hoc voluminé quo erudiaris, &
quod profitearis; nec timeas eo modo erudiri
quo ille non timuit experiri, nec eius exemplo
profiteri quæ multi ab eo voluerunt edoceri.
Prægustauit quæcumque probauit, nec nisi pro-
bata posteris donauit: quæ si beneuole, vt do-
nata decet, receperis, fiet vt non solum te rece-
pisse non poëniteat, sed vt plura te non posse re-
cipere pingeat. Debuimus etiam inuiti publicum
hoc sanitatis tuendæ documentum publicæ vti-
litati non recusare, tum quia quasi sibi debitum
publica vindicabat iustitia, veluti iam non pro-
prium sed alienum esset quod in publicis scho-
lis votis publicis concrepatibus personuerat, &
totum ex hinc impleuerat orbem; tum vt quæ-
dam exemplaria quorundam incuria, forte iniuria,
infinitis ferme erroribus scatentia manibus Me-
diorum trita nativo illucescerent nitore. Cùm

enim interdocendum alius partem operis, alius
aliam diuersis temporibus recitatam descripsis-
set, non tam selectis quām promiscue collectis
scriptis, informe quid aborsum potiūs quām ef-
formatum est, nullo aut rerum, aut dispositionis.
secundūm mentem authoris seruato ordine, quo
factum est ut non solūm non necessarium, sed
prorsus inutile videretur. Cui incommodo vt
obuiam iremus, néve vnde laudis occasione de-
bebat clarescere; inde inscitiae improperio tabe-
sceret, Paterni genij & ingenij posthumum hoc
& è cineribus erutum opus, inutilium verborū
abundantiā non laborans, sed multifariam re-
mediorum copiā redundans, nec solūm mendis
quæ penes manuscripta erant purgatum, sed va-
rijs quæ illis deerant notis ab authore recens lo-
cupletatum, & iustâ serie redactum, non alterius
quām ipsiusmet authoris præsidio emittimus,
ideoque eum initio operis præmittimus, nec tu-
tiūs eum quām sibimet committimus, obloquē-
tium venenatos aculeos deridentem, qui nouit
etiam mortifero veneno vitale remedium appri-
me adaptare. His spretis, se solo fretus in arenā
descendit, non tam dimicandi quām emicandi
animo; nec amicorum ope tumidus, nec inimi-
corum operā timidus. Illis non debet quod ha-
bet, sine quibus est, quod est: istis non habet

quod debetur, quibus non esse deberetur. A nullo petit, à nullo petatur. Is est qui externis & mutuatis coloribus oneretur potius quàm ornetur, & qui naturalibus & propriis viribus malit serpere, quàm emendicatis suffragiis se extollere. Nec nos fugit non deesse qui tabellam votiuam, quæ quasi commeatus gratiâ initio operis præponitur, suspiciant, coëtera ne aspiciat quidem, parum quin despiciant: illis certe nec suspicere non appositam, nec vt puto despicere opus non contemnendum, licebit. Vobis autem gratissimum erit, qui nullius autoritate moti, res pro vt sunt pensatis, quique non addicti iurare in verba magistri, sed cuncta ex æquo iudicantes, vera vnde cumque proueniant, probatis. Vos veritatem inquirentes inquirit veritas, & rectam rationem medendi insectantes recta ratio insequitur, quam persequēdo, non vnico sed pluribus experimentis confirmatam, septuagenarius senex tandem apprehendit. Vos eius laboris fructu diu perfruimini, & seminis ab eo iacti messem metite.

D E



Hanc tabulam spectans dubius quæsuit Apollo
Effigies Nati num foret ista sui.

Mafse f.

Q V I D?

D E



DE OFFICIO MEDICI. SIVE DE VITA CLARISSIMI VIRI

Domini FRANCISCI SANCHEZ, quam in exemplum omnibus Medicis futuram, Raymundus De lassus, eius olim discipulus seruato veritatis sacramento candidè exarauit.

NON ubi prognatus, sed ut moratus quisque sit Apol. I.
spectandū inquit disertissimus Apuleius: nam patriæ commendatione ineptè satisfit ei qui vitā re-
quirit. Bracara Lusitaniae urbs insignis natales
nostro præbuit Professori, plus alumni sui ingenio
quam muris suis aut opulentia æstimanda, ne quid de patriæ genio
contendam, sapientibus & insipientibus communi, Iuuenalis de
Democrito, Cuius prudentia monstrat

Magnos posse viros, & magna exempla daturos Satyr.
Veruecum in patria, crassoque sub aëre nasci. 10.

Patrem habuit Antonium primæ notæ Medicum, quo ex incerta
occasione cōmigrante Burdigalam, ibidem defixis penatibus disci-
plinis liberalibus altus est, ut plus Gallico caelo debeat quā Hispano.
Puberatatem egressus, & studio peregrinandi perculsus, ingressus est
primam fortunæ aleam, imitando primæuos illos Medicinæ proceres
Hippocratē, Galenū & sequaces ipsorum Alexandrū Trallianum,
& Paulum Aeginetam cuius operi medico hi sunt iambi præfixi,

Pauli laborem nosce me qui plurimas,
Inuisit orbis terras, Ægina satus.

Ita enim Graeca interpretantur. Sic vir magnarum verum capax, & nobilioris indolis ad obseruandum quæ natalium vel sedium suarum natura non tulerat, Romæ tandem consedit, quam per aliquod tempus incoluit, sed diurniore ibi ciuem inuidere fata, quem Tolosæ urbi morborum feracissimæ ob Circij & Austri ventorum luctam perpetuam, Medicum reseruabant. Galliam itaque Narbonensem prius ante decursam reuersus est, factusque familiares præstanis doctori Huchero libris editis celebri, & Medicinæ Cancellario Montpelij, (de qua urbe illud non sine gloria promulgandum subit, ut olim Hippocratis tempestate in Cho, Gnido, & Rhodo, sic in eo oppido à pluribus saeculis suam docendi sedem artem nostram salutarem fixisse successu felicissimo.) Nec diu evolci moratus, Cathedram Medicæ professionis obtinuit, vix adolescentiae terminos asecutus etatis scilicet annorum viginti quatuor, quibus suis præcox ingenium, cui magis curæ erat esse quam videri, & veram doctrinæ viam sequi, demirantibus. Sed eâ Cathedrâ frui diutius infanda pro Religione bella, & ciuilis Erynnis illum non passa sunt, nam solum breviter ventere coegerunt, ut feliciori sorte, & quasi diuite damno Tolosæ reponeret: ubi studijs suis, & salutiferis muneribus euasit clarissimus, sed longe splendidius nomen sibi comparauit relicto perenni hoc operis 1.2. Phi- Medici monumento. Factus est ergo immortalis, ut merito cōmen-
tolog. dem elogio, & semel extollam, vel ut implorem verba Marcianni herba illâ coronatus, cui nomen æiwov, sub æterni viroris ænigmate, hausto immortalitatis poculo quod ipsi Philologia artium & scientiarum pavens, vel nutrix religiosus propinanuit.

Verùm dimissis verbalibus undis, opera preium fuerit eius studia & qualis in ipsis prodierit omnium saeculorum memorie cognare. In primis igitur selectâ, licet paucâ, librorum supellectile contentus, difficultates omnes meditando rupit, sciens nec molem nec quantitatem librorum multifaciendam esse ex Callimacho apud

Atheneum, Magnum librum magno malo parem habentem. Deinde dicente. Hoc studendi seu meditandi genere suscepimus nulli ph. labori pepercit, ut inde corporis habitum, & temperamentum siccius contraxisse putem. Quale temperamentum ut sagacitati commodum probat Plato in Timaeo, ita Galenus non parum vivacitati detrahere demonstrat; quod licet alibi cœlestibus intelligentijs & syderibus assimile, longæ uitati officere patet ex eo quod humidum primigenium caloris vivifici sedes, quo copiosus & magis tenax (quod idem est ac penitus insitum) simul cum calore diurniore vitam propaget. Quod non ignorabat meus præceptor, sed illi hac mercede periculum placuit; nimirum bono animi prælato, corporis sivevitæ fælicitatem, quam vulgus diurnitate metitur, neglexit. Neque multifecit evagiar, sed avy in Enpar Heracliti autoritate celebrem, quod ea siccitas ingenio debeatur, quamvis inimica corpori, quod astra in Physiognomicis Aristoteles inter ingeniosi signa recensens ex Cœntrō.

Primus in studio litterario labor eiusdem in Mathematis eni- tuit in quibus quid profecerit, maius non suppetit argumentum, quam eae obiectiones & epistolæ super Geometricas Euclidis demonstrationes, quæ ad se primum excogitata, ad Clavum soluenda transmisit: fuit autem Clavius Geometrarum rarum suo tempore decus, quibus Clavius satisfacere nütur per honorificā responsione, sed frustra ut idem Sanchez existimat, qui eas difficultates molitur in Theonem primarium Euclidis interpretem: & quæ in medijs schedis repertæ dum medica ipsius rāquam sparsa Sybillæ folia congererentur, iunctæ fuissent medicis, nisi institutum operis reputaret. De gloria & necessitate Mathematum Plato tradit ea ad 7. de Rep. Dei Optimi Maximi notitiam nos ducere: at quæ scientia illuſtrior quam Deum nosse, & alibi dēr. à ei recutitur, non raro ad ciuilem vitam Mathemata necessaria profuetur. Sed præstai Galenum audiens has disciplinas frequenter celebrantem. Testis mihi Deus,

10. de inquit, me non h̄c mod̄, verūm in multis horum com-
vſup. c. mentariorum locis, nonnullas demonstrationes reli-
14.

quisse, aut Astronomiæ, aut Geometriæ, aut Musicæ, aut
alterius cuiusdā Logicæ speculationes, ne Medici meos
libros auerſarentur. Quæ scabies & incitiae porrigo maiorem
studiorum partē infecit, quæstuofas tanūm artes, & ob noſtancias
infames, vel vanas sub nomine Philosophiaæ quæſtiones euenitāt̄,

Orat. 21. l. i. c. 18. non ēyku'ndia uadīgata quæ ad virtutem conferre probat Maxi-
mus Tyrius, cūm eii am Quintilianus in institutionibus oratorij,
erudit⁹ Geometriæ pulueris oratorem inexpertum non probet. Quid
de alijs disciplinis dicendum, quæ sine summa pernicie & veritatis
piaculo nequeant Geometriā & Mathematiis carere.

in ludo dagium excitauerat apud Senecam, facili⁹ inter Philosophos
Neron. quam inter horologia conueniet: quæ diſſenſio vel ſeditio
Philophorum veritatē in compedibus & equaleo torqueſtum
ſectæ Pyrrhoniorum occaſionem dederat, in qua ſe conieciſſet Gal-
lenus, quod de ſe ipſo teſtatur libro de libris proprijs, ni certitudo
Mathematum & Geometricæ demonstrationes quibus à pueritia
imbutus erat, ab hac effreni in omnibus ambiguitate pepuliffent.
C. 14. In quam ſimiſi ratione propendit meus doctoř, quod teſtaū voluit
libro edito cui titulus Quod nihil ſcitur, cūm videret pene om-
nes in coniecturis & veriſimilibus ſeſe excruiciantes, & ſe magis
dubijs innectere, quam extricare. Cūmque tria ſcientiarum prima
præfat. genera ſupponat Ptolemeus post Aristotelem, Theologicum, Physi-
l. magn. cōſtruct. cum, & Mathematicum, ad quæ cetera reducuntur: Theologiæ
incompreheſiſtias, Physicæ naturæ fluxus & inconstantia pene
eis doctriñæ infulas vel insignia deturbarunt: ſola eſt Mathematica
quam certam & infaſibilem ſcientiam declarat & agnoscit
Ptolemeus, reliquas verdeſſe potius coniecturas quam ſcientias.

Non eo tamen Pyrrhoniorum more dubitandi vel potius cauſi-

landi æstu abreptum Professorem nostrum credendum est, præser-
tim in rebus diuinis & sensuum fide, sed hæsisse solum in rebus in-
certis & ad ἐποχὴν Pyrrhoniam recurrisse, vel suspendisse iudi-
cium in his quæ in fugacibus coniecturis ebulliant. Cuius ex Luncti-
no Astronomo & scriptore illustri non prætermittendum occurrit
exemplum. Apparuerat horrendns Cometa anno millesimo quingé-
tesimo septuagesimo septimo, iam Astrologi tristia portendebant, iam
excussi horoscopij & erecta cœli Themata, sed ad præsagia accin-
ctos irrisisse Sanchez libello carmine edito, tradit Lunctinus qui ip-
sum Tolosanum Medicum & Philosophum insignem vocat: ratio-
nes non adducit quibus hæc futura Δυστιλέσματa explosit, nisi quod
figuris usum commemorat, quod ostendit non iniuria & temere ea
damnasse. Nam alieni operis se censorem exhibuit, impulsus sacro
veritatis amore, nec plus suis quam aliorum operibus detulit, pro-
prijs enim non pepercit, omnibus siquidem tractatibus in umbilico
vel extremo apice notam illam Quid? ceu obeliscum affixit.

Eo veritatis ferebatur amore, quem toties Medicis Galenus in-
culcat, ut cum vir prudentissimus & perspicacissimus grauia inter
medendum errata aduerteret, plerumque ob Medicorum quorundam
pecunijs inhabantium socordiam, vel propter vilissimum erga sepla-
starios famulatum, siue lucri captandi, siue impiam aliâ occasione su-
ceptum, saepius professus fu senectute iam præcipiti se libentius
malle veterum ritu proprijs vel seruorum manibus officia medica
exequi, quam his artis Medicæ vel potius Libitinæ ministris, tam
turpiter assentari, aut eorum iniurias & prava facinora perpeti,
nietas ingrauesces obstat. Eo enim ambitionis & maleficij pro-
necti sunt, vi præterquam quod Medici personam agunt, nomine
solum suppresso, honori, commodis, & experimentis Medicorum
aduersantur, quod parum esset sitans iniurijs & calumnijs siue
dissendijs Medici subiacerent soli, & nisi de communi & publica
salute ageretur, quæ causa cu attingat omnes nihil deesse videtur

tom. 2.
in calē-
dario.

ad hostes Reipublicæ, sed in primis Medicinæ denunciando.

Priscum illud medicum munus quod iampridem stulte abrogatum evanuit, nimirū à paucis sacerulis apud nos, vel in primis Europæ locis, (seruat enim ritum veterem Africa, Asia, & patentissimæ aliae mundi oræ) idē frequenter impleuit. Hic ritus veros olim non fucatos artifices humanae sanitatis pepererat, quorum experientia ars adoleuit: nunc enormi loquacitate contenti, velut pestilentii quodam fidere solent & sanos & agros adflare, communis pernicie, Anatomica nemo suā manu exercet: At Sanchez cuius in Anatomicis administrationibus doctrina satis liquet ex eo compendio, quod ex Galeni & Vesalij operibus collegit, nihil antiqui exercitiū reliquit intactum, dum secreto conclavi (nam palam fieri popularis error verbabat) defuncta Nosocomij Tolosani cui Medicus per triginta & amplius annos fuit p̄fectus, corpora dissecaret. Non latebat eum veteres Philosophos disciplinæ gratiâ idem factitasse, Aristotelem, Theophrastum, Eudemum, & alios præstites Philosophiæ professores. Eo studio ardente Democritum admiratus est Hippocrates quem plebs insanire putabat, cuius curandæ insaniae causâ eum acciuerant, sed ipse eo magis obstupuit, & commendatum ob insignem prudentiam reliquit Abderiis, ut ipse testis est epistola ad Damagetum.

Summum aliud & præsentaneum medentis officium quo meus Praceptor excelluit fuit diligentia, quâ sola ægris succurrunt, & ab orci fauibus eripiuntur. Que enim semel inuisendi & præscribendi remedia ægris salutes potest subesse securitas, in tam variabilis symptomatum lubricitate? Profecto ut in quovis negotio, sic longe magis in arte medica certum illud, quæcumque labore improbo superari: quare nihil ægra curando esse negligendum, quod capitale erratum Glaucias Medicus expertus est, quod suspicio expiisse tradit Arrianus septimo de expedit. Alexandri: eum enim mortuo Hephaestione, quandoquidem eius curam gerebat.

Glaucias, interemit Alexander & nō satis iusta & dura, quanquam
hic tam in amicos quam inimicos atroci, & præstantium virorum
interfectori, ignominia & pœna debuit sufficisse.

Sed primum & ultimum munerum est pietas Medica qua emi-
cuit in pauperes, ut eius graciæ diuinas quibus abundabat amplis-
simas, sibi à Deo cōcessas sapientia & prædicaret sine tactantia, quod esse
in eos præcipue, ut in omnes beneficus, æmulus prisci illius Medicis
Ausonij qui de se in Epicedio filio suo parentalia celebrante,

Obtuli opem cunctis poscentibus artis inemptæ,

Officiūmque meum cum pietate fuit.

Criminis enim avaritiae immunē fuisse possum non dubia fide obte-
stari quod grauiter iniunctū omnibus universim medicis in iurein-
rando legimus apud Hippocratem. Præterea miram eius in Deum Epist. ad
deuotionem, quem tanquam bonorum omnium fontem perpetuum
seruum restitutæ sanitatis auihorem iudicauit, non possum quin re-
colam. Nullus enim periurijs metus inuoluet collaudantem, vi sint
prorsus vecordes qui in tantum detrahunt Medicis, vi ambiguos
& ancipites in Dei cognitione putent. Probai & commendat Deū
Ethnicus author Galenus libris de usupartium ex mirabili usu,
proportione, & structura membrorum humani corporis, Arabes,
Graci: sed in primis author noster vider agnoscit, laudat, & sup-
pliciter adorat. Cui encomio Σέρωχος adiunxit in fine cuiuslibet
tractatus, non quidem collatam, quantumvis illa sit illustris, sed
iuxta Prophetici oris effatum Στο τεῦ ἡγεμονίαν πάσην αἰχματί Luc. I.
ὅπιστοντες οὐ μεγάλεῖαι δυνάτος.

Tandem virum mors rapuit vitâ dignissimum, septuagenarium
vel paulo plus, qua ætate obiisse Galenum author est Suidas, quā- in lite-
nis duplo plus vita concedat Rhodiginus libro trigesimo antiquarū 2.c. 12.
lectionum, sed derogat eius authoritati & assertioni quod iunior
neminem veterum alleget. Quicquid sit, hunc esse vita humanae
terminum præter confirmationem sacram Davidis, statuit Solon Psal. 88.

apud Laertium in eius vita δέ τις αὐτοῖς οὐδεὶς εἶπεν
quare non vana opinione moueor eum solā senectute defecisse, sive
hamidi primigenij à calore natiuo exhaustu, cuius deperditionem
primum in stomacho passus est, languescentie & tandem fracta &
abolita facultate retenurice stomachi, extremā verò inappetentiā
succedente, quæ ipsum ad vivacitatis ultima perduxit, ut durare
diutius non potuerit, quantumuis calidis fomentis obitum retarda-
ret. Quorum usu Oribasius insignis Iuliani Imperatoris Archiatere
in vita Chrysanthij Philosophi vix præ senectute spirantis, vitam propa-
Chry-
santhij. gasse traditur ab Eunapio, & Democritus mellis & panis calentis
olfactu, sed evincendo rhegas, inquit is author: sic noster oppressus
obiit ætate, similique obitu finem fecit quo Pythagoram desuisse
referunt ipsius vitæ scriptores, nullo per quadraginta dies alimento
assumpcio, ut inedia solā faticere coactus sit, sed fato dissimili, ille
θριξως, hic pie & Christiane reddidit spiritū, postquam viginti-
quinque annis Artium Cathedram, Medicinæ verò un-
decim rexisset. Et hos tibi mi Sanchez:

Purpureos spargam flores animamque sepulchro,
His saltem accumulem donis:

Dum à te in hoc vitalis stadij decursu tanquam discipulus non solū
doctrinæ, sed & sincerae virtutis lampada præferendam exposco.
Μόνω σόφω θεῷ δόξα, καὶ μεγαλοσύνη χριστῷ, & ἔξοδα τῆς τῆς αἰώνας
πάντων εὔσεβων. Auius.

PRO O E M I V M



FRANCISCI SANCHEZ
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA
Professoris Regij.

DE MORBIS INTERNIS,
LIBRI TRES.

PRO O E M I V M .

SCRIPSERVNT multi priscorum, multique recentiorum libros de cognoscendis, curandisque omnibus corporis morbis, Græci, Arabes, Latini, nostrates. Quorum omnium labor valde probandus est, non tamen ab omnibus probatur. Sed alij ob prolixitatem, alij ob breuitatem, propter obscuritatem nonnulli, quidam denique ob rudem barbariem damnantur: & in aliquibus etiam verborum affectata delectio, in alijs methodi defectus improbantur. Hæc est humana miseria, omnes omnibus placere cupiunt,

A

nemo tamen id obtinet. Nos verò non huius solliciti , nec auram captantes popularem , nec alicuius laborem increpantes , aut gloriæ alterius inuidentes, nec melius quid audentes sperantésve,hoc opus suscipimus , sed vt muneri nostro satisfaciamus. Propterea quoque authorum nominibus parcemus. Ergo legendi omnes , ab omnibúsque suauiores flosculi decerpendi , quò nobis parata semper sit ad morborum curationem ampla supellex,vberque seges. Et quia vita breuis est,ars verò longa nimis , ne multos in hoc opere insumamus annos legendo,placet quidem quæstiones omnes, quæ ad cognitionem,essentiam aut deffinitionem, prognosimque morborum spectant , dimittere , sólumque in curatione laborare , quantum longa experientia hactenus nobis compertum est , quaque arte & quibus remedijs ætas nostra regiisque nostra morbos oppugnare soleat , fidè referendo. Totum verò opus in tres diuisimus libros , in primo capit is & colli , in secundo thoracis , in tertio ventris inferioris affectiones persequentes.



3

FRANCISCI SANCHEZ,
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA
Professoris Regij.

DE MORBIS INTERNIS,
LIBRI TRES.

LIBER I.

DE CAPITIS DOLORE.

CAPUT I.

DOLOR capitis vehemens (ad leuem enim non vocatur medicus) aut totum occupat caput diciturque Cephalea si dia duret acerbissimumque sit, & ex leui caufa excitetur, exaspereturque, aut Cephalalgia, si non adeo premat, aut medium tantum partem secundum longitudinem vocaturque hemicranea, aut latitudinem, aut partem aliquam paruam circumscriptamque: & aut internus est, aut externus: aut per idiopathiam, aut per sympathiam: aut continuus, aut certis interuallis repetens: aut pungens, distendens, pulsatorius, grauans. Causae sunt aut externae, aut internae. Externae seu procatharticae sunt casus, ictus, morsus, labor, calor, frigus: Internae antecedentes via rum, cibus aut medicamentum forte, aut

De morbis internis

venenum, aut vapor, aut fumus, aut sanguis, aut aliis humor, aut venenata qualitas, curæ, vigiliæ, animi pathemata. Immediatæ verò aut conti-nentes, intemperies, aut continui solutio. Intemperies autem aut sim-plex, aut composita, & aut cum materia, aut sine ea. Sed rara est sine mate-ria intemperies, quæ dolorem parit, frequentissima verò solutio continui, quæ & ipsa materiam sequitur, non solum in capitibus doloribus, sed aliarum etiam partium. Denique intemperies hæc aliquando nativa est, aliquando acquisititia. Externum indicat tactus, ad quem dolent: ut contrâ inter-num, quòd tacti non magis dolent. Proprium, quòd constans sit, neque ali-qua ex subiectis partibus affecta sit, nec febris adsit: per sympathiam, quòd varietur, & ab aliqua ex infernis partibus male habita pendeat, quæ vt pluri-mum est ventriculus, aliquando vterus, aut febris adsit: quandoque etiam vermes id efficiunt. A ventriculo autem pendere ostendit oris amaritudo, morsus ad ventriculum, nausea, cardia-gnos, vomitus biliosi. Hic enim hu-mor maximè dolores excitat vehementes. Ab vtero verò, suppressi men-ses motusque eiusdem inconditi. Vermium signa ex loco proprio hauries: Quemadmodum etiam ab alio humore excitati doloris notas; & à causa ex-terna, ex egri & aliorum relatu. Venenatam auram, aut qualitatem, inter quas venerea lues censenda est, atrocissimi sequuntur dolores & pertinacissi-mi. Sunt & alias doloris in capite occultæ causæ, quas nullis signis depre-hendere liceat certò, vt vermis, scorpio, sideratio interna, abscessus; nisi cum aliquibus dicas, ab his pendentem dolorem paruo spatio cir-cumscribi.

Prognosticum hoc est vnum cum alijs commune, inueteratum dolorem vix tolli posse: & si tollatur, maius aliquando sequi malum, maxime si na-tiuam sequatur intemperiem. Eius autem sublatio consistit in causæ su-blatione, aut symptomatis mitigatione, aut sensus stupefactione. Primum verò variè obtinemus pro varia causa. Secundum anodinis. Tertium & ultimum in aliorum desperatione, narcoticis. Ergo simplici intem-pe-riei, simplex, & composita compositæ opponenda. Ei verò quæ cum materia coniuncta est, euacuatio debetur. Quæ denique venenata est, alexipharmaco proprio oppugnanda: & omnino semper contrarijs obsi-stendum.

Calida, & calida sicca sine materia sic curatur.

24. Albumina ouorum 4. per se agitata, aut cum modica aqua rosacea, admo-ue fronti, cum linteis aut alteri dolenti parti capitibus prius derasa.

24. Olei ros. loti aqua ros. bis aut ter. 3. ij. acetii ros. 3. ss. agitata diu & fiat ut supra.

Adidem & eodem modo applicitæ deseruiunt aquæ, & magis, succi, laetucæ, endiuæ, cucurb. cucum. portul. semperui. ros. omphacium, etiam infringidata puteo, aut niue, imò & putealis, aut niualis aquæ. Tandem ceratum infringid. Gal. rosatum Mel. & vng. Populneum.

Frigida contrâ & frigida humida intemperies absque materia tollitur vino meraco per se, aut cui incoixerint mentha, serpill. thym. maiora.

stoech. origa. rosmari. pulegi. saluia. melisso phyl. ruta. aneth. fœnic. Olea autem Chamæmel. aneth. sambuci. iasmin. costin. rutac. aut ex his mixta vt.

U. Olei 3. vj. vini absinthi. aut decocti superiorum 3. ij. coquuntur simul donec evanescat vinum, & fiat potus ut supra.

Major autem labor est vbi cum materia conjuncta est intemperies. Atque hanc tollere oportet clysteribus, phlebotomia, catharticis potionibus, præparantibus, catapotis, cucurbitulis, frictionibus, ligaturis, haemorrhagias, sanguis fugis seu hirudinibus, arteriotomia, phœnigmis, errhinis, masticatorijs, & denique vbi non cedit malum, aut venenata & cœca est causa, narcoticis, ferro, igne. Atque his sic vtendum.

In urgenti & pertinaci dolore, modò vires constent, etiam si adsit cœchymia, quæ magis purgationem, quam sanguinis missionem postulat, tamen subiecto prius enemate, & dato minorante pharmaco, postridie aperienda vena Cephalica, mediana, aut basilica brachij dextri vniuersaliter, aut sinistri, si pars capititis sinistra doleat, extrahendusque sanguis ad vnc. 4. 5. 6. communiter, magis minusù pro robore ægroti, & magnitudine doloris. Quod si non possit dolorem ferre, eodem die post redditum clysterem largius detrahendus sanguis, deinde purgandum. Clyster sic paratur communis.

U. Malua pariet. mercurial. achanti, & violar. An. M. j. Prunor. par. vj. Furfur. macri in lig. bord. ros. An. P. j. Coque s. a. In eol. lib. j. ss. dissolue Cassia cum sacc. 3. ij. aut pro pauperibus, Cassia cum melle aut Diaprun. s. tantundem. Olei 3. ij. fiat Clyster.

Si febris adsit, adjiciantur laetitia, portulaca, endi. violæ, semina frigida, oleum ros. viol. Catholicon.

Quod si feb. non sit, in materia frigida.

U. Malua, mercurial. pariet. salvia, maiora. calam. pulegi. mentasti. An. M. j. Caricar. & pruno. An. Par. vj. Seminis fœnic. & cuminis. agrest. An. 3. ss. Floris anethi, chamameli, melilo. An. P. j. fiat coctio. In col. lib. j. dissolue Hiera pic. Gal. aut Benedic. lax. & mell. anthos. An. 3. j. aut in robustioribus & magno dolore, Hiera Logadion tantundem, olei Chamamel. & aneth. An. 3. j. ss. salis. 3. j. aut ij. fiat Clyster, detur ante, aut longè à cibo.

Sequenti die præfente febre aut in materia biliosa detur sequens bolus.

U. Pulpa Cassia recenter à canna extracta & Cathol. An. 3. j. cum sacc. fiat bolus, quem capiat duabus horis ante prandium. aut.

U. Pulpa Cassia 3. j. Pulu. Rhab. 3. j. sacc. q. s. fiat Bolus ut supra. aut.

U. Rhab. electi infusi aqua end. & expressi 3. j. Cathol. & syr. ros. sol. An. 3. j. decocti buglo. endi. bord. & violar. q. s. Misce. fiat Potio danda tribus horis ante cibum.

Sequentibus verò diebus fiat sequens apozema.

U. Rad. gram. & rufi. An. 3. j. Cichor. & buglo. integrar. endi. borrag. acerosa, beton. & agrimon. An. M. j. Polypod. & passul. mund. An. 3. ij. sem. cucum. & melon. mund. An. 3. ij. Flor. 3. Cord. An. P. j. Coquuntur

De morbis internis

s. a. in col. lib. 1. dissolute Rhab. infusi in parte decocti & expressi. 3. ij. syr. de succo endi. s. & viol. An. 3. ij. Misce fiat Apoz. clar. & aromatiz. 3. j. puln. Dia margari. frig. p. 3. dos. mat.

Addit ultima dosi, eleet. de succo res. 3. ij. aut.

24. Massa Pilularum Cochiar. ant aurea. aut de Agar. 3. j. Malaxa. syr. de stoecha. & forma pil. 7. deauratas, quas capiat finitis apoz. post leuem cœnam & primum somnum, super dormiendo.

Si his non cedat affectio reiterandæ sunt eadem pilulæ, aut aliæ fortiores, vt lucis maio. Indæ, aut de Hermodaëtilis, si parentur, bis in mense: atque interim fiant masticatoria hoc modo in frigida causa; vix enim calida adeo longos dolores parit.

25. Agar. troch. turbith, mastich. & zingib. An. 3. j. subebarum 3. ij. Pyreth. 3. j. terantur omnia crassiusculè, & inuoluatur puluis linteo rariori, & fiant noduli, de quibus mandat unum singulis matutinis post purgationes, ante omnem cibum, semper expundo.

Fiant etiam errhina hoc modo.

26. Succi anagallidis, & betæ. An. 3. ij. succi absinth. & maiorana infusa vino alb. An. 3. j. vini alb. 3. 4. Misce, & attrahat parum naribus mane, ieunè. Possunt etiam fieri suffumigia, sinapismi, emplastra que in frigidacausa. Cucuphas enim non probamus, quia vapores cohibent, inbibunt, & caput iterum humectant. fient autem suffitus & sinapismi ex salvia &c. emplastra vero sic 26. &c.

Interim possunt fieri frictiones scapularum, brachiorum applicari que ijsdem scapulis cucurb. primùm leues, deinde cum scarificatione. Quod si adhuc morbus perseveret, applicentur hirudines parti dolenti, & permittantur fugere quantum satis sit: vel si id non sufficiat, potest admoueri cucurbitula oblonga stricti oris vna aut plures cū scarificatu leuiori. Quod si nec id iuuet, potest applicari causticum ex capitello Guidonis aut posticæ colli parti ad radices capillorum, aut ad finem musculi Deltridis in alterutro brachio, è regione scilicet dolentis lateris. His denique non iuantibus accedendum est ad narcotica, sed id cum iudicio & timore agendum est, & à minimis inchoandum. Ergo primum folia Hyosciami sub cineribus coquenda, contundenda & admouenda cum oleo rosa. ad formam cataplasmatis, & si dolor videatur à frigida causa pendere. Eodem modo vti possumus folijs papaueris, & mandragoræ; deinde etiam fructus ipsi vtriusque plantæ adhibendi cum oleis chamæmeli, anethi. Denique ad succum papaueris meconium aut opium dissolutum vino, aut oleo aneth. rutaceo, perueniendum est. Quod si nec omnia hæc profint, veniendum est ad ferrum primò, deinde ad ignem. Ergo si arteriotomia securè exerceri potest, in contraria parte adhibenda. Sed desit hoc remedij genus nostro tempore usurpari, alias olim vulgatissimum, aut propter incuriam, aut propter Chirurgorum timorem. Si itaque hoc non possit fecetur vena frontis, aut fiat paracentesis, supra locum dolentem, diuisa nouacula cute & pericranio usque ad os, leviter tamen ne illud saucietur, & adhibita etiam

cucurbitula stricti oris, quæ virus trahat. Quod si nec ita cesseret dolor, ampliandum primum vulnus, aut aliud decuslatim, aut ad angulum rectum cum primo faciendum, discooperiendumque craneum, ut videre liberè possimus, an carie excusum illud sit, aut aliter corruptum: quo casu aut radendum, aut candenti cauterio corrigenda est noxa, ea moderatione quæ alibi docetur. Quod autem quidam de potentiali caustico inurendo consuluerunt, plenum esse temeritatis ostendit ille, cui post applicitum tale cauterium, & consecutam mortem, inuentum est totum craneum meninges, cerebrumque sphacelatum à caustici vi. Æquè periculosum est cerebrum trepano aut modiolo aperire, quod quidam suadere ausi sunt: quāuis id tolerabilius sit. Atq; hęc sufficiant de dolore capitis per idiopathiā. Qui verò per sympathiam fit, tollitur curata parte à qua originem trahit: vt si à ventriculo, eo expurgato clysteribus, bolo, potionē ex Rheo, absinth. myrobalanis, Catholico, Diaphœnico & similibus, vt dictum est: cauendo à vomitu, nisi in ebrietate, veneno, aut vbi natura per hanc partem viam affectat. Vomitus enim per se caput replet, eiūsque dolorem auget. Denique à quacumque parte procedat malum, huic prouidendum proprijs remedijs, de quibus in cuiusque affectu dicetur. Quod si à vaporibus tentetur caput, vt in febribus, profundū cucurbitulę ſcapius affixę ſcapulis, clysteres, infrigidantia propomata, noctu p̄cipue exhibita, quia tunc magis vrgere folet dolor vt.

24. Aqua Endi. & Lact. An 3.ij. syr. viol. 3.j. fiat Iulep pro una dosi, detur hora. somni. Aut.

24. Aqua Lact. portul. & buglo. An 3.ij. ss. syr. de succo endi. aut acetosae, aut limonum in ardentioribus 3. j. ss. Misce. Aut.

24. Lact. exal. viol. An. P. j. se. melo. mund. 3. ij. coque. col. 3. 4. adde syr. end. compos. 3. j. aut si vigilie sint moleſte, syr. de Nenuphare, viol. & de papau. An. 3. ss.

Ad idem etiam confert oxirrhodi suprà descriptum. Frontale item hoc modo paratum.

24. Ros. & viol. An. P. j. sem. lact. & melo. An. 3. ij. Pulu. Diattrion. Santal. 3. j. & si velis somnum aliquo modo conciliare, sem. papau. albitanum, cum gosiō & serico rub. fiat frontale intersutum, quod irroratum aqua ros. admoueatur fronti hora somni. Sed iam de capitis dolore satis.

DE VERTIGINE.

C A P . I I .

ΔΙΝΟΣ Græcis, latinis vertigo symptoma est, quo omnia in girum verti videntur. Quod si præter id tenebræ oculis offundantur, Σκοτόδινος affectio dicitur & νυκταρπη. Sed fere vtrumque simul contingit. Duæ eius sunt species, per idiopathiam, aut sympathiam. Illius causa peculiaris est cerebri calidior intemperies, spirituumque subinde fervor, te-

nuitasque, & humorum crassorum, flatuumque copia. Huius verò, ventriculi præcipue impuritas, quandoque etiam inedia, & deinde aliarum partium affectiones. Vtriusque denique communes, rotantium rerum asperitus, aut corporis ipsius longa circumrotatio, prava victus ratio, animi pathemata, cacoehymia, & tandem cerebri debilitas.

Signa primæ sunt mali perseverentia, capitis dolor, mala eiusdem conformatio, & quod nulla ex subjectis partibus affecta videatur. Contraria sunt secundæ, & quod corpus male sit habitum. Frequentior est hæc secunda.

Vtraque periculosa est si sœpe repeatat. Sed præcipue prima in senibus, ut fere omnes morbi, incurabilis. Epilepsia prænuncia est, & ipsa parua epilepsia dicta. Phrenitidem quoque, Maniamque minatur. Curatio primaria consistit in his. Bona victus ratio in primis requiritur, non solùm in hoc, verùm in omni alio morbo; qualis est versatio, aut decubitus in aere libero, puro, cibi euchiini vt carnes perdicum, pullorum, capi, phasianorum, & vbi vires constabunt, hædorum, & vituli, item & coturnicum, turtarum, columbarum, aut palumbum omnium tenerorū, auicularum montanarum, piscium saxatilium, ouorum recentium sorbilium. Panis fit silagineus optimè pinsitus, fermentatus, modice salsus, bene coetus. Potus in febre & calida intemperie fit aqua electa leuis, omnisque coloris, saporis, & odoris expers, fluialis, aut fontana, parum cocta, & sub dio noctu posita. Si febris non adfit, vinum oligophoron giluum; quibus omnibus parcè vti debet; quiescere, dormire, ventrem singulis diebus exonerare: animique pathemata vitare quantum fieri possit. Atque hæc semel dicta sint. Priuatim vero vertiginoso fugienda sunt omnia quæ spiritus agitare possunt, saltatio, choreæ, ludus paruæ pilæ, asperitus currentium, aut circumactorum, fluuiorum, vorticum, equitatio, nauigatio, aurigatio, fumus, fumosaque, vt caules, cepæ, porrum, allia, nasturtium, sinapi, raphanus, leguminæ, porcina, bubula, caseus, castaneæ, vinum meracius, aut generofum, recens, acidum, vapidum, euandrumque, ira, incror, venus, sol. Vsurpanda contra iuseula ex lactuca, oxali, endi. vtraque, buglo, borrag, portul. si morbus sit à feruido spiritu: fin verò, à crassis humoribus, petrosel. hyssopo, foenic. thymo, fatureia, maiora. Hæc de vietu. Remedia vero primaria vertiginis à feruido spiritu aut calida intemperie sunt frequentes clysteres infrigidantes, venæ sectio, cucurbitulæ, apozemata infrigidantia, litus, frontalia, odorata poma aut orbes, & leuia quædam cathartica. Fiat ergo primo clyster.

U. Malua althea, lact. borrag. & pariet. An. M. j. Furfur. in lig. bord. & ros. An. P. j. Prunorum acido. Par. x. Coque s. a. In col. lib. j. ss. dissolue Cassia cum sacc. & mellis ros. aut viol. An. Z. j. olei ros. aut viol. Z. iiij fiat clyster: detur longe à cibo.

Sequenti die detur bolus hic.

U. Pulpa Cassiae recenter à canna extracta & Z. j. Cathol Z. ss. sacc. q. s. fiat Bolus, detur hora una ante prandium. Sequenti die mitatur sanguis de Cephatica

lica aut mediana &c. Deinde.

U. Endi. utriusque, oxal. & buglo. cum rad. *An. M. j.* Hord. mund. & passul. contus. Florum ros. viol. & borrag. *An. P. j.* sem. melo. mund. 3. ij. fiat coctio s. a. In col. lib. j. dissolute Syr. viol. aut de succo endi. 3. iiiij. Misce fiat. Julep. clarum & aromati. 3. j. pulu: elect. Diatrichion Santal. pro 3. dos. mat.

Quod si aliqua in corpore subesse impuritas putetur, vt fere semper subest (quod enim est corpus adeo excrementis vacuum, vt leue catharticum non admittat?) tale potest finitis Iulapijs imperari medicamentum.

U. Pulpa prunorum 3. B. Tamarindo. 3. ij. Florum. 3. cord. *An. P. j.* Endi. *M. j.* fiat coctio s. a. De col. cape 3. 4. in quibus dissolute Cathol. & Syr. ros. sol. *An. 3. j.* fiat potio: detur mane. Repetaturque bis in mense.

Postridie, si dolor perseveret, applicentur cucurb. scapulis cum scarificatione aut etiam occipitio, & fiat talis illitus fronti hora somni.

U. Olei ros. 3. ij. Viol. 3. j. vng. Populnei 3. ss. Misce. Aut.

U. Olei omphac. 3. iiiij. succi portul. 3. ij. Coque ad consumptionem succi: tunc adde cera parum fiat linimentum. Frontale quoque sic fiat.

U. Florum Nymphae & ros. *An. 3. j.* Santal. Rub. & sem. Coriand. *An. 3. ss. sem.* portul. 3. ij. Innuolue eotto & tenui lino, aut serico rub. & fac frontale intersutum admonendum fronti hora semni.

Pomum vero aut orbiculus odoratus sic fieri.

U. Ros. Florum viol. borrag. & Nymphae. *An. 3. ss.* Santal. citr. & Rub. *An. 3. j.* Ladani. elect. 3. ss. Zebeta. 3. j. Moschi gra. iiiij. Styrac. calami. & Belzoini. *An. 3. ij.* fiat ex omnibus pomum secundum artem, quod gestet appensum collo, & olfaciat spæ.

Fiant quoque frequentes scapularum, & interscapulij frictiones, maxime vero manæ.

Quod si nec his cedat malum, applicandum erit causticum ceruici, vt antea dictum est; aut, si hic nolit æger, brachio.

Si verò nec hoc pacto sedetur affectio, parua superest salutis spes.

Eius autem, quæ per sympathiam fit, curatio pendet à curatione partis affectæ; quæ cum vt plurimum sit ventriculus bilioso infectus succo ijs, de quibus suprà, iuuabitur remedis, atque sequenti pharmaco, quod habet.

U. Rhab. electi 3. iiij. Infunde in decocto endi. hor. ros. & passul. mund. Col. fortiter expressæ adde Cathol. & Syr. ros. sol. *An. 3. j.* Elect. de succo ros. 3. ij. cum codem decocto fiat Potio. Absinthites vinum multum hic valet.

Quod si multa in inferioribus partibus sit cachochimia, obstructio, flatus & crassi humores, peragenda res est his quæ dicta sunt in dolore capitis à frigida causa, & quæ dicentur in Paralysi.

Quæ autem ab inedia suscitatur, parum durat, parui est momenti, & cibo facile curatur.

Omnibus denique prodest vorare à cibo quæ fumos ad caput ferri prohibent, ut sunt pýra, & cythonia condita, aut cythoniorum caro, aut citrij, aut cortex cucurb. aut lactucæ stolones, aut rosa rubræ omnia condita saccharo: aut saltem panis exsiccati ad ignem frustum, nil postea superbibendo.

DE PHRENITIDE.

C A P. III.

PHRENITIS est Erisipelas, aut Phlegmon meningum, cerebri aut painborum, cui comes est febris continua, & delirium indefinens. Paraphrenitis, aut paraphrosine, est leue delirium ex interuallis repetens à vaporibus ab infernis ascendentibus & mentem turbantibus in febriū incrementis. Melancholia & Mania est delirium sine febre.

Phrenitidis causa externa est sol, labor, vinum, ira, cibi & medicamenta calidiora. Interna biliosus sanguis nimius cerebrum & meningas obtinens.

Eam indicant febris ardens, amentia perpetua, linguæ nigredo, & asperitas, sitis, dentium siccitas, & circa eos lentores quidam, inquietudo, jačatio, malarum & oculorum rubedo, horūmque toruus, & quādoque fixus, quandoque mobilis aspectus, lachrymæ inuoluntarię, maximus frontis & faciei calor, suspiria & magnę inspirationes ex longis interuallis facte, vigilię, curę & studium præcipue in prudentioribus, aut risus liberiōres & insueti, festucarum collectio, & floccorum reuulsio, stragulorūmque, pulsus lāguidi, tenues & vibrati, vrinæ tenues albæque.

Progn. lethalis morbus est, præcipue si cum studio fiat.

Curatur vietu frigido & humido, clysteribus, venæsectione, catharticis, apparantibus, cucurbitulis, somniferis, epithematis, frontalibus, frictionibus, imbrochis, ablutionibus.

Collocetur ergo æger in modica luce, loco tranquillo, parum loquatur, parum audiat, nihil ingratum, non videat varia, aut mobilia, sit perflatum cubiculum aspersumque ramis viridibus salicis, achori vulga. aut spatanæ dictæ, vitis, populi, rosa, viola, frigidaque sèpe irrigatum. Cibus sit iuscum ex pullo cum oxalide, lact. endi. cucurbitula, cucumere, buglos. borrag. portul. eiusdem pulli caro aut aliorum ante dictorum cum omphac. succo aurei mali, aut citrij, aut limonis; vtatur ad placitum malo granato, conserua ros. viol. cucurb. lact. stolonum, & carnis citrij, ribes aut berberis, acidisque prunis ad solem exsiccatis, deinde cocta & saccaro aspersis. Potest etiam comedere endiuam aut lactucam calenti aqua tabefactas, deinde conditas, cum aceto & saccharo. Potus sit aqua decoctionis hord. integ. aut, si hæc non placeat, aqua cocta & nocturno aeri exposita; qua potest abundanter satiari.

Extra pastus vero poterit ei adijci syr. Capill. ven. viol. limon. acetos. f. de agrest. acetos. citrij, de ribes, de oxal.

Remedia verò sic habent,

U. Malua, althea, viol. Lact. portul. An. M. j. Hord. & ros. An. P. j. se. Lact. 3. j. Coque s. a. Col. lib. j. ss. adde mellis viol. & Diaprun. s. An. 3. j. Olei ros. 3. ij. fiat clyster: detur ante omnia.

Eo rejecto, si malum valde premat, dum adhuc sanguis est in motu, neque pedem fixit, detrahantur per cephalicam aut medianam dextram, nisi latus sinistrum capit is magis doleat, eius 3. iiiij. aut quinque pro viribus ægroti. si minus, sequenti die detur leue catharticum, quod habet.

U. Decocti oxal. Lact. Hord. & viol. 3. 4. in quibus dissolute Cathol. & Syr. ros. sol. An. 3. j. Elect. de succo ros. 3. iiij. Misce fiat Potio, detur mane tribus horis ante cibum potiusque non superdormiendo.

Postridie, nisi pridie secta fuerit vena, fecetur ut dictum est; & quamuis secta fuerit, si malum perseveret, & vires ferant, aperiatur alterius brachij cephalica aut mediana, educanturque sang. 3. iiij. Quod si aut ferre non possit, aut nolit, applicentur cucurbit. scapulis cum scarificatione. Interim apparandi sunt humores tali Iulapio.

U. Endi. oxal. Lact. An. M. j. Hord. ros. & viola. An. P. j. se. portul. 3. ij. fiat coctio s. a. In col. lib. 1. dissolute Syr. de endi. s. & viol. An. 3. ij. aut sacc. 3. 4. fiat Iulep clarific. pro 3. dos. mat. aut.

U. Aqua endi. & Buglo. An. 3. ij. Syr. de limoni. & acetosa. An. 3. j. Misce fiat Iulep. pro una dosi repetenda per duos dies sequentes.

Interea singulis diebus dandus est praescriptus clyster, aut aliud ut hic.

U. Decocti Malua, viol. Furfuris, ros. & sem. citrulli lb. 1. ss. Mell. mercurial. & Cathol. pro diutibus An. 3. j. Olei viol. 3. ij. Misce.

Absolutis iulapijs, & cocta materia, ante septimum potest dari sequens potio ad tollendam causam antecedentem.

U. Prunorum par. 4. Tamarindo. 3. j. Endi. & Buglo. cum rad. An. M. j. Florum 3. cord. An. P. j. fiat coctio. In col. parte infundo Rhab. electi. 3. 4. Col. expressioni adde Cathol. 3. j. Syr. ros sol. 3. j. ss. & si difficile moueatur ager, Indi maio. 3. ij. cum residuo decocti fiat potio.

Quod si valde vrgeat feb. vtatur seq. epith.

U. Aqua Endi. Lact. portul. & ros. An. 3. iiij. vini gilni 3. ij. aut acet. ros 3. ss. Pulu. elect. Diamargari. frig. & Diatrion santal. An. 3. ij. Misce, fiat Epith. applicandum cordi longe à cibo.

U. Cerati santal. Mes. loti aqua Lact. bis, aut ter 3. 4. Pulu. Absinth. 3. ij. Olei ros. q. s. Misce fiat vng. applicandum hepati hora somni.

U. Olei ros. 3. ij. Olei viol. 3. j. Aceti ros. parnum. Agita din &

cam linteis admove fronti & temporibus hora somni. si vero non dormiat.

2. Aqua Lact. & Portul. An. 3 iij. Syr viol. de Nymphaea, & de papau. An. 3. ss. Misce fiat Iulep. capiat uno haustu hora somni. Hoc mihi ad conciliandum somnum satis esse videtur. Hyoschiamus enim, solanum, mandragora, opium denique & opiate omnia mibi suspecta sunt.

Frontale ex his non improbo, quod sic fiat.

2. Foliorum Hyoschia. M. j. aut solani, aut mandragore tantumdem. Coque parum sub cineribus, & inuoluta linteo admove fronti. Aut.

2. Florum Nymphae & viol. An. 3. j. sem. papau. alb. & opij An. 3. ss. Inuolue goffipio & serico rub. aut tenui lino, & irrorata aqua ros. admove fronti. vel fiat sacculus, addendo pulu. Diamargari. frig. 3. ij. qui sacculus appendatur collo, & frequenter odoretur. Aut.

2. Folio. Lact. & portul. An. M. j. solani. M. ss. sem. cucum. & melon. contus. An. 3. ss. sem. papau. alb. 3. j. ros. viol. & florum Nymphae. An. P. j. fiat coctio in aqua & pauculo vino, de qua fiat imbrocha super suturam coronalem abrasis prius capillis, ealide, hora somni.

Eodem etiam decocto cum maiori simplicium copia & sine vino possunt ablui pedes & irrigari satis longuo tempore.

Frictiones etiam fieri possunt scapularum, brachiorum, coxarum, tibiarumque; & ligatura digitorum manuum pedumque.

Quod si valde deliret ægrotus, nec contineri placide possit, latis fascijs constringendus est, lectoque alligandus, omnique arte demulcendus ut pareat. Omnes enim ferè alimenti defectu pereunt. Et si prædictis non cedat affectus, desperata res est. Quamuis neoterici quidam excogitauerint post hæc omnia pullum gallinaceum, aut columbinum, aut catulum per medium viua dissecta natuóque calore tepentia aut pulmonem arietinum brechmati prius derafo applicare: quibus etiam alij inspergunt ita dissectis pulueres aliquos rqs. viol. 3. santalo. & aliorum. Quo in remedij genere ego nul- lum unquam auxilium expertus sum. Atque hæc de primaria phreni- tide satis.

Paraphrosini verò leuioribus ex dictis remedij sedatur, clysteribus, cucurbi, frictionibus, oxirrhodino, frontalibus, ablutionibus, imbrochis.

D E L E T H A R G O.

C A P. IV.

CONTRARIUS phrenitidi lethargus est, tumor à materia frigida putrente in meningibus aut substantia cerebri, aut vtroque cum febre continua. Ab hoc differt Coma, seu Cathaphora, quod licet in his, vt in lethargo, semper in somnum deferatur æger, in his tamen solùm pituita multa irrigatur cerebrum, nec adeo difficultis est affectio, atque in lethargo, & fiunt quandoque à solis vaporibus cerebrum occupantibus vt in malignarum febrium exacerbationibus. Est & sopor vigilans Agipnos coma Græc. cùm nec potest apertis oculis vigilare ægrotus, nec tamen dormit cum clausos semper habeat, fitque à pituitoso biliosoque humore simul in cerebro putrescentibus mixta affectio inter phrenitidem & lethargum. Non valde absimilis huic est Caros, in quo non dormit ægrotus, sed expers est omnis sensus, fitque à frigiditate & siccitate succedentibus febri acutæ aut ab iactu cerebri. Ab omnibus his differt Catoche seu Catalepsis, in qua rigidum ea figura qua occupatur corpus, detinetur toto accessionis tempore, fitque, vt nonnulli cogitant, à multa sanguinis copia vasa & cerebrum occupante, aut melancholico succo eadem inuadente. Atque hæc de his ita dicta sint: circa quæ omnia multa est inter authores controuersia.

Lethargi causa dicta est humor pituitosus nimius putrens in cerebro & meningibus, tumorēmque ibi efficiens. Notæ sunt somnus profundus, febris continua, sed mitis, obliuio, amentia, segnities & torpor, officatio & pandiculatio, sensuum omnium detentio, pulsus tardi, magni, & quandoque parui, vndosi, respiratio quoque languida.

Morbus est periculosus, & curatu difficultis, maximè verò in senibus: ubique multum & liquidum per aluum dejicitur parua salutis spes est. Hip. 3. de Morb. Curatur tenui viðtu, reuelentibus, & topicis resoluentibus. Ergo collocetur loco calido & lucido æger. Cibetur auiculis montanis, pane laudato, sed exsiccato, & cui anisum sit admixtum, & si iusculis vtendum sit, incoquantur mentha, hyssopus, fœnicul. thym. satureia, serpyllumque claudat pastum Cythonio condii. cui infixum sit cinnamo. caryophyl. aniso, aut coriandro conditis, aut crusta panis ad ignem exsiccatæ. Potus sit aqua cum modico cinnamo. cocta, singulis diebus aut balano, aut clystere aluus sollicitetur, fricitur, vellitetur, suscitetur omni arte.

U. Puln. Hierapic. Gal. 3. j. mellis q. s. fiat glans, adiecto tantulo sale, vel.

U. Fellis taurini, aut porcini 3. ij. salis gēma 3. j. mell. q. s. fiat balanus, aut si id non sufficiat.

L. Mercurial. Pariet. Beta, Calam. & Salvia vtriusque An. M. j. Absinth. Melissæ, & Centaurij min. cum flori. An. M. ls. Pruno. par. vj. Florum Chamæli, Anethi, Melilo. An. P. j. sem. Fœnic. & Cumini An. 3. ij. fiat coctio in col. lib. j. dissolue Hierapic. Gal. & elect. Indi. Maio. An. 3. j. Mel. Mercurial. 3. j. ss. olei Chamæli & Aneth. An. 3. ij. Misce fiat clyster, dandus manè.

Eo reddito, si morbus vrgeat, & vires ferant, mittatur sang. de cephalica aut mediana dexra ad 3. iij. sin minus capiat sequenti die tale med.

L. Diaphœn. & elect. Indi. maior. An. 3. ij. Cathol. & Syr. ros. sol. An. 3. j. decocti Absinth. Stœcha. Passul. & Anisiq. s. fiat potio, aut

L. Turbit. & Agar. Troch. An. 3. j. Cinnam. Macis & Spica nard. An. gra. iij. infundantur per noctem in decoct. Beton. florum Rorismar. liquir. & sem. Fœnic. col. expressa adde Diacart. 3. ls. Syr. ros. sol. & mell. anthos. an. 3. j. cum eodem decocto fiat potio. A qua sequenti die mittatur sang. si pridie factum non fuit: aut si id ferre non posit, applicentur cucurb. scapulis cum scarificatione; deinde etiam occipitio, si morbus perseveret. Tunc appareintur humores tali decocto.

L. Rad. graminis 3. ij. folio. Beton. Iua Arth. agrimo. Scabio. adiantbi, Salvia mino. & hyssopi An. M. j. Absinth. florum Stœcha. & Rorismar. Thymi, Epith. & Maiora. An. P. j. Polypod. & passul. mūd. An. 3. ij. Agar. Trochi. & Liquir. An. 3. vj. sem. Anisi & Fœnic. An. 3. j. fiat coctio s. a. in col. lib. j. dissolue Syr. Bizant. & Oximel. s. An. 3. ij. Misce fiat Apoz. clarum & aromatiz. 3. j. pulu. Diarrhod. Abba. pro. 3. dos. manè.

Addo ultimæ dosi, Diaphœnic. & Diacart. si parum fluat aliis, An. 3. ij. fiat potio. Interim utatur hoc Syr.

L. Syr. de Hyssopo, de Stœcha. & Oximel. S. aut si valde vrgeat somnus, Squillitici An. 3. ij misce, & capiat cochlear. j. s̄ape. Aut.

L. Aque Scabio & Beton. An. 3. ij. Syr. de Stœcha. & Oximel. Squillit. An. 3. j. Confeit. de Hiacinth. & Mithridat. aut Aurea Alexandr. An. 3. ls. Misce fiat potus, quo utatur longè à cibo, & noctu.

L. Mithrid. Theriace, & Aurea Alex. An. 3. j. ss. Misce, & inde s̄ape in os.

L. Hyssopi, Origa. Calam. Costi Salvia, Melissæ, & Tymbra. An. M. j. Coquantur in aceto, & calidum decoctum admoueatur naribus, aut in ignitum saxum, aut laterem, aut batillum superfusum subijciatur eiusdem. Ad eundem usum.

L. Asse, Færi. Galba. Ammonia. & Castor. An. 3. ij. Malaxentur a ceto acerrimo, & inuoluātur nodulo detriti lini, qui applicetur naribus. Interim fricentur & vinciantur strictè extrema, auellātur capilli, trahantur aures, percutiatürque si opus fuerit, & narrentur quæ possint somnum excutere. Quod si nec sic expergefiat.

L. Pulu. ellebori alb. 3. j. Euphorb. 3. ss. misceantur & insufletur paru

in narres longè à cibo. Quòd si eo remedio sternutamenta nimis cieantur, & ægrum male diuexent, hauriat aquam ros. aut lact. aut portul. naribus, aut etiam lac.

Si nec hoc modo exfuscitetur, laudant aliqui imbrochas, abrafo prius capite, ex oleis irino, aneth, rutaceo, super asperso pip. zingib. castoreo, (quod & bibendum dant) imò & sinapisimum ex sinapi aqua macerato, contuso & admoto. Quæ omnia ego non valde probo. Timendum enim est ne suo calore pituitam liqueat, & ad inferiora confertim deiciant, sequaturque, quod frequens satis est in his morbis, strangulatio, & suffocatio, Cattharum vocat vulgus nostrum. Atque hæc est lethargi curatio, ad quam reduci potest cognatarum affectionum hoc capite relatarum medela. Tantum hoc addere licet, in Catalepsi, quæ à sang. copia fit, largam sanguinis missione competere.

DE MEMORIA IMMINVTA aut abolita.

C A P. V.

SE Q V I T V R quandoque lethargum, quandoque pestem, quandoque etiam, sed raro, ardentes febres, aliquando capitis vulnera & ictus, memoriae diminutio, aut deperditio. Cui malo sic obsistendum. Si lethargum comitetur, aut sequatur, aut à frigida & humida causa pendeat, ut saepe pendet, ijsdem fere remedijs, quibus lethargus iuuatur, Clysteribus, frictionibus, cucurbitulis, potionibus, pilulis & reliquis. Priuatum tamen posticæ capitis parti in hac affectione, ut superiori & brechmati in lethargo, topica remedia adhibenda censem: quia putant eundem ordinem locumque in capite obtinere functiones has quem interfuerunt. Quod an verum sit, mihi haec tenus non constat. Hoc vero in curatione affectionis huius obseruandum, quod remedia calidiora tum intus tum extra applicari possunt, quam in lethargo, quia in memoriae diminutione febris non adeat. Ergo post purgationes, quæ maxime pilulis, etiam iteratis, peraguntur, plurimum iuuant Theriaca, Mithrida. & Aurea Alex. 3. j. aut ij. sumpta singulis matutinis, aut etiam in ingressu lecti per se, aut immixta consertis Hellenij, Achori, Anthos, florum Saluia, Cort. Citrij cond. Mirobala. cond. & Zingib. cond. additis pul. Diamosc. Diambra. Dianis. Diamarg. Cali. Lætitiae Gal. & conf. Alcherm. & de Hyacynt. hoc modo.

¶ Theria. antiquæ 3..j. capia: per se in exitu lecti, quatuor horis ante omnem cibum aut in ingressu lecti.

¶ Conser. florū Salvia, & Rorismar. An. 3..ij. Mirobala. Emblico. cōd.

& cort. Citrij cond. An. 3. i. Theriac. & Mithrid. antiquo. An. 3. s. confess. Alchermes, & de Hyacint. An. 3. i. Pulu. Diambra, & ros. nouel. An. 3. i. Syr. Conser. cort. Citrij. Q. S. Misce fiat Opiata, de qua epiat quantitatem parue castanea ut dictum est.

Conuenit etiam anisum aut siccum perse, aut saccharo incrustatum saepe mandere, nucibus conditis vti, & Cariophyll. nuce Moscha. Cinnam. Pipe. Capiti verò exterius admoueri possunt olea Chamæmel. Aneth. Ruta. Lauri. Costi. Sambuci. Zambaci. Nardi. de Piper. de Larter. additis Casthor. Euphor. Aqua vitæ. Quidam etiam confectionem Anacardinam probant, & febrem etiam ea excitari consulunt, quod quidam moderantes dicunt, ephemoram quidem prouocare bonum esse, continuam verò nequaquam: quasi iniectione nauis, aut domui, & segeti ignem facile sit vbi voles extinguere. Atque his satis consultum esse posse frigidæ & humidæ causæ imminutæ memorie videtur.

Quæ verò post pestes, aut longos & fortes morbos sequitur, nullo alio quam bona vietus ratione, & resumptiuia diæta opus habet: neque fornicatus adhibitis remedij mihi egere videtur.

D E A P O P L E X I A.

C A P . V I .

APoplexia est subita omnimodaque motus & sensus priuatio. Quo differt à Caro, Catalepsi, & alijs comatosis affectionibus, in quibus saltem manet respiratio libera; in apoplexia verò non. Duplex ea est, fortis, quæ breui certoque interficit: debilis, quæ tardius, neque necessariè, sed vt plurimum. Et cùm non interficit, *μωλυζει* aut *παραλυσι* infert, scilicet medij corporis resolutionem.

Eius cause sunt sanguinis maxima plethora calorem natuum vbique, sed præcipue in cerebro, suffocans; vt in athletis, aut cerebri quædam veluti inflammatio, aut multa pituitosi, aut melancholici humoris copia cerebrum eiisque ventriculos obruens, vt in obesis, senibus, hyeme, & austrina constitutione, aut etiam aquilonia: aut denique multi fumi, vaporēisque eosdem ventriculos opplentes, transitūque animalium spirituum ad corpus impedientes, vt in ebrijs, & ijs, qui fumo carbonium intra cubiculum incensorum extinguntur, aut vapore parietum recens calce incrusterum. Signa præsentis nulla alia sunt, quām cùm mortuo similis, stertensque longo tempore manet ægrotus, aut subito mortuus concidit. Futuræ verò cùm pituitosus & pinguis homo est, & toto corpore grauis, sed præcipue capite, quo & frequenter, & fortiter dolet, vertiginosus, veternosus, piger, qui frequenter & sine manifesta causa animo linquitur, & saepe tinnitus auriū aut in cerebro fortē audit sonitum.

Raro

Raro curantur leues apoplexiæ, & malo cum exitu, scilicet paralyseos. Fortes nunquam. Distinguntur autem grauitate respirationis, quæ difficilior est in diffciliiori.

Si quæ salutis spes est, sic agendum, concutieundus æger, agitandus, vocandus, stimulandus, fricandus asperiori linteo, vellicandus, liganda extrema, trahendi capilli, interim subdatur talis glans.

U. Pulu. Hieræ Logadion. D. ij. salis gemma 3. ss. Mel. Q. S. fiat suppositorium. Si id non sufficiat.

U. Mercurial. Pariet. anethi, Origa. Beton. Iua Art. Salvia, Beta, & Centaurij mino. cum flori. An. M. j. Rad. Cyclami. & Irid. An. 3. ij. florum Anethi, Chama. Sumita. Thymi, Fœnic. Maioran. & Serpilli. An. P. j. sem. Cumini, Carni, & ruta An. 3. iiij. Coque in Col. lib. j. ss. dissolute Indi. Maio. aut Hieræ Diacolochynti. aut Benedic. Lax. & mellis Mercurial. aut Diapr. C. An. 3. j. olei Anethi 3. iiij. Sal. 3. ij. Misce fiat clyst. Si fortiorem efficere vis, adde decoct. Turbith. Cucum. Agrest. Elleb. Colochynti. Si non admittat, vttere suppositorijs tum dicto, tum alijs ex pulu. Trochis. Albandal, Turbit, & reliquis nuper scriptis. Si adsit plethora, aperiatur cephalica aut basil. primū dextra, deinde etiam sinistra, fluatq; sanguis quantum satis esse videatur. Si id non sufficiat, aut fieri nequeat, applicentur cucurb. scapulis, deinde summæ ceruici, cum scarificatione. Venas maleoli, aut poplitis incidere non probo, vt nimis distantes: multò minus iugulares, aut hic cucurbitas affigere, vt periculosas: minimè omnium candentem sartaginem capiti admouere, vt crudele remediū, insolens, & nocuum, fundendo affatim humores. Fumum verò quantumcumq; medicatum, non solum in hoc, in quo suffocationis periculum imminet, verùm neq; in aliquo ex superioribus comatosis affectionibus, in quibus vt cumq; remanet spiratio, imperandum censeo. Potiones multifariam præscribi possunt, vt

U. Massæ Pilula. lucis Maio. aut de Hermodac. aut de Euphorb. ant. de Lapid. Lazul. 3. j. Trochis. Alhædal. gr. iiiij. dissolute aqua vita, aut Salu. aut Maior. aut Bet. aut Card. ben. aut Fœn. & da bibendū, si queat. Vel

U. Theriacæ media etatis, & Aurea Alexan. An. 3. ss. aut Mithrid. & Benedic. lax. An. 3. ij. Misce cum aqua Imperiali. Aut

U. Diaphœ. aut Indi. Maio. 3. vij. aut Hieræ Diacolochinti. 3. ss. Aut

U. Caftor. Piper. Nig. Nigell. sem. ruta, & pœonia fœni. An. 3. ij. infundantur per noctem in aqua vita. Col. fortiter expressæ adde Oximet. Squill. 3. j. succi Asari cum aqua Salvia extractt. 3. ij. Inijce in gulam cum Syphon. sternutatoria etiam erunt ex vſu, facta ex Pulu. Heleb. alb. Pip. Euphor. insufflati, aut inuoluti Oximet. Schill. & immissis in narres, aut in os addito etiam sinapi, Benedicta, Diaphœn. Errhina non video quomodo a semimortuo homine trahi possint, aut masticatoria mandi.

Dropaces & Sinapis mi possunt fieri, abrasis prius capillis, aut embrochæ hoc modo.

U. *Picis* *naual.* *oleo Laur.* *aut Frino*, *aut Cost.* *aut Rut.* *aut de Piperibus*, *aut Nucum*, *aut Aneth.* *dissoluta* $\frac{3}{4}$. Extende in linteo crasso, & admove calidè, remouéque prius quām refixerit, & denuo applica.

U. *Sinapi contusi* & *oleo de Castor.* *aut de Piperi.* *inuoluti ad formam* *Pultis* $\frac{3}{4}$. *ij.* *applica ut suprà.* Aut

U. *Sinapi* & *Caric.* *Ping.* *An.* $\frac{3}{4}$. *ij.* *cōtunde simul*, & *applica.* cū aliquo *ex dictis oleis*: *aut addito Sterco.* *Coluba.* *Taspia,* *cube.* *se.* *Nast.* *Vrtica,* *Rute.*

U. *Castor.* $\frac{3}{4}$. *ij.* *Piperis*, *Zing.* *Pyreth.* *An.* $\frac{3}{4}$. *j.* *olei Costini* & *vini* *An.* $\frac{3}{4}$ *iiij.* Coquantur lento igne ad consumptionem vini, & oleo focatur primum caput, deinde magmate obducatur.

Hæc porrò omnia fiant aut frequentius aut rariūs prout morbus magis aut minūs vrgebit.

DE PARALYSI.

C A P. VII.

A POPLEXIAM debiliorem sequitur, vbi euadere debet eger, Paralysis (Paraplegiam mauult vocare hanc Gal.) quæ est medij corporis resolutio, vbi motus præcipue, & quandoque etiam sensus perit. Quod quamvis alicui priuate parti accidat non tamen simpliciter paralysis dicitur, sed lingue, podicis, pedisque.

Omnium causa immediata est, sanguis aut tenuis pituita neruos imbuens laxantiq; aut crassa, eosdem infarciens, obstruens, & animali spiritui transitum impediens (bile enim & melancholiam id efficere posse non putamus) aut tumor, luxatio, aliquidue aliud comprimendo idem efficiens, aut denique frigida intemperies, aut continui solutio. Remotiores verò sunt Sol, Luna, vinum, Venus, nix, aqua, iectus, casus, vulnus, concussio, somnus à cibo, recens liti parietes.

Signis opus nō est, vt credamus paralysem esse, nisi quod nō mouetur pars. Ad causæ autem distinctionem multis opus habemus, & ad affectionum neruorum internotionem. Sed causas externas ægrotus indicabit, internas color faciei, & cuiusque intemperie & humoris notę, affectos denique neruos anatome.

Morbus est longus, curatu difficilis, & in aliquibus etiam incurabilis, vt in luxatione magna vertebrarum, atque etiam periculosus vbi affectum est cerebrum, aut superior pars spinalis medullę, propter impedimentum spirationem.

Curatio paraplegie, aut maioris corporis partis resolutę à tenti aut crassa pituita, consistit in tenui & exsiccatante diēta, frequentibus clysteribus, potionibus & apozem. & tandem pilulis primum leuiter purgantibus, deinde fortius, iisque omnibus sepe repetitis, apophlegmatismis errhinis, balneis, hypocaust, sudorificis decoctis, frictionibus, cucurb. li-

nimētis, vnguētis, emplastris, dropacib^o, sinapismis, phœnigmis, cauterio. Particularibus verò resolutionibus priuata sunt aliqua remedia. Viētus igitur sit. &c. Potus hydromel, &c. Detur ergo primò talis clyster.

U. Maluæ pariet. Origani. Calam. Beton. & Iua art. An. M. j. Florum centaur. Min. Stœcha. Salvia, & Rorismar. An. P. j. cort. Citrig sic. 3. ij. sem. Fœnic. & danci. An. 3. ss. Coque in col. lib. j. ss. dissolute mell. Mercurial. & Anthos. An. 3. ij. olei Aneth. 3. ij. Salis 3. ij. fiat clyster. seq. verò die.

U. Agar. Troch. recen. 3. j. Spica nard. gra. iiiij. Turbith. 3. ij. infun- de aqua Beton. col. expressa adde elect. Indi. Maio. 3. ss. Syrup. ros. sol. 3. j. ss. decocti Iua art. florum Stœcha. Anisi, Passul. & Liquir. Q. S. fiat potio, detur ex arte. Tunc,

U. Rad. Helenij & Acori vulga. An. 3. ss. Folio. Beton. Iua art. Agrimo. Chamedre. Salvia mino. Maio. Hyssopi, & Melissophyl. An. M. j. Senna ori. & Medulla sem. Cart. An. 3. ij. Agar. Troc. Turbith, & Liquir. An. 3. ss. Thymi, Epith. florum Stœcha. Salvia, & Rorismar. An. P. j. sem. Anisi. 3. ij. Coque S. A. in Col. quart. V. dissolute sace. 3. v. fiat Apoz. clarif. & Arem. 3. j. pulu. Elect. Arom. ros. pro 4. dos. mat.

U. Massa pilul. Cochiar. aut de Agar. aut Aurea. (quæ non recipiunt Mirobal.) 3. j. cum syr. de Stœcha. formentur pil. 6. quas capiat finitis superioribus apoz. ut artis est.

Pil. hæ debent repeti decimo quinto quoque die. Deinde post aliquot menses; si affectio non mitigetur, iterum fortioribus vtendum, vt

U. Melissa, Beton. Chamed. Chamaepyth. Salu. Rorismar. Costi, Rutæ, Calam. & Centaur. Mino. cum flor. An. M. j. Turbith, Rad. Irid. & Galan. Cras. An. 3. ss. Thymi, Serpilli, Sumita. Anethi, & Maior. An. P. j. sem. Fœnic. & Carni. An. 3. ss. Coque. in col. lib. j. ss. dissolute Hieræ Diacolochint. & Benedic. Lax. An. 3. j. olei Aneth. & Rut. An. 3. ij. fiat clyster sine sale, ut diutius immoretur. Deinde,

U. Agar. Troch. Turbith, & Liquir. An. 3. ij. Macis gra. iiiij. in-funde in decocto Iua art. Anthos, Anisi, & Passul. mund. in col. expressa dissolute Diaphœn. & Diaturbith Mes. An. 3. ij. Cathol. 3. vij. cum co-dem decocto fiat potio, detur seq. die ab enim. Tunc.

U. Rad. Galan. Cras. Helenij, & Cyperi. An. 3. j. Folio. Beton. Agrim. Iua art. Fœnic. Chamedre. Salvia min. Melissophyl. Maior. & Absinth. Pont. An. M. j. Sumita. Mentha, Hyssopi, Rorism. Serpylli, Thymi epith. Satureia. Flor. Stœcha. An. P. j. Polypod. & Senna ori. An. 3. ij. Agar. Troch. Medulla sem. Cart. & Liquir. An. 3. ss. Turbith. 3. ij. sem. Anisi & Fœnic. An. 3. j. ss. fiat coctio S. A. in col. lib. ss. dissolute mellis Anth. & Sacc. elect. An. 3. ij. Misce fiat apoz. clar. & arom. 3. j. pulu. elect. Dianthor aut arom. ros. pro 4. dos. mat. Tunc,

U. Massa pilul. Fortid. Maio. D. Mes. aut de Hermodac. aut de Eu-phorb. 3. j. Malaxa syr de Stœcha. & fac. pil. 6. quas capiat post apoz.

His peractis quiescendum est aliquot diebus, deinde balneandus æger balneis naturalibus sulphureis aut bituminosis. Quod si hæc non adfint, ducendus in hypocaustum per aliquot dies, aut laconicum domi instituendū, fricadūmque corpus primū leuiter, deinde fortius, applicadæ cucurbo. siccæ primū longè à parte affecta, deinde ipsi parti, inungenda dorsi spina, præcipue qua parte affecti egrediuntur nerui, aut ipsa affecta est, oleis primò leuioribus, vt Aneth. Irino, Lumbric. Lilio. Nucū deinde fortioribus Rut. Costino, de Piperi. de Lateri. de Spica, Laur. Petrol. Sulphur. de Euphor. addito Castor. Zingib. Pip. Pyreth. aut ex his oleis, quibus incoquantur Ruta, Thym. Sature. Serpil. Maiora. Coftus, Galang. Cubebæ, cum vino: aut denique vnguento Martiato, aut Aregon. hoc modo.

U. Olei Aneth. & Irini An. 3. iiiij. Misce & inunge dorſe Spinam à radice Capillorum calidè. Aut.

U. Olei Lucernarum 3. iiiij. olei Rutac. 3. ij. Sulphur. vini 3. j. Pyreth. 3. ij. Cera parum fiat vnguentum.

U. Olei Laur. & Cost. An. 3. iiij. Petrol. 3. ij. cera parum fiat ut suprà. Aut

U. Vng. Aregon. & Mariati. An. 3. iiij. Castorei 3. ss. olei de Late-ribus 3. iiiij. olei de Spica, & aqua vita. An. 3. ij. Misce. Aut

U. Olei Aneth. Irin. & rut. An. 3. iiij. vini lib. j. Mentha, nepeta, Asa-ri, Costi. Maiora. & Thymi. An. 3. ij. Coque ad consumptionē vini. col. & vere, addendo axung. Vipera, aut Gallina, aut anatis salita, & antiqua 3. ij.

Possunt etiam admoueri emplastra hoc modo

U. Massa empl. de Melilo. 3. iiiij. Malaxa. oleo Ir. & extende in alu- ea quadrata, admouéque Spina dorſi, qua parte præcipue affecta est.

Quod si neque hæc prosint, veniendum est ad sudorifica decocta, & tenuem victus rationem, vt

U. Rasura Guaiaci, & cortic. eiusdem An. 3. ij. rad. Salsæ paril. minutim concisa. 3. j. aquæ elec. lib. vij. Infunde per noctem. Coque ad medias. De col. bibat singulis matutinis circiter lib. j. calidè, supersudando, Deinde

U. Feces superio. decocti Aqñalib. x. Coque ad 4. partis consumptio- nem, addendo in fine, glycirrh. 3. ss. & si sit paulò delicatior ægrotus, cinamm. 3. ij. col. vtatur in potu loco vini.

Perseueret in hoc decocto, & tenui exactè victu, viginti, aut amplius dies. Quo tempore nisi venter deiijciat, solicitandus est enematibus. Interim, & ante etiā, post vniuersales euacuationes, potest vti Theriac. Mi-thrid. conseruisque in apoplexia dictis. Item & Apophlegmatismis, qua-lis est hic.

U. Cubebar. Mirobal. Citrin. Zingib. & Turbith. An. 3. j. Pyreth. Staphisag. Agar. An. 3. ss. Muccag. gummi tragacan. Q. S. fiat trochin. Quorum mandat vnum singulis mat semper expundo.

Errhina etiam post vniuersalia remedia erunt ex vſu ex struthio, elle-boro pip. euphorbio.

Tandem verò etiam phœnigmi, sinapismi, dropacei que antea descrip-
pta, admota origini spinalis medullæ, aut neroorum affectorum. Ulti-
mo denique cauterium. Atque his fortasse discutietur affectus. Qui si
adeo pertinax sit, ut ne his cedat, non est quod multum de salute spere-
mus, nisi aut ætatis, aut aëris mutatio id efficiant. Partium autem pri-
uatarum resolutiones ex his facile curabuntur, aut in proprijs earum af-
fectibus remedia habebunt propria. Quod si in paraplegia, aut resolu-
tione alia, plethora adsit, (est autem id valde rarum) venæfæctio etiam
conferre potest.

D E E P I L E P S I A.**C A P. VIII.**

EPILEPSIA apoplexiæ in eo similis est, quod in vtraque conci-
dunt omnes sensus cum interni, tum externi: differunt tamen, quod in Epilepsia omnes, aut maior saltē nerorum & muscularum pars conuellitur, cum in apoplexia resoluantur. Est ergo epilepsia conuulsio vniuersalis, periodica, cum sensus & mentis detentio apprehensi-
onē, à qua nomen habet: quemadmodum & Herculeus morbus dici-
tur, aut quod Herculem teneret, aut quod Hercule expugnatore opus habeat: & sacer, quod caput, sacræ mentis arcem occupet, aut ob magnitudinem (Græci enim sacra magna dicunt, ut os sacrum) vel quia à dijs in vindictam immissus est. Et Comitialis, quia Romanorum comitia dissolueret, si quis tunc concideret: & caducus, quia eo detenti ca-
dunt: & lunaticus, quia aut interlunio natos, aut in interlunio magis infestet: & puerilis, quia eo pueri præcipue vexentur: & denique ele-
phantiasis, quod nullis remedij euinci possit. Est alia per cerebri pro-
topathiam, alia per sympathiam.

Vtriusque causa non tam quantitate, quam qualitate noxia esse ce-
rebro videtur. Est ergo vel tenuis & flatuosa pituita, vel bilis alterutra,
vel corruptum quid, & putridum, aut venenata aura, siue in ipso cere-
bro genita, (quod primariam) siue aliunde ascendentia, (quod secun-
dariam epilepsiam efficit) ut à ventriculo, vtero, ventre, manu, pede.
Vnde cum vero pendeat, cerebrum adeo tristat, & pungit, ut in fe-
contrahi ad noxij expulsionem cogat, & secum omnes, quæ ab eo
pendent, partes trahere.

Aduenientis signa varia sunt, pro humoris, & partis varietate. Com-
munia sunt oscitatio, capitis dolor, aurium tinnitus, torpor, obtenebra-
tio. Sentiunt etiam aliqui aliunde ascendens malum. Præseritem deno-
tat casus, oris tortura, membrorum conuulsio, mictio, fecum, seminif-
que ejactio inuoluntaria, & tandem spuma circa os, plus minusve pro-
mali vehementia.

Morbus est dedecorus magis & infamis, quam periculosus, quique si
3. Aph. 18. hæreditarius sit, aut ab ineunte ætate incœperit, neque ubi aut virgi-
5. Aph. 7. nibus menstrua erumpunt, aut iuuenibus fœmen, desierit, incurabilis
est, ad mortemque concomitatur: idemque fere contingit, si post ado-
lescentiam præhendat.

Curatio primariae consistit in victu tenui, purgatione, venæ sectione,
& alijs fere quæ in paralyfi dicta sunt. Sed aliud in paroxismo, aliud extra
eumdem agendum est. In paroxismo ergo fricanda sunt, & trahenda in
contrarium membra conuulsa, diducendique aliquo instrumento den-
tes, tunc in os iniiciendum oximel schilliunum, aut talis potio.

*2. Theriac. electa. 3. j. Castorei. 9. j. Oximel. Schil. 3. j. Aquarium
Hyssopi, Scabio. & Beton. An. 3. j. ss. Misce.* In nares quoque talis
puluis iufuflandus.

2. Pulu. Ellebori alb. Caſtor. & piper. An. 9. j. Misce; aut cum mel-
le anacard. aut anthos. inunge nares intra. Suffitum enim non probo, prop-
ter metum suffocationis: nisi extra paroxismum.

Reuocato ægro, vietus tenuis, balani & clysteres acriores statim præ-
scribendi, purgatio, & si vires ferant, phlebotomia, cucurb. frictiones,
picationes, phœnigni, cauteria, masticatoria, Tudorifica decocta, hel-
leborismus, prouocatio hemorrhoidum & menstruorum in fœminis,
reliquaque pro paralyfi præscripta, additis ijs, quæ hunc morbum pec-
uliari quædam facultate oppugnare creduntur, ut sunt Pœoniae rad. &
semen, viscum querci, galliticum & capillares omnes, maiora, thym.
beton, salvia, hyssopus, sem. seseli, cumi, anisi, helenium, quamvis
hæc omnia qualitate manifesta morbo aduersetur. Cranium vero huma-
num, cuculus, & hyrundo incinerata non mihi videntur alia qualitate
pollere, quam siccante ut cineres omnes. Denique quæcumque aro-
mata calida siccaque, herbæ, flores, & semina, ea omnia in hoc affectu
prosunt manifestis qualitatibus: modò non à melancholia morbus sit.

In hoc enim exsiccantibus parcè vtendum. Pilulæ hic valde proban-
tur, quia à capite trahunt, & inter has *Alephan. & de Aloe ad quotidianum vsum, de Lapiide lazuli, & de Armeno, & de Hermodacti. & Eu-*
phorb. sèpius repetitæ. *Confectiones etiam Indum mai. Diaphœni. Hamec,*
& Diacart. conser. Capillarium, Stœcha. Anthos. Salvia, Elenij, Borrag.
Buglo. Cort. Citrij, Zing. Oximel. utrumque sed præcipua Schilli. Syr. Ca-
pil. ven. Bizant. de Hyssopo, de Stœcha. de Cort. Citrij, & in melancholia,
de Buglo, & de Pomis, & de Epith. si paretur. Pulueres Diamosch. Dia-
nis. Diatriponip. Diacinnamo. Diambra, Diacalamin. Diazingib. Dian-
thos; item Diacastorium, de Hyasint. & Alchermes opiate, Mithridatij,
Theriacaque. Ex quibus possunt fieri condita, opiate, pulueres, syrūpique
magistrales ad vsum quotidianum. Paretur ergo talis Syr.

2. Rad. Helenij, acori vulga. & sanic. An. 3. j. ss. Cort. Rad. Cappar.
& Tamar. An. 3. j. Infunde in vino albo per noctem: deinde adde aqua

electe lib. iiiij. aut plus folio. Beton. Iua Arth. mellisse, Salvia min. Gallit. adiant. Sampsu. & Chamadre. An. M. j. Thymi. Absinth. Pont. Calami. Aro. Epith. Satureia, Florum Stoecha. & Rorismar. An. P. j. Rad. Pœonia Fœmin. & sem. eius. Polypod. Senna & Passul. Mund. Visci Querc. Ligni. An. 3. ij. Agar. Troch. Mirobal. Citrino. & Medulla sem. Cart. An. 3. j. Turbith. Zing. & Rad. Asari. An. 3. ls. sem. Seseli, Anisi, & Fœnic. An. 3. ij. fiat coctio s. a. In col. lib. ij. dissolute saec. lib. j. ls. Coque iterum pene ad consistentiam syrapi perfecti, cui tandem adde Oximel. Schilli. 3. ij. Rhab. infusi seorsum in parte decocti & expressi. 3. j. fiat. Syr. perfectè coctus, & aromatiz. 3. ij. Pulueris elect. Diacameron aut latif. Gal. Serueturque in vitrea phiala bene obturata: & capiat singulis hebdomadis 3. j. Cum aquis Beton. Scabio. aut Salvia, Mane tribus horis ante cibum.

L. Conser. Florum Rorismar. & Salvia, capill. ven. An. 3. ij. Pulu. rad. & sem. pœon. conf. Diacastorin & Alcher. Theria. & Mithrida. An. 3. ij. sem. anisi. & sesel. An. 3. j. Zing. cond. 3. ss. Cort. Citrij. item cond. 3. j. ss. Syr. de Stœcca. aut cort. Cit. q. s. fiat opiate, de qua capiat singulis matutinis magnitudinem nucis anellana magna duabus horis ante omnem cibum.

L. Coriand. & sem. anisi simpli. coopert. An. 3. j. ss. Rad. & sem. pœonia. An. 3. ss. cort. citrij. cond. 3. ij. cinnamon. 3. ij. lacc. ros. 3. iiiij. fiat puluis, de quo capiat parvum cochlear in fine pastus.

Quod si hemorroides fluere affuetæ, supressæ sint, aut menstrua, ea prouocanda sunt peculiaribus cuiusque remedijis, de quibus in proprijs affectibus dicetur. Si vero neque hoc modo tollatur morbus, elleboris mustus tentandus hoc modo.

L. Rad. ellebori. alb. (nigrum enim formidandum est) 3. ss. findantur in tenues fibras, quibus transfigatur raphanus, itaque transfixus coquatur sub cineribus. Deinde abiecto elleboro, raphanus incoquatur 3. viij. aqua ad medias. col. adde Oximel. Schill. 3. j. fiat potio detur summo mane. Si non nimis moueat, duplicitur ellebori quantitas. Si plus quam pars est, detur iusculum præpingue, aut cum multo butyro. Atque haec videntur sufficere ad tollendum morbum, si curabilis sit. In pueris vero curatur idem eiusdem generis remedijis, sed leuioribus, prohibito nutrici vino, & cauterio ceruici infantis inusto, pœoniæ radice collo appensa, & ijs quæ vermes pellunt propinatis: de quibus proprio loco. Quod si ab aliqua parte ad cerebrum ascendat affectionis caufa, si pars sit interna, ei prouidendum est remedijis interius assumptis. Si vero externa, alliganda est strictè paulo supra locum unde malum fluit, & tandem cauterium parti affectæ inurendum, ut virus expiret, vlcusque diu apertum feruari debet.

DE CONVULSIONE.**CAP. IX.**

CONVULSIO est violenta musculi vnius aut plurium versus originem suam retractio. Hęc si totum occupet corpus cum sensu & mentis laſione, Epilepsia vocatur: si oculum, strabismus: si labra nāſusque versus vnam trahantur aurem, Cynicus spasmus, barbaris oris tortura: si quodlibet labrum versus latus suum, vt ridere videatur eger, sardonicus risus; si caput & mentum pectori affigitur, emprostotonos: si occiput dorso, opisthotonus: si rigida manet ceruix, tetanus, Celso rigor. Atque hęc convulsiones nomen inuenere: reliquę verò non. Omnia causæ sunt multæ, sed quas omnes Hippoc. ad duas reducit, repletionem scilicet, & inanitionem: quibus neoterici quidam addunt aliam, quam vocant condolentiam, & non proportionatam ad materiam convulsionem hanc dicunt, vt cùm ob venenatum morsum, aut nerui puncturam conuellitur homo, compatiēte cerebro parti affectæ, & contrahente se vt noxiū pellat. Sed hanc etiam ad repletionem alij reducunt.

S. Aphor. Conuulsam partem facile cognosces, si inuoluntariè contrahatur, nec in aliam partem flecti possit. Qui verò nerui aut musculi sint affecti, & ex qua causa, non adeo perium est. Post longos, & post vehementes morbos, febres acutas, vomitus, fames, labores, largum sanguinis fluxum, aut ventris, siue sponte, siue arte id fiat, à siccitate pendet convulsio. Reliquæ ferè omnes à repletione. Omnes periculosæ valde sunt, **I. 2. 3. 4.** sed primæ incurabiles, & quæ à vulnerato cerebro, aut inflammato fiunt, & səpissimè etiam quæ articulorum & neruosarum partium vulnera sequuntur.

I. Aph. 16. Curatio varia est pro causæ varietate. Quæ à siccitate fit, victu humido & balneo, vunctionibꝫque iuuatur. Collocetur ergo eger in tepido loco, vtatur iuſculis ex laudatis carnibus cum buglo. borrag. endiuia, & pauca menta coctis, carnibꝫque sic elixis potiū quām assis. Bibat vinum oligophoron valde limphatum. Dormiat, & quiescat tum corpore tum animo quantum fieri possit. Potest etiam vti hordeato, aut cremeore amigdal. aut lacte, nisi aliquid impedit. Balneum etiam aqua tepide plurimum probatur, modo vires constent: Atque ab eo vunctione totius dorſi, & partium etiam conuulsarum ex olco oliuarum, viol. ros. amigda. de ſcm. lini, vulpino cheirino, lilio. albo. chamæmel. genſemino, lumbrico. & axungijs gallinæ, cappi, anatis. Quod si artificiale balneum parare velis fiat sic.

U. Althea cum Rad. Malua, Viol. Pariet. Bet. Acanthi, Buglo. Borrag. & Bliti. An. M. iiij. Furfuris ping. Hord. conquaſſati An. M. vj. Florum Chamæm. Ros. Viol. & Buglo. An. P. ij. ſcm. lini etiam quassi.

lib. ij.

lib. iij. fiat coctio in sufficiēti aqua pro balneo, quod ingrediatur tepidē, nō su-
dando, idque per tres dies manē, aut interpositis diebus. Atque his fortasse
leuabitur æger, quamvis morbus incurabilis credatur, vt & sanatur
hectica primi gradus, & secundi tentatur.

Quæ verò à plenitudine fit conuulsio ijsdem ferè remedij, quibus ^{2. Aph. 22.}
epilepsia, curatur, leuioribus tamen: & quoad topica & priuata cuius-
que remedia, variatur etiam pro materiæ & causæ varietate, de quibus
alibi videndum, vt si à punctura nerui fiat, aut à vulnera tendonum, aut
iuncturarum, aut cerebri, aut venenati animalis, aut plethora, aut sto-
machi, aut totius corporis cachochimia. Omnibus tamen commune est
euacuatio per clysmata, cathartica, pilulas, cucurb. & aliquibus phle-
botomiam, apophlegmatismos, errhina, inunctiones, balnea; at-
que ea quidem calida aut naturalia, aut artificialia, non ex aqua frigi-
da vt volebat Hip. Quemadmodum nec & febrem excitare, quod qui-
dam eius autoritate ausi sunt. Nec enim id iubet Hip. Sed iuuare ait ^{3. Aph. 25.}
conuulsioni, si superueniat febris. Dcnique post hæc omnia vsus The-
ria. & Mithrid. maximè confert, & suffumigia, & pulueres tum post
cibum capiendi, tum capiti inspurgendi: de quibus oranibus superiùs
diximus. Optimus autem talis erit suffitus & conuulsis, & resolutis.

2. Sampuch. Thymi, Serpil. Salvia, Rorisma. & Tymbre. An. M.
j. Ros. Viol. Florum Stoecha. Salmia, Rorisma. Anethi, & iunci odor. An P.
j. Calami Aro. Dictamni. Cret. & Agallo. An. 3. ij. Nucos cupres. x.
Rad. Irid. Flor. Gentia. Pœn. thuris. opt. An. 3. ij. Styra. Cala. &
Belzoini. An. 3. j. Conquassentur omnia & fiat puluis crassiusculus, quo
in prunas inieicto excipiatur fumus ore, naribus, & capititis tegumentis.

DE INCUBO.

C A P. X.

AD cerebri affectus hunc aliqui referunt, proptereaque hic collo-
cant: alij ad thoracis. Vtrique tamen obest, vt appareat. Qui enim
eo detinentur, somniant (fit enim inter dormiendum) se ab aliquo
quasi incumbente aut incubante (vnde latina dictio manat) opprimi
aut suffocari, quod & Græcum *τοπάθεια* denotat, & ab eo deductum
επιδαπάθεια: & verè quidem prepeditam habent respirationem, motum,
sensumque & quandoque suffocantur.

Causa eius est vapor multus crassusque aut à ventriculo aut circumui-
cinis partibus sublatus partim in thoracem, partim in cerebrum, viámi-
que animali spiritui prepediens, & thoracem aggrauans, vnde vani
phantasmata creditis se opprimenti ab aliquo, & motu sensuque priuari.
Talia enim qualia patimur anima nobis per somnia suggestit.

D

Signis non alijs dignoscitur quam ægroti relatione. Apprehendit obesos, vinosos, & quibus multa circa p̄cordia impuritas, minaturque repentinam suffocationem, epilepsiam, aut Apoplexiā. Curatio sita est in victu tenui calido & sicco, potu hidromel. aut atque decoctionis cinnam. labore, vigilia, clysteribus, pilulis saepius repetitis, aliisque purgationibus: Mithrida. deinde theriacaque, pulueribus coquentibus, exteriisque admotis ventr. vnguentis emplastrisque. Fiat ergo talis clyster.

U. Malne, Althea Calam., & Mercurialis. An. M. j. Florum Chamaeme. Anerhi, Salsia, & Absinthij. An. P. j. sem. fænic. 3. ss. fiat coctio. In col. lib. j. dissolute Hierapic. Gal. 3. ss. Mell. Mercurialis. 3. j. ss. Olei Chama-mel. 3. iiij. Salis 3. j. fiat clyster.

U. Beton. M. j. Florum Stæcha. & passul. mundat. An. P. j. sem. Anisi 3. j. fiat coctio. In col. 3. iiiij. dissolute Cathol. Diaphæn. & Syr. ros. Sol. An. 3. ss. Misce fiat potio: detur ex arte.

Postridie, si adsit plethora, mittatur sanguis de basil. dextra ad 3. 4.

U. Rad. Petrosel. 3. j. Beton. Agrimon. Adianthi, Hyssopi, & Iue art. An. M. j. senna & medulla sem. cartanni. An. 3. j. Anisi. 3. ij. fiat coctio ad lib. j. In col. dissolute mellis col. 3. iiiij. fiat Apoz. clarum & aromatiz. 3. j. Pulueris eleet. aromat. ros. pro tribus dosibus matutinis.

U. Massa Pilul. ex Aloe, & Cochiar. An. 3. ss. Malaxentur Syr. de Hyssopo & formentar pil. 6. quas capiat finitis apoz. ut artis est.

U. Massa pilula. Alephanjin. 3. j. de Hiera. s. 3. ss. Malaxa Syr. de Cort. Citri, & fac massam, de cuius 3. j. formentur pil. 6. quarum capiat tres bis in hebdomada per horam ante prandium.

U. Syr. de Absinth. 3. iiiij. capiat 3. j. singulis matutinis ieiunè, cum non vetetur pilulis.

U. Olei de mentha & de Absinth. An. 3. ij. Misce & vngatur regio ventriculi manè & hora somni.

U. Massa Empl. pro stomacho & de masticke. An. 3. j. ss. Malaxa oleo Nard. & extende in aluta scutiformi, & fiat empl. admonendum regioni ventriculi interdiu.

Conferunt etiam eleet. Aromat. ros. diamosc. diambra dianisu, & alia superius recitata: suffitus denique apophlegmatisini, errhinx, sternutatoria. Quæ omnia, & multa alia breuitatis causa omittimus.

DE MELANCHOLIA.

CAP. XI.

6. Aph. 21. 3. Loc. aff. 6. MELANCHOLIA est desipientia sine febre, ab humore melano-chlico, vnde illi nomen, genita, aut ab intemperie frigida siccacerebri, cum metu & tristitia. Differt itaque à phrenetide febris parentia, quæ in-

phrenitide adest: à Mania verò, insania diuersitate, cùm maniaci prometū habeant temeritatem, non solum audaciam, & pro mœstitia furorem. Melancholiæ tres censemur esse species pro partium à quibus pendet varietate: vna quæ à solo cerebro affecto pendet: alia quæ à toto corpore: tertia quæ ab hypochondrijs, hypochondriaca propterea dicta.

Fatuitatum autem tot sunt differentiæ quot hominum mores, ingenia, temperamenta, humores, & ex his omnibus facta multiplex mixtura. Iuxta facultates verò, tres amentiæ differentias statutit Gal. vnam in qua phantasia læditur, alia in qua ratio, terria in qua memoria. Sunt ^{Dif. simp.} 3.

Causæ omnia externæ sunt quæcumque corpus exsiccare, & frigescere valent, humorēnque melancholicum producere, vt sunt metus & tristitia diuturna, labor, vigiliæ, studium, fames, sitis, astus, algor, carnes bubulæ, porcinæ, apri, capræ, hirci, ceruorum, leporinæ, falsa omnia, cetaceorum, legumina, castaneæ, caules, caseus antiquus, vinum meracius, crassum, nigrumque, aqua. Internæ sunt crassi sanguinis, aut humoris melancholici abundantia vt plurimum: quæ fit aut propter numerus dicta, aut ob suppressam aliquam insignem evacuationem, vt menstruorum, hemorrhoidum. Aliquando etiam, sed raro, intemperies simplex frigida & sicca: quandoque etiam, sed rarius, calida sicca cum febre. Hypochondriacæ denique fumi tetri qui ab obstruictis hypochondrijs atrōque humore tumentibus ad cerebrum efferuntur. Signa eius quæ pendet à cerebro sunt capilli crassi, duri, nigri, densi, capitis grauitas, & aliquando dolor, tinnitus aurium, & quod in toto corpore non est quod humor melacholicum arguat. Contra verò si à toto corpore malum procedat, apparent in eo signa 4. Apb. 2^o. melanolici humoris, quæ sunt durities, asperitas, & nigredo cutis, & capillorum idem color, multitudo, durities, & crassities, venarum amplitudo, maculentia, strigositasque. Quibus accedunt vietus ratio tenuis & fôrdida, labores, ætas prouecta, autumnus, regio similis, sanguis crassus venæctione deprehensus, curatæ hæmorrhoides, aut varices, suppressa menstrua. Si denique in solis hypochondrijs vitium sit, ^{Hip. lib. de} præter id quod in reliquo corpore non sunt superiora signa, obmurmurum virginib. & rant sâpe hypochondria conuelluntur retrahunturque, dolent, inflan- 6. Apor. tur, suntque circumtenfa nec tractabilia, ructus, crepitusque edunt ^{II. 12.} ægroti, siccâmque habent aluum vt plurimum. Omnia denique communia sunt metus & tristitia diuturna sine manifesta causa, vigiliæ aut breues somni, iisque turbulentis insomnijs, tristibus, horribilibusque interrupti, suspicio, hominum auersio, dementia aut perpetua, aut quæ parva habet dilucida interualla.

Est affectus valde difficilis curatu, aliquando etiam impossibilis, maxime si à toto pendeat corpore, & in prouectis: ab eoque facilis est ad 6. Apb. 47. epilepsiam transitus.

Curantur omnes vietu tepido, moderatè calido & humido, clysteri-

bus, leuibus catharticis, præparantibus, balneo, tandem fortioribus catharticis, opiatibus, fotibus, vnguētis, tabellis, hemorrhoïdū prouocatione, aut mensium, helleborismo. Addunt etiam aliqui cauterium capiti, & trepanum. Priuatim verò ei quæ à toto corpore originem trahit, venæfæctio competit, & aliquando etiam hypochondriacæ. Huic verò, & illi quæ in capite hæret primò, fatus particulares, & vnguenta. Quæ ergo à toto pendet corpore sic curatur. Collocetur ægrotus in loco moderate lucido, aere perflato, tepido. Utatur pane laudato, carnis euchymis, ut plurimum elixis, iuseculis frequentibus ex ijsdem cum bugloss. borrag. cherefol. asparagi, endiu. paucāque mentha, hyssopo, fœnic. ocymo, petrosel. Poteſt etiam vesci caricis, vuis passis & alijs aliquandiu appendiſ, & ſicibus etiam, & prunis, & pomis, omnibus probè maturis, dulcibüsque & recentibus, & aliquandiu afferuatis, tum crudis, tum coctis addito ſaccharo. Item anifo & fœnic. cond. & amigdalis, & ſtrobilis, aut conditis, aut citra conditaram; hordeato etiam & amigdalato, lacte, & butyro, pinguibüsque omnibus, & saxatilibus pifcibus.

Potus fit viaum tenue oligophoron, aut giluum, aut album, non crassum, nigrum, validum, aut meracum. Dormiat quantum poſſit; modicè ſe exerceat: caueat à mœſtitia, ira, & venere, aliisque de quibus habetur 3. loc. affec. 6.

Remedia verò ſic habent. Detur clyſter primò,

U. Althea cum rad. malua, Parier Buglo. Acanthi, beta, & Marrub. viriusque An. M. j. Hord. furfuris violarum, florum chamomeli & melilo. An. P. j. Prunorum par. vj. ſem. fœnic. 3. ij. fiat coctio. In col. lib. j. ſs. diſſolute olei oliuarum, chamomel. & Aneth. aut viol. aut ros. An. Z. j. Cassia cum ſac. aut cum melle & Diaprun. ſ. An. Z. j. Cathol. Z. ſs. Miſce fiat clyſter ſeq. die detur tale remed.

U. Pulpæ Cassiae recen. a canna extractæ Z. j. Cathol. Z. ſs. cum ſac. fiat Bolus, quem capiat tribus horis ante omnem cibum.

Postridie aperiatur vena basilica brachij finistri, niſi ab hepate pendeat affectio, & ſi ſanguis niger fit, extrahatur ſufficiens quantitas; ſin minus, occcludatur vulnus. Tunc utatur appariantibus.

U. Rad. gram. & asparagi. An. Z. j. Foliorum Buglos. Borrag. Capill. ven. Ceterach, Lupuli, Fam. Agrimo. End. Cichorij, pimpinel. primula ver. aut omnium, aut aliquarum An. M. j. Sunitatum tamaricis, fœnic. Hyſſopi, Meliſſa, Mentha, Asparagi, Malua, Abſinth. Pont. & Althea An. M. ſs. Cort. rad. capparis, & mediani ſambuci, liquir. raf. & paſſul. mund. An. Z. ſs. Florum Buglo. Borrag. Viol. & Geniſta, Thymi, & Epith. An. P. j. ſem. anisi & fœnic. An. Z. j. fiat coctio ſ. a. In col. lib. j. ſs. diſſolute Syr. Capill. ven. Z. vj. Miſce fiat Julep. clarum & aromatiz. Z. j. pulu. Diarrhod. Abba pro 4. doſ. mat. Quibus finitus.

U. Rhab. eleeti infuſi in parte superior. decocti & expressi Z. j. ſs. Cathol. Z. j. Syr. ros. ſol. Z. j. ſs. cum eode decocto fiat poſtio, danda ut artis eſt. Post quæ.

U. Theriace & Mithrid. Antiquo. An. 3. ls. conserua florum Buglo. & Viola. An. 3. ij. confect. Alchermes & de Hyacint. An. 3. j. ls. syr. Conser. cort. Citriq. Q. S. Misce fiat Opiata auro cooperia, De qua capiat singulis, aut alternis matutinis magnitudinem castaneæ paruæ tribus horis ante cibum. Post octo dies ingrediatur balneum aquæ dulcis tepidum, aut aliud superiori cap. descriptum, idque per tres aut quatuor dies. post quod vtatur rursus superiori opiate:

Potest etiam vti *Elett. aromat. ros. in tabellis, Diambra, Diamoschus. Dianthus, Latif. Gal. Diacinnamo. Rosata nouella. Item conseruis Rad. & florum Buglos. Borrag. Viol. Iring. Capilli V. cort. Citriq. Cord. Coriand. nucibus; Mirobalanisque omnibus conditis aut sicca, aut humida conditura.* Interim singulis mensibus capiat sequentem bolum.

U. Pulpe Cassiæ recen. à canna extrac. 3. j. confect. Hamech. 3. ls. cum Sacc. fiat bolus.

Aliquando vtatur Iulapijs superius descriptis, aut tali.

U. Aqua Buglo. & Endi. An. 3. ij. syr. Viol. & Capill. V. aut de Buglo. aut de pomis saboris, aut de 3. aut de 2. radici. aut de succo Endi & tandem de Eupatorio. de Epith. de fum. An. 3. j. Misce fiat Iulep pro una dosi, qui repetatur per quatuor dies. Post quos capiat bolum ultimo descriptum: & deinde balneum vt suprà. Redeunte vere, aut autumno repetantur purgationes, sed addantur fortiora, vt apozematis Polipod. Senna, Agaricus, Turbith, semen Carthami: & denique potionibus confect. Hamech, Diasena sol. Indum maius, Diaphœnic. Post quæ repetantur balnea. Eoque ordine semper progrediendum, vt nunc humectemus, humoresque paremus, nunc euacuemus. Quo in negotio non probbo pilulas propter siccitatem nimiam, & quia serota & subtiliora deiiciunt, reliqua crassiora efficiunt: nisi in fine videantur paratam materiam posse extubare, & tunc ex vsu erunt Indæ, de lapide Lazuli, & Armeno, & de Fum.

Quia verò & in hac melancholia, & alijs vt plurimum vigiliæ molestæ esse solent, possunt fieri ante ingressum lecti ablutiones pedum manuūque, quales descriptæ sunt Cap. de Phrenesi. Item & talis inuctio.

U. Olei Viol. 3. i. Ros. 3. j. Misce & inunge frontem & tempora hora somni: aut laete muliebri, aut alio tepido foue easdem partes.

Si hæc non profint, veniendum est ad syr. de Nymphæa, & de papau. eo modo quo dicto cap. scriptum est. quod si nihilominus maneat stultitia, vtatur helleboro hoc modo.

U. Rad. Ellebori albi. 3. j. lat. mulieb. 3. iiiij. Infunde per noctem. seq. die reiecto elleboro da lac bibendum. Aut.

Matheol.

*Mauult
nigrum.*

U. Rad. Elleb. albi. 3. j. decoct. Hord. 3. iiiij. Infunde vt suprà, & abiecta radice, da bibendum statim à prandio. Nonnulli ellebororum pul- Gal. 2. ad ueratum alijs admiscent, & dant in substantia. Quod ego nolle tentare, Glauc. al- propter strangulationis periculum, quod inuehit. Atque haec tenus de bum. melancholia à toto corpore, cum qua etiam reliquæ in curatione conue-

nunt. Particulatum autem eīquæ à cerebro , competit embrocha ex decocto quod habet.

U. Althea, &c. post quod. *Oles, &c.* Hippocōdriacæ autē talis fatus.
U. Mentha, &c. inde talis vnaūio. *U. Olei, &c.* aut *Cerat. stomat. Gal.*
Item & emplastrum pro stomacho. & de Masti.

Mania vero ab atra bile potius fit, estque delirium continuum, sine febre , cum ferinis moribus, rabie , sequitāque. Fit etiam aliquando ab intemperie calida & sicca cerebri, aut nuda , aut cum bile. Fieri vero à sanguine vix credimus. Periculofior,est,difficiliorque quam melancholia. Curatur fere ijsdem , sed magis humectantibus, frigidisque : vt iusculis ex Buglo. Borrag. Laet. Acetosa, Portul. Endiu. aquæ potionē, quiete, & somno : vescētione clysteribus, purgationibus leuibus, jupapijs,frōtalibus,somniferis potionibus,ablutionibus pedum, manuum, frontis & sincipitis, illitibusque. Cremor hordei sāpe in cibū datus valde probatur,& saxatiles pisces,& pultes ex farina hordei cū laetē, & acetaria ex laet. oxalide, portul.& asparagi caliculis:& horæ fructus,cerasa, præcipue acida,pruna,poma,meleopepones,mela medica seu aurea,limones seu citria, & punica seu malogranata, cucumeres , cucurb. vuæ : & conseruæ ros. viol. florū & rad. Buglo, flor. borrag. caro Citrij, aurantij,cucurb. & lactucæ stolones cond. omnia.

D E C A T H A R R O.

C A P. XII.

HA CTENVS morbos capitisi internos , præcipuōsque exegimus.
 Qui sequuntur sunt circa caput , & vt plurimum à capite pendent.
 Talis est catharrus, de quo nunc. Quamuis enim in quamecumque partem fluat humor, catharrus dici possit,id sonante verbo κατάρρεως, tamen cum à cerebro in fauces decumbit,catharri nomen meruit præcipue; peculiariis etiam βράχνος dicitur : vt si in narēs , κόρυζα Grauedo Latinis , in columellam σαφνιὰ & κίων. Fere tamen cūm catharrus adeſt, omnes hę afficiuntur partes , & superfluo madent humore. Vbi autem in alias partes descendit humor defluxio dicitur, rheuma,& distillatio.

*z. Progn.
49.*

Catharri causę externę, sunt Sol, Luna, ventus , frigus , estus , pluuij; interne vinum,sitis fames,ciborū copia, diuersitas, vaporosa aut fumola substantia, ventris aſtrictio , cerebri frigida & humida, aut calida intemperies,calida etiam iecoris,frigida ventriculi,meatum cerebri per quos expurgari solet, obſtrictio,cutis densitas,somnus multus, maximè meridianus,vigilię nimiq; studiūmque,ocium,Venus:immediatę denique puitofisi humoris copia nunc frigi, nunc etiam putredine calidi , aut calido admixti, raro autem bilioſi folius.

Signa omniū cōmunia sunt raucedo,tuffis,multa ſputio, deglutiendi

spirandique difficultas, oculorum & genarum tumor, tubedoque & lacrymæ, sternutamenta, multis per nares mucosi humoris effluxus, dormitatio, pigritia, capitis dolor & grauitas, sensuum denique omniū hebetudo. Priuatum autem calidi catharri notae sunt calor totius capitis, oculorum, genarumque, calidi etiam humoris per eosdem oculos, nares, palatumque descensus, unde aliquando fuit aphthæ & leuia vlecula, ætas, anni tempus, aëris constitutio, ægri conditio, & anteactus vietus, omnia ad calorem inclinantia. Frigidi contraria albedo aut pallor, tumořq; faciei, frigus eiusdem, capitifque, insipida saliuia, aliisque omnia superiori contraria.

Facilis est curatu affectio periculique expers, nisi affatim in guttur irruat humor, respirationemque tollat, aut grauiorem alium morbum proferat.

Communis curatio consistit in vietu tenui & exsiccante, enim. Ieibus catharticis, frictionibus, cucurb., gargarismis.

Ergo utatur cibis boni succi antea dictis, assis potius quam elixis, parceque. Cœnet frugaliter, & si nimis vrgeat defluxio abstineat à cœna: claudatque omnem pastum, crusta panis affa, cydonio, aut pyro cond. vitet vinum, fumosaque omnia, frigus, æstum, solis, lunæque radios, somnumque prolixiorum.

Leuem catharrum facile hoc vietu sine alijs remedijis curabis: & si amplius exsiccare velis suffit uteris sequenti.

U. Nigella Rō. Thuris, Mastich. An. 3. l. Ros. P. ij. Nucū cupressi sic. Par. iii. Styrac. 3. iiij. fiat puluis crassior, qui prunis inspergatur, suffianturq; capitis ornamenta, aut idem tenuior capiti inspergatur hora somni. Linteis etiam calidioribus foueatur caput, sine frictione tamen, aut cum valde leui. Frictio enim attrahit, & liquat. Irrigationem verò ex oleis non valde probo, tum quia oporteret caput abradere, quod est suspectum nimis in omnibus capitis affectibus, tum quia tædio plenum est caput oleo imbutum habere. In calido verò catharro tolerabilius est frontale ex rosis, violis, & floribus nymphæ, seminibusque frigidis, & fantalibus: aut ex lacte, aut ouorum albuminibus, aut denique oxirrhodino: modò multa non subsit in capite materia, aut in vijs ad caput tendentibus. Tunc enim potius à reuelentibus, quām repellentibus inchoandum; qualia sunt fortiora enemata, catapotia, cucurb. aut etiam venef. si & morbus exposcat, & vires ferre possint. Post quæ etiam conducere balneum poterit, non autem ante. Quamuis ego in catharro balneum nullo modo imperandum censeo, & quia operosum remedium est, & quia suspectum, propter metum suffocationis & fasionis materię; & denique quia leui affectui, qualis est catharrus, tantum remedium adhibere superfluum est. Qua etiam ratione & venefectione rarius etiam vti suadeo, nisi valde calidus sit catharrus, corpus plethoricum, & grauoris mali periculum immineat. Vulgaribus ergo catharris sat est prescripta bona vietus ratione, communique enim. & cucurb. siccis, aut

etiam dissecatis, sequenti die bolum præscribere, qui habet

U. Pulpæ cassia recenter à Canna extracta 3. j. pulu. Rhab. electi 3. li. cum face. fiat bolus, detur duabus horis ante prandium: aut hora una, si leuis sit defluxio, & sine Rhab. si vero calida & multa

U. Rhab. subtiliss. puluerati. 3. j. syr. ros. sol. 3. j. Elect. de succo ros. 3. ij. decocti hord. ros. & passnl. cum aril. contus. *Q.* S. fiat potio detur tribus horis ante pastum. Quod si perseveret defluxio fiat sequens Iulapium ad coquendos humores.

U. Rad. acori vulgar. 3. j. Buglo. adiant. & Beton. An. M. j. Hord. ros. rub. & passul. contus. An. P. j. fiat coctio ad lib. j. col. adde sacc. *Q.* S. fiat Iulep clarum & arom. 3. j. 3. sant. pro 3. dos. mat.

Quibus finitis potest præscribi 3. j. pilula. fine quibus, aut de Agar. in frigido, aut de Aloe, in calido catharro.

Interea si defluxio calida sit & tenuis, possunt præscribi particularia remedia, quæ eam sistant, incrassentque, ne in pulmones aut trachæam ruat humor. In frigida autem id cauendum est ne eam magis impingamus. Quæ autem leniunt & concoquunt, & quæ expurgant, magis conducunt frigido quam calido catharro; quamvis & huic quoque circa finem profint. Ea autem omnia sunt aut oris collusiones, aut pastilli, aut tabellæ, aut syr. Poma item odorata, & suffitus. Quorum hic est modus. In calico catharro & in principio

U. Aquæ peculi ros. & Plantag. An. lib. ss. syr. de ros. sic 3. ij. Misce, & abluat os frequenter eoque diu contineat. Aut

U. Ros. rub. & balaust. An. P. j. cort. malis grana. & hord. integ. An. 3. ij. coque in suff. aqua in col. lib. ij. dissolute Oximel. S. 3. iiij. utatur. Aut

U. Cortic. capit. papau. alb. 3. ss. sem. Plantag. 3. iiij. sem. Portul. 3. ij. Coque in lib. ij. aqua in col. lib. j. ss. dissolute Dianucum, aut Diamoron, aut syr. de ribes, aut Myrrh. 3. ij. Misce. Aut

U. Passnl. cum acin. contus. 3. ss. Ros. & Viol. An. P. j. sem. Melo. & Portul. An. 3. iiij. Coque in lib. ij. aqua ad medias. Col. adde syr. Cydonior. 3. ij. Misce, utatur usuprà. Aut

U. Diacodium, & syr. de Papau. An. 3. j. syr. de Ros. sic 3. ij. utatur ex cochleari. Aut

U. Elect. Diatragacan. frig. in tabell. 3. 4. teneat frequenter in ore. Aut

U. Sacc. Ros. tab. tantumdem. Aut

U. Amylli, Gummifragacan. & boli Arme. aut terre Lemn. An. 3. j. Sacc. Aquar. ros. & Plantag. dissol. 3. iiiij. Misce fiat elect. in tabellis, quæ contineat in ore. Aut

U. Gummifragacan. & Arab. An. 3. j. succi Liquir. 3. ij. Saco. Cand. 3. ss. syr. de Papau. *Q.* S. fiat Trochis. ad eundem usum. Procedente autem catharro.

U. Hord. & Passnl. mund. An. P. j. Liquir. 3. ss. Iuuiba & mixor. An.

An. Par. vj. Coquē in suff. aqua in col. lib. j. dissolute Dianucum, aut Mell. ros. col 3. ij. abluat. sapeos. Aut

ꝝ. Syr. Cayill. V. & Iuiub. An. 3. ij. Misce, vtatur cum cochleari sensim lambendo, maximè si gutturi haserit humor. Tandem

ꝝ. Syr de Hyssopo, Capill. V. & de Stæcha. An. 3. j. ss. mixtis vitatur eodem modo. Pomum autem odoratum circa principium calidi catharri sic fiet

ꝝ. Ros. Viol. & florum Nymphae. An. 3. j. Nigella Roma. & Santal. omnium. An. 3. ss. Ladani 3. ss. Gumi tragacan. dissoluti Aqua Ros. Q.S. pro formando pomo, quod collo appensum naribus saepe admoueat. Suffitus quoque eodem tempore fiet ex ijsdem. Atque his remedijs videtur cessurus calidus catharrus, neque opus esse vesicatorijs, multoque minus cauterio: nisi chronica omnino fiat affectio, cui multa alia remedia necessaria sunt, vt purgationes fortiores, vietus ratio tenuis & sudorifica, laconica seu stuphæ, & similia. Porro frigido catharro quod ad vietus rationem spectat, eadem ferè conductit quæ calido, modo sit tenuior, sicciorque, vigilantior & operosior. Et particularia etiam remedia eadem fermè esse debent, saltem in principio. Procedente enim tempore calidiora, siccioraque præscribi possunt: vt Suffitus ex Ladano, myrrha, Belzoino, Styrac. Nigel. Iunip. Calamo arom. Schœnan. Roremur. Spica vtraque, Cypero, Saluia, Beton. Sapsuc. Costo, menta vulga. & Sarrac. & similibus. Purgationes etiam fortiores esse debent; præcipue per pilulas de Agar. Turb. Colocyt. aggregat. saepius iteratas. Reliqua quæ ad hanc rem spectant, ex superioribus facile colliges.

D E O P H T H A L M I A.

C A P. XIII.

OCULVS morbos multos patitur, difficilimoque tum cognitu, cùm curatu; quorum nos frequentiores dignioresque adnotabimus. Omnes enim longum & tedio plenum est. Prima ergo ophtalmia se offert, quæ nihil aliud est, quam phlegmone aut inflammatio coniunctinæ aut adnatae tunicæ. Cui affectioni nonnullas alias affines faciunt; Taraxim scilicet, (quæ leuis est, & ferè ab externa causa, eiusdem tunice perturbatio potius quam inflammatio, quæque propterea ab aliquibus falsa dicitur ophtalmia) Chinosim (quæ præter eiusdem tunice inflammationem, & protuberantiam, comitem habet palpebrarum conuer- sionem, & claudendi easdē impotentiam) & denique Phimosim, quæ est carundem palpebrarum inflammatio, & conclusio. Quæ tamen omnia aut plura saepe concurrunt.

Externæ ophtalmie cause sunt ferè eadem quæ catharri, acris omnes

*Gel. 1. simpt. ca. 1.
4. loc. aff. 1. Isago.
introd. ca. 27. 4. Med
loc. 1. &c.
lib. de ocul.
affect. Aeti.
Tetr. 2. tr.
3. &c. 1. &c.
Paul. lib.
3. ca. 22.
&c. Auct.
lib. 3. f. 3.
t. 1. c. 1.*

&c. Guid. nimiae intemperies, solis lunaeque radij, ventus, fumus, iectus, ebrietas,
 Caul. Trac. somnus nimius, calidorum & fumosorum ciborum usus, ut separum
 2. Doct. 2. alliorum & similium, vigiliae denique aut lectio multa, praecipue
 c. 2. Holler. statim à cibo. Internæ verò sanguinis copia aut laudata, aut cui alterutrius
 Metb. lib. bilis portio admixta est, aut pituitæ, licet rarius, aut flatuum, quod rarissi-
 1. c. 17. mum. Signa falsæ ophthalmiae sunt, quod ut plurimum ab externa causa
 Rondel. pendet, plùsque colore quam dolore molesta est, & subito fit. Hanc
 Metb. lib. etiam, & veram quoque ophthalmiam, quæ à capitis aut corporis totius
 Fuch. plenitudine aut cachochimia non pendent, per essentiam vocant: quæ
 Metb. med. vero contra, per sympathiam. Communes vero omnium notæ sunt
 L. 1. c. 35. oculorum rubedo, tumor, calor, dolor, tensio, grauitas, venarum, quæ
 &c. in oculis sunt, eminentia, lacrymæ. Quis autem humor abundet, ex
 Guid. trac. cuiusque humoris proprijs signis colligitur, quæ saepius à nobis antea
 7. part. 1. exposita sunt.
 6. 1. &c.

Leuem ophthalmiam facile est curare, veram non ita: hancque aliquando sequitur oculi illius in quem cadit, cœcitas. Primam curabis tenui vietu, aquæ potionem, oculi affecti, aut si mavis utriusque clausura, lacte muliebris aut alterius tepidi instillatione in eosdem apertos, in clausos autem appositione primum rosaceæ solius, aut cum oui albumine commixtae, aut cum aqua Plantag. aut Lact. aut portul. deinde pomo probè maturo, sub cineribus cocto, calidèque applicito. Grauiorem veramque eodem vietu coercebis; sed præter id etiam clysteribus, cucurb. frictionibus extremorum, venesectione, purgatione, vesicatorijs, denique arteriotomia, fetone, aut caustico cœrui inusto topicisque remedijis.

Ergo ante omnia collocandus æger in obscurlo loco, tepidóque, arrendæ omnes mali causæ quæcumque illæ fuerint, dandusque statim talis clyster.

2. Decocti co. Enem. lib. j. ss. Diaprun. compos. & Mell. ros. An. 3. j.
 Olei co. 3. ij. Salis. 3. j. fiat clyster. ante prandium aut cœnam. Eo reiecto tundatur cephalica, aut si ea non possit, mediana utique è directo oculi affecti, aut denique basilica, si neutra illarum, extrahaturque sanguis iusta quantitas pro viribus ægroti, ætate, tempore, morbique magnitudine: idque una vice, dum adhuc in motu est sanguis. In his enim differre, malum. Quod etiam in omnibus inflammatis internis, aliisque externis magnis, & reliquis affectionibus, quæ phlebotomiam exposcent, obseruandum est. Quod si vires ferre nequeant multam semel sanguissionem, fiat leuis primò ante prandium, deinde eodem die ante cœnam iteretur. Seq. die detur tale catharticum.

2. Rhei electi infusi aqua Endi. & expressi. 3. j. Cathol. & Syr. ros.
 Sol. An. 3. j. decocti Hord. 3. iiiij. fiat potio. Aut

2. Pulpa Cassia recent. à canna extracta 3. j. pulu. Rhabarb. & Elect.
 Indi Maio. aut de Succo ros. An. 3. j. cum Sacc. fiat bolus quem capiat
 tribus horis ante omnem cibum.

Quod si pituitosus sit ægrotus, aut potionis impatiens, possunt præscribi pil. de Agar. aut de Aloe, aut de Hiera S. aut cū Agar. aut Assariet; abstinendo à fortioribus, Hip. consilio, quod valde probo, saltem in principio, ne humores exagitati in affectionem partem magis ruant.

Interea vero circa & supra oculum clausum apponenda sunt quæ defluxionem cohibeant, qualia suprà in falsa ophthalmia dicta sunt: abstinenti ab ijs quæ in apertum oculū injiciuntur, quæ ego sèpius plus nocumenti quam adiumenti attulisse comperi, repressis & humoribus & vaporibus, exhalaréque prohibitis: & à succis crassioribus frigidiorib[us]q[ue], quales sunt iulquiami, papau. Mandragoræ, Solani: & à nimis repellentibus, viseidisque ut mucillaginibus. Quæ tamen omnia ^{Idem Gal. 6. Aphor.} 31. fronti qua parte fluxio fit, innocuè adhiberi queunt. Possunt etiam admoueri cucurb. scapulis ficcæ. Seq. verò die à cathartico, si perfeueret affectio, applicentur eadem cum scarificatu, & aperiatur vena in fronte è directo affecti oculi, aut applicetur hirudo eidem loco. Fiant item frictiones extremorum, deinde scapularum & colli. Interim parentur humores hoc modo.

U. Beton. & Berbena. Agrimo. & Scabio. An. M. j. Absinth. Pimpinel. Chelidon. An. M. ss. Ros. florum Stœcha. & Salvia. Passul. mund. An. P. j. sem. Anisi & Liquir. An. 3. j. Coque in col. lib. j. dissolute syr. Capill. V. 3. iiiij. Misce fiat Iulep clarum & aromatiz. 3. j. pulu. Elect. Diatrionis ant. pro 3. dos. mat. Quibus finitis detur 3. j. pilularum Aurea. Aggrega. Cochiarum aut Lucis Maio. Interea temporis instilletur in os lac muliebre à mamma expressum. Supra oculum verò tale aptetur medicam.

U. Malue M. j. Absinth. Ros. An. P. j. sem. Fœnug. & Althea. An. 3. ls. sem. Fœnic. 3. j. florum Chamæne. Melilo. & viol. An. P. ss. Coquantur in suff. aqua pro fotu oculi.

Quod si nec his sedetur affectus, rursus purgandum corpus est fortioribus tum potionibus, cum apoz. qualia sunt.

U. Scabio. Verben. & Fœnic. An. M. ss. Passul. mund. Thymi. Epith. An. P. j. sem. Anisi 3. j. Coque S. A. in parte col. infunde Rhab. & Agar. recent. Troch. An. 3. j. col. expressa adde Elect. Indi Maio. 3. ss. Syr. ros. Sol. 3. j. cum eodem decocto fiat potio, danda ut artis est. Deinde

U. Rad. Fœnic. Petros. & Rusci. An. 3. j. Folio. Beton. Agrimon. Lupuli, Chamædre. Chamapyth. Pimpinel. Euphras. & Salvia mino. An. M. j. Chelido. vtriusque, Scabio. Absinth. & Politri. An. M. ss. Polypod. Senna, & Passul. mund. An. 3. ij. Agar. Troch. & Liquir. ras. An. 3. vij. Thymi. Epith. florū Stœcha. & Sumita. Dictamni Creten. & Schœnan. An. P. j. sem. Anisi & Fœnic. An. 3. ij. fiat coctio S. A. in col. lib. j. dissolute mellis col. 3. iiiij. fiat apoz. clar. & arom. 3. j. cinn. pro 3. dos. mat.

Quibus finitis detur dosis vna pilula. Lucis, aut aliarum fortiorum: quæ reiterentur decimo quinto quoque die. Vtatur quoque tunc Theria. Mithri. Aurea Alex. conseruis, puluerib[us]que in superioribus descriptis. Item & masticatorijs. Atque hoc intermedio tempore possunt fieri Collyria ex aquis Verbene, Fœnic. Euphras. Beton. Saxifrag. Scabio. Pimpinell. Chelidon. vtriusque, Salviæ, aut horum decocto cum puluere Thuriæ, Sacc. Candi, Ceruſe, aut Trochil. Albo. Rhaz. Aloës lotæ, Tutiæ, Stercoris Lacertæ, myrrhæ, & Sarcocallæ, cuius magna est ad oculorum affectus commendatio, sed ignoratur nunc quid sit. Potest etiam in morbi declinatione addi tantillum croci. Quod autem in nonnullis auctoribus scriptum reperitur de ærugine, aut viridi æris, ære vsto, æris squama, chalciti, mysi, chalcanto, & sale ammoniaco, fellib[us]que quorundam animalium, periculosest. His nāque remedijs malum exasperari potius quam sedari, longa experientia compertum habemus, propter eorum acerimoniam. Qua etiam ratione & pulueres l[æ]dunt, nisi ad atomos reducantur. Nihil enim oculi tenella substantia sensibilisque constitutio, pungens ferre potest. Idem & de opio, quod nonnulli collyrijs admiscent, & de gummi Arab. & Tragacan. & de mucilaginibus dicendum. Quorum primum apertos oculos non potest non multum l[æ]dere insigni frigiditate: ultima vero lentore & visciditate. Fiat ergo tale collyrium in declinatione,

U. A qua Fœnic. & Chelidon. An. 3. ij. Pomphol. non vſta, sed lotæ bis Aquaros. & Ceruſa. An. 3. ss. Misce fiat collyrium, de quo instillentur guttae aliquot in oculos affectos hora decubitus. Diximus porrò, non debere vri pompholigem, quod non solum in ocularijs medicamentis, verum & in alijs nunc facere cogimur contra antiquorum medicorum sententiam, propter aliquorum pharmacopœorum socordiam, qui metallica vrentes, nec ritè extinguentes, ea reddunt acriora: quod & experientia testatur. Prodest etiam Anisi semen, aut Fœnic. ieiuno ore assidue mandere ægrotum; aut ab alio qui ita mandit, in affectum oculum halitum inspirari. Prodest etiam ouum coctum ad duritiem, mediū findere, calidūmque clauso admouere oculo: item & gallinæ, aut arietis iecur, aut pulmones calentes, aut assam arietinam: Aliter, ouum vt suprà coques, per medium secabis, saccarum candum pulueratum indes inter vtrāmque medietatem, filo circumligabis, suspendes, quique inde fluet liquor oculo instillabis. Idem fiet leuiter incisa coturnicis aut columbae viuentis ala, calentéque sanguine oculo excepto. Plura ex authoribus petere poteris remedia, quibus tamen parcè vteris, præcipue intra oculum. Quod si non propterea minuatur affectio, post applicitum phœnigmum, retro aurem affecti oculi, paracenthesi, aut cauterio locus erit. Fit autem paracenthesis apprehensa ceruicis cute volfella perforata ad radices capillorum, deinde candenti acu per foramen traiecta, filo que multiplici per idem foramen funiculi in modum transmissio ex seta, ynde fetonis nomen meruit, aut ex lino, canabœu.

Huius remedij major fuit olim usus quam nunc ; quia , puto , circumcumuolutione funiculi absindebatur cutis. Quare ei successit caustici potentialis applicatio eidem loco , & globuli in ulcus intromissio. Atque haec tenus veram ophthalmiam curare tentauimus : à cuius curatione parum abest , quæ à bilioso sanguine fit ; scilicet frigidiusculis remedij opus habens.

D E P T E R Y G I O.

C A P. XIV.

OPHTHALMIAM quandoque sequitur id malum. Est autem pterygium latinis vnguis, aut vngula, quasi membrana adnatæ ingenita, à magno oculi angulo ut plurimum initium ducens, & ad irim pro grediens, cámque obtegens aliquando. Ita vero vocata videtur à similitudine quam cum vngue habet in colore , & quandoque etiam figura. Huius causa est aut Ophthalmia male curata, aut ulcera, aut scabies, aut denique viscidi humoris in oculum influxus. Facilis est cognitu, sed difficilis curatu ubi altas egit radices. Summa curationis est fere eadem quæ ophthalmiæ : præterquam quod liberiùs hic possumus post euacuum corpus , aloem lotam aqua ros. aut saccæ. cand. aut cerusam, *Aet. lib. 7.* aut pumicem , aut os sepiæ , aut corallum , aut denique pompholigem, *C. 60. Paul. lib. 6. C. 18* si inueniri possit , aut putamina ouorum, omnia subtilissime trita oculo *Guid. trac.* qua parte excrescentia hæc est, inspergere. Quod si vero hæc non sufficiant, ad Chirurgiam accedendum est, quam aptè docent *Ætius, & 7. C. 19.* *Part. 2.* Paulus.

D E P H L Y C T E N I S.

C A P. XV.

FI VNT in oculo & inter cornicæ tunicas phlyctenæ , quæ nil aliud sunt quam paruæ quædam vesicæ humore plenæ , quales in ijs qui calida aqua comburuntur, apparere solent ; propterea phlyctenæ dictæ, *αὐτὸς φλύκησιν* hoc est ebullitione, feruoréque. Visuntur hæc ut plurimum in ijs qui exanthemata aut morbillos patiuntur. Curatio consistit in tenui vietu , aquæ potione , clysteribus,cucurb. cum scarificatu , si vires ferant, sin minus leuibus,catharticis etiam benignioribus. In principio consulunt quidam leuia astringentia oculo admota ; quæ tamen ego non probo. Quid enim illa aliud efficere possunt , quam humorem bulla contentum magis obtrudere , obstiparéque ? Si ergo fluxio magna sit, satius est frictionibus , cucurbitulis, ligaturis,purgantibúsque eam reuellere,

quām applicitis repellere. Admouenda ergo statim in principio anno dina, quale lac, decoctūmque chamæmeli, fœnugræci, sem. lini & ros. addito deinde pauculo croco, instillata tantum, nec medicamentum aliquod graue, imò nec linteal superponenda sunt, ne pondere suo oculum offendant, vesicāmque disrumpant, vnde sequantur vlcera, aut oculi effusio: Sed appositis hinc inde circa oculum duplicatis linteis, spleniisque, supertegendus oculus, conandūmque ut quidquid humoris bulla continetur, euanescat in auras.

DE VLCERIBVS OCVLORVM.

C A P. XVI.

OPHTHALMIA s, phlyctenásque vlcera quandoque sequuntur, quandoque citra hæc contingunt. Omnia autem aut in pupilla, & hæc periculosa, aut circa eam sunt, aut in angulo oculi, aut in palpebra. Fiant autem aut ab externa causa, vt cultro, spina, lapillo: aut ab interna, acribus humoribus. Omnia satis difficilis sunt curationis, sed peiora sunt quæ profundius penetrant, quām superficialia, & quæ in cornea, quām quæ in adnata. Curatio est fere eadem quæ superiorum: scilicet vietus tenuis, clysteres, venæfictio, si vires & tempus ferant, purgatio, cucurb. masticatoria, collyriaque. Hæc autem ultima magis hīc conferunt, quām in aliquo prædictorum: opus enim est exsiccatione, quæ pulueribus acquiritur. Fiant ergo in principio talia.

U. Aque peculi ros. & plantag. An. 3. ij. Syr. de ros. sic. 3. ss. Pulu. cerusa late aqua ros. bis. 3. j. Misce. Aut.

U. Aqua Caprifol. & Ros. An. 3. ij. Mell. Ros. Col. de Ros. Rub. 3. ss. Pulu. Boli Arme. 3. j. Misce. Procedente verò tempore fiat tale.

U. Aqua corticum fabarum, aut calicium earundem, & decoctionis hordei. An. 3. ij. Syr. ros. sol. 3. ss. Thuris, aut myrrha. 3. j. aut aloës late aqua ros. 3. ss. Misce. Aut.

U. decocti Hord. & Fœnug. 3. vij. Mell. ros. col. 3. ss. Pulu. Trochis. albo. Rhaz. 3. j. ss. Misce.

*DE CICATRICIBVS ET
Albuginibus oculorum.*

C A P. XVII.

POST curata vlcera remanent in oculo cicatrices, præcipue in cornea, quæ albæ apparent, propter subiectos œculi humores & pupillæ colores, idéoque merito albugines vocantur. Malum hoc visum pluri-

num offendit, ac propterea à medicis quæruntur remedia ei oppugnando. Neque tamen sperandum est cicatricem hic omnino extercere, vt nec in alijs corporis partibus. Sed quod intendunt est, eam extenuare, ne visum adeo obtenebret. An verò id obtineant, dubito. Quæ enim topica ad id describunt, mihi non valle probantur, propter eorum acrimoniam. Timendum enim est, ne inflammationem in oculo excitent, & dum in crassam duramque cicatricem agunt, citius reliquas oculi partes sanas tenuiorisque lœdant, quām albuginem minuant. Sunt autem ea remedia, quæ à nobis iam suprà commemorata sunt, ærugo, fel tauri, ouranoscopi, milui, scorpionis, pastinacæ, hirci, succi centaurij mino. absint. chalido. rutæ, cyclamin. aristolo. anagalli. cœrul. salammon. amurca, omphaci. Quæ omnia mihi ob dictas causas valde sunt suspecta. Proptereaque mallem leuioris alicuius remedij vsu, vt lactis, aut aquæ mellis, aut decocto lupinorum, aut cortic. fabar. adiecta pauca myrrha, aut aloe longo ab ulceribus sanatis tempore albuginem vtcumque lenire, quām oculos fortioribus exasperare. Nam quod Rondel. consulit inuersis palpebris talia admouere remedia, ne oculum offendant, non id impedit. Äquè enim medicamentum à palpebra oculo superinducta ei communicatur, atque oculo impositum. Nam & tunc etiam ab incubente palpebra extergitur cùm oculo ipsi illinitur.

DE SVGILLATIS

C A P. XVIII.

EFVS VS extra venas sanguis aut ab interna causa, quod rarius, aut ab externa, vt iētu, quod frequentius, in vacuisque tunicarum spacijs hærens, malum facit τηρόσεαμα seu ὑπέρνυον dictum Græcis, Latinis fugillatio: quod etiam in alijs contingit partibus. Discutitur sæpe sine remedijs, aut leui aliquo, vt lacte, sanguine à tururis, perdicis, columbae, aut coturnicis alis distillante, vt antea diximus, aut pomo, aut ouo coctis superpositisque, aut hepate, aut pulmone veruecino carentibus impositis, aut denique decocto altheæ, maluæ, chamæmeli, melilo. anethi, sem. lini & foenug. in fotu supra oculos applicito. Fortiora his, vt antea, non probamus.

DE PVRE SVB CORNEA.**C A P. XIX.**

Act.

ET hunc etiam affectum Græci vocant *πνεύσιν* vt superiorem, & *πνεύσιν*, & quidam etiam *οὐρὴ* vnguem, ob puris candorem & refecti vnguis similitudinem. Peius est superiore malum, à fortiori causa progenitum, & fortioribus egens remedij. Si inflammatio præcedat, clyster, sang. missio, cucurb. purgatiōque requiruntur. Exin oui albumen aut per se, aut cum lacte agitatum, oculo superpositum. Tandem lac per se, aut panis calens lacte madidus, aut vino, & reliqua quæ superioribus capitibus dicta sunt. Et si quidem discuti citra vlcus pusqueat, melius est, sin minus, vtendum remedij, quæ in oculorum vlceribus dicta sunt.

***DE SVFFFUSIONE SEV
Cataracta & Glaucomato.*****C A P. X.**

SVFFFUSIO latinis, cataracta & aqua descendens in oculum barbitis, *τηρόχυτα καὶ ὑπόχυτος* Græcis est, humoris viscidi inter corneam & aqueum humorem oculi affusio, quæ visum impedit. Glaucoma verò est cristallini humoris concretio & obduratio. Causæ vtriusque variæ sunt & loci, quamvis affectiones congeneres sint & noxa, & similitudine. Glaucomatis enim causa est nimia siccitas, locus verò crystallinus humor. Suffusionis contrà nimia humiditas, locus, spacium inter corneam & tenuem seu aqueum oculi humorem. Neque enim assentior iij qui dicunt, humorē hunc, qui cataractam efficit, contineri inter corneam & crystallinum, quum inter eandem corneam & crystalloidem medius intercedat aqueus humor; & qui chirurgiam cataractarum exercent, adacta acu per medium aqueum humorē ad corneam usque procedunt, vt aperte intuentibus conspicitur, ibique situm humorē cataractam commitentem, deorsum deprimunt acus cuspidē, atque propterea expectant eius maturitatem, vt mox dicemus. Multo vero minū crediderim aqueum humorē incrassatum cataractam efficere. Hui enim sententiæ resistit dicta suffusionum chirurgia, qua suffusionis materia acu ad inferiores deprimitur partes; quod fieri nullo modo posse si humor aqueus esset suffusionis causa. Nam aut totus deprimeretur, sic crystallinus anteriori parte maneret disceopertus, & vacuum esset ma-

gnat

gnūm spaciūm; aut pars eius ab alia dispergetur, & vna deprimeatur, alia maneret: quorum utrumque difficile est creditu & cogitatu. Ergo satius est asserere, causam suffusionis esse humorem toto genere præter naturam, qui inter corneam aqueūmque humorem illabitur, ibique in-
crasitus & concrescens in densam nubem, & radiorum, & spirituum,
& idolorum transitum impedit. Atque hæc coniuncta est cauia. Ante-
cedens vero copia humorum, excrementorūmque. Primitua denique
crapula, ebrietas, somnus, lectio, studium, sol, luna, casus, iectus, fu-
mus, ventusque. Iam verò duas faciunt suffusionis species, alteram per
consensum ventriculi, & aliarum partium inferiorum, alteram per oculi
ipsius propriam affectionem.

Eius quæ alterius partis consensu fit, signum est, si à ventriculo pro-
cedat, ut frequentius procedit, dolor & morbus circa ventriculum, nau-
sea, vomitus, & quod ambo oculi similiter afficiantur: cùm in alia non
similiter: & quod non continuo, sed per interualla: & denique quod in
oculo nihil appareat extra, sed solum ęgrotō corporicula quedam huius, aut
alterius figure, colorisq[ue], modò maiora, modò minora, modò obscuriora,
nunc clariora, moueri ante oculos videantur. In primaria verò contraria
monino reperiuntur. Vtraque grauis est curatu, sed difficilior ultima, ea-
dem vero confirmata incurabilis, nisi fortasse chirurgia. Eas autem sic
distingues. Parua, tenuis, pellucida, recens, cæsia, quaque clauso sa-
no oculo diffunditur, pupillaque ampliatur, neque omnino lucem sal-
tem intercipit, in iuuene, sine magno capitris dolore, aut quæ non à
graua causa externa, aut periculo morbo initium traxit, facilius cura-
tionem admittit. Quæ contraria omnia habet, difficilius.

Curatio primæ in tenui vietu sita est, & aquæ potionē, aut cui mo-
dicum cinnam. incocatum sit, vsique frequenti Hieræ s. aut pilularum
ex aloë aut Lucis maio. Theriacæ, mithridatiisque. Secunda vero præ-
ter hæc requirit etiam enemata, cucurb. fortiora cathartica, sudorificam
diætam, apophlegmatifinos, suffumigia, phœnigmos retro aurem
respondentem oculo affecto, cauterium, & tandem fortiora colliria &
Chirurgiam: seruata in omnibus ratione ætatis, habitus, temperamenti,
sexus, temporis, & conditionis ægrotantis. Aliorum porro remediorum
satis multa sunt descripta in superioribus exempla. Collyria autem hic
quædam authores recensent ex fellibus, & distillationibus. Nos vero sic
paranda censemus. In principio.

¶. Aquæ calicum, aut corticis, aut florum fabarum ȝ. iiiij. A que fænic.
aut Chelidon. aut Euphras. ȝ. j. s. Pulu. Ceruse, aut Pompholig. aut
Sacc. Candi, aut sepiæ ossis. aut Stercoris lacerri, aut cadmia, subtiliss.
trih ȝ. ij. Misce fiat collyrium, de quo instilletur oculo manè & vesperi.
sequenti verò tempore.

¶. fænic. verbene, Euphras. & Chelidon. Majo. An. M. j. Mellis
electi ȝ. j. Terebintb. ȝ. s. vini alb. ȝ. ij. Aloë, myrræ An. ȝ. ij. Misce,
& posui in alembico fiat distillatio, de qua guta aliquot in oculum injiciantur.

tur. Quod si eo remedio exasperetur oculus, fouetur lacte muliebri, aut aqua ros. Multa alia apud authores inuenies. Si verò hæc omnia non profint, vt sæpe non profunt, post tentatos phœnigmos, & causticum aut collo, aut brachio applicitum, venientum est ad Chirurgiam, quam exercere docent Gal. Paulus, Celsus, & Albucasis. Sed re magis quam verbis illam discere oportet, vt & fere omnia quæ manu fiunt. Atque hæc de cataracta. Glaucoma autem vt est rarius morbus, ita etiam difficilior cognitu, & curatu etiam impossibilis, vt & omnes morbi qui à difficultate magna pendent, proinde nil amplius de eo dicemus.

DE DEBILITATE VISVS.

C A P. XXI.

HA C T E N V S oculi morbos conspicuos prosecuti sumus præcipuos, magisque vulgares & frequentes. Nunc vltimum hunc occultum discutiamus. Vbi quis non probè cernit, cum tamen nulla in oculo appareat extrà macula, aut offensa, generali dictione visus debilitatem malum hoc dicunt. Priuatis autem nominibus Amaurosis, ambliopiam, myopiam, nictalopas. De quorum differentijs non conuenit inter authores. Sic tamen aliqui distinguunt, vt ambliopia sit obscura visio, sed minùs quam Amaurosis; myopia sit quum propinqua oculis cernuntur, paulo verò dissipata nullo modo: Nictalope cum interdiu satis quidem vident, circa noctis crepusculum valde parum, noctu nihil omnino. Sunt & his alij contrarij, qui interdiu nihil vident, circa noctem parum, noctu melius. Omnes autem hi Latinis Lusciosi, Luscitiosi, & Nuscitiosi dicuntur. Sed de nominibus haec tenus. Vitium hoc aliquando naturale est, aliquando aduentitium. Hoc verò vt plurimum magnos consequitur morbos, & repentinam defluxiones; licet quandoque etiam sensim fiat.

In causarum inuestigatione non minùs laborandum. Natiua debilitas aut in tunicarum oculi crassitie, aut humorum, aut utriusque, aut etiam spirituum, aut horum paucitate, aut denique optici nerui obstruktione sita est. Nec enim ego aut cerebri aut meningum vitium aut optici contorsionem in visus debilitate arguere vellem. Qui noctu nihil vident, interdiu vero satis, spirituum defectu, & humorum oculum confituentium, tunicarumque marcore id patiuntur. Quod in senibus quoque contingit, & post acutos morbos. Quibus autem contrà interdiu debilis est visio, noctu vero fortior, subtilitas splendore nimius & spirituum, & humorum, tunicarumque raritas. Qui subito cœci fiunt sine manifesta causa, humorum in opticum influxum ingentem experti sunt. Potest & id etiam contingere ob iustum, & repentinam ab externis causis factam in oculo impressionem violentæ qualitatis, vt

qui per niuosa ambulant loca , aut à tenebris ad magnam lucem trahuntur , & qui prope ignem semper sunt , vt metallorum , aut vitri fusores , pistores dulciarij , furnarij , fabri ferrarij . Qui post magnas euacuationes in id malum incidunt , spirituum inopia & humorum contractione , tunicarūmque id ferunt . Præsentibus autem plenitudinis signis atque vniuersaliter vt plurimum ab obturazione optici id mali fieri contingit . Quod & remedia ab authoribus præscripta indicant , quæ omnia discutunt , aperiunt , diuiduntque . Signa ad morbum cognoscendum nulla alia habemus , quām ægroti relationem . Nihil enim extrā in oculis conspicuum est . Signa vero distinctiua causarum sunt eadem quæ plenitudinis & inanitionis .

Quomodocumque morbus accidat , difficilis valde est curatu , paucique admodum sanantur : qui vero natura tales sunt , nulli .

Curationis varia est ratio pro causæ varietate & ægroti temperie . Qui natura hebetes sunt visu , nullo alio quām optima victus ratione iuuari possunt , & specillis . Remedia enim səpius his nocent quām prosint ; tum quia naturales defectus raro ars emendat , tum quia mali causam exacte non tenemus , & huius ignorantia ratione , maxime in occultis , frequenter contraria noxiāque admouemus remedia . Qui etiam à morbo resurgentes propter spirituum inopiam , & partium oculi debilitatem id mali incurunt , nullo alio egent quām resumptiua & reficiente diæta . Qui denique ab humorum in opticum influxu , quod magis frequens creditur , morbum hunc patiuntur , hos sic tractabis , præcipue si pituitosi fuerint . In primis in loco perlato collocabis ad aquilonem , aut occidentem solem , tenui victu nutries , purgabis , & si vires ferant , sanguinem parcè mittes , memor quod nihil æquè visui officit ac importuna phlebotomia , deinde eadem exequeris quæ superiori capite diæta sunt . Maxime verò hic prodest pilularum Lucis , Aurearum , & Cochiae . usus bis in mense , & Alephaninarum alternis diebus aut bis in hebdomada , Theriacæ alternatim cum alephaninis , decoctio Guaiaci in fortioribus , aut salsa pariliæ in debilioribus , aut denique Chinæ (quam quidam dicunt Apios) in nobilibus . Particularia autem remedia præter diætas sunt capræ iecur assūm solum , aut caryophilis transfixum , & comedum , aut calidum oculis admotum , aut eius ita assī sanies calida affectis oculis instillata . Multæ etiam fiunt distillationes ex scenic . beton . pimpinel . euphras . verbena . ruta . chelido . vtroque . raphano . asparag . apio . maiora . aut ex earumdem herbarum succis per se , aut cum melle ; quod magis probo quām earum pulueres in oculum iniectos . Laudant etiam nonnulli accipitris , aut picæ auis in noua testa crematorum cineres : alij mel conseruationis fellis vaccæ vel bouis , quo modo docet Dioscori . quidam denique aliqua ex his , & multa alia fimo condunt , aut arena , aut soli æstuio exponunt ; quæ omnia longum hic esset recensere . Quare ad aliarum partium morbos iam transcamus . Satis enim de oculis ,

DE HEMORRHAGIA.

C A P. X X I I .

NASVS oculis propinquior. In eo plurimi sunt morbi. Sed ad Chirurgiam potius, quam ad hanc partem spectant, ut sunt Polypus, ozena. Quare hic tantum de hemorrhagia, ad quam fistendam medicus saepe vocatur, dicemus. Licet hemorrhagiæ nomen commune sit omni sanguinis fluxui à quacumque demum parte fiat, tamen Hypp. Gal. Com. I. priuatum de eo qui per nares fit, dicitur. Neque vero hemorrhagiæ nomen meretur leuis fang. è naribus effusio, sed grauior, & quæ aut diu durat, aut saepius repetit. Iuuenes enim multi sunt, qui ineunte vere sanguinem è naribus facile fundunt, id cogente eius copia, & aduentantis solis calore, qui tamen neque ægrotant, neque remedijs egerint; quemadmodum neque qui ob casum, aut iactum id patiuntur, modo non præter rationem valde fluat. Est ergo hemorrhagia, de qua hæc agimus, nimia ex naribus facta sanguinis profusio. Cum autem vel critica, vel symptomatica ea esse possit, & critica, vel bona vel mala, constat nos criticam bonam non intelligere, vt quæ nimia esse nequeat. Nullum enim bonum nimium. Quod si quæ critica in principio, natura debili facta nimia deinde fiat, (qui enim per declivem locum se in cursum dedit, non potest semper ubi vult se fistere) iam illa transit in symptomaticam, & cum antea cohibentibus remedijs opus non haberet, nunc habet. Est & alia à causa externa, alia ab interna: Externa est frigus, sol, iactus; interna, plenitudo, cachochymia. Præter hanc autem quæ per nares fit hemorrhagia, est & alia interna, alia externa. Illa frequentior ob internarum partium raritatem tenuitatemque: hæc rarior, immo rarissima, nisi ab externa causa, ob cutis densitatem & crassitatem. Omnia autem modi quatuor: aut enim fluit sanguis apertis oris venarum per anastomosin; aut sudoris instar per poros tunicarum venæ, diapedesij; aut disruptis iisdem tunicis, per rixim; aut denique rosis per diabrofis. Idem quoque contingit arterijs, sed rarius.

Causa cuiusque variae sunt. Anastomosis à sanguinis multitudine fit ut plurimum, deinde ab acrimonia, tandem ab orificiorum imbecillitate. Diapedesis à sanguinis tenuitate, multo sero, tunicarum raritate. Rixis ab iactu, aut violencia. Diabrofis denique à sanguinis aut alterius humoris acrimonia interiùs, exterius ab igne aut erodéti bus medicamentis.

Vt variae sunt hemorrhagiæ causæ, ita & varia signa. Plenitudinem in causa esse ostendunt ætas florens, lauta vita, ver, faciei rubedo, corporis habitus athleticus, sang. tenuitatem contrà biliosa signa, macilentia, ira, mobilitas & promptitudo, vigilie, flauus color. Sanguinis eandem tenuitatem obserum, & raritatem tunicarum ipsem etiètus monstrat, sexus,

etas, vicitus: ut plurimum enim mulieres, pueros, aquæ potores, cachexicos, obstructos, hydropicos, febribus laborantes, hemorrhagia hæc torquet. Eiusdem acrimoniam sanguinis, & aliorum humorum, quæ de bilioso dicta sunt, commonstrant, & vicitus parcus, acriumque eduliorum & medicamentorum usus. Ruptiōnem intus plenitudo efficit, aut violentus motus; extra verò iectus; quæ ex ægri relatu sciuntur.

Hemorrhagia, de qua hic sit apertis oris venarum, quæ ad nares pertingunt. Estque aliquando leuis morbus, & facilis curatu, alias grauissimus, quandoque etiam lethalis: atque & hoc lethale aliquando seriūs, quandoque citius. Quæ febres acutas sequitur, sæpe breui interficit, nec potest sisti: alias tanta est ut quamvis tandem sistatur, tamen hydropeni, cachexiam, refrigerationem, & multa alia parit mala, à quibus mors. Que sepius repetit, etiam citra morbum, eadem profert incommoda: quod si adsit multa obstructio in visceribus, aut cachexia, aut hydrops, mortem. Leuis verò hemorrhagia in iuene effarco, gulosi, Vere, salubris est, nec propterea curanda. Multò verò minus critica; & quæ ob intermissam aliquam euacuationem contingit.

Curatio etiam varia est pro causæ varietate. Tamen quod nunc conabimur est, præsentem hemorrhagiam quoquo modo sistere: partes verò affectas quamlibet in proprio loco. Ergo ægrotum in obscuro & frigido loco constituemus, erectum, parum cooperatum, omnimodam quietem, maximè capit is, imperabimus, silentium indicemus, à vini potu, & cibis qui mandi postulant interdicemus, aqua frigida putemus, aut cisternæ potabimus, aut decoctionis hordei, aut cui syr. Myrti, de ros. sic. Limon. de Agresta, de Acetof. Citrii, acetosus S. & C. admixti sint. Pro cibo sit hordei tremor, aut pultes ex eodem & amyllo, iuscula capit is & pedum veruecis cum Laet. acetosa, portul. cucurb. Cucum. Melo. coctorum. Remedia verò sic habent. Nisi venter deicerit multò ante, iniiciendus clyster. Ventris enim repletio sanguinem sursum exprimit. Mox liganda extrema, fricandaque, & in frigidam immergenda, eadēmque frigida, addito etiam acetō cum linteis admouenda fronti, collo, carpis, pudendis. Cucurbitula etiam hepati; lieni quoque, si à sinistra nare fluat sanguis, & scapulis, & ceruici. Quod si vires ferant, ante omnia, post clysterem reiectum, aperienda vena brachij è regione naris, paruo vulnere, permittendūmque ut parum fluat sang. interpolatis vicibus eum sistēdo, neque vñquam ad Cypothimiam, multoque minus ad syncopen deducendo. Utendum etiam tali aut simili potionē.

U. Aqua Peculi ros. & Plantag. aut Laet. aut Portul. aut Endi, aut Acetosa, aut Ros. An. 3. ij. syr. Myrth. & de Ros. sic. aut de Agresta, aut de succo Acetosa, aut de Ribes, aut Cythonio. aut Granator. aut acetosi. S. aut C. aut de Limoni. aut de Berber. aut de Nymphe. An. 3. ss. Puln. Boli Arm. & Terra sigilla. aut Corall. prepar. aut Ros. aut Thur. aut Mastich. aut sem. Plataug. aut Cornu Cer. aut Ebor. aut Trochisco. de Terra sigilla. aut de Charabe, aut Ramich, aut de Spodio. An. 3. ss. Misce fiat

potus, quem capiat uno haustu, longè à cibo : itereturque idem ad usum ex cochleari. Interim anacollemata admouēda erū fronti, supra & intra nares. Ea autē fient ex pulueribus Hæmatitis Boli Arm. Terræ sigilla. Amylli, Farinæ volat. pilorum leporis, Sang. Draco. Thur. Masti. gummi Arab. Tragacan. Argillæ, Acatiæ, Hypocist. Gallarum, ros. Balaustio. Lanug. Verbasci, & simil. Nucum cupressi, Myrtillo. Cort. Mali grana. Coral. Ebor. Cornu cerui, Spodij, Bedegar, Centinod. sem. Plantag. Aloes, Sumach, Alumin. Vinaceorum, & aliorum astringentium cum albuminjibus ouorum, aut aquis plantag. Symphiti, ros. Polygonati, Portul. aut succis eorumdem & semperui. Millefolij, & cum aceto mixtis, & cum linteis admotis fronti, cum stupa verò aut carpto lino inditis naribus. Laudatur etiam vrtica contusa & similiter applicita, & aranearum tela, & puluis ex pilis leporis combustis, & ex spongia aceto imbuta crematāque & cinis testarū oui, canceror. gallarūmque, & sanguis idem qui fluxit in sartag. rostus applicitusque ut alia, aut etiam potui datus, quod non probo, nec alia facultate pollere credo quām exsiccandi. Non magis placet sterlus asinimum, suillum, muli, aut bouis, applicita, multoque minus ingesta; quod quidam tamen faciunt. Appensa collo, vt coralium, iaspis, hematites, marmor, succinū, cristallus, aureæque catenæ non alia ratione prosunt quām manifesta frigiditate. Ad summum denique, nisi hæc omnia prosint, consulunt aliqui ægrum à lecto in paumentum, supposita solū sindone, transferre. Alij, quod magis est, in frigidam immergere. Sed id remedium temeritatis & perculi plenum est.

D E P A R O T I D I B V S.

C A P. XXIII.

PA ROTIDES sunt leues phlegmones, retrò aures, vt plurimum in febrium fine excitati: licet etiam aliquando sine febre fiant. Aliquæ criticæ sunt, alia non; quædam cum dolore, quædam sine illo, aut cum valde leui; nonnullæ paruæ, alia magnæ; quædam faciles soluti, alia difficiles. Nullo egent signo ad sui cognitionem, quām visu. Periculose semper sunt criticæ, periculosiores quæ tempore pestis apparent, periculosissimæ omnes si retro meent. Curatio omnium in attractione leui, moderata resolutione, & tandem suppuratione, evacuationeque sita est. Nunquam repercutentibus etiam leuissimis vtendum est, neque multum attrahentibus, præcipue ubi magna est inflammatio, vehemens dolor, plethoricum corpus, & in principio. Nisi ergo purgatum antea fuerit corpus, & suspicio sit subesse excrements, aut plethoram, ad cohendum impetum fluentis humoris, & ne tumor nimium ex crescet, faucesque occupet, subiiciatur enema commune, eoque reiecto si adsit

plethora , extrahantur Sang. 3. 4. ex cephalica brachij è regione lateris affecti , & si vtraque auris sit occupata , ex brachio dextro. Quod si cephalica non queat pertundi , aperiatur mediana , aut denique basilica. Si aliquid impedit venæ sectionem , vt grauiditas , applicentur cucurbitæ scapulis cum scarificatione , extrahatürque sanguis iuxta ægroti vires. Postridie detur catharticum conueniens humoris peccanti. Interim verò ne recurrat materia , applicetur cucurbita stricti oris leuis circumtorem , versus spinam , & fiant illitus , cataplasmata , emplastra hoc modo.

Q. Olei Chamamel. Lumbrico. & Aneth. An. 3. ij. Misce , & inunge locum affectum , & vicina , bis in die , superponendo lanam succidam. Aut

Q. Vng. Dialthea , & Resumpt. An. 3. ij. Misce , & utere ut supra. Quod si tumor vergat ad suppurationem , fiat tale

Q. Rad. Lilio. Albo. coctæ sub cineribus 3. j. Axungia porci veter. & vng. Dialthe. An. 3. ss. Vitellum oui. s. j. Olei Chamamel. Q. S. fiat pul. ad usum dictum. Aut

Q. Massa emplasti Diachilo. magni , & cum gummis. An. 3. j. Malaixa oleo Chamamel. & extende in aluta rotunda , & admone parti. Facte autem pure aperiatur vomica , & curetur ut reliqua.

DE AVRIVM TINNITV & surditate.

C A P. XXIV.

ACCIDUNT & auribus sui morbi , sed præcipui sunt tinnitus , & surditates , ad quos sequitur sepe dolor , quamvis aliquando precedat , quandoq; etiam sine his adsit. Sed dolor quidem externus curatur eodem modo quo parotides , internus verò quomodo tinnitus surditasque , propterea non est quod de eo seorsum agamus. Tinnitus causa est ut plurimum immediata , flatus intra aurem conclusi : flatum verò excitant pituita & melancholicus succus , & cerebri frigida intemperies. Potest etiam in aure fieri tumor in timpano durus frigidusque. Aliquando pendent flatus ab inferna causa , vt ventriculo parum feliciter coquente. Surditates quoque ab ijsdem occasionibus excitatur , sed fortioribus , aut casu , aut ictu , aut vulnere , aut vomica interna auris , aut decubitu magno præcipitique humoris in aurem , vt per crises acutorum morborum ; quomodo etiam sepe amittitur visus : aut denique vehementi sono , quod nos contigisse vidimus ex subito bombardè crepitù : qua ratione quoque ab immoderato , insueto , & excellenti luminoso inducitur cœcitas. Dignoscuntur affectiones ex relatione ægroti.

Et tinnitus quidem quamvis aliquando difficulter curetur, tamen non adeo ægrè soluitur atque surditas. Hæc enim si diurna sit, aut à subito humorum decubitu, aut ab vlcere, aut à vulnere, aut à vehementi sonitu, præcipue in senibus, & multo magis si à natura sit, nullo modo curationem admittit. Si vero aliqua salutis spes sit, tinnitus minora debentur remedia quam surditati, sed eiusdem generis. Ergo tinnitus curabimus clysteribus primo vulgaribus, deinde acrioribus. Vt

U. Altheæ, Malna, Mercurial. An. M. j. Salvia, Maio. Arthemis. An. M. ss. flor. Stæcha. & Rorismar. An. P. j. fiat cottio. in Col. lib. j. ss. dissolue mellis Anthos. & Mercurial. An. 3. j. olei commun. & Chamomel. An. 3. j. ss. aut Hiera picra Gal. & Diaprun. compos. An. 3. ss. olei Anerb. 3. ij. Postridie detur talis potio.

U. Agar. Troch. 3. j. Turbith. 3. ss. infunde in decocto Thymi, Melis- sa, Stæcha. Passul. & macis Col. expressa adde Diaphen. & Indi. Maio. An. 3. ij. Syr. ros. Sol. 3. j. cum eodem decocto fiat potio.

Peseuerante affectu hat apozema quale sæpius antea descriptum est pro humore pituitoso: & deinde pilulæ de Agar. Cochiæ. Indæ, sine quib. Interim admoueantur Cucurb. scapulis leues, aut cum scarificatione, si adsit plenitudo, imò & venæ. si vires ferant, & morbus inualeat, & frictiones matutinæ scapularum, & brachiorum, & suffitus qui excipiantur auribus, & indumentis capitis; & masticatoria ex Zingib. aut Pyrethro per se, aut cum alijs mixtis. Sumat etiam bis in hebdomada 3. j. Theriacæ veter. aut Mithrida. aut ambor. mixto. manè, quatuor horis ante cibum; aut 3. ss. pilula. de Hiera. S. aut de Aloe & Alephan- gin. An. 3. j. hora vna ante cœnam. Interim vero in aurem, aut aures, si vtraque laboret, instillandum hora somni oleum Anethinum, Ruta- ceum, Amigdal. Amar. Costin. Sampsi. Nucum, Lauri. Scorpion. de Spica, de Castor. de Piperib. de Gaga. seu Petrol. & Philosopho. Sed hæc duo moderatè & post alia omnia. Fiunt etiam ad coldeini vñus olea composita ex decocto cum oleis & vino. Vt

U. Rutæ M. ss. grano. Lamri. Par. vj. Colocynt. 3. j. aut rad. Ellebo- tantundem, aut Euphorb. 3. j. vini opt. & olei. An. 3. iiiij coquantur ad vini consumptionem: Col. vtior, & obtura semper aures Cotto moschato aut alio. Possunt etiā instillari succi Porri, Cepæ, Allij, Nasturtij, Raphani, Rutæ, Sampsic., Cucum. Afini. Fœnic. fiant etiam sternutatoria. Vt

U. Pulueris Ellebori albi. 3. j. insuffletur aliquando in nares, maximè manè. Aut

U. Piperis 3. j. Euphorb. 3. j. Tere, & mixtis vtior. Quod si non his cedat affectus, vtendum est sudorificis decoctis ex Guaiaco, Salfa Par- lia, China, per plures dies, & tenui exquisitæ diæta, & tandem admouen- dum causticum ceruici, aut si hic non liceat, brachio; & applicanda em- plastra brechmati, aut inspergendi pulueres, aut inducendi pilei, vt supe- rius sæpe adnotatum est. Debet quoque ægrotus mandere sæpe semen Anisi, aut Fœnic. solū, aut Sacc. incrustatū, aut vñi tali puluere à pastibus.

U. Sem.

*U. Sem. Anisi, Coriand. & Foenic. dulc. Sace. coopertorum. An. 3.
j. Pulu. Cinam. 3. iiij. Macis, Nucis myristica, & Caryophyllo. An. 3. i.
Sace. 3. iiiij. fiat pulvis crassiusculus, de quo capiat parum in fine pastuum.
Vitare debet super omnia violentum sonitum, radios solares, lunaresque,
pluviā & ventos. Atque hēc de tinnitu & surditate à flatibus & crassis
humoribus. Si verò rupta sit vomica in auribus, & fluat sanies, longè alia
vtendum est methodo, abstinentiūque omnino ab oleis, quorum loco
injici debet decoctum hord. & ros. cum melle ros. hac proportione.*

*U. Hord. Integ. & Ros. An. P. j. Coquantur in aqua ad 3. iiiij. Col.
adde Mellis ros. 3. ls. Misce, & infilla in aurem noctu. & manè.
Procedente tempore addatur decocto Absinthium, & Col. 3. j. Aloes,
aut Myrrhę, ad deterisionem v̄ceris, & tandem Trochiscor. Albo. Rhaz.
aut Tuthiq̄ lotę tantundem. Si denique post abstersum vlcus, inductām-
que cicatricem, remaneat surditas, nulla amplius est curationis spes.*

DE STRVMIS.

CAP. XXV.

QVIA circa aures & collum nascuntur vt plurimum strume, quam-
quis etiā & alibi, tamen non nihil de his dicemus nunc. Sunt strume
tumores de oedematum & schirorum genere, à frigida materia pituitosa
geniti v̄bique, sed pr̄cipuè circa adenes, maximèque circa collum ob
capitis viciniā, & in pueris ob voracitatem, & senibus ob excrementa. ^{3. Aphor.}
^{26.} Vocatur *χοιράδης* Gr̄ecis, Latinis strume, & scrophę, aut scrophulę, à simi-
litudine quam cum scropha habent in fœtus multitudine, aut quod hoc
animal tali morbo maximè obnoxium sit. Aliquę sunt cœcę, alię exul-
ceratę, quemadmodum cancri, egręque vt hi, curabiles, licet non eque
periculose: vix enim etatis, aut aëris mutatione sanantur, & vt plurimum
reuiuscunt repullulantę, maximè verò exulceratę.

Curatio sita est in optima viuctus ratione, quę ad siccitatem tendat, cly-
steribus, catharticis, apozematis, pilulis sepius iteratis, sudorificis de-
coctis, hipocaustis, causticis, thermis, peregrinatione, denique chirurgia.
Veretur itaque ægrotus in aëre sicco naturā, aut igne. Vtatur euchimis,
vt plurimum assis carnis, nō ad satietatem, imò ieunet, bibat parcius,
sitque potus, vinum modicę lymphatum: laboret satis, dormiat parum,
vitet ebrietatem, gulāmque, herbas, acetaria, legumina, caseum, pisces,
fructus horeos, foranum meridianum, pluviā, venerem. Studeat libe-
ram habere aluum, idque clysteribus etiam acrioribus. Fiant potionē
& apozemata similia his, quæ descripta sunt supra in paralysi, & alijs
morbis frigidis. Capiat pil. de Aloe, & de Agar. de Turbith, de Colo-
cynt. Cochias, & similes bis in mense; Theriacam & Mithridati. tertio
quoque die pondere 3. j. si abūdet sanguis, vt in virginibus, iuuenibus

potest mitti aut ex saphœna, aut ex cephalica. In multa cachocymia puitosa potest vti tali decocto,

U. Rasura ligni sancti 3. ij. Cort. eiusdem 3. ij. infunde in lib. iiiij. aqua per 12. horas. Coque ad medias. De col. bibat circiter 3. viij. singulis diebus manè, superdormiendo, si valeat, & sudando.

U. Feces superioris decocti. Aqua lib. xiij. Coque ad tertiae partis absorptionem, addendo in fine, Liquir. 3. iiij. Cinam. 3. ij. col. utatur loco vini in pastibus & extra; & si egrorius sit ingenuus, addat saccarū pro arbitratu. Continuet per viginti, aut triginta dies, si vides ferant: quibus finitis capiat dosim pilularum supra dictarum Quod si non possit tamdiu perseuerare, repetatur remedium Vere & Autumno: & si ægrotus sit delicior, fiat decoctio ex sarça Parilia, aut China: & si nolit, aut nequeat sudare, fiat aqua qua utatur loco vini tota hyemo, vt

U. Rasura Guaiaci 3. ij. Aqua lib. xiij. Coque ad quartæ partis consumptionem, addendo Liquir. 3. ss. Cinnam. 3. ij. Colato utatur. Aut si sit tenerior infirmus,

U. Sarca Parilia, aut China 3. ij. fiat vt suprà. Si aut hæc non admittat æger, aut non prosint, laconica, hypocausta, aut stuphæ vulgo vocatae, termæque sulphureæ tum potu cum lotione sæpius iterata plurimum valent. Quin etiam escharoticum brachio aduerso applicitum, vlcisque quod inde prouenit diutissimè conseruatum, & si opus sit, vtrique brachio; idque pro strumis colli, de quibus hic agimus: pro inferioribus verò, etiam tibijs adhiberi possunt caustica potentialia. Atque hæc ad materiam antecedentem spectant; pro coniuncta verò seu contingenit sic agendum in cœcis strumis. Si patuu sit tumor, conandum est eum discutere oleis Chamæmel. Aneth. Lilio. Alb. Irino, Lumbric. Sambuc. aut vng. Dialtheæ, & resumpt. Consulunt præter hæc authores, strumam manibus sæpe attrectare, premere, duroque aliquo percutere, & plumbeam laminam superponere, præcipue in locis duris. Si tumor maior sit, nec his cedat, conandum est ad suppurationem ducere vnguento Basilicone, aut emplastris Diachilo. S. aut magno, aut cum gummis, dissolutis aliquo ex superioribus oleis, aut oleo Lucernæ, aut Nucum, aut cataplasmate hoc

U. Rad. Altheæ, & Lilij alb. An. 3. ij. Felior. Malu. Viol. Acant. An. M. j. Carica. ping. Par. iiij. Coquantur, contundantur, transmittantur cribro, addéque farina seminis Lini, & Triic. An. 3. ij. vng. Dialthe. 3. j. ss. Vitellum oni. j. adipis anser. 3. ss. cum oleis antediictis fiat cataplasma. Suppuratione facta aperiatur vomica, & curetur vt reliqua vlcera. Quod si nec suppurari queat, sed induretur, tunc iubent medici si struma vagina inuoluitur, secta cute eam cum sacculo suo extrahere, aut imposito septico absumere. Sed hæc ad Chirurgiam spectant, neque in collo securè fieri possunt, neque in ventre, neque in artibus.

D E A N G I N A.

C A P. XXVI.

QVAMVIS in ore nonnulla contingent mala, ut aphtæ, vuulæ inflammatio, relaxatioque, & vlcera quædam, tamen quia hæc videntur leuiora, & vix ad ea vocantur medici, ideo post morbos capitis visum est in colli morbis initium sumere ab angina, maximo, acutissimo, & periculosisimo. Nullus enim est si apoplexiam fortem demas, qui tam celeriter ægrotum trucidet. Est autem angina tumor fauces occupans, cum febre continua, respirationis, aut deglutitionis, aut utriusq; difficultate, dolore, & quandoque impedita respiratione. Huius quinque constitutæ species locis distinctæ, quæque potius ratione, quam visu discernas. Συνάγητος vocant quæ pharingis aut faucium internos musculos obsidet, παρασυνάγητος quæ faucium externos, Κυράγητος, quæ internos laringis, παρακυράγητος, quæ externos. Quintam supra has addunt, cum ceruicis vertebra aliqua aut casu, aut interna inflammatione in interiora luxatur, sique deglutitionis, respirationisq; viam intercipit. Huius signum est cauitas manifesta in ceruice, sine villa apparentia tumoris in ore; Synanchis & parasyndochis impedita deglutitio, chynachis & paracynachis respiratio, licet hæc ambo fere omnibus communia sint, & quod potus per nares refluit, maximè si magnus sit affectus. Pernicioſus omnino morbus est, præcipue si nullus appareat nec in ore, nec in collo tumor, sit magnus dolor, exerta lingua, orthopnea, strangulatio, febris magna, rubor & tumor faciei; tunc enim desperata salus est. Quandoque in pectus & pulmones transfertur angina materia, magna ægri pernicie. Continunt omnes ferè in magnis frigoribus repentinisq; compresso cerebro expressaque in fauces materia.

Curatio talis esse debet: sit æger in ampio perflatōque cubiculo, moderate frigiduscuso, erectus, viuat ex iuſculis, bibat quam parcissimè, dormiat parùm, vitet vinum, & omnia quæ fluxionem pariunt, & quæ materiam impingunt & incrassant. His ita dispositis quamprimum iniecto clysteri acriori ex Diapruno composito Benedic, lax. Hiera. S. aut Diacolocynthi. mittendus est sanguis ex cephalica dextra liberaliter, habita ratione viriū. A prandio, si manè vocati fuimus, sin minus circa noctem tundenda alterius brachij cephalica (præcipuum enim remedium in venæfætione situm est) extrahendimq; quantum vires ferre valeant, reiterato etiam enemate ante, aut longè à secunda phlebotomia. Quod autem quidam in foeminis quibus defunt menstrua, à saphena sanguinem extrahi consulunt, non probo, longe enim dissipata à parte affecta vena parum proficere potest secta: nunc autem præsentis periculi maior habenda est ratio, quam menstruorum. Præscribunt authores catharticum

in sequentem diem, neque immerito, si bibere valeat eger, sed aliquando non potest, & licet possit, catharticum in transitu fauces humore replet, & quod peius est, aliquando vomitione rejicitur, pituitaque morbum auget, vnde premitur magis ægrotus. Ergo si præscribatur medicamentum, detur minima quantitate, sed fortius, ne vomatur, neque immisceantur quæ vomitum prouocant, qualis est agaricus. Potest tale institui.

U. Bethon. M. j. Hord. Ros. & Passul. mun. An. P. j. Senne mund. & Liquir. An. 3. ij. Coquantur. In parte col. infunde Rhab. 3. ij. Expressiō adde Diacarth. aut Eleēt. de succo ros. 3. ss. fiat parua potio detur ut artis est.

Possunt etiam dissolui pilulæ & dari, vt

U. Massæ pilula. Cochia, aut sine quib. aut aggreda. D. iiiij. dissolute 3. ij. aqua Scabio. aut Bethon. & da longè à cibo, si necessitas urget. Si persevereret affeſtio, applicentur cucurbitulæ scapulis cum profunda scarificatione. Nonnulli etiam admouent collo & hirudines quoque vtrique parti; & pulpis scapularum, & sub mento, & in mento, & maxillis, & futuræ coronali. Alij incident venam frontis, & venas sub mammis, & in canto oculi, in ceruice, & sub lingua; sed hæc omnia parum prosunt, præter id quod arduum est collum, & linguam incidere, & plus videtur trahi ad partem quam minus. Præscribunt etiam omnes gargarismata varia, quibus quoque difficile est vti ob impeditam respirationem. Sed si non valeant respirare ægroti, poterunt tamen his gargarismis ablucere sœpe os. Ergo in principio talis describi potest.

U. Sumita. Rubi, Cupressi, aut Lentisci, aut Myrthi, aut piri Agrest. aut Sorbi, aut Ilicis, aut Corm. An. M. j. Ros. rub. Balaustio. Sumac. An. P. j. Cort. Mali granati. Myrtillo. An. 3. j. Coquantur in aqua Chalybeat. In lib. j. col. dissolute Diamor. aut Dianuc. 3. j. ss. syr. de ros. sic. 3. j. Misce, utratur longè à cibo. In augmento verò

U. Absinth. Menthæ, ros. Balaustio. Hord. integ. & Passul. mund. An. P. j. Liquir. 3. ij. Coque in aqua Hord. in col. lib. j. dissolute syr. de Ros. sic. & Mel. ros. col. An. 3. j. Misce. In fine verò

U. Absinth. Ros. pallida. aut Purpur. Hord. Passul. mund. Iuiuba. & sem. Malua. An. P. j. Glycyrrhi. 3. ij. Coquantur in aqua Hord. in col. lib. j. dissolute Mellis ros. & Oximel. S. An. 3. j. Misce.

Possunt quoque fieri gargarismi ex aquis destillatitijs plantaginis florū, & Peruli ros. Endi. acetosæ Lactucæ, Caprifoli, portul. in principio, cum succis Mali granati, Aurei Cydonij, Mororum, Ribes, Berberis, Limon. rosa. Procedente verò tempore aqua Absinth. Bethon. Buglos. Borrag. Menthæ, cum Diamoron, Dianuco, Melle ros. Tandem aquis Fœnic. Scabios. Melissæ, Saluiæ, Maiora. curdu benedic, cum melle anthos. & simplici, aut Syr. Capillo, vnde stœcha. hyssopo, liquir. quorum omnium facilis est compositio, addita sub quadrupla, aut sub quintupla succi, aut Syr. portione ad aquam.

Interim sollicitanda quotidie, & si valde stricta fuerit, bis in die alius erit acrioribus clysteribus, frictionibusque brachiorum, & coxarum, & ligaturis digitorum manuum pedumque reuellendum est à collo. Nec omittenda sunt remedia statim à principio emollientia resoluentiaque applicata parti affectæ, reiectis omnino astringentibus repercutientibusque: ea sunt illitus ex oleis chamæmel. aneth. lilio. albo. lumbrico. Irino, viol. amigd. dulc. & amara. Keir. de Iazmino, oliuarum, nucum, de semine lini, sambuci samphuchi. aut quolibet per se, aut mixtis: Item & ex axungijs gallinæ, cappi, anatis, taxi, butyro, solis aut admixtis oleis superioribus, & cum cera aut vnguentis resumpt. Dialthea, superposita semper lana succida. Quidam maximam vim tribuunt pulueri combustarum hirundinum, & earumdem etiam modo cum aliquo ex superioribus oleis commixto ad formam cataplasmatis, admotoque loco, quod quidem remedium nulla alia facultate pollet, quam discussoria ob cineres & sterlus auicularum. Id tamen fentendum magis est quam quod sordidi quidam consulunt de stercore humano, aut canis ossibus nutrir. In summa denique desperatione tria hæc tentanda suadent, quid enim non moliatur homo vt mortem vitet! Primum est vt hiante ore, resupinoque homine, depressoque manu aut spatulâ lingua, si appareat tumor, vnguis vellatur, disrumpaturque, quod non est absurdum: vel si non appareat, culter ligneus acutus indatur in guttur, vt rumpatur vomica: Sed non est adeo tutum nec facile. Secundum est vt frustum carnis salsa semicoctæ aut spongiæ portio filo alligata vorentur ab ægroto, deinde violenter trahantur à medico. Venum hoc est difficilius, quomodo enim frustum vorabit, qui vix saliuam deglutire valet, neque respirare? Periculofissimum omnium calumniæque plenum est tertium laringotomia, quæ consulunt trachæam inter duos annulos cartilagineos incidere, ad respirationem conseruandam, dum maturescat angina, discutiaturque, quod ego omnino vitandum censeo, ne hominem iugulasse dicamur: quamuis enim vlcus consolidetur, vt illi contendunt, quod tamen facile non est, tamen certum est intromisso aere frigido lædi pulmones, & calorem natuum extingui, qua ratione exentem omenti partem per ventris vulnus statim emori, refecundamque propterea censet Gal.

10. Simpl.
Præm. &
c. 18. &
Stq.

De raucedine, tussi, & dispnea.

C A P. XXVII.

SUNT hæ congeneres affectiones, pendentesque fere ab ijsdem causis, & sape se mutuo sequuntur, saltem ultima primas, & ferè ijsdem remedijs curantur, propterea eas uno inclusimus capite. Raucedo ergo

G 3

ab humore petuitoso viscidóque ut plurimum oritur, trachæx caput occupante exasperantéque. Hic vero à cerebro, frigore maiori ex parte exprimitur. Ab vtroque etiam excitatur tussis, vt frigore solo, aut pituita, aut alio humore in pulmones illapso, aut in pectoris cauitatem, aut sanguine, aut pure, aut vlcere eorumdem, aut trachæx, aut puluere, aut fumo, aut vuulæ relaxatione, aut arido aliquo, aut liquido affatim in rimulam trachæx delapso, aut ab humore acri in ventriculo contento, aut à vermbus, aut ab hepatis inflammatione, aut à septi transuersi compressione, vt in hydropicis, aut denique ab inflammatione partis alicuius earum, quæ respirationi dicata sunt. Dispñæa verò licet complicata sit fere semper cum tussi, tamen diuersum quid est ab ea; est enim simplex spirandi difficultas, quæ etiam citra tussim esse potest, vt & tussis sine spirandi difficultate; cùm tussis sit tantum violenta thoracis & partium respirationi inferuentium agitatio & concussio, ad expellendum cum aere ea quæ his partibus infensa sunt. Dispñæam diuidunt in particularem Dispñæam, Asthma, & Orthopnæam; quas & distingunt maioris & minoris ratione, vt minor sit in Dispñæa, maior in Astmate, maxima in Orthopnœa respirandi difficultas, ita vt in hac vltima cogatur ægrotus rectus in lecto stare, alias suffocetur, vnde illi nomen. Has denique sequuntur à Pleurit. Peripneum. Empief. febris, quæ cum istis semper coniuncta est, non verò cum Dispñæa. Horum causa vt plurimum est multa pituita à cerebro continuo defluens, proindeque senibus familiaria magis sunt, atque propterea etiam vix curabilia. Potest quoque esse tuberculum in pulmonibus aut in spina genitum, aut abscessus in pulmonibus, aut vicinis partibus, aut mala conformatio pulmonum & thoracis. Raucedinis, Tussis, & Asthmatis distinguenta vniuersusque causa proprijs signis, ad curationem. Raucedini temporariæ pauca debentur remedia, eaque sunt omnia dulcia vt pruna, mixa, seu sebesten Arabibus, zizifa, strobili, passulæ, caricæ, dactyli, saccarum, mel, syrupi capillorum ven. iuiubinus, de hyssopo, de stœcha. prassio, & ex his facta eclegmata, pilulae sub lingua, penidiæ, saccar. ros. tabul. electuari. diatragacant. Et dia Iris in tabellis, succus liquir. quorum omnium frequens debet esse usus, vt & butyri, & pinguum omnium. Quod si non his cedat affectus, veniendum est ad cathartica, & alia quæ dicentur mox in tussi. Vbi verò raucedo ab vlcere gurgulionis aut partium adiacentium subiacentiū prouenit, quod sape in lue venerea contingit, tunc longè diuersa methodo vtendum est, vt in curatione eius luis videre est. Atque hæc de Raucedine satis. Tussim quoque leuem ijsdem remedij curabis; grauem & diuturnam, quæ à distillatione humoris pituitosi in pectus suscitatur, (cas enim quæ à Pleurit. Peripneum. Phthoe, & à ventriculo, hepate, vermbus, hydrope, & alijs morbis per consensum fiunt adhibitis præcipuo morbo auxilijs tolles) ultra superiora sequentibus iuuabis.

Z. Pulpæ. Cassiae recens extractæ 3. j. Pulm. Rhab. 3. fs. Lignir. 9. j.

tum sacc. fiat bolus: capiat ut artis est. Aut.

U. Manna electi. 3. j. Pulu. Scammon. gra. vj. Capiat manè cum ten-
nu iure pulli, aut decocto hordei, passul. mund. & liquir. Perseuerante affe-
ctu possunt præscribi apozemata, pilulæ, suffitus, pilei, pulueres, phœ-
nigni, & escharotica ceruici, aut brachio, vt sæpe antea dictum est. *C. de Pa-*
Poteſt etiam imperari victus tenuis cum sudorifico decocto ex apio chi-*rally. de*
na dicto, aut falsa parilia, aut Guaiaco, pro magnitudine virium mor-*strumis.*
bique, modò febris non adſit; vt sæpe esse ſolet in vlcere trachæx, aut
pulmonum, aut in empieumate. Interim dum hæc fiunt prodeſt vti
hordeati, aut amigdalarum cremore cum multo faccaro, maximè ſi te-
nuis diæta non conducat; quemadmodum contrà in frigida & viſcida
materia laudatur Theriaca, aut Mithridatium bis in hebdomada capta. 3.
j. pondere per ſe, aut cum dupla portione conſer. ſtœcha. aut anthos,
aut cum aqua ſcabios. aut modico vino. Plurimum etiam iuuant conſer.
anthos, ſtœchados, florum Saluiæ, buglos. borrag. rad. buglos. enulæ
campa. achori, adianthi, ſemen anisi, & fœnic. ſacc. incrufata, cortex
citriji, aut aurei mali conditus faccaro aut melle. Hæc eadem afthmati
incipienti conducent; contumaciore verò fortiora cathartica im-
peranda ſunt, apozemata, opiatæ, pilulæque ſæpius iteratæ, fy-
rupi, eclegmata, illitus pectori, vnguentaque, capiti quoque emplaſtra,
clyſteres frequentes; fiat ergo talis clyſter.

U. Rad. Altheæ 3. j. Malua, Acanthi, Salvia, Maiora. Bethon. &
præſij An. M. j. Prunorum Par. iij. ſem. fœnic. & anisi An. 3. j. Flo-
rur rorismar. & Anethi. An. P. j. fiat coctio. In col. lib. j. ſs. diſſolute
Cassia cum melle 3. ij. Hierra pic. Gal. 3. is. Olei com. & Chamamel. An.
3. j. ſs. fiat clyſter. Detur hora commoda & repetatur quoties opus fuerit non
fluente alno. Sequenti die detur talis Potio.

U. Agar. Troch. & Rhab. An. 3. j. cinnam. & macis. An. gra. iiij. In-
fundre in aquis Bethon. & Hyſſopi. In col. expreſſa diſſolute electi. Indi ma-
ior. & Cathol. An. 3. v. decocti Hyſſopi, Adiant. Hord. Passul. & Li-
quir. q. ſ. Miſce, capiat manè. Inde vtatur ſequenti apozi.

U. Rad. Altheæ ſic. 3. j. Rad. Enula Campa. Liquir. Passul. mund. &
achori. Vulga. Cort. Citriſ ſic. An. 3. ſs. Buglos. Integ. Borrag. Scabios.
Capillarium omnium, Tuſſilag. Hyſſopi, Meliſſa, Iua Arth. Chamadre.
An. M. j. Salvia minor. Abſinth maiora. An. M. ſs. Polypod. & Cari-
car. Pingui. An. 3. ij. Senna mund. & medulla ſem. Carthami. An. 3.
j. Agar. Troch. & Turbith. An. 3. ſs. ſem. Anisi 3. j. Thymi, Epith.
Florum ſtœchad. & Rorismar. An. P. j. Iuiubar. Par. vj. fiat coctio Col.
lib. j. Adde mellis albi. 3. iiiij. Miſce, fiat Apoz. Clarum & Aromatiz. 3.
ſs. Pulu. Dia Iris Salomo. in tres dos. manè. Quibus finitis capiat pilu-
las ſequentes.

U. Maſſe Pilula. Fætida. & de Euphorb. An. 3. ſs. cum Oximel. Schill.
formentur pilula. 7. auro cooperata; reiterenturque bis in mense, maximè hyeme.

U. Theriace, & Mithrida. antiquor. An. 3. ss. Capiat postridie manē quatuor horis ante cibum, & deinde bis in hebdomada.

U. Eleēt. Diaireos Salom. in tabellis 3. iiiij. utatur frequenter, pricipue urgente tussi.

U. Hyssopi, Tussilag. Adianthi. Thymi. An. M. j. Rad. Enule camp. Rad. Dulc. & Iuinub. Passifl. mund. An. 3. ss. Coque in suff. aqua, in col. lib. j. dissolute mellis eleēti. 3. iiiij. Aut vj. fiat Syrupus Aromatatus. 3. j. Cinnam. ad eundem usum. Possunt quoque multi alij syrapi fieri ex decoctis aut succis conuenientium herbarum cum melle aut saccharo, & ex ijsdem eclegmata. Probatur etiam mel schilliticum per se 3. j. pondere, aut cum decocto pectorali sumptum manē, & in decubitu. Suffitus interim debent fieri ex rosis, cypero, saluia, rore mar. sampuncture, styrace, myrrha, belzoino pulueratis, inspersisque prunis, quibus debent suffiri capitis indumenta, & potest etiam longè diffusus ægrotus aliquid ab his commodi percipere. Nec enim multum laudo quod aliqui commendant vt ad exsiccandos pulmones hauriat fumum ægrotus per siphonem aut infundibulum, maximè sulphuris & multo minus arsenici rubri, tum propter difficultatem respirationis, tum propter deleteriam ultimi vim. Non etiam multum fido ijs quæ à proprietate substantiæ iuuare dicuntur, vt oculi philomelæ, pulmo vulpis, stercus lacertæ, aselli, erinacei, vermes serici, vermes qui sub vrceolis nascuntur.

*Hip. lib. Inter. affe-
cio. in.* Perseuerante malo optimum est vt decocto Guaiaci, aut in debilitibus, sarsæ parilia, aut delicatiорibus, Chinæ, per multos dies. Applicare etiam phœnigmum retro aures, & causticum potentiale brachio sinistro, aut etiam vtrique. Pectori vero neutrum conuenire videtur, multoque minus vstio aut cauterium, (vt quidam consulunt) in morbis pulmonum. tum propter cordis viciniam, cum ne excrementa trahantur ad partem affectam, & denique quia hoc non prouidet origini morbi quæ est cerebrum. Hoc ergo omni modo exsiccandum est tum suffitibus, cum pileis, tum emplastris, cum spongeis capiti admotis, vt saepius dictum est, & tandem pulueribus sumendis in fine pastuum, & frequenti vsu anisi & sceniculi aut siccorum per se, aut saccharo incrustatorum, & denique victu omnino exsiccante, & moderatè calefaciente, & aeris mutatione.

DE SANGVINIS SPVTO.

C A P . X X V I I I .

EXPIVITVR sanguis vel simplici spuitione, vel excretione, vel leui vel violenta tussi, & vomitur etiam quandoque; idque & cum febre, & sine eadem; vbique tamen symptoma est in excretis. Nunc de eo agimus quod sine febre est: fere enim quod coniunctam habet febrem

cum

cum peripneumonia , pleuritide , aut tabe copulatur , de quibus suis locis agetur. Reijcitur autem sanguis simplici expuitione à gingiuis , aut ab intimo ore , aut à cerebro ; ex creatione à trachæa arteria ; leui tussi à pulmonibus , graui à thorace , vomitu à ventriculo vt plurimum. Ab his autem omnibus reijcitur , non quòd ab ijs fluat semper , sed per hæc , in quæ aliquando à cerebro defluxit , quādoque ab hepate , lienéque , præter quām cum à gingiuis emanat , aut à partibus oris interioribus ulceratis.

Omai autem modo educitur vel aperta , per anastomosim , vel exesa , per diabrosim , vel rupta vena per rixim , vel secta , vel contusa ; & quandoque , licet rarò , per venæ poros transcolatus per diapedesim . Aperitur vero vas aliquod vel à calore . Vel à copia sanguinis vel à tenuitate & vasis imbecillitate exeditur ab acrimonia , rumpitur à violenta ali-
quà causa vt frigore , saltu , iectu , casu , extensione , clamore , plenitudine ; scinditur à gladio , contunditur à saxe , trans sudat ob aquositatem . Distinguendum ergo primùm à qua parte fluat , deinde à qua causa . Si à cerebro , descendit in linguam , quam nigrore inficit , sentitur dulcedo , exent etiam stilæ aliquot per nares , sequitur aliquando nausea & vomitus sanguinis nigri grumosi , præcessit capitis grauitas aut dolor , aestus , aut perfrigeratio . Si à gingiuis aut interno ore , paucus exit , apparéntque gingiæ aut interiora exesa aut inflamata , si à ventriculo solum fluat , vomitu paucisque redditur ; si ab hepate aut alijs partibus per ventriculum feratur , vomitu etiam & secessu multus concretusque reijcitur , & niger . Si à trachæa , dolet pars affecta secundum eius longitudinem , & estleuiscula & frequens tussicula , parùmque expuitur . Si à pulmoni-
bus non inflammatis , exit maiore copia , rubicundus , floridus , & spu-
mosus , sentiturque in pulmonibus potius grauitas quām dolor , si ab in-
flammatis , adest dolor & febris . Si à thorace , ejicitur multus , niger , cō-
cretus , estque magna oppressio , difficultas anhelitus , lypothimia , &
quandoque foëtor . Si à latere , est valde paucus , mixtus sputo , adestque
dolor & febris . Quòd si particula aliqua asperæ arteriæ velut scamna , aut
caruncula reiciatur rubicunda , certius affectam partem ostendet . Cau-
sam autem externam ægrotus , internam propria indicia humorum de-
monstrabunt . Fere autem copiam sanguinis sequitur apertio aut ruptio
vasis , & inde largum sputum , præcedit verò sedentaria & gulosa vita ,
corporisque magna moles , aut suppressa aliqua solemnis euacuatio , vt
menstruorum , hæmorrhoidum . Contrà macilentis , negotiosis , paucique
aut etiam illaudati cibi hominibus frequentius exeduntur venæ , par-
ciusque fluit sanguis . Omnis sanguinis reiectione quacumque parte fiat
periculosa est , magis autem à pulmonibus , propter phthois discri-
men .

Curatio varia est pro varia causa . In omni tamen sanguinis reiectione collocandus æger est in loco temperato , obscuro , cauendumque ne videat sanguinem , néue rubras vestes aut alia , continendus in omni quiete cùm corporis , tum animi , silentio , frugalitate , arcendum vinum ,

5. Meth. 2.

5. Aphorif.
16.

6. Epid. 3.

5. Aph. 13.

4. Aph. 25.

vtendum aqua , aut melicrato vbi à pulmonibus , aut oxicrato vbi à ventriculo fluit sanguis , assis elixisque glutinosis vt extremitatibus veruecis , hædi , vituli , astringentib[us]que omnibus cùm herbis , vt lactuca , oxalide , portul. tum fructibus , pyris , cotoneis malis , mespillis , sorbis , cornis , granatis , Hæc de victu.

Remedia vero sic habent ; vbi sanguis à ventriculo manat , coniectandum est an aliunde ad eum confluat : confluit autem vt plurimum à iecore , liene , aut alijs partibus ; nisi in eodem ventriculo subsit malum , quod colligitur ex dolore . siue vero ab eodem fluat , siue per eum , primò soluendus est ille qui in eo continetur , deinde impediendus alias astringentibus . Inijciatur ergo ante omnia clyster vulgaris , deinde .

*U. Rad. Rubie. Tincto. ȝ. j. Penthaphyl. & Absinth Ros. Rab.
An. P. j. Coque , col. ȝ. iiiij. adde Syr. Acetosif. aut de limonibus , aut de agresta , aut acetositatis Citrij. ȝ. j. ss. Misce , fiat Potus , detur post rejectum enema.*

U. Aquaros. & acetosa , aut Endi. An. ȝ. ij. Oximel. s. & Syr. de Ribes aut Berber. An. ȝ. ss. Misce , utatur deinde ex cochleari.

Interim fricentur , ligentürque extrema , applicentürque cucurb. siccæ utriusque hypochondrio , quo concretus sanguis deorsum descendat , impediaturque alius ad ventriculum confluere . Vbi vero nihil in eo subesse coniectura erit , præsente plethora , aut suppressa aliqua euacuatione , mittendus sanguis est à regia vena satis copiosè proximo virium abundantiaque eiusdem , mediocri vulnera , sæpiusque repetita , euacuatione . Exin danda sunt astringenita , quale est hoc .

U. Aqua plantag. & peculi Ros. An. ȝ. ij. Syr. de Ros. siceis & Myrrh. An. ȝ. ss. Pulu. Coral. Alb. prepar. Boli Armen. & terra Lemnia. An. ȝ. j. Misce , fiat potus capiat ante cibum uno haustu.

U. Myrtillo. Ros. Rub. An. P. j. balanfio. sem. plantaginis An. ȝ. j. Coque ad ȝ. iiiij Col. adde Syr. de Ribes , & mentha. An. ȝ. ss. Pulu. Trichisco. Ramich. & de rosis , & elect. Diatragacan. frig. An. ȝ. ss. Misce , fiat potus , quo utatur frequenter ex cochleari.

U. Conser. Ros. Rub. rupea ȝ. iiiij. teneat frequenter in ore.

U. Carnis Cythonio. sacc. cond. ȝ. vj.

U. Gelatina eorumdem tuntumdem.

U. Sacc. Ros. Tabul. ȝ. iiiij.

U. Elect. Diatragacan. in tabell ȝ. iiiij. utatur ad placitum.

U. Conf. Ros. Rub. & Rad. symphy. An. ȝ. j. ss. carnis Citrij , & cort. cucurb. aut stolonum latu. cond. An. ȝ. j. Pulu. omnium Santalo. & corall. preparato. An. ȝ. j. sacc. ros. q. s. fiat Conditum auro coopertum , quo utatur per se , aut cum aqua , aut modico vino rubro bene diluto , inter pastus.

Probant quidam valde mumiam nescio quam, sed non placet remedium sordidum, barbarum, & horrendum, ex hominum cadavere; quemadmodum etiam nec sanguis rejectus in puluerem redactus & haustus multoque minus stercus bubulum, aut alpinum itidem pulueratum, vt abominabile. Possunt etiam fieri linctus ex syr. de ros. sic. ribes, berberis, myrrhis, mentha, cythonijs, malis grana. agresta, limonibus, endi. & vbi multa fuerit caliditas & tenuitas sanguinis quarta parte Nenuphar. aut papauerini, cum pulueribus ros. myrtillo sem. plantagi, corallorum, santalo. thuris, mastich. boli Armen. terræ sigilla trochis. de ros. despodio, Rhamich, de coral. & quarta parte trochis. de Carabe, quia opium recipiunt. Sed & syrupi hi, & eclegmata magis instituuntur vbi sanguis reicitur à pulmonibus & thorace, additis tamen hic alijs bechicis & tussim faciliorem redditibus, vt mox videbimus. Vbi autem suppressus fuerit sanguis quoniam aliquando repetere solet, consultum erit, si cacockymia cum incitet, vt s̄epe facit, leuiter corpus expurgare moderate astringentibus, & si obstructio-nes adsint, quæ sanguinis distributionem impedian, addere nonnulla aperientia, hoc modo.

U. Decocti emollientium lib. j. ss. Cassia cum sacc. & mellis ros. col. An. 3. j. Olei com. 3. iiij. fiat clyster, detur ante coenam.

U. Rhab. electi tenuiss. triti. 3. j. Syra. ros. sol. 3. j. Cathol. 3. ss. Decocti Hord. & Ros. q. s. fiat Potio capiat sequenti die manè cum custodia & reg. Aut.

U. Rhab. & mirobala. Citrina. & Chibul. An. 3. ss. Infunde in decocto mentha, Absint. ros. & passula. contus. cum arillis. In col. expressa disso-lue Tryphera Persi. descriptio. Mes. 3. v. Syr. ros. Lax. 3. j. cum eodem decocto fiat Potio, detur ut dictum est.

U. Rad. gram. & tormentil. An. 3. j. Folio. agrimon. Endi. Acetosa, & Cichor. An. M. j. Mentha Absinth. An. M. ss. Ros. Rub. Florum cord. & passul. cum nucleis An. P. j. sem. plantag. & liquir. An. 3. ij. Coque. In col. lib. j. Dissolue sacc. alb. 3. iiij. fiat Iulep. Clarific. & arom. 3. j. omnium santalo. pro 3. dos. manè.

U. Agar. Troch. & Rhab. An. 3. ij. Macis & Spica Nard. An. gra iiij. Infunde in aquis Cichor. & Portul. Col. fortiter expressa adde Syr. ros. sol. 3. j. Diacanth. 3. iiij. decocti Oxal. ros. Absinth. & mentha. q. s. fiat Potio, detur post iulapia, ut artis est.

Eodem proutus modo compescitur sanguis à pulmonibus aut thorace fluens, sed hic magis syrups, tabellis, & eclegmatis vtimur, cauemusque ab acidis vt oximel. syrups acetoso, de limoni. ribes, berberis, oxalide, granatis, agresta, acetos. citrij; loco quorum sumimus capillorum ven. iuiub. de liquir. pulmone vulpis, pilulas bechicas, vt.

U. Syr. Capil. ven. & myrrh. An. 3. ij. mixtis vtatur ex cochleari, & cum aqua ex irapastus insisi.

ꝝ. Syr. de Ros. sic Cythonio. & de Liquir. An. ȝ. j. ss. Puln. Thuris, mastic. Boli Armen. An. ȝ, ss. Misce, fiat Looch, quo utatur cum baculo Liquir frequenter.

ꝝ. Puln. Ros. Rub. santali Rub. & terra sigill. An ȝ. iiij. sacc. dissoluuit aquaros. q. s. fiat electarium in tabellis, quo utatur ad placitum sape.

Si sanguis fluat ab erosa vena aliqua in pulmonibus, idque ob fluētem à capite acrem materiam, vt s̄epe contingit, enemata, frictiōnes, cucurbitæ, venesectio, purgationēsque sunt ex vſu, & tandem causticū applicitum brachio. Sed de his latius agemus capite de tābe. Coeterum non probo vlo modo vſum opij in hoc affectu, neque applicita pectori: illud quia periculosum, hoc quia inutile; astringentia enim imposita

sanguinem & humores intus compellunt, & sic affectum augent,

laxantia vero fundunt liquāntque: securiora tamen sunt

hæc vt butyrum, axungia gallinæ, anatis, olea
amigdal. dulci liliorum albor. chamæmeli.

Hæc enim foras trahunt, sīcque

impediunt sputum sub-

tractione ma-
teriæ.

**

*

-





FRANCISCI SANCHEZ,
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA
Professoris Regij.

DE MORBIS INTERNIS,
LIBER II.

DE PERIPNEVMONIA.

C A P . I.

PE RIPNEVMONIA est inflammatio aut Erisipelas pulmonis. Huius causa propinquior ut plurimū est copia aut tenuitas sanguinis; remotior, calor, frigus, clamor, vinum, esus calidorum, ira, defluxio à cerebro, suppressa aliqua notabilis euacuatio, casus, ictus, vulnus, & supra omnia (quod in omnibus morbis intelligendum) partis dispositio peculiaris. Dignoscitur febre continua, tussi, cruentissimo sputo, spiritus difficultate, malarum rubore, leui in pectore dolore cum grauitate coniuncto, in parte pulmonis affecta, pulsū molli, & tandem delirio. Magna est huic cum Pleuride conuenientia similitudōq;: differunt tamen in hoc, quod in Peripneumonia, maior est spiritus difficultas, maior febris, incendium, sitis; in Pleuride contrā dolor lateris pungens, acutissime, pulsus durus & ferræ modo asper. Quandoque utrumque adest, & aliquando etiā vnum transit in aliud, præcipue pleuritis in peripneumoniam, tuncque malum est. Peripneumonia ut plurimi lethalis est. Eius curatio sic habet. Primo detur clyster, eoque 11. *Aphor.*

reiecto mittatur statim sanguis ex hepatide satis copiosè, habita semper virium ratione : & si non sufficiat semel, repetatur eodem die, imò & sequenti : hoc enim est præcipuum huius mali remedium. Inde præscribantur quæ sputum facilitent, & pectus laxent, & antecedentem materialem reuellant, vt

U. Syr. Capill. ven. 3. iiiij. Viol. 3. ij. Misce, & utatur sape ex cochleari.

U. Sacc. ros. Tabul. Penidia. Hordeac. & Sacc. sandi. An. 3. j. ss. teneat frequenter in ore.

U. Olei Chamamel. Lilio. Albor. & Amigd. dulc. An. 3. ij. mixtis illinatur pectus manè & vesperè.

U. Axungia gallina & anatis recent. Butyr. An. 3. j. ss. olei Aneth. & Viol. An. 3. ss. croci 3. j. cera parum, Misce, fiat unguen. ad eundem usum.

Paulo post potest præscribi eclegma, vt

U. Syr. Capill. ven. & Hyssopi An. 3. ij. Sacc. can. 3. ss. Misce; aut si valde viscosa sit materia, adde pulu. Dia. Iris Salomo. 3. j. Non autem probamus nec hic, nec in alijs pectoris morbis, nisi in solo sanguinis sputo, mucilagines cum aliquibus, quia nimium incrassant, quod semel dictum sit.

Postridie à venæ sectione detur talis potio,

U. Rhab. 3. j. & si adsit pituita, Agar. tantumdem, infundantur aquis Buglos. & Scabios. col. expressa adde Cathol. & syr. Ros. sol. An. 3. j. decocti Borrag. Adiant. Hord. Passul. & Liquir. mundatorū Q. S. fiat potio. Interim instituenda est optima victus ratio, collocandus æger in loco tepido, modicè perflato, & si æstas sit, in frigiduscōlo; cibandus iuseculis laudatarum carnium cum Bugloso, Borrag. Endiuia, Lactuca, & pauca Mentha, Hyssopōque tempore hyemis, hordeato, carnibus elixis laudati succi, strobilis, caricis, vuis passis, amigdalīs sacc. coopertis, prunis bene maturis antiquis coctis cum aqua & multo saccharo, quo etiam debet vti in omnibus fere edulij, & per se, & cum aqua, nisi malit bibere aquam decoctionis Hordei & Passullarum exacinatarum. Abstinendus erit omnino à vino & acetolis omnibus, & frigidæ potionē; contraque bibere semper debet egelidum, aut tepidum. Post primum catharticum coquendi sunt humores hoc aut simili decocto,

U. Rad. gran. 3. j. Folior. Buglos. Adianthi. Tussilag. An. M. j. Hord. & Passul. mund. Florum. 3. cord. An. P. j. Iuinb. Par. v. Liquir. 3. ij. Coquantur in suf. aqua Elect. col. lib. j. adde syr. Capill. ven. 3. iiiij. Misce, fiat Iulep clarum in tres dies mane: quibus absolutis, nisi quid impedit, repetenda est prima potio. Aut

U. Manna Calabria 3. ij. Capiat manè cum tenui iure pulli sine sale. Aut

U. Pulpa Cassiae recenter extracta 3. j. Pulu. Rhab. Elect. & Liquir. An. 3. ss. cum Sacc. fiat bolus, capiat ut artis est.

DE PHTHISI.

C A P. II.

PE RIPNEVMONIA sequitur aliquando phthisis, si scilicet aperita vomica non celeriter expurgetur; quamvis non necessariò semper ita fit. Est autem Phthisis consumptio & marcior totius corporis, tabes Latinis, à quacumque causa id fiat: sed propriè Atheniensibus Phthœ est vlcus pulmonum, de quo hic agimus. Huius causa est Peripneumonia non bene curata, ruptio venæ alicuius in eodem pulmone, ruptio abscessus in thorace, vulnus in eodem thorace, aut pulmone, purulentia, defluxio humoris acris à cerebro: addunt etiam aliqui calidam & sicciam pulmonum intemperiem; sed hoc consumptionem quidem parere potest, vlcus verò non tam facile. Huius indicia sunt leuis initio tussis sed frequens, siccata, aliquando cruenta, deinde humida, tandem purulenta, febris continua non ita magna, sed manu mordax, & quæ à pastu excedat, pulsus duri, marcior & consumptio totius corporis, difficultas anhelitus, lassitudo, leuisque dolor ad pulmones, præcipue ad latus in quo vlcus est, in quod etiam decumbere non valet præ tussi. Morbus est toto genere lethalis, maximè ubi capilli defluunt à capite, Diarrhœa superuenit, & pus quod excreatur, iniectum carbonibus, fœtet.

Curatio sita est in ablatione causæ, vleris consolidatione, & corporis refectione. Primum variè obtinemus, si vena rupta sit, supra ostensum est quomodo sanetur; si destillatio premat, & ea quoque qua arte tollatur, superiori cap. & cap. de Catharro dictum est, quemadmodum etiam si è Peripneumonia fiat; si adsit purulentia, dicetur infra ut curetur; si vulnus, ad chirurgiam spectat. Superest ergo ut Phthisim ab acri à cerebro defluxione excitatam, quæ frequentissima est, curemus. Hoc autem sic obtinemus; ægrum in loco perflato collocabimus, ad occidentem & septentrionem conuerso, vietus rationem ei præscribemus initio morbi non valde tenuem, leviterque exsiccantem, in progressu verò contrà humectantem, & pleniorem: quamvis enim vlcus exsiccationem exposcat, tamen quia marcior totius corporis vrget, satius est medicamentis vlcus curare, vietūque marcorem. Quamprimum ergo constabir adesse vlcus imperanda sunt iuacula ex enchymis carnibus cum Buglo, Borrag. Cremor hordei, Amigdalatum, Auenatum, tandem lac humanum, asinum, aut si hæc nolit, caprillum, ouile, bubulū, per mensem aut pl. s, calidè haustū, aut recens mulsum, aut calefactum ad ignem, addito Sacc. ros, aut alio, pultes ex triticæ, aut hordacea, aut avenacea farina cù eodē lacte cocti, testudines nemorales, caro vituli, & nefrendis, & veruecis, pedes eorumdē, & aliorū animaliū, oua sorbilia, iecur & ventriculi gallinarum, pisces saxatiles, oriza, cancri flumatiiles, & alij, squilla etiam flu-

1. Epid. 1.

17. & seq.

7. Aphor.

16. 4. Aphor.

3. Aphor.

1. Aphor.

12. 3. Aphor.

13. & 16. 13. & 16.

& 22. &

29. & 30. 29. & 30.

& 10. 6. 10. 6.

Aphor. 12.

5. Aphor.

11. 12. 14. 11. 12. 14.

15.

uiales, nuclei pinei, mixa, iuiubæ, vuæ passæ, caricæ, dactili, & reliquæ quæ dicta sunt superiori capite. Optimum autem est præter hæc omnia, & remedia quæ mox subijcitemus, aërem mutare, præcipue à planis & depresso in montana transmigrare, peregréque proficisci. Atque hæc de victu. Medicamenta verò sic habent fere ut in Peripneumonia, detur clyster, inde leue catharticum ex Cassia, aut Manna, inde si vires ferant, mittatur sanguis, postea apparentur humores decocto pectorali, tandem expurgentur rheo, agar, & alijs benignioribus. Interea commodi erunt syr. Capill. ven. Viol. de Liquir. Iuiubin. de Ros. Sic. de Tussilag. de Buglos. de Borrag. de Pomis, admixto paucæ de Nymphæ, & de Papau. in ferina distillatione, maximè in accubitu, quibus potest vti ex cochleari, aut addito Sacc. cando in forma eclegmatis. Conseruæ item rad. & florum Buglos. & florum Borrag. Adianthi, Ros. Rub. & Purpurea. Viol. Cort. cucurb. carnis Citrij, Itolonus Lact. Amigdala, & strobili Sacc. incrustati, Pignolatum, Martius panis, aut Maza panis, Saccarum vulgare, Candum, Penidiæ hordeaceæ, Saccarum rosatum tabulatum. Elect. Diatragacant. Frigid. in tabellis, pilulæ Bechicæ aut sub lingua. Eclegmata ex iisdem syrupis & conseruis, aut alijs parari debent, quorum maximus est vsus, & illius quod ad hunc effectum in officinis paratum habetur de pulmone vulpis, aut tale

U. Syr. Capill. ven. & de Ros. Sic. An. 3. ij. Sacc. Ros. tabul. 3. ss. Misce, in principio. Aut

U. Conser. ros. 3. ss. syr. de Tussilag. & Myrth. An. 3. ij. Misce, ut supra. Deinde

U. Sacc. candi. & ros. Tabul. An. 3. ij. syr. Iuiub. & Viol. An. 3. ij. Misce, & utatnr ex baculo Liquir. Vbi verò cōstabit factum esse vlcus, præter superiora, quibus vti potest, sicut sequentia,

U. Syr. Myrth. & de Liquir. An. 3. ij. puln. Sacc. candi, aut ros. Tabul. 3. ij. Thuris, aut Aloes bis lota Aqua ros. aut Sarcocol. aut Boli Armen. aut terræ Lemnia, aut Amylli, aut Ros. Rub. aut Anthera, aut Tragacant. Gummi, aut Arab. aut Acatia, aut Coral. prepar. aut lapidis Hematit. 3. j. Misce, fiat Looch, quo viratur urgente tussi, & alijs frequenter.

Quod si affectio perseueret, instituantur iterum purgationes leues, & præparationes humorum hoc modo.

U. Hord. Integ. Passul. cum Aril. & Polypod. mund. An. 3. ss. Agar. Troch. & Liquir. An. 3. j. Adiant. rosarum An. P. j. includantur ventre pulli, aut galli galinacei veteris, & coquatur pullus perfectè, capiaque in sculum manè; quod si non satis laxet, addantur secundò medulla sem. cartha 3. ij. aut colato inri, manna. 3. ij. Inde parentur humores sic.

U. Rad. Altheæ Sic. 3. ss. Rad. dulc. & Helenij An. 3. ij. Adianthi, Bethon. Tussilag. Buglos. Endi. Borrag. An. M. j. Saluia minor. Maior. Absinth. Pont. ros. Viol. florum Borrag. Thymi, & florum Stæcha. An. P. j.

P. j. Polypod. Querc. & Passul. mund. An. 3. iiij. Senna Orient. mund.
& Medul. sem. Carthami. An. 3. ij. Agar. Troch. & Liquir. ras. An.
3. i. Iuiuba. & Sebest. An. Par. iiiij. sem. Bombac. & Melo. mund. An.
3. j. Coquantur in suff. aqua Col. quart. S. adde Sacc. & Mellis ros. An.
3. ij. Misce. fiat apoz. clarific. & aromatiz. 3. j. pulu. Trium fantal.
pro 4. dos. manè : quibus finitis capiat dosim pilula. de Hiera S. aut fiat
massa ad usum.

4. Aloes succotr. Lote aqua ros. 3. ss. Rhab. Electi, Agar. Troch.
Mirobal. Cirrin. & Emblic. An. 3. ij. Mastic. Absinth. ros. An. 3. j.
cum syr. Ros. sol. fiat massa , de eius 3. j. formentur pilulae 7. quas capiat
bi in mense cum custodia & reg. artis. Si non his cedat affectio, admou-
ueantur pulueres , aut pilei, aut emplastra brechmati , phœnigmi retro
aures, causticum denique potentiale brachio alterutri , aut utriusque.
Vstitutionem enim non probamus.

DE PLEVRITIDE.

CAP. III.

PLEVRITIS est phlegmone aut erisipelas membranæ succingentis
costas. Est autem quæ inuestit costas membrana duplex, alia com-
munis , quæ totum intus induit thoracem , & omnibus in eo contentis
partibus de se aliam porrigit vocaturque pleura Græcis, unde morbo no-
men: alia vnicuique costæ peculiaris, quæ perostium dicitur. In utraque
Pleuritis fit, sed frequentius in prima. Fit & tertia in musculis interco-
stalibus, & quarta in externis thoracis, & alia circa spuriæ costas, & sexta
denique , quæ cum inflammationem hepatis sequatur ideam prebet
Pleuritidis: quod etiam facit septi transuersi , & mediastini inflamma-
tio. Harum vero omnium exquisitissima est prima, dein secunda, minus
tertia, minimè quarta, reliquæ nothæ & spuriæ. Distingunt etiam quidam
materiæ, & propriissimam vocant quæ ex sanguine bilioso , minus quæ ex
sanguine quantitate peccante fit; sed non est adeo legitima hæc distin-
ctio, neque prima: nam ad primas partium differentias possunt quoque
accedere hec secundæ, vt sit in pleura phlegmone aut erisipelas , & sic in
perostio & alijs. Exquisitissima ergo est Pleuritis , in pleura erisipelas,
reliquæ ad proportionem. Copulantur etiam sepe, & raro sola pleura ob-
sideretur, quin vicinæ quoque partes labem contrahant, difficileque est do-
lorem unius ab alia discernere, imò verè cum falsis, & Pleuritis cum Pe-
ripneumonia sepe concurrunt, tuncque maxima est indagine opus. Sed
id commōdè hac in re contingit, quod ferè eadem remedia omnibus
Pleuritidis speciebus, & Peripneumoniarum conueniunt. Pleuritidis causæ
externæ sunt ut plurimum frigus externum , maximè si succedat subito

calori extenso, aut si quis à violento exercitio cälidus aëri frigidose exponat, aut frigidam affationem potet, solis radij, lunæque serotinus aëris, in-gluuiæ, crapula, ira, clamor, casus, ictus; internæ verò, sanguinis copia, huiusque aut laudati, aut biliosi, raro pituitosi, rariū melancholici. Non autem assentior illis qui à bile, pituita, aut melancholia Pleuritidem fieri afferunt, nisi bilem vocent biliosum sanguinem, & sic de cæteris: nec enim sine sputo cruento Pleuritis est. Duo verò sunt modi quibus pleuritis fit; aut enim ab externis, & circumuiniciis partibus in pleuram confluit sanguis, qui phlegmonem excitat, aut à cerebro defluit humor, qui parti impactus, incalescensque, sanguinem secum inflammat: primus veram, reliquus notham magis pleuritidem parit. Pleuritidis communia signa sunt dolor lateris pungens, fixus, & permanens, quique in exquisitiōri ad iugulum usque portenditur, sputum cruentum, febris continua, anhelitus difficultas, tussis, & pulsus serræ modo asper, quamvis hoc ultimum magis mente quam digito inuenitur. Febre in quidam symptomaticam esse dicunt, quod quidem ut plurimum verum est in omnibus inflammationibus internis, & in principio: nihil tamen impedit quominus procedente tempore fiat primaria, si adsit materia putrescibilis in venis, ut adest maiori ex parte: qua ratione prodest aliquando diarrhœa in Pleuritide occasione materiæ antecedentis febris, non autem Pleuritidis ipsius, quam propterea damnauit Hip., imò & in omnibus peccoris morbis per se non iuuat. Atque dicta signa pathognomica sunt Pleuritidis in genere, sed differunt secundum magis & minus pro varijs ipsius speciebus, quas etiam ea ratione distingunt. Dolor enim primo punctarius valdeque acutus exquisitam denotat pleuritidem, in pleura, & à bilioso sanguine; grauis contraria, & extensus, obtususque, notham, in musculis intercostalibus, aut externis, aut septo transuerso, aut circa hepar, & spuriis costas, (sed hoc situs etiam doloris indicat) & à sanguine temperato, aut pituitoso. Quod si in affectum latus non possit recumbere æger, affectum esse aiunt periostium, aut intercostales musculos, quæ proinde ferre non valent incumbentem pleuram, pulmonesque: si verò contraria in contrarium non valeat cubare, laborare pleuram, propteræque suspensam diuelli pondere tumoris, unde dolor & tussis intollerabilia. Quod si ad tactum doleat æger leuem, morbus est in externis: grauis enim compressio interna etiam offendere potest, maximè si inflammatio vergat ad externa. Vagus etiam dolor flatus denotat. Quod si cætera adiunt, dolor autem aut parvus, aut nullus sit, peripneumoniam id magis arguit, præcipue si pulsus mollis potius sit: quia aiunt pulsum referre partem affectam, cum verò membrana dura sit, pulmo vero mollis, illâ

4. Cau. pul. affecta durum effici pulsum, hoc verò mollem. Sed hoc difficile est intellectu, arterijs totius corporis communicari tam subito duritiem aut mollicitem ab una parte affecta, quæ nullam cum eis habet affinitatem. Sed dicta sint hæc obiter: statuimus enim nullas hic mouere quæstions. Sputum quoque croceum, aut subflavum, tenui, spumosumque bilio-

17.

7. & 12.

sum sanguinem; album verò pituitosum; purpureum denique meracum significat. Neque tamen si cruentum sputum statim non appareat, pleuritidem non dicemus, signis alijs præsentibus. Sunt enim multæ primis diebus crudæ siccæque. Febris quoque ardens, & alternis inualescens diebus, biliosum; singulis pituitosum, omotona meracum noxiam inferre denotat. Febre verò non præsente, quamvis reliqua adsint, pleuritis iudicanda non est. Anhelitus quoque difficultas, & tussis commune signum est pleuriticis, peripneumonicis, & Asthmaticis, sed maius est vtrumque in peripneumonia, deèstque híc dolor, aut est valde paruus, in Astmate verò abest dolor & febris. Iam pleuritis lethalis est morbus toto genere, licet spuria non adeo; & ad pleuritidem sequitur aliquando peripneumonia, & quandoque Empiema (nisi in 14. diebus expurgetur, quod intelligendum est longè aliter quam interpretes omnes putant, scilicet, nisi ab eo die quo pus in sputis apparere incipit, vsque ad decimumquartum omnino expurgata fuerit pleuritis, nec amplius pus expuatur, aut tabes, nisi post abruptam pleuritidis vomicam, & effusum in thoracem pus, intra quadragesimum diem totum pus tussiendo eductum fuerit, quæ omnia secundum plurimum intelligenda sunt) & Diarrhæa pleuritidi superueniens lethalis est: & sicca pleuritis in qua nil expuitur, periculosior est, facilior autem in qua facilis est expuatio, & cita. Transisse autem pleuritidem in Peripneumoniam significatur cessatione doloris in latere, maiori anhelitu, oppressione, tussi, febre, malarum rubore, delirio.

Curatur ferè eodem modo quo peripneumonia. Collocetur ergo æger in loco moderatè lucido, tepido, molli lecto, erectus, circumiectus, ne vento disfletur. Cibetur non adeo tenuiter, vt olim (nec enim corpora nostra assueta largiori cibo potuique, sola hordei aqua sustentari possent; & alias magnam consuetudinis rationem habendam esse volunt Hip. & Gal.) sed nec etiam adeo plenè vt faciunt nostrates, muliercularum impulsu. Fiant iuscula ex pullis gallinaceis, gallinis, cappis, & pro diuitibus, perdicibus. Harum etiam carnes excocta contundi solent, prelo subijci, & iusculis misceri, quod quamvis non probemus (postquam enim coctione quidquid aëreum erat in carnibus transiit in ius, quod reliquum est terrenum parum nutrit, negotium facessit ventriculo, & olido carnis nidore ægrum à iurium vsu absterret) tamen condonandum est aliquid, vt aliud obtineamus. Expressus etiam succus à semiasso cappone, aut perdice, aut arietina coxa, cochlearis quantitate iusculis admisceri potest super prunas. Gelatina vocata non adeo laudata est, quia glutinosa; potest tamen ferri parua quantitate. Destillata ex carnibus parùm mihi arrident, vt alias dixi, quia parùm nutriunt: si tamen expetantur, possunt permitti ex cappo, gallina, perdice, ex ossatis, contusis, irroratis rosaceas, aqua Buglos. Borrág. Scabios. additis consetuis Viol. Borrág. Buglos. Pomis redolentibus (citra pulueres, ne ingrata fiant iura) & etiam si velint monilibus, & vñionibus bene lotis, quæ licet non profint, non tamen obsunt, valet tamen supra omnia tremor Hordei, & Amigdalorum,

5. Apber.
8.

5. Apber.

15.

3. de Mor.

med.

tum ad nutritionem cùm ad expectorationem, sed præcipuè primum, nill æger malit secundum, quia sunt multi quibus nullo modo primaū arri-det, tuncque locus est aphorismo, *Paulo deterior cibus aut potus.* Conserunt etiam caricae, Vuæ passæ, Strobili, Ziziphæ, Mixa, Pruna bene matura cocta, cum multo Saccharo, Amigdalæ Saccharo incrustatae, Dactyli aliqui, Martius panis, Pignolatum, Saccharum iusculis, & intinctibus, & aquæ ad potum misceri potest commodè, si ægro placeat, sin minus non: sunt enim multi qui dulcia abhorrent, maximè fœminæ, quibus dulcia vterinos excitant affectus; si carnibus vesci velint, dictæ sàpe sunt suprà quæ boni sunt succi. Cauendum est ab acidis, vt Aceto, Malogranatis, Omphacio, malis medicis, Limonibus, & astringentibus vt Sorbis, pyris Melipilis, Cythoncis: illa enim tussim excitant, hæc Anacathassim impediunt. Potus sit aqua decoctionis Hordei, passullarum, & Glycyrrhize, non vinum, nisi in maximo virium languore, tuncque oligophorum, & multa aqua dilutum, idque adhuc quam raro fieri poterit: & siue hoc, siue aqua potui detur, sit semper tepidum, nunquam frigidum. Hydromel quoque ex vsu esse potest, nisi in biliosis, & ardenti febre, quod & de melle subaudiendum. Atque hæc de victu. Remedia quoque fere eadem sunt, quæ peripneumoniae. Nisi venter liberè fluxerit, dandus quam-primum clyster.

Althea, Malva, & Prassij utrinque An. M. j. florum Chamameli, Aethi, & Furfur. An. P. j. Prunor. Par. q. Coquantur Col. lib. j. addit Cassia cum Sacc. 3. ij. Olei communis, & Chamameli. An. 3. j. ss. Misce, fiat Enema subiiciendum longe à cibo, reiterandūque quoties alius resfitterit. Inde cogitandum de venæsectione, circa quam duplex est difficultas, an celebranda, & vnde. Primum videtur Hip. interdixisse vbi sanguis ex-

3. de Morb. med. puitur, quia venæsectione supprimitur sputum vt & purgatione. Sed id intelligendum est, processo iam longius morbo, vbi scilicet iam constitit fluxio: atque proinde iam vsu receptum est, vt in omni pleuritide, etiam notha (lateris dolorem sine febre nullo modo pleuritidis nomine etiam nothæ, dignamur) præsente virium robore sanguis mittatur, nisi quid aliud obstat, quod venæsectionem extra pleuritidem etiam impediret. Id

*Hip. 1. de Morb. fin. autem faciendum est quamprimum, & è directo lateris affecti, vt satisfaciamus secundæ difficultati. Nec enim cum Arabibus reuellemus primò ab aduerso, deinde euacuabimus ab eodem, tum quia periculum est in mora, cùm quia pauci ferre volunt secundam venæsectionem, & denique quia sola *narrizur* facta sectione vtrumque obtinemus, vt vult Hip. non tamen propterea detrahēdum usque ad coloris sanguinis mutationem, & quia difficile est hanc mutationem percipere fluente sanguine, & quia periculi plenum eo usque progredi. Satius ergo est paulo infra subsistere: & si non satis detractum est prima vice, repetrere eodem, aut sequenti die, vel cucurbitulis deffectum rependere. A venæsectione sequitur purgatio,*

*4. Vic. ac quam postridie solemus administrare. Licet enim eam Hip. in pleuritide
22. quæ inferiores costas occupat imperare solum videatur, & alibi in initijis*

inflammationum internarum eandem prohibeat, quia nihil ab inflamata parte educunt, & sanas partes colliquant, & alias ait, cum sputa prodeunt, ea impedire, tamen haec omnia intelligenda sunt de forti & erradicatiua, ut vocant, purgatione, qua per veratrum & peplum tantum perficit Hip. Nos autem in omni Pleuritide, ad materiae antecedentis imminutionem etiam auctoritate Gal. benignioribus innocuè utimur, qualia sunt manna, cassia fistula, agaric. rhabar. thamarindi, senna, carthamum, & ex compositis Syr. ros. sol. & Catholicon, ex quibus fieri possunt boli, potionisque, ut in Peripneumonia habetur: nec enim expedit eamdem hic repetere. A purgatione apparantibus decoctis utendum ex buglos. borrag. tussilag. adiantho, hyssopo, foenic. thymo, altheæ rad. semineque, & maluæ, iuiubis, mixis, prunis bene maturis, liquir. scabiosa, hord. passulis, floribus cordialibus cum sacc. vulgari, aut cando, succo glycyrrhi. melle, syrups capil. ven. de hyssopo, de liquir. de iuiubis, de tussilag. de prassio, de violis, de buglo. de pomis. Interim ad sedandum dolorem admouendi sunt fatus tum sicci cum humidi, linimenta, vnguenta, emplastra, cataplasmata lateri dolenti: quæ quidem applicari possunt tentandi gratia, iuxta Hip. consilium, sed id ubi vel febris non adest, vel in dubio adhuc est num sit Pleuritis: ubi autem constat esse, non est quod tentemus eam fomentis tollere, citra venæctionem & purgationem. Fiant ergo facculi ex sale, milio, auena, furfure, semine lini, hordeo, fœnugr. frixis in sartag. addito etiam paucō oleo olivarum, aut chamæmel. aneth. lilio. irino, Keirino, nucum, sambucino, de gelsemino, lumbrico. amigdal. alterutro, amaro dulcione. Probant quidam vinum, acetum, & aquam vitæ, sed olea magis amica sunt pectori, diutius calorem seruant, & penitus se inferunt in corpus. Possunt etiam fieri facculi ex herbis & floribus ut marrubio vtroque, absinth. salvia, pariet. malua, althea, arthemisia, matrica. tanaceto, orig. pulegio, calam. mentastro, costo, spica vulgari, lauendula, rore mar. thymo, hyssopo, serpillo, satureia, fœnic. anetho. rosis, violis, floribus chamæmeli, melilo. anethi, sambuci, gelsemini; quæ omnia prius quam refrixerint sèpius admouenda igni, & linteis calidis fouendus eorum calor frequenter. Cauendum tamen ab acri nimioque calore: hic enim plus attrahit quam resoluti, dolorem & febrem auget, tenuique diffando siccum efficit pleuritidem. Quia etiam ratione magis in vniuersum probamus humida quam sicca fomenta, quæ sicut ex ijsdem herbis, seminibus, floribus, aqua tabefactis, sacco inclusis, appositisque, aut eorum decocto bubula, aut suilla vesica, (testaceum, aut æneum vas Hip. non adeo commodum videtur, quia grauitate offendit, neque parti tam bene aptatur, sed in aliorum defectu ab Hip. substituitur) aut utre inclusio admotioque, aut cum filtris, aut lancis, aut saltu linteis. Post fatus quoque applicantur olea supra dicta, aut ex eis, butyro, axungia gallinæ, cappi, anatis, cesippo, cera, additis etiam pulueribus Iridis, floribus chamæmeli, sambuci, paucóque croco, facta linimenta,

^{3. de Morb.}
^{Vit. acut.}

vnguentaque, aut vnguentum Dialthea, aut Resumptium; aut Pecto-
rale, quæ in officinis ad hos usus parata habentur, superposita succida
lana, ut emplastra quoque de Melilo. de Baccis lauri, Diachilon com-
pos. Diachil. magnum, Oxycroceum, & Basilicum magnum. Fit quo-
que picatio pauperibus ex pice oleo liquata & calide applicita. Item
cataplasmata ex supradictis herbis & floribus, seminibus, coctis, tufis,
cretis, additis farinis fabacea, hordeacea, ex semine lini, fœnegr. cum
axungijs, oleis, vnguentis enarratis, quorum exempla breuitatis causa
præterimus, quia aliunde peti possunt. Suffiuntur etiam capitis indu-
menta, si à destillatione pendeat malum, ad antecedentis materiae ex sic-
cationem, pulueribus quæ habentur Cap. de Catharro. Toto quoque
morbi decursu procuranda est expuictio syrups, exlegmatis, conseruis,
pilulis, tabellis superioribus capitibus descriptis: emollienda singulis
diebus alius clysteri, nisi per se fluat, continuanda Iulapia, & perleue-
rante affectu, ultra septimum diem iterari potest leue catharticum.
Quod si non his cedat affectio, ad fortiora & inassueta remedia transfire
non suadeo, qualia sunt cucurbitulae affixaæ parti cum profunda scarifi-
catione, sinapismus, cauterium actuale aut potentiale, lateris sectio
quæ præter id quod nil iuuant, artem infamant.

Hip. 3. de
morbis c. de
pleuri.

Exordium lectionum Anni 1612.

Incepferamus superioribus annis, Princeps Senatus clarissime, &c. methodum curandorum omnium corporis nostri internorum morbo-
rum, idque ea ratione ut reiectis omnibus logicis questionibus, quæ in
scholis ad iuuenum exercitationem potius quam ad artis commodum
agitari solent, ne opus in infinitum excresceret, sola ea quæ tum à pris-
cis medicis, tum neotericis, nostro semper interposito iudicio, maxi-
mè rationi consona dicta erant, acciperemus, tam quæ ad morbi, par-
tisque affectæ cognitionem, quam prognosim & curationem spectant,
eaque discipulis quambreuissimè traderemus, citra ullum sermonis
cultum & elegantiam, quam nunquam affectamus, sed solidam tantum
doctrinam.

In qua etiam morborum curatione id solicitissime obseruauimus, ut
nullum medendi genus, nullum medicamentum simplex compositumque,
ab antiquis, aut recentibus præscriptum ambiguum, minuscue tutum, si-
ue qualitate, seu quantitate, seu vtendi modo, admitteremus, nullum-
que dubium, inexploratum, absurdum, absletumque; quibus tamen
omnibus repleti sunt libri nostri: sed contrà quantum ratione, lectione,
iudicio, experientiaque asséqui potuimus, omnia ita ad libellam expen-
dimus, ut tutissimam certissimamque curandi rationem monstraueri-
mus; aliorum interim sententias obiter tangentes, breuitérque cur non
probemus indicantes. Quod quantum nobis laboris, quantumque me-
dicinae studiosis utilitatis adferat, vestrum erit iudicare: certè hæc effi-

ineta & finis totius artis, scientia que nostrae tota substantia.

Hoc ergo in opere iam absoluimus omnes capitum, collique morbos uno libro. Secundum etiam, in quo thoracis ægritudines comprehendimus, aggressi; Peripneumoniam, phthoem, pleuritidemque exegimus. Sequitur ordine Empyema, de quo nunc breuiter tractabimus, & ubi hebdomada vna aut altera cordis palpationem, syncopemque, grauissima principis corporis nostri partis symptomata curauerimus, librum secundum compleentes, ad tertium accedemus, in quo omnes morbi ventris inferioris continentur.

Inuocato ergo prius diuino auxilio, numinéque Omnipotentis Dei Patris, & Filii & Spiritus Sancti, Deiparæ virginis, cœlicolimque omnium, de morbi essentia primùm statuemus more nostro, deinde si quæ sint eius differentiae, post hæc causas, signa, prognosim, curationemque in genere trademus, quantum temporis, vestrorumque omnium commoditas permiserit. Nec enim hic ullus est quem malum hoc nunc premat adeo, ut non possit expectare unum aut alterum diem, quo quæ reliqua nunc facta fuerint ei præscribantur.

In primis autem optima ratione subnexus Empyema Pleuritidi, & Peripneumonia, quia saxe ad illa sequitur. Vocant vero Græci Empyema quod Latini Purulentiam, & Empios quos isti purulentos, ut constat ex Plinio Nat. hist. lib. 20. c. 2. & lib. 22. c. ij. In assignanda autem Empyematis definitione non nihil est laboris. Sunt qui dicant esse collectionem puris in pulmonibus, quos tamen multis nominibus damnados centemus. Primo quia in pulmonibus parum puris colligi potest; quid autem sit pus mox dicemus. Secundo quia Empios viri & secat Hip. ad puris extractionem. 6. Aphor. 27. & 7. Aphor. 44. & lib. de inter. affect. c. 3. & 2. de Morbis c. 50. & 3. eiusdem cc. 26. 27. 28. quod non faceret si in solis pulmonibus pus contineretur, nec enim effueret etiam aperto thorace.

Tertio quia signa quibus idem author distinguit Empios dextri lateris ab Empijs sinistri, citatis Locis, & 2. Progn. 59. & 1. prorrhe. & in Coacis, & Gal. 4. Loc. af. vlt. id manifestè ostendunt: sunt autem ea, quod si æger conuertatur ab uno latere in aliud, in eo latere in quo pus continetur, sentietur id fluere transflueréque tanquam aqua in utre, quod non contingeret si intra pulmones coiceretur. Quartò quia quibus in pulmonibus pus continetur, phthisici sunt, non purulenti. Denique quoniam ut Gal. aperte ait com. in Aphor. 27. lib. 6. & 2. prog. 60. & 7. Aphor. 44. purulentos præcipue solet Hip. & medici vocare, quibus collectum est pus inter thoracem & pulmones.

Quamuis enim & in vesica, & in renibus, & in hepate, & in cerebro, & quod magis est, in corde, & denique in quacumque corporis seu cavitate seu parte pus colligi possit, tamē non id adeo frequens est, neque perniciosum, neque tamdiu, neque tam multum quam in thoracis spacio contineri potest. Est ergo hactenus Empyema collectio puris inter pulmo-

nes, pleuram, & septum transuersum, seu diaphragma: atque hæc est vulgaris definitio. Sed est nè illi aliquid aliud addendum? videtur addendum, sine febre, hoc enim asserit Gal. 4. Loc. af. vlt. & potest quidem fieri vt aliquandiu maneat pus in thorace, neque febrem exciter; quod autem longo tempore perseveret, neque offendat tetro halitu, febrémque succendat, non videtur rationi consonum neque Hip. 2. prog. 58. 59. 60. 61. 1. prorrhe. & in Coac. quemadmodum etiam non necesse est vt statim ac febrem accedit, pulmonem exulceret, neque sine hoc febrem perducere possit. Quando ergo & cum febre, & sine eadem Empyema esse potest, satius est nil addere definitioni; aut si addamus, sine febre, intelligere cum Gal. vt plurimum sine febre esse Empyema in principio, mox enim febris superuenit & paulo post desinit esse simplex Empyema, transitque in phthoen, aut mixtum ex phthoe & Empyemate affectum. Atque hæc de essentia morbi, iam de differentijs, & causis. Quoniam enim differentiæ coniunctæ sunt cum causis, necesse est de utrisque simul agere. Prima ergo Empyematis differentia est quod aliud est primarium, aliud secundarium. Primarium est quod pri-mò fit, nec alteri succedit morbo: Secundarium quod ad morbum aliquem sequitur. Illud fit ex iugi catharro, decumbente pituita crudore humore à cerebro in pulmones & thoracem, ibique in pus conuerso: hoc vero metastasi ex pleuride, peripneumonia, Angina, aliisque abscessu in partibus respirationis facto, rupto, inque thoracis cavitatem pus depo-nente. Aut aperto, rupto, exeloque vase aliquo in pulmonibus, sanguinemque in pectus fundente. Atque hoc quidem Empyema frequentissimum est apud Hip. Galenūmque, vt appareat ex citatis Locis & 5. Aph. 10. & alijs quam plurimis, reliquum autem rarius, vnde contingit difficultas & dubitatio, an fortasse non sit Empyema aliquod primarium.

Quæ etiam hinc magis augetur: cùm enim Empyematis immediata causa sit pus, hoc autem non videatur fieri posse sine sanguine, nec nisi ex sanguine, néque sine vlcere, 2. Aphor. 47. 41. eiusdem 47. & 75. 5. eiusd. 8. 15. 22. 6. eius. 10. 7. eius. 57. & infinitis alijs Locis tum Hip-tum Gal. vt posteriores authores omnes prætermittant, quos tanquam riulos prætermittere soleo, maximè vero Arabas cœnosos, contentus tantum limpidissimis illis duobus fontibus: cùm itaque pus ex sanguine fiat, pleuritis vero, peripneumonia, angina, tumorēsque alij qui in thorace consistunt, sere phlegmones sint, aut sanguinea Aposthemata, 4. Loc. aff. c. 3. 4. & vlt. lib. de tu. p. n. & passim alibi; tales autem tumores, nisi resoluantur, in pus conuertantur, facile est intelligere quomodo his succedat Empyema, quomodo autem ad catharrum, non ita.

Verum eniuero quamvis generaliter & vt plurimum succedat Empyema alteri morbo, tamen verum quoque est, posse etiam fieri primo ex descendente à capite humore in pulmones & thoracem, quod ostendit textus singularis Aphor. 38. lib. 7. qui ait, *Destillationes in ventrem superiorum suppurrantur intra viginti dies*, vocatur autem superior ven-

ter thorax omnibus medicis ad differentiam ventris inferioris, quo naturalia membra continentur. Ut vero & Aphor. hic intelligatur, & quomodo fiat primarium Empyema, quia ad curationem id plurimum conductus, sāpēque decipiuntur medici in huius Empyematis iudicio, aduentum est tria esse quæ quamvis sensilibus qualitatibus plurimum conueniunt, valde tamen natura differunt, humor scilicet crudus, humor naturalis, & pus.

Humor crudus est, qui nondum perfectam adeptus coctionem, alere non valet, potest tamen in sanguinem conuerti & alere si amplius concoquatur, nisi verò coquatur necesse est putrescat lib. de cib. 60. & m. suc. c. 4. & lib. de Atrabil. paululum verò excoctus crassescit, ut ferè omnia coctione crassescunt, videturque valde similis puri. 2. Nat. huma. 22. & 1. Alim. fac. 9. cùm tamen longe ab eo distet, nam crudus succus alere potest, vt nunc dicebamus, proindéque eum medium inter pus & humores naturales collocat Gal. 2. Progn. vlt. pus verò alere nunquam potest, deinde licet crudus succus crassus sit & albus vt pus, tamē in eo differt quòd nec fœtet, nec latus est vt pus, citatis de Nat. hum. & Alim. fac. Huius crudi humoris magna quotidie ejicitur quantitas per vrinas in pueris & gulosis, per nares, & per tussim, qui propter similitudinem hanc quam habet cum pure, multis imponit, creditibus ejici pus. Vnde suboritur difficultas in morbo nostro. Sunt enim multi Asthmatici, anhelosi, destilationibusque in pectus obnoxij, qui non solum per viginti dies, sed per viginti annos talem extussiunt materiam, credunturque purulenti, cum tamen nihil minus sint. Iam ergo constat quomodo crudus humor differat à pure.

Naturalis autem humor differt, à crudo hoc, quia perfectè coctus est, iamque alere paratus, à calore omnino naturali elaboratus, eundemque vicissim augere & fouere aptus. Pus verò cùm ab vtroque fieri possit humore, crudo scilicet, aut naturali, ab vtroque degenerat, semiputre, à calore naturali & præter naturam mixtis productum citatis locis, & 5. simpl. 5. quodque probatur album, leue, æquale, & quam minimè fœtidum. 1. Progn. 46. & 1. dif. feb. 6.

Iam circa hæc duo Empyematis genera, primarium scilicet & secundarium, duo consurgunt dubia. primum, quomodo fieri possit vt tanta humoris crudi copia à cerebro in pulmones delabatur per tam angustam trachæ arteriæ rimulam, idque insensibiliter, cùm contraria inter bibendum guttula quedam liquoris forte in eandem rimulam deerret, tanta sequatur tussis anxietasque, vt lachrymæ exutiantur, spiritusque fere intercipiatur? Respondet Gal. in catharro delabi humor secundum latera & parietes asperæ arteriæ ciuisque fissuræ, proinde non sentiri: guttam vero quæ inter bibendum infertur in eandem rimam, in medium eius incurrire, aerisque transitum impedit, atque propterea tam impatienter à natura ferri.

Secundum est, cùm arteriæ venosæ, & venæ arteriosæ oscula æque

atque asperæ arteriæ bronchiorum in cavitatem thoracis terminentur, qua ratione pus quod in eadem cavitate fluit, potius in oscula bronchiorum se inferat, quam in oscula duorum reliquorum vasorum? cui etiam satisfacit idem dicens, ampliora esse oscula bronchiorum quam reliquorum duorum. Sed quamvis id in dubium verti possit quia magis rationi consentaneum videtur ea oscula strictiora esse deberet, ne aer quem continent bronchia, effluat, siveque respirationis vius impediatur: tamen demus id Gal. addamisque, etiam in æqualitate oscularum trium horum vasorum, faciliter in bronchia subire pus, & sanguinem in Hæmoptoi, quam in alia vasa, quia reliqua duo referta sunt crassiori materia, scilicet sanguine, quæ non admittit crassum aliud corpus, bronchia vero aerem solum continent, qui facile cedit; præcipue cum hinc illinc perpetuo transfluat in respiratione. Possemus etiam dicere cum Hip. & Gal. totum corpus ita peruum esse, ut quamvis pus & humor aliquis aliis in omnia vasorum oscula se ingereret, tamen aeris vi, naturæque expultrice facultate in bronchia impulsus, inde sursum tussi pelleretur: sic enim & sanguis in pleuritide per membranæ poros transfludat, quamvis crassior illa sit, & sudor per cutem, & sanguis in crassissima ossa se insinuat, in quibus & abscessus fiunt. 7. Aphor. 54. & denique proui humores sanguini mixti ita ab eo segregantur, ut soli per venarum oscula effluant, sanguine intus manente. Atque haec de prima Empyematis differentia satis.

Est & alia eiusdem diuisio, in qua tamen minus est negotij, quod scilicet aliud est Empyema dextri lateris, aliud sinistri, aliud utriusque, prout scilicet vel in dextro, vel in sinistro, vel in utroque latere pus continetur. Sunt enim membranæ quæ thoracis cavitatem à summo deorsum per medium secant, (mediastinum proinde vocant) impediuntque ne ab uno in aliud latus materierum vlla communicatio fiat, & aliquomodo duplum efficiunt thoracem, duplumque pulmonem, prouido rerum omnium conditore duplicitate hac operum suorum perennitatem, securitatemque intendente, ut & in oculis, auribus, brachijs, cruribus, renibus, testiculisque videre est: imo & quæ partes vniæ sunt, tamen in dextrum & sinistrum utcumque diuisæ, geminæ apparent. Iuxta hanc vero differentiam primarium Empyema, quod à catharro fit, & secundarium, quod ab Angina, ferè utrumque occupant latus: Secundarium vero quod ad peripneumoniam, & pleuritidem sequitur, latus id tantum in quo inflammatio erat, obseruit. Atque haec de differentijs, & causis coniunctis, iam de signis. Signorum Empyematis alia sunt diagnostica, alia prognostica. Rursus diagnosticorum alia sunt quæ Empyema in genere significant, alia quæ unum ab alio distingunt. Empyema generaliter demonstrat puris cum tussi excreatio, longo tempore perseverans. Dicitum est autem, cum tussi, quia aliquando pus à capite in os defluit, aut à gingivis ab intimo ore, à faucibus, à trachæ arteria, ab œsophago, à ventriculo,

denique ejicitur aut simplici expuitione , aut excreatione ; aut etiam vomitu , neque tamen hos purulentos censemus. Additum est rursum , vt longo tempore perseveret puris cum tussi eiectione , nec enim quamprimum pus extus sit Empyema est : nam & in peripneumonia , & in pleuritide ad maturationem perductis pus tussiendo extunditur , nec tamen statim Empyema est. Quod ostendit Hip. 5. Aphor. 8. dicens. *Quicumque morbo lateral i laborantes , in quatuordecim diebus non repurgantur , iij ad suppurationem vertuntur.* Qui quidem Aphor. interpres torquet , nec tamen vt mihi videtur , eum satis exponunt , nos duplarem aduertimus difficultatem , primam quam Gal. non tetigit , scilicet cum author ait , *quicumque in quatuordecim diebus non repurgantur , à quo die incipere oportet numerare quatuordecim illos dies ?* nam non à principio morbi , vt quidam dicunt , alias enim post exactum decimum quartum nisi antea sanati essent , omnes conuerterentur ad Empyema , quod est contra experientiam ; neque à primo die quo spuere incipiunt , vt alij autumant , Anaxion enim .3. Epid. 81. undecimo tantum die expuere coepit , & tamen trigesimo quarto omnino liber factus fuit & à febre & à lateris dolore , tantum abest vt inciderit in Empyema. Ergo pro varia sequentis particulæ interpretatione variè ego primam exponam. Cum enim Hip. dicit , *ad suppurationem vertuntur* , secundum Gal. vel intelligit non resoluetur pleuritidis materia , sed suppurabitur ; vel in Empyema desinet. Si igitur intelligas primo modo , numerandi sunt dies à principio expuitionis vt talis sit sensus , quicumque à primo die quo spuere incipit , intra decimum quartum non omnino expurgatur , transit ad suppurationem aut maturationem : non tamen propterea statim ad Empyema. Si verò secundo modo accipiatur particula illa , numerare oportet à primo die quo expuere coeperunt pus ; tunc enim nisi in 2. Pro. 52. quatuordecim diebus expurgatum fuerit per os pus , conuertitur morbus ad Empyema. Sed hæc nunc sufficiant ad difficilis huius loci explicationem ; alias enim commodior dabitur cum fusus illustrandi occasio. Constat interim , Empyema non esse etiam si pus tussiendo ejiciatur , nisi per quatuordecim dies id fiat , quod propositum nobis erat ostendere. Iam de signis distinctiuis agamus.

Empyematis primarij à Catharro geniti indicia sunt , primito capitio dolor ; grauitaque , paulo post tussis frequens siccaque , mox cum sputo tenui paucō , deinde cum crasso multoque , difficultas anhelitus , tandem puris excretio. In secundario vero , quod fit à rupta aliqua in pulmonibus vena , adebet in principio sputum cruentum , floridum , spumosum , cum tussi exactum 4. loc. aff. 6. 5. Aphor. 13. quod diu durat , repetitque indeque pus iuxta illud Hip. 6. Aph. 20. si in ventrem sanguis præter naturam effunditur , necesse est suppurari.

Quod autem latus occupet pus, colliges ex affecti lateris dolore, calore, grauitate, quæ omnia pus conciliat illi. 2. Prog. 59. 60. 61. 62. 1. Proret, & in Coac. tum etiam quod in id facilis decumbat æger, melius respiret, non adeo tussi infestetur, ac si in contrarium reclinet: Pus enim cum in thoracis declivem cavitatem labatur, liberum pulmoni spaciū relinquit quo attollatur, contrà verò si in aduersum latus decumbatur, pulmoni incumbit, eum premit, aeris transitum ad cor impedit, angustiam, tuſſimque excitat, cogitque subinde mouere corpus; ægri ipsi præterea manifestum in latere sentiunt stertorem, & inde extrahi dicunt pus, & denique ut superius dictum est, & ipsi & assidentes, dum in contrarium illi conuertuntur partem, audiunt strepitum transfluentis materiæ, tanquam aquæ in vtre.

Quod si vtrumque Empyema occupet latus, æquè vtrumque infestat calore, dolore, stertore, tuſſi, inquiete, pondere, & grauitate, neque in alterutrum cubare potest æger, sed cogitur aut supinus iacere, aut semierectus stare, murmurque sentitur in quodcumque se vertat latus. Empyema denique secundariū quod ad peripneumoniā sequitur, ijsdem dijudicabis signis, & id etiam quod ad pleuritidem, & ex præcedentibus horum morborum signis, multoque magis si hi morbi fuerint paulo vehementiores, diuturniorésque. Verti autem pleuritidem, & peripneumoniam in suppurationem, & disrumpi vomicam, signa sunt Hip. & Gal. 2. Prog. 57. 58. & in Prorrheticis, & Coacis, quod horror aut rigor in puris egressu hominem apprehendat, concutiente se scilicet natura ad noui hostis appulsum, qui dum antea conquiesceret, latebat, & si pro dolore quem antea sentiebat, nunc pondus percipiāt, minusque febris infestetur, cum enim pus sit, dolores fiunt & febres magis quam eo confecto. 2. Aphor. 47.

Terminus autem ruptionis abscessus varius est pro varietate materiæ, corporis continentis, temporis, ætatis & similium: alij namque septimo die, biliosi scilicet, quamuis rariū; alij 20. alij. 40. alij etiam 60. citatis locis 2. Progn. 57. & Prorrh. & Coac. Iam qui purulenti ex ruptione fiunt, cum antequam purulenti fierent, febre infestarentur, non desinunt febrire, imo firmatur febris, fitque hectica; & quomodocumque tandem purulenti sint, paulo post principium, hectici fiunt, estque interdiu febris lenta, tenuisque noctu grauior, quæque à pastu excandescit, veluti cum calcii aqua superinfunditur 2. progn. 60. 61. sudor multus ob facultatem retentricem debilitatam, macies totius corporis, maximè vero faciei, oculi concaui, malarum rubedo, deiecta appetentia, vnguium curvitas, ob absumptam subiectam carnem, digitorum extrema calescunt, tandemque tumores fiunt in pedibus, pustulæque in vniuerso corpore, ob vitiatam concoctionem. Atque hæc omnia fieri fortasse possunt à sola purulentia, citra pulmonis vlcus, quamvis ut plurimum post paucum tempus id superuenit, augmenturque tunc superiora omnia, &

sputum, & spirandi difficultas. Et hæc de signis ; quæ omnia necessaria sunt ad morbum in principio cognoscendum, prouidendumque ne ingravescat : cum enim longè processit, tunc facile dignoscitur, sed diffilimè, aut nullo modo curatur ut ad prognosim accedamus.

Est enim morbus toto genere lethalis, à quo pauci, aut fortasse nulli, si semel firmatus sit, euadunt. Nam quamvis aliqui nonnullos se sanasse asserat, tamē fortasse non erant illi purulentii, vt est magna in distinguendo crudo humore à pure difficultas, quemadmodum antea dicebamus. Certe nos aliquos purulentos iudicauimus, qui non erant, & etiamnum quotidie in hoc laboramus, & dubitamus de quibusdam num tales sint, adeo verum est quod in vestibulo suarum sententiarum cecinit admirandus senex, *iudicium difficile*. A quo nonnulla sunt subiecta de prædictione huius morbi, ut quamdiu sanabilis, sit mature obuiam eamus, si minus aut ex eiusdem lib. de Arte, & Gal. 11. Metho. 9. 2. Aphor. 29. sententia, dato prognostico nil moliamur, aut faciamus quidem ex arte quæ videbuntur, ne ægrum in desperationem adigamus si cum desferamus, præmonentes tamē affines & affidentes nos parūm profuturos.

Qui ergo salutis aliquam spem præbent Hip. 2. Progn. 63. & in 2. Prorrheto initio & in Coac. præd. circa mediū, & in libris Aphorismorum 5. 6. 7. hi sunt, quibus post eruptionem, febris aut sedatur aut abit, cibi appetentia redit, spiritus difficultas etiam si statim videatur aucta, tamen paulo post minuitur, sitis mitigatur, venter pauca compactaque deicxit, pus excreatur sine labore album, leue, æquale, inodorum, sine pituita, cum leui tussi, quodque citissime, aut saltem in quadraginta diebus absolvitur. Iste sunt qui ab hoc malo liberari certius breuiusque possunt. Quibus vero nonnulla horum desunt, incertiūs, tardiusque. Qui vero aduersa his habent, nullo modo. Tales autem sunt qui magna febre infestantur, aut quæ vbi visa est abiisse, rursus exacerbatur, à pastuque excedit, cibum omnino fastidiunt, plurimum tussiunt, paucumque extundunt, idque aut pituitosum spumosumque, aut biliosum meracum, multoque magis si viride, liuidum, nigrumq; & supra omnia, si fetidum, si sudat frequenter, debiles sunt, non dormiunt, cogunturque semierecti iacere in lecto, male rubent, acutus nasus est, collapsa tempora, stertor sentitur in pectore plus quam quadraginta dies pus ejiciunt, incurui sunt vngues, totumque corpus macie confectum, citata denique alius est & liquida, capillique à capite fluunt. Horum omnium primi diutiūs vitam protrahunt, vltimi vero orco proximi sunt; magnaque est secundum magis & minus inter omnes differentia, quæ sermone comprehendendi neque scientia potest, prudens tamen, doctus, sagax, ingeniosusque medicus artificiosa coniectura potest. Atque hactenus quæ ad prædictionem spectant ex varijs Hip. locis excerpta in unum congregimus, ne locorum aut sententiarum multitudine vos fatigaremus. Qua etiam ratione morbi curationem nunc quoque prætermitemus, quia longior est quam ut paucis comprehendi posse.

De Morbis internis
Gratiarum actio.

Repleui vos, Princeps Senatus Illustrissime &c. pure, sermonéque impuro; adeo impuro vt si non foeteat, saltem fastidit. Itaque iuxta prognosticum nostrum desperatus sum; certè non spero posse vñquam sanari ab ingratitudinis vlcere. Tantum enim est beneficium quod in me hodierno die contulisti, vt quantumcūmque moliar, nunquam vel minimæ eius parti satisfacere possim. Quod igitur supereft, si quod debeo non possum, quod possum præstabō: rogabo scilicet Deum optimum maximum, vt vos & ab Empyemate, & ab omni alio morbo immunes toto vitæ tempore seruet, quod si id nolit, concedat saltem vt morbis præhensos liceat mihi vos omnes liberare. Dixi.

D E E M P Y E M A T E.

C A P. I I I I.

SE Q U I T V R aliquando Peripneumoniam, & Pleuritidem Empyema: propterea nunc de eo. Est autem empyema collectio puris in thorace; ^{4. loc. aff.} vnde Empyi purulenti dicuntur. Neque verò Empyema nominare vellem cum aliquibus collectionem puris in pulmonibus solùm, cùm hic non multum puris colligi soleat; & empios vrat & fecet Hip. ad puris ^{7. Ap. 44.} euacuationem. Quod non fieret si in solis pulmonibus pus contineretur; ^{6. Ap. 27.} & signa quibus idem author locis citatis, & 2. Progn. 31. & Gal. 4. loc. ^{& lib. de af. vlt.} Empios dextri lateris à sinistri distinguit, manifestè ostendunt pus ^{Intern. af.} contineri in cauitate thoracis: & quia quibus in pulmonibus tantum ^{ix.} ^{& 2.} pus continetur, Phthisici sunt, non Empij; & denique quia purulentos ^{tex. 50.} & præcipue solet vocare Hip. quibus pus collectum est inter thoracem & ^{lib. 3. 16.} pulmones.

^{27. 28.} Contingit Empieuma aliquando primariò, aliquando secundariò. ^{Gal. in 6.} Primarij causa est defluxio humorum à cerebro in pulmones & thoracem, qui ibi putrescentes vertuntur in pus, aut quid valde simile puri, pauloque post febrim excitant lentam, & quandoque etiam vlcus in pulmonibus. Secundarium sequitur ad Phthisim, & ad Peripneumoniam, & ad Pleuritidem non sanatas, & ad Anginam, aut abscessum aliquem ruptum in thorace. Signa primarij incipientis sunt longa defluxio cum tussi frequenti, primo sicca, deinde cum multo sputo, quod pedetentim crassescit, febris longa lentaque, & quæ circa pastus & noctu magis ingrauescit, difficultas anhelitus, procedente autem morbo sequitur macies totius corporis, maximè verò extremitatum digitorum, vnde yngues recurui fiunt; pedum, tibiarum, & tan-

dem totius corporis tumor, & pustule, cibi fastidium. Sed hæc vltima etiā progressam purulentiam secundariam comitari solent. Hanc autem initio cognoscet ex præcedente Pleuritide longa, aut peripneumonia, aut Phthisi, aut abscessu alio in thorace, cum supradictis signis, maximè verò præcedente puris sputo, perseverantēque. Cum autem thorax mediastino in duo diuidatur, vtra in medietate pus contineatur distingues pondere & grauitate eius partis, & si dum in contrariam vertitur æger sentit fluctuans pus, & quasi in vtre agitatum, & tussis excitatur, & dolor, & angustia, & difficultas maior spirādi, quæ omnia minuuntur aut cessat dum in affectum decubit latus, quod etiam magis calet quam aliud. Quod si pleuritidi succedit, facile erit in qua parte pus consistat iudicare, quemadmodum etiam si alterutrius lateris abscessui, minus verò si peripneumoniæ, minimè si apostemati mediastini. Si denique vtramq; cavitatem occupet pus, & que fluitat, & quæque torquet, in quamcumque partem conuertatur, ægrotum. Morbus est toto genere lethalis, & à quo licet quidam dicant nonnullos euasiſſe, tamen id valde rarum est, neque regulam infringit, & fortasse non erant illi purulenti: sapere enim multi crassa & similia puri per multos annos expuunt, qui tamen Empij non sunt, adeo difficile est verum pus à pituita crassa excoctaque discernerere. Curatio, si quæ esse potest, sita est in optimo victu, leibus purgationibus repetitis, expectorantibus, abstergentibus, incidentibusque, mutatione aëris, illitibusque. Addunt etiam nonnulli cum Hip. vſtione 7. Aphor. sectionemque. Victor sit omnino qualis Phthisicorum aut Pleuritico- 44. rum, purgationes itidem ex clysteribus, Manna, Cassia, & alijs benignis ad auſionem causæ antecedentis, vt

U. Malva, Althea, Viol. Mercurialis. Pariet. & Prassi alterutrinus.
An. M. j. Furfur. macri in Lig. Hord. florū Chamælli & Anerbi. An.
P. j. Coque. In col. lib. j. dissolute Mellis anthos. 3. j. Cassia cum Sacc. 3. j.
Olei communis & Chamamel. An. 3. j. ss. fiat clyster. detur hora commoda.

U. Manna Chalabria 3. j. Diaphæn. aut Diacarth. 3. ij. decotti Hyſſopi, Hord. Passul. & Liquir. Q.S. fiat potio detur sequenti die manè ex arte.
Aut

U. Pulpa Cassiae recenter à Canna extracta 3. j. pulu. Rhab. 3 ss. Li-
quir. 3. j. cum Sacc. fiat bolus; detur manè tribus horis ante cibum.

U. Rad. Altheæ ſicc. & Liquir. An. 3. ss. Rad. gram & Passul. mūd.
An. 3. j. Buglos. cum toto, Bethon. Scabios. Borrag. Tuffilag. Hyſſopi,
Adianthi. An. M. j. Sumita. Prassi albi Thymi, Saluie mino. & Samp-
suchi. An. M. ss. Hord. Integ. florum Stœcha. Buglos. Rorismar. An.
P. j. Coque, col. lib. j. adde Mellis col. 3. ij. fiat Iulep clarum, & si velis
aromatiz. 3. j. pulu. Dia Iris ſimpl. pro 3. doſ. manè.

A dde vltima doſi expressionem 3. j. Rhabarb. per noſtem in parte eiusdem infuſi, & elect. de Succo ros. 3. j. capiat ex arte. Perſeverante affeſtione repeatantur eadem, aut si materia fluat à capite, vtatur ſequentibus pilulis.

U. Agar. recent. Trochis. & Aloes hepatic. An. 3. ij. Rhab. Ele. 3. i. Myrrha, Styrax. Calam. rad. Iridis floren. Glycyrrhi. & florum Stœcha. An. 3. ss. Mellis anthos. Q. S. Misce, fiat massa, de cuius 3. i. fermentur pil. 6. quas degluiat decimoquinto quoque die ut artis est. Aut fiat syrups magistralis.

U. Rad. gram. Rusci, & Fænic. An. 3. j. ss. Rad. Heleni & Althea seccarum An. 3. j. Buglos. cum toto, Borrag. Scabiosa, Tussilag. Hyssopi, Agrimon. Adiant. Politri. Bethen. Chamæpyth. Chamed. An. M. j. Sumita. Salvia minor. Sampuc. Satureia, Thymi, An. M. ss. Caricar. Ping. & Prunor. Dulci. An. Par. x. Iuubia. Sebesten, & Passul. mund. An. 3. ij. Polypod. & Senna mund. An. 3. iiij. Agar. recenter Troch. & medulla sem. Cartham. An. 3. j. Glycyrrh. ras. 3. vij. sem. Anisi, & Fænic. An. 3. ij. florum Stœcha. Salvia, Rorismarin. Buglos. Borrag. Epyth. An. P. j. Coquandr in suff. aqua electa. In col. tb. ij. dissolute Melius opt. col. tb. j. Coque iterum, & tandem adde Rhab. infusi in parte decoctionis seorsum & expressi 3. vij. fiat syrups perfectè coctus. & aromatizatus 3. ij. pulu. Elect. Dia Iris Salomo. de quo capiat 3. ij. decimoquinto quoque die cum decocto Buglos. Borrag. Hord. & Passul. manè cum custodia & reg. artis. Hoc syr. vtentur biliosiores, præcipue si febris adsit, pilulis vero pituitosi, & febris expertes. Aqua decoctionis Hordei, Passularum & Liquir. in potu omnibus maximè conuenit, febrentibus quidem, sine vino, non febriètibus autem etiam cum paucō vino; sed satius est abstinere vino quantum fieri possit, quia fumat. Cremor Hordei, Amigdalatum, lac asinimum aut Caprillum plurimum etiam iuuant, vt & ius cui incoixerit pullus gallinaceus Hordeo & Passulis refertus, & modicum Hyssopi syrups, Eclegmata, Conseruæ, Pignolatum, Martius panis aut Mazapanis; suffitus, pilei, pulueres, spongiæ, bibula cartha ad ignem exsiccata capiti admota, renouataque, emplastra, phœnixni retro aures, causticum brachio alterutri applicitum, hæc omnia dicta sunt in Phthisi, cum qua conuenit fere Empyeuma. Consulunt denique non nulli sectionem aut vſtionem in desperatis, vt aiunt, modò vires conpleuriti. stent, quod quidem ego propter Hip. authoritatem improbare non au-

Hip. 3. de
Morb. de
26. 2. de
Morb. 51.
52.

deo, neque tamen multum probbo, minùsque suadeo. Nam, præter id quod videtur implicare contradictionem esse desperatum, & valere viribus, qui pus tollit non multum proficit, cùm maneat semper causa, quæ nouim pus producit, quasi si quis putet sc̄ arborem perditum, si folia demetat: paucique admodum hoc remedio euaserunt, contrà vero multi perierunt, quorum mors arti ascripta est. Satius ergo est vt nos timidos vulgus iudicet quām crudeles & temerarios: nisi æger & affines id expostulent, vt in Hernia, & Calculo: tūc enim dato prognostico de periculo, licebit experiri, quāmuis me nec authore, nec inspectore. Quod si vſlis aut ſectis pus fluat purum, & album, euasuros iudicat Hip. 7. Aphor. 44. si vero subcruentum, & fœculentum, & ſectidum morituros.

D E C O R D I S T R E M O R E .

C A P . V.

Αληθινος Græcis, tremor, aut palpitatio cordis Latinis, est motus violent- s. loc. aff. tus cordis, quo illud aperte, frequenter, & fortiter pectus pulsat, sine 1. manifesta causa. Dux sine manifesta causa, quia dum multū cucurrimus, pugnauimus, laborauimus, ira excanduimus, agitur ita cor ut in palmo, sed citò quiescit quiescente homine, nec aliter contingit illi talis motus quām prēsente causa procathartica, nec peiora alia adiūcta habet symptoma, vt palmos. Est ergo deprauatus cordis motus, quo se noxa aliqua liberare conatur, vt stomachus singultu, pectus, & pulmo tussi, cerebrum sternutatione, habitus corporis initij paroxysmorum febrilium, rigore. Atque hæc est fortis palpitatio, vel potius tremor. Est autem alia leuior, quæ palpitationis, quæ in cute fit similis est, ex leuiori que fit causa, & leuius cor & hominem affligit. Vtraque aliquando est continua, aliquando intermittens: illius causa aut in ipso corde est, aut prope ipsum; huius vero aliunde aduenit, & est vt plurimum vapor quidam aut fumus teter qui aut à ventriculo, aut hepate, aut liene, aut renibus, aut vtero, aut genitalibus partibus, aut denique ab inferiori aliqua parte ad cor ascendit, idque offendit, & ad sui excretionem excitat. Quare puellæ quibus nondum fluxere menses, aut quibus restitere, nubiles, grauidæ, viduæ, continentes viri, fœminæque, cacheætici, melancholici, quibus hæmorrhoides fluere desinunt, aut suppressa alia euacuatio est, ebriosi, gulosi, epileptici, plethorici, obesi, desidæque huic malo obnoxij sunt. Continui vero tremoris causa est vt plurimum tuberculum, aut abscessus in ipso corde, aut radicibus vasorum quæ ab eo fluunt, aut pericardio, aut bronchijs pulmonum cordi vicinis, aut pus, aut aqua, aut multis humor pericardium, aut cor ipsum replens, aut obruens, vnde asthmatici frequenter palpitant, aut vermis, aut lapilli, aut intemperies magna cordis, aut notabilis euacuatio, aut denique venenum aliquod. Porro ut prioris causæ vt plurimum manifestæ sunt, sic posterioris occultæ. Manifestæ etiam manifesta fere sunt signa, occultæ etiam obscura admodum. Venanda proinde est proprijs qualibet occasio notis, quas longum esset hic referre: in communi vero peccantem humorem ostendit color faciei, & totius corporis, & ante acta vita, vaporē leuitas affectus, & intermissio, partem vnde manat, motus eiusdem vaporis, & signa affectarum partium; venenum denique relatio ægroti, & propria cuiusque veneni signa. Pathema autem ipsum tactu ipso, imo & visu manifestum fit aliquando: contingit enim olim nobis ægrotus, cui admota cordi manus fortiter repellebatur, adeoque ictu attollebatur pectus, vt appareret exilire cor, nec solùm id, sed & iugulares arteriæ tam manifeste validæque concu-

Aphor. tiebantur, ut totum caput simul vibrarent. Morbus est lethalis; & ad quem s^ep^e sequitur syncope, & ad hanc repentina mors, maximē si continuus sit tremor. Curatio varia est pro causæ varietate si ab aliqua parte fluat malum, illi prouidendum remedijs quæ in qualibet parte habentur, si à veneno excitetur, proprijs alexipharmacis obsistendum, de quibus alijs. Si plethora adsit, mittendus sanguis. Si cachochymia, tollenda conuenientibus humorī abundanti catharticis. Quoniam autem ut plurimum à crassis & tetricis vaporibus, humorib^sque fuscitatur morbus, huic nunc nos medelam adferemus. Habit^e ergo æger edita & perflata loca ad occidentem & septentrioneim conuersa, lucidaque: exerceat corpus, dormiat moderate, vitet somnum meridianum, & à cena statim, quo tempore non legendum, scribendum, studendumve, sed parumper quiescendum, deinde leuiter ambulandum, confabulandumque per horam. Cœuat à radijs solaribus, sed magis lunaribus, vento, fumo, pluia. Fugiat omnem moestitiae occasionem, solitudinemque, contrā quærat iocos, & hilaritatem. Venerem ableget, præcipue si melancholicus sit. Exoneret ventrem frequenter siue sponte, siue per clysmata. Utatur eu-chymis, qualia s^ep^e dicta sunt, sobriè tamen & parce: bibat vinum oligophorum, tenuis, valde dilutum. Abstineat à leguminibus, & alijs quæ dicta sunt cap. de Melancholia. Prouocentur menstrua, aut hemorrhoides, aut suppressa astuta alia euacuatio, ijs quæ proprijs capitibus tradita sunt. Concilientur nuptiæ virginibus & viduis, aut mæties religiosis, & ijs qui à venere abhorrent. Atque haec de victu. Medicamenta vero sunt clysteres, cathartica, præparantia, syr. & alia quæ infra dicentur. Ergo ante omnia detur talis clyster.

U. Arithemis. Mercurialis. Cicla, Bethon. Malua, Pariet. An. M. j. Salvia, Sampsuc. Calam. An. M. ss. Furfur. Macris, & Hord. integ. in nodulo. florum Stœcha. Chamameli, Anethi & Rorismar. An. P. j. sem. Fœnic. & Carui. An. 3. j. Coque, col. lib. j. ss. adde Hiera pic. Gal. & Benedic. lax. An. 3. ss. Mellis anthos. & Cassia cum Sacc. An. 3. j. Misce fiat clyster detur longè à cibo, & repetatur semel in hebdomada non fluente alio, & urgente malo, deinde detur sequens potio.

U. Buglos. Borrag. An. M. ss. Senna 3. ij. Florum 3. Cord. & Thymi. An. P. j. Anisi 3. j. Coque, in col. 3. 4. dissolute Diasena, & Cathol. An. 3. iiij. syr. ros. sol. 3. x. Misce fiat potio, detur ex arte. Inde parentur humores, si pituitosi sint, ijs quæ cap. de paralyfi, si melancholici, quæ de melancholia scripta sunt, in vniuersum autem tali decocto.

U. Rad. Helenij, Achori veri, & Cort. citrijs sic. An. 3. ss. Galanga crassa, & Calam. aro. An. 3. ij. Polypod. quer. contusi, & Senna Orient. Passul. mund. An. 3. ij. Agar. Troch. in nodulo Glycyrrhi. Medulla sem. Cartha. Mirobal. oronium An. 3. iiij. Prunorum dulci. sine nucleis par. x. Folio. Buglos. Borrag. Adianthi, Cichor. Bethon. Lapuli, Pimpinel. Agrimon. Fœnic. & Ceterac. An. M. j. Maiora. Melissophil. An.

M. s. sem. Anisi & Fænic. An. 3. j. rad. Petrosel. rufi, Asparag. An. 3. j. s. florum Stœcha. Rorismar. Thymi. Epib. An. P. j. Coque in suff. aqua electa ad lib. j. s. Col. adde syr. de Buglos. & de S. rad. aut Bysant. aut Capill. ven. aut de Pomis odora. S. aut Saboris. An. 3. ij. Misce, fiat Apozema clarum & Aromat. 3. j. Cinnam. aut pulu. Elect. Aromat. ros. aut 3. s. Diamoscbi, aut Diambra, aut Rosata nouel. aut Piliris Arochoti. aut Diamargari. cali. aut macis, aut Dia anison, pro quatuor dosibus matutinis.

Addere ultime dosi expressionem 3. j. s. Rhab. per noctem in parte eiusdem infusi, & Elect. Indi. maior. aut confect. Hamech. 3. ij.

ꝝ. Theriaca electa antiqua, Mithrida. & Aurea Alexan. An. 3. j. Conser. Anthos. 3. ij. cum Sacc. fiat bolus, quem capiat postridie manè quatuor horis ante cibum. Si pituita abundet, vtatur exinde pilulis Cochijs, Aggregati. de Agar. & similibus decimoquinto quoque die, si verò humor melancholicus, fiat syrups magistralis ex ijsdem ex quibus constat apoz. superiorius descriptum, duplicatis cum sacc. quemadmodum cap. superiori. Præscribatur quoque victus tenuis, & decoctio sudorifica ex Guaiaco, Sarfa parilia, aut China in humorum copia pituitosorum, vt contrà balneum in melancholicorum. Admoueantur cucurb. leues frequenter lumbis, natibus, & coxis & mulieribus etiam imo ventri, & ad Inguina, & fiant frictiones matutinis horis ijsdem partibus. Præcipue autem prouidēdum cordi continuò electarijs tabellatis, opiatis, conditis, conseruis, epythematis, sacculis, syrupis, elegmatis, potionibus, odoratis pilis, pulueribus, quorum nonnulla subijcimus exempla.

ꝝ. Theriaca veter. aut Mithrida. 3. j. capiat bis in hebdomada per se, aut cum aquis Buglos. aut Borrag. Scabio. aut vino gilio diluto, manè quatuor horis ante cibum.

ꝝ. Elect. Diambra, aut Diamosc. dulc. aut Diamargar. calid. aut Diannam. aut Dianisu, aut Rosata nouella, aut Aromat. ros. aut Diaconis in tabellis 3. iiiij. capiat tabulam unam ponderis. 3. ij. alternis cum Theriaca eadem modo. Aut

ꝝ. Confett. Alcherm. aut de Hyacinth. 3. j. aut utrinque An. 3. ss. vtatur ut superioribus. Aut

*ꝝ. Conser. ros. Viol. florum Buglos. & Borrag. An. 3. j. s. Conser. flor. Salvia, Stœcha. Rorismar. Cort. citrij Sacc. cond. & carnis Mirobola. Embli. aut Inda. aut utrinque An. 3. j. pulu. Elect. de gemmis 3. ij. Manus Chri. Q. S. fiat conditum, aut cum syr. Conser. Cort. citrij, aut de Buglos. aut de Pomis fiat opiate auro cooperita, de qua capiat quantitatem auellana magna eodem tempore, atque etiam premente magis affectu, qua etiam hora & reliqua usurpari possunt. Non autem multum arridet quod nonnulli cor porci, aut bouis, aut aliorum animalium decoquunt, aut distillant, quasi peculiari virtute cor nostram iuuet, nulla enim considerat cor conuenientia, nisi quatenus utruinque crassum, & difficile est 3. *Alim. sat. 14.**

coctu, & tarde permeat, quibus conditionibus trementes corde non multum iuantur. Conseruis magis fidendum, florū & rad. Buglos, florū Borrag. Violarum, Rorismar. Saluī, Stoechados, mali Medici, Cort. eiusdem, aut Citrij, Zingib. Helenij, Mirobalanorum, Strobilis, Amigdalī, Aniso, Foenic. incrustatis Sacc. Nucibus condī, vulgaribus nucibus Myristi. cond. Item syrups, maxime si adsit spirationis angustia, de Hyssopo, Prassio, Stoecha. Calamintha, Corticibus citrij, Bysant, Buglos. Capil. ven. Pomorum, Liquir. Iuiub. ex quibus cum Sacc. cando, & pulueribus Diaires S. aut comp. aut aliquo ex superioribus parari possunt eclegmata: ex conseruis enim non valde probo, & quia non facile parantur, & quia non commode miscentur, neque in trachēam ilibuntur liberè. His ergo sic vtetur.

U. Syr. de Hyssopo, & Liquir. An. 3. ij. mixtis utatur ex cochleari sape, aut adde pulu. Diaires S. aut Salomon. 3. j. aut Dianhos, aut Diamos. aut Dianis tantundem, Sacc. cand. Q. S. fiat Looch, quo utatur cum baculo Liquir. Ex ijsdem quoque Syr. & pulueribus cum aquis Buglos, Borrag. Scabiosæ, Cardui benedic. Saluī, Foenic. Melissæ, Euphras. Maiora. fiant potionēs hoc modo.

U. Aquarum Scabios. & Borrag. vini gilai An. 3. j. ss. syr. de Tussilag. Pomis, & Buglos. An. 3. ss. Confect. Alcherm. & pulu. Elect. de gemmis An. 3. ss. misce fiat potus, capiat uno haustu urgente affectu, aut cum cochleari sape. Quod si syrups demas, & liquores triplices, efficies epithemata applicanda cordi manē, hora somni, & premente malo; aut ex conseruis sicca hoc modo.

U. Conser. florū & rad. Buglos. & Anthos. An. 3. ij. Theriaca, & Confect. de gran. tincto. aut pulu. Elect. Diamos. aut de gem. An. 3. j. cum syr. de Buglos. fiat ad modum cataplasmati admouendum cordi manē & hora somni, calidē. Puluerem à pastu sic compones.

U. Sem. Coriand. Anisi, & Foenic. An. 3. vij. sem. Ocyti Cariophyl. Macis, Nucis myrist. Cinnam. An. 3. ss. Caryophyllorum 3. iiij. Galange crasse 3. ij. Cort. citrij conditi minutum incisi 3. iiiij. Sacc. tb. ss. Pulu. Elect. Diamos. dul. & Diambra An. 3. j. fiat pulnis crassiusculus, de quo capiat cochleare paruum in fine chisque pastus, nil superbibendo nec comedendo. Sacculum etiam sic facies.

U. Ros. Viol. florū Borrag. Stoecha. Saluī, Rorismar. Ocyti Caryophylla. Sapsuc. Thymi & Mentha. An. P. j. Santal. omnium An. 3. j. ss. Styrac. Calam. Belzointi. An. 3. j. Ambar. & Moschi. An. gra. iiiij. Inuolue rusa cotto. & sindone rub. & fiat Sacculus intersutus appendendis ante cor. Ex ijsdem etiam cum Terebinth. Ladano, & Muccag. gumimi Tragacanti possunt fieri pilæ aut Poma odorata vulgo vocata, quæ suspensa collo sepe naribus admoueantur.

DE SYNCOPÆ.

C A P. VI.

SYNCOPÆ est præceps virium omnium lapsus, magnusque, *Εὐλυτις 5. loc. aff.*
Svero Λειποθυμία, siue Λειποθυμία, est & ipsa virium præceps, sed non *1.*
magnus casus: excitatur enim à leui causa ut plurimum, & facile etiam
soluitur, illa vero contrà à graui, & grauiter affligit. Animi deliquium
vocant latini, & exolutionem, & animi defectum, indifferenter vtrumque,
quamvis nonnulli distinctiones quasdam nimis subtile hic meditentur,
quæ ad curationem parùm conferunt. Nos ergo de ambobus sub nomi-
ne Syncopis agemus, quando *Λειποθυμία* est leuis Syncope, & ab eadem
causa, sed debiliori fit. Est autem vtraque aliás idiopathica, quæ affectus
cordis sequitur, aliás *Sympathica* quæ aliarum partium, præcipue oris
stomachi superioris, quod antiqui cor vocabant, & vulgus quoque nunc
nostrum ita nominat, vnde *καρδιαλγία* etiam dicitur defectio animi quæ
oris ventriculi morsus sequitur. Alia etiam incerta est & vaga, alia pe-
riodica, & hæc aut certis temporibus, aut incertis repetit. Vnde cumque
autem incipiat affectio, semper cor vltimò patitur, aliás quidquid sit
mali, non futura Syncope, vixque Lypothymia. Est enim quædam adeo
leuis Lypopsychia, ut non amissi sensu rationeque deficiat aliquatus homo,
& conqueratur de defectu virium, quod maximè contingit in
cardialgia, & lypiria febre. Sed nos hanc Lypothymiam non agnoscim-
us, quamvis nominis alterius defectu eam sic vocemus. Lypothymia
& Syncopis immediata causa est defectus spirituum subitus in toto cor-
poris habitu, & si magna sit vtraque, etiam in corde & centro partium
principum. Deficiunt autem spiritus in habitu vel quia resoluuntur foras,
vel quia retro meant, vel quia intus cohibentur; In toto autem,
vel quia extinguntur, vel quia corrumpuntur, vel quia non gignuntur.
Iam resoluuntur foras nimio calore aeris, vt æstate, & in hypocausto
& balneo, labore, vigilijs, ira, lætitia, risu, sudore, quibus adiunguntur
paucitas & tenuitas eorumdem spirituum, & cutis raritas, contentione,
hemorrhagia à quacumque parte, alii fluore, apertione vomicæ magnæ
siue introrsum, siue extrorsum, venere immodica, dolore, vomitu, ven-
triculi & intestinorū morsu à verinibus, & prauis humoribus, aut sanguine
corrupto, casu, iictu, plagijs, vulnere maximè amplio, aut partis princi-
pis, aut nerui, aut capitis musculi sectione vltioneque alicuius in membris,
aut ventris, ut in hydropicis & empijs; magna inflammatione externa,
quorum etiam nonnulla non tantum in habitu sed in toto etiam corpore
spiritus imminuunt. Introrsum vero eos repellunt frigus, metus, tristitia,
vapor recenter illiti calce parietis, fumus carbonum viridium, præci-
pue; quamvis nonnulli credant in omni Syncope spiritus & à corde re-

1. ad Glan.
13.

trahi, & ad id naturaliter regredi ad eius auxilium in quacumque eius magna noxa, siue id primò, siue secundariò afficiatur, & hanc esse immediatam Syncopis causam, neque id omnino præter rationem. Intus vero cohibentur ob ingentem visceris alicuius inflammationem, maximè autem cordis, ipsius, obstructionem à tumore, aut crassis lentisque humoribus, dolorem magnum in internis, febrem ardenter, intemperiem calidam & sicciam cordis præcipue, deinde etiam frigidam & humidam, nimiam aquam, aut humorem alium in pericardio, aut tumorem, aut vermem, compressionem septi transuersi ab infernis seu nimium tumentibus ut hepate, liene, seu inconditè motis ut vtero in hysterics, seu humore refertis ut in hydropicis, vaporem aliquem tetur ab vtero præcipue ascendentē à corrupto aliquo humore in eo contento, aut sanguine menstruo, aut semine, aut carcinomate, aut vlcere alio in codem, aut mammis, aut vicinis cordi partibus, aut gangrena, aut à liene, aut aliqua alia parte. Extinguitur autem in toto præcipue frigore, eoque vel externo aeris, vel interno ingestæ cicutæ a similiūm. Deinde defectu transpirationis, aut respirationis: hoc insuffocatis aut strangulatis contingit, illud vero in athletica repletione, & cachochymia pituitosa nimia. Corrumptur idem veneno aliquo aut ingestio, aut impressio contactu, vel morsu inficto, vel venenata & maligna aura, ut quæ prodit ab specubus subterraneis, vel venenatis animalibus, vel pestilenti constitutione, vel peste affectis corporibus. Non gignuntur denique nimia fame, sitiue & marcore cordis à quacumque id fiat causa. Signa præsentis sunt subitus casus, sensus omnis motusque ablatio, & sudor aliquando totius corporis, aliquando solius faciei, frigidus. Futuram autem non facile præuideas, nisi ab aliqua alia parte ad cor causa conuoleat, ut si à ventriculo, sentitur in eo morsus & dolor, si ab vtero, idem, & murmur, & agitatio, & oscitatio, & oppressio; si ab alia parte, aut ab externo, ex ægroti relatu discendum. Si magna sit, & frequens, cor, aut præcipua aliqua pars, aut cordi vicina laborat, magnaque affectu: si contra, contra. Auriū tinnitus aliquando eam prænunciat, vertigo, & cordis palpitatio. Syncopem vero distingues ab Apoplexia, quod hæc diutius duret, stertorem habeat comitem, difficultatem respiratum aut nullum, & pulsū, sine prænuntio signo irruat, morte denique aut paralysi terminetur. Signa denique quibus pars affecta, à qua Syncope dependet, dignoscitur, in peculiaribus earum tractatibus habebis: longum enim esset hoc omnia transferre. Iam omnis defectio periculosa est, quæ vero à crudis humoribus fit, præfertim si hi adeo corrupti sint ut coqui nullo modo possint, & quæ ab horū & spirituum tenuitate & substantiæ raritate, & si inflammatio adsit, aut superueniat, lethalis est, & quæ debili existente ægroti, aut cum Hypocratica facie, superuenit, & quæ valida & longa est, & quæ fortes & frequentes exolutions sequuntur citra causam manifestam. Quæ per consensum fit securior est ea quæ per idiopathiam, cæque magis vel minus periculosa pro dignitate, necel-

statae, propinquitate partis à qua pendet, & continuatione, magnitudineque affectus: proinde quæ affectis instrumentalibus cordis partibus contingit, ut quæ tumores cordis, aut pericardij, obstruktiones, solutionesque eorumdem sequitur, periculosior est quam quæ simplices intemperies; & quæ has confirmatas, quam quæ leues; & quæ sine causa manifesta irruit, quam quæ cum manifesta, & quæ à causa interna quam quæ ab externa, ceteris paribus; & quæ frequentius, quam quæ ratiū inuidit, & quæ certis, quam quæ incertis temporibus. Quæ etiam longum cordis tremorem sequitur lethalis est, & quæ post longum tempus faciem liuidam reddit, neque Elleboro aut simili in narēs insufflato dissoluitur. Curatio varia est pro causæ varietate. Quæ alios sequitur affectus, horum medelam expectat, quam tu à proprijs capitibus captabis. Nunc tantum quomodo præsentem Syncopem remoucas, futurāmque præcaueas, siue illa ex oppressione, siue ex dissolutione spirituum fiat, docebimus, ad quos duos modos omnem reduci causæ actionem dicere possumus. Distinguere autem maxime conuenit à quo horum fiat, contrarias enim omnino curationes expostulant. Porro quæ ex oppressione fit plethoricos ut plurimū concomitatur, rariorque est, non tamen minus periculosa, siue laudati sanguis plenitudo sit, siue multa cacochymia, maximè frigidorum humorum, calorem & spiritus suffocet: & hæc, si humor putrescat, cum febre coniuncta est, quam propterea Syncopalem appellamus, cuius signa omnia eadem sunt quæ febris quotidianæ, de qua Syncope in fine capit is agemus. Quæ vero ab spirituum dissipazione fit, frequentior est, proinde & communis reuocandi ratio hanc magis respicit, quæ sic habet. Ut semel concidit æger, collocandus mollelecto, æquabili membrorum situ, elatori tamen capite, modica luce, temperato aere, laxandæ fibulae, ligulæque vestimentorum ex omni parte, præcipue circa thoracem, inspergenda faciei, colloque frigida, vīnum, acetum, fortia, pura, odorata, simplicia aut composita. ut rosacea, imperialis vocata, & ex floribus aureorum malorum, & quæ ex varijs mixtionibus fiunt odoratæ aquæ, vina, aceta: quibus etiam, addendo si velis modicum aquæ vitæ, possunt inungi tempora & manuum carpi, aut his intincti linei panni admoueri. Iisdem etiam, additis moscho, ambaro, belzoino, styrace, alypta moscha. & gallia moscha. fructibus odratis, mixtis, aut seorsum, possunt fieri suffitus inspergendo ea prunis, & admouendo etiam naribus citra ignem, cauendo vteri strangulatus, his enim contrà foetida adhibenda sunt naribus, & odorata pudendis. Panis recenter à furno extractus, aut alijs assatus, vino generoso superflusus, naribus etiam, cordi, temporibus, carpis, & ori ventriculi applicatur vtiliter, super insperso puluere macis, nucis myristicæ, caryophyllorum, cinnam. galangæ, rosarum, spicæ nardi. Extremorum frictio, fortes ligaturæ, eorumdem tractio, aurium, & nasi, vellicatio capillorum capitis, præcipue temporum, barbæ, pubis, aut omnia, aut singula imperanda, donec redeat ægrotus. Vomitum autem prouocare non adeo laudo, licet

id quidam consulant, multoque minus id oleo in os ingestu tentare; timor enim est ne deficiente spiritu suffocentur, nisi certum sit à contentis in stomacho causari Syncopem, sed & in hoc suaderem reuocationem prius procurare, tum demum vomitum moliri. Aperiatur etiam os cum fuso, aut ferreo instrumento obtuso, fricentürque dentes theriaca, eaque vino diluta in os injiciatur. Si nec sic reuocentur, vocandi, fortius fricandi, verberandi, strictius ligandi, pungendi, admouenda naribus sternutatoria, applicandi cordi sacculi, epithematique tum liquida cum solida, tandemque sub inguinibus, alisque sita loca phœnigmis excalificienda ex pipere, nasturtio, sinapi zingib. pyrethro, thapsia, euphorbio, anacardis, aut anacardino melle, flammula, aro, ranunculōque & similibus. Quod si nec his excitentur, in malis habendum. Et hæc est omnibus deffectionibus communis reuocandi ratio. Si vero Syncopis causa tibi innotescat, huic etiam conuenientia remedia adhibenda; eadem enim & Syncopem tollunt, quæ & superius dictis quandoque contraria esse debent, & à proprijs cuiusque partis affectibus trahenda. Reuocatio non statim dormiendum, sed ab omni cum corporis, tum animi motu quiescendum, & pro ratione cause omnia instituenda. Ante omnia autem tantillum vini exhibendum, aut per se aut cum modico confect. Alcherm. aut de Hyacynthis, aut Pulu. Diamoschi, aut Diamargari. frig. aut Diambra, aut Diachameron, aut rosata nouel. deinde prouidendum omni modo ne recurrat affectus, vt si à resolutione fiat, conandum optimo vietu vires reficere, maximè iusculis ex arietina, capi gallina, gallinaceis pullis, instaurantibus ex ijs factis, contritisque, aut expressis, carne eorumdem elixa, aut affa, & perdicum, coturnicum, phasianorum, columbarum, turturum, auicularum, testudinum nemorium, & denique vt in tabe dictum est. Cibandi porrò sunt initio tenuissimi debiles vires sint, deinde paulatim increscendum, sin contrà statim sat copiosè. Potandi vero vino paucifero, maturo, rubro, paulo crassiori, cui immersa sit lamina auri, argenti, aut chalybis candens, bis aut ter cōque meraco, aut parum diluto aqua chalybeata. Possunt vti pomis, piris, prunis, cerasis, malis cothoneis, vuis, ficubus, sorbis, mespillis, omnibus bene maturis, coctisque addito sacc. aut conditis eodem sacc. & cort. & carne citri, rad. buglos. floribus eiusdem, & borrag. & ros. & violarum, & stolonibus lact. & mirobalanis, & nuce moscha. eodem modo conditis, quolibet per se, aut mixtis in opiatæ, aut instaurantis formam, additis etiam pulueribus superioribus, vt in resolutione spirituum eoruundem tenuitate, & cutis raritate.

2. Conser. Ros. Viol. & carnis Cythonio. aut rad. Lymphi. Cond. An. 3. j. Cort. & carnis Curiy cond. carnis mirobala. Embli. cond. An. 3. j. Pulu. Diamargari. frig. & elett. de Gemm. An. 3. ss. Saco. Ros. Tabul. f. fiat conditum auro cooperatum, quo utatur cum paucō vino diluto, aut meraco inter pastus. Aut.

2. Rad. Buglos. & florum eiusdem cond. florum borrag. condi. An. 3. j. Con.

Cort. citri, Stolonum lactuca, & nucum Pont. conditorum An. 3. j. Confett. Alcherm. & de Hyacint. An. 3. j. Pulu. Diamosc. dulc. aut Diambra, aut Pliris, aut Aromat. Ros. aut Diatrionsantal. aut Diarrhodo. aut Latitie Gal. aut Rosata nouel. & pulu. Trochis. de Ros. de Terra lemmia. de Bolo, Ramich, de Corallo, de Spodio, An. 3. j. ss. cum syr. de Buglos. aut de Borrug. de Ros. sic. Conseruat. Cort. cirri, Cythoniorum, Myrth. Viol. Capill. ven. de Pomis S. aut Saboris fiat Opiata ad usum dictum: cui etiam addere poteris folia auri minutim concisa unum aut plura, & unionum 3. j. aut 3. ls. & rasuram eboris, & cornu cervi, & agallochum, aut lignum Rhodium, & Santali omne genus, & Corally, & Spicam nardi, & os de corde cervi, si fidem ei habeas, omnium aut cuiuscumque ad 3. j. aut ij. Possunt etiam Iulapia fieri ex decocto Endiuia, Buglos. Borrug. Acetosæ, Hord. Ros. Violis, cum Syrupis iam dictis, aut ex aquis destillatitijs earumdem herbarum cum ijsdem Syrupis. Atque his videtur curari posse syncope ex dissolutione: nec enim purgatio hic aut euacuatio quæcumque conuenit, nisi adiuncti sint prævi humores. Contrariam autem omnino exponcit curationē ea quæ ab oppressione procedit, siue à multo sanguine ea fiat, siue à crudis humoribus. Prima tollitur larga sanguinis missione aut affatim facta, aut repetita. Secunda vero paulatinā euacuatione, que præcipuè fit frictione: hæc autem administrari debet asperioribus linteis, maximè manè, paulò ante coenam, & longè ab eadem, incipiendo à cruribus supernè deorsum, deinde à brachijs donec incalefant, inde ad spinā transversū. Gal. vngebat post frictiōnē oleo Chamæmel. aut Aneth. ^{12. Metha.} aut dulci communi, exinde iterum fricabat, idque perpetuo circulo; ^{i.} quod Trallia. non probat neque inediā usque ad septimum, qua & frictione perijisse aliquos dicit: neque id videtur præter rationem, vix enim potest æger sufficere tam pertinaci frictioni & abstinentiæ. Vnde mirum neotericos post Gal. idem consuluisse. Satis ergo est bis aut ter in die fricare leniter per horam, deinde quiescere ut recolligat vires ægrotus, & quæ attenuata sunt, discutiantur: vñctiones enim nunc vix fieri possunt totius corporis. Collocandus æger temperato loco, magis ad calidum vergente, luminoso, puro, calidis odoratis alterato; imperante vigiliæ, nisi paucarum horarum, quibus vires recreentur; alendus tenuiter iusculis (nec enim nostrates homines, præcipuè qui frigidiores habitant plagas, mulsa, oximeliteque cibari volunt, aut satis habent) amigdalis, vuis passis, caricis, nucleis pineis, martijs panibus conseruisque, ut dure re possit, non autem carnis, donec emicuerit calor innatus: viñum est ex usu, maximè album generosumque, nisi febris, aut quid aliud obstat. Fugienda balnea, cataplasma, aut purgationes, dum vires languent; ubi autem hæ paulò constiterint, tunc leuibus catharticis vtendum, & ex lögis interuersallis, frequenter verò clysteribus. Sanguinis missio omnino vitanda, quidquid Trallia. aduersus Gal. eam consulat, iterareque quandoque iubeat. Nec enim vires constare possunt in magna cruditate, quod ipse requirit, & quamuis constarent, potius purgandum esset quam mit-

tendus sanguis quo egemus ad crudorum humorum concoctionem. Hac autem apparente, & humoris euacuatione frictionibus, inedia, clysteribus, iulapiisque maxima ex parte facta, liberalius purgandum, ci-bandum, balneandum ex his quæ habentur capitibus de Paralyfi, & alijs similibus. Toto interim morbi decursu stomacho, iecori, & cordi prospiciendum exterius roborantibus vnguentis, cataplasmati, emplastris, fusculis, epithematis, de quibus in harum partium affectibus copiose agitur. Interius vero Theriaca, Mithrid. Aurea Alexan. confectionibus Alcherim. de Hyacynth. Aromat. ros. Dianis. Diacinna. Diamos. & alijs calidis, pulueribus à pastu, Cort. citrij cond. nuce Myristi. Caryophyl. Cubeb. Galanga, nuce Ponti. cond. Cinna. Mentha, Serpylo, Hyssopo, Thymo, Satureia, Sampacho, Melissa, Salvia, Roremär. ex quibus fiant iuscula, iulapia, fuscilli, quorum quia multa sunt superius exempla, non est quod ea hic repetamus. Atque hi sunt frequentiores dignioresque thoracis morbi, quorum curationi Medicus adhibetur; proinde transeamus ad eos, qui inferiorem ventrem infestant, & quæ in eo partes continentur.





FRANCISCI SANCHEZ,
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA
Professoris Regij.

DE MORBIS INTERNIS,
LIBER III.

*D E D E B I L I T A T E
ventriculi.*

C A P. L.



CCIDVN'T ventriculo multa mala, sed nullum frequentius quam eius Debilitas. Contingunt etiam eidem, & cesophago, tumores, sed id rarius; difficileque dignoscuntur, propterea nil nunc de his. Est autem Debilitatis nomen satis ambiguum, quamvis nil magis in ore hominum. Vocemus verò nunc Debilitatem ventriculi quoties ille parum, pauca, tardèque appetit, concoquitque. Hoc enim est præcipuum eius munus. Sic etiam dicimus Debles Senes, quia hi mancas habent functiones omnes, & Debles pueros, quia motum animalem. Est huic ventriculi Debilitati coniuncta aliquando nausea, aliquando deicta, aliquando nimia appetentia, aliquando vomitus, quandoque dolor, alias Diarrha. Est etiam alia natrua, alia ascititia, diurna, aut breuis. Communis eius causa est intemperies, eaque frigida, aliquando calida, humida, aut secca, cum, aut sine materia, quæ quidem ma-

teria aut in eo coaceruatur ab alimentis aut prauis, aut multis, aut inconcoctis, aut corruptis, aut in eum defluit à cerebro, aut influit ab alijs partibus. Ad hæc autem reduci possunt reliqua omnia, vt erosio, vlcus, venenum, fames, sitis, labor, senium, vigiliae, morbus, abscessus, & similia. Signa sunt varia pro varietate causæ intemperierum notæ habentur in Arte parua. Quoniam verò vt plurimū huius debilitatis causa est intemperies frigida & humida cum materia deinde calida, harum signa & curationem solum adducemus, ne in infinitum crescat opus. Frigidam & humidam intemperiem cum materia ostendit sitis deffectus, inapetentia, nausea, vomitus pituitosorum, frequens sputatio, ructus acidi, sensus frigoris circa ventriculum, anxietas à cibo, grauitas, singultus, hyems, senium, sedentaria, ocioosa, aut gulosa vita, somnus profundus pertinaxque, victus prauorum alimentorum, diuturnus & importunus frigidæ potus, corpus obesum, fluida aluus, & per quam excurrentur liquida, alba. Calidæ verò intemperiei contraria fere sunt signa, sitis multa, nausea, vomitus biliosi, oris amaritudo, deiecta appetentia, æstus circa ventriculum, ructus nidorulenti, morbus stomachi, cardialgia, singultus, æstas, virilis ætas, laboriosa vita, inedia, vigiliae, cfus & potus calidorum, strigosum corpus, astricta aluus, dura excrementa, croceaque. Debilitas vent. nativa difficultas est curatu, ascititia etiam diurna, & quæ senium sequitur, & frigus, & longas diarrhæas, dysenterias, lienteriasque, & perpetuam defluxionem à cerebro, & longam aut periculosam febrem, & venena, & deleteria cathartica, & vlcus. Curatio communis omnium est vietus laudatus, vsusque roborantium intus & extræ, hæc autem sunt astringentia: priuatim verò contrariorum contraria sunt remedia. Frigidæ ergo intemperiei sic occures, si laudatas carnes coxeris cum Fœnic. Petrosel. Menthâ, Hyssopo, Thymo, Satureia, Sampsu. Anetho. addideris aut carnis, aut iusculis, aut intinctis, Piper. Zingiber, nucem Moscha. Cinnamo. Caryophyl. assis utatur magis quam elixis, si ea conficere possit. Consules usum Cort. citri, aut aurei mali, aut Zingiber, aut nucem Ponticam, aut Moschatam omnia condita, & semen Anisi, Coriand. Fœnic. Sacc. incrustata, aut sola, & pyra etiam & cothonea mala condita, à pastu; & syr. conser. Cort. citri, & Cythonio. cochleari uno ante pastus hora una; aut tabellam pondidis 3. ij. elect. Arom. ros. aut Diatrion Piper. aut Dianisu. aut Diacinn. aut Diambra, aut Diatham. aut Diacalam. aut Dianth. aut Diamargar. Calid. aut Diamosc. dulc. aut Diagalag. aut Diaxyloal. aut Lætitia Gal. quibus etiam potest vti ante cœnam, aut summo manè, modo semel in die tantum. Possunt etiam fieri pulueres à pastu hoc modo

*U. Sem. Coriand. Anisi, & Fœnic. dulc. siccorum. An. 3.
ij. nucis Moscha. & Caryophyllo. An. 3. ij. Cinnam. 3. li.
Cort. citri cond. 3. ij. Sacc. albi tb. ss. fiat puluis tenuis, de quo ca-
piat paruum cochleare in fine pastum, nihil superbibendo, nec come-
dendo. Possunt etiam fieri condita, aut opiatæ ex iisdem & carne*

cythoniorum, Mirobala. Conser. Anthos, Stæchad. & florum Saluiæ, ad viuum matutinum, aut à pastu. Bibat vinum generosum, odorum paulo meracius. Utatur etiam vino aromatite, Hippocratico dicto, & manè ex offula, & à pastu; & vino etiam absinthite matutinis horis. Capiat quoque 3. j. Theriacæ veteris, Mithridatij, aut Aureæ Alexandr. vitæ omnino venerem, gulositatem & ingluviem, somnum meridianum, violentos motus cùm corporis, tum animi. Atque his curari potest imbecillitas ab intemperie frigida sine materia, additis externis, de quibus mox. Quod si vero materia aliqua adiuncta sit, vt sæpe esse solet, hæc paulatim educenda. Id autem fit commodissimè pilulis his.

U. Aloes Electa 3. j. pulu. Zingib. macis nucis Myrist. Caryophyll. Cinnam. & Spica nard. An. 3. ls. cum syr. de Absinth. fiat massa, de cuius 3. ls. fermentur pil. 3. quas capiat hora 1. ante cœnam. Plurimum etiam ad id valet Rhabar. matutinis horis commansum 3. j. aut 3. ls. pôdere. Si vero multa sit cacockymia, tunc fortioribus vtendum, qualia malta inuenies capitibus de Paralysi, Apoplexia, & Lethargo. Non probamus vomitiones, quia ventriculum subuentur & labefactant, quidquid non-nulli consulant. Magis laudamus clysteres. Iam verò siue cum materia, siue sine ea, intemperies ventriculum prosternat, externis his remedijs vtendum, linimentis scilicet, vnguentis, cataplasmati, emplastris, fôtibus, vt

U. Olei Melini, Mastich. de Absinth. & Mentha. An. 3. ij. Mixtis illinatur regio ventr. manè, & hora somni, addito pauco vino rubro temporeunctionis, post qnam inspergere poteris pulueres (sinapisare dicunt) Absinthij &c. Aut

U. Mentha, Absinth. Ros. Balanstio. An. P. j. Galanga crassa, Spica nard. macis, Caryophyllo. nucis Moscha. Cyperi, & Cinnam. An. 3. ij. Coquantur in vino rub. & 3. viij. Olei lentisci. ad consumptionem vini, facta deinde col. & expressione illinatur ut supra. Magma deinde superponatur; aut addita cera fiat vnguentum. Admouere autem oportet remedia infra os Xyphoides aut mucronatam cartilaginem, non verò retro ad spinam dorsi vt quidam consulunt; vix enim aut ne vix quidem per tot musculos & tam crassum os ad ventriculum peruadere potest medicamenti vis. Applicari etiam potest eidem parti oleum de nuce myristi. nardin. offa vino rub. madefacta, transfixa caryophillis, & cinnam. & aspersa pulu. myrist. nucis, & mastiches. aut cataplasma hoc.

U. Crustæ panis affa, infusa vino rub. tusa & crete tb. j. Da stylorum itidem contus. 3. iiiij. pulu. res. Absinth. Mentha. An. 3. iiij. Thuris, Mastici. nucis Mosc. Caryophyllo. Cinnam. An. 3. ij. cum oleo Nard. & Absinth. fiat Cataplasma. Fomentum verò sic parabis.

U. Mentha, Mentastri, Equiseti, Absinth. An. M. j. Cort. Malis grana & citri sic. Galanga An. 3. ij. Ros. rub. Sumac, Balanstorium An. P. j. Cubebarum, grano. Paradi. Macis, Caryophyllo. cyperi, & Ca-

lam. aro. An. 3. ij. Nucum cupressi sicca. Par. ij. Coquantur in aqua chalybeata & vino rubro pro fotu ventriculi ; post quem illini potest oleum de nuce Moscha. aut aliud ex superius dictis, aut ceratum stomachicum Gal. aut imponi emplastrum tale.

2. Massæ emplastræ pro stomacho , aut de mastiche 3. iiij. aut amborum An. 3. j. ss. Malaxa oleo Absinth. & extende in aluta scuti formi, & admove regioni ventriculi. Hunc denique roborant manus superpositæ , catuli felium, canis, columbi, pulli, puelli, sacculi referti absinth. vt

2. Absinth. Mentha, Thymi, Maiora. An. M. j. Cyperi, dictamni, folio. & sem. Ocymi Caryophylla. & tunicis galanga cras. An. 3. ij. Masicus, nucis Mosc. Spica nard. Caryophyllo. Cubeba. Cinnam. An. 3. ij. Tritis omnibus fiat puluis crassiusculus, qui cum paucō cotto, aut sine eo, sind rubra exceptus formetur in sacculum intersutum, effigie scuti antiqui, appensusque collo gestetur ante ventriculum. Prodest quoque mollissimis plumis anserinis refertam culcitrulam admouere, & agninam pelleam, & leporinam, & vulturis, & viuerræ, & similiūm. Atque his medebimur imbecillitati à frigida causa : ei vero quæ à calida pendet, ijsdem ferè remediiorum generibus, sed qualitatibus contrarijs præditis opitulabimur, victu scilicet infrigidante roboranteque , syrupis , conseruis, conditis, opiatis, pulueribus, iulapijs, bolis, catharticis potionibus, tabellis, fotibus, linimentis, vnguentis, cataplasmatiis, ceratis, emplastris, facculis. Calidæ ergo intempræi sine materia cibus sit laudatæ carnis, aut piscis, elixorum vt plurimum cum acetosa, lact. endi. portul. fructus horei maturi, cerasa acida, pruna, poma, pyra, sorba, mespila, cothonæa, aurea mala, granata, limonia, cruda, cocta, condita, fucus, vuæ; Potus vinum pauciferum bene dilutum, aut aqua. Syrupi sunt de limoni mentha, succo endi. S. agresta, ribes, berber. rosæ sic. acetos. citræ, granañis, buglos. borrag. acetosa, acetosus S. violatus , è cythonijs, julep Alexand. quibus potest vti maximè æstâte , ante & post cibum, ex cochleari , aut aqua ; & ex ijsdem possunt fieri julapia cum distillatitijs aquis, aut decoctis, vt habetur C. de Phrenitide, & alijs. Conseruæ sunt ros. viol. rad. & florum buglo. borrag. oxal. symphiti, stolonum laet. carnis citræ, mirobala. cythonio. nymphæ. quæ per se possunt comedî ante , & in fine pastuum , & ex his fieri condita cum sacc. ros. & vnoniibus pro diuitibus, aut opiatæ cum syrupis supradictis, & confect. de granis tinctor. & pulueribus Diarrhodo. Abba. Diatriosant. Diamargari. frig. & horum electrijs, & facc. ros. tabul. Quod si humor aliquis ventriculi infestet, conandum est communi clysteri cum subducere, & si id non sufficiat, rhab. cassia, aut aloe, & vino absinthite , vt

2. Pulu. rhab. electi 3. j. capiat manæ in tenui iure pulli sine sale, am cum aquis Cichor. & Buglos. aut cum decocto eorumdem. Aut

2. Pulpa cassiæ recens extrac. 3. j. pulu. rhab. 3. ss. cum sacc. fiat balm. Aut

2. Pilularum de Hiera S. 3. ss. formentur pil. iiij. quas capiat alterius

diebus hora una ante prandium. Si nec hæc sufficient, vtendum julapijs dictis, deinde iterum purgandum tali cathartico,

U. Folio. inthybi, Cichor. Oxal. An. M. ss. ros. Viol. florum Borrag. An. P. j. Passul. purg. 3. iiij. sem. Portul. sumitatum Absinth. Pont. An. 3. j. Coque. In col parte infunde per noctem Rhab. electi 3. j. ss. syr. ros. sol. 3. j. Cathol. 3. ss. cum eodem decocto fiat potio. In vtraque denique intemperie & cum materia, & sine eadem, exterius adhibenda,

U. Absinth. Mentha, ros. An. P. ij. Cort. mali grana. 3. iiij. Balaustio. P. j. Myrtillorum 3. ij. sem. Plantag. Portulaca An. 3. ij. Capularum glandi, & capitum ros. An. 3. j. Coque in aqua Chalybea. sive quere regionem ventriculi hora una anteprandium & cœnara. Residuum vero potest contundi, & transmitti per selaceum, additâque pulpa dactylorum, aut cythonio, aut pyrorum, aut sorborum, aut mespilorum immatiuorum, & pulu. ros. Balaustio. Sumac. sem. berberis, plantag. santalis, spica nar. galanga, cypero, (semper enim aliquod calidum astringens admiscendum est ad robur partis conseruandum, sed minori quantitate) mastichis, thuris, spodij, eboris, coriandri, cum oleis cythonio, myrrh. rosaceo, lentiscino, oliuarum omphac. formari cataplasma admouendum post fotum, aut ijsdem oleis cum paucō vino rubro austero fieri illitus; aut cerato stomat. & santal. æquis partibus, ynguentum. Emplastrum vero de Masti, conuenientissimum est. Sacculum denique sic parabis.

U. Ros. rub. Balaustio. An. 3. ss. Mastich. Thuri. An. 3. iiij. sem. Plantag. Berberis, Sumac, Santolorum omnium, Mentha, Absinth. Spicæ nard. An. 3. ij. fiat ut supra. Et hæc satis videntur ad curandam calidam intemperiem, & quæ ex ea pendet, ventriculi imbecillitatem: opium enim & opiate omnia non probamus, quia concoctrice facultatem ninia frigiditate labefactarent, aut etiam extinguerent, maximè in frigidis his regionibus. In Italia enim & Græcia facilius ferunt homines usum frigidiorum propter æstum ambientis, propterea herbis fructibusque multis yescuntur, frigida potantur, niueque.

DE INFLATIONE, DOLORE ventriculi, nausea, pica, & deiecta appetentia.

C A P. II.

QVONIAM mala hæc omnia ab ijsdem ferè pendent causis, & ijsdein curantur remedij quibus ventriculi imbecillitas, ideo ea in unum conclusimus caput, quæ alij in multa. Inflatur ventriculus cum præter rationem tumet, idque fit aut ob flatus, aut ob multam cibi po-

tusque copiam, rarius ob humores. Flatus facile discuties his quæ ad frigidam ventriculi intemperiem præscripta sunt, à qua vt plurimum pendent. Iisdem quoque humores deturbabis, & si fortioribus catharticis opus sit, ex Cap. de Paralyssi repetes. Cibi & potus nimiam copiam aut vomitu, si nimis premant, aut abstinentia corriges. Facile est linteis calidis, aut sacculo ex milio, aut semine lini, aut absinthio, aut ruta, aut mentha, aut anetho, torrefactis per se, aut herbis cum oleo in sartagine frixis, ventriculum fouere, offamque vino, aut aqua vitæ maceratam, additis caryophyl. nuce moscha, galanga, admouere. Si verò Inflatio diutiùs duret, videndum à qua causa foueatur, ferè enim tunc cum hydrope coniuncta est, cui prospiciendum. Conueniunt etiam tunc emplastra de Masti, & pro stomacho, addito emplastro. de baccis lauri sub quadrupla quantitate. & fortiores ligaturæ seu fasciæ, & vinum meracius, & aromatites seu Hippocraticum, & abstinentia à leguminibus, herbis, fructibus, & parcus potus, & exercitatio. Ventriculi verò dolor vt plurimum ab intemperie cum materia, raro à continui solutione pendet, saltem manifesta & notabili, occulta enim quæ materiam distendentem sequitur, frequens est, ad primam doloris causam reducitur, facilis cogniti & curatu est, altera verò fere lethalis, siue vulnus, siue vlcus sit. Intemperies inter se distingues signis superiori Cap. traditis; solutionem, si ab externa causa sit, ex relatu ægroti, si ictus, si percussus fuit, si cecidit ex alto, si magnum aliquod pondus sustulit, si venenum hausit escharoticum; ab interna, si violenter vomuit, si æruginosa, falsa, atra, prassina, si destillatione falsa in ventriculum longo tempore laborauit, si sanguinem, aut pus vomuit, aut per ventrem deiecit. Dolor insuper ab intemperie diuturnior est, magis grauans quām pungens, extensus, tolerabilior, sine febre, à solutione contrà breuis, pungens, fixus certo loco, intolerabilis, cum febre acuta coniunctus. Accurata distinctione opus est, quia quæ vni profunt, alteri obsunt. Dolorem ab intemperie curabis catharticis primò, deinde roborantibus, & victu tenui. Clysteres plurimum valent fortiores, vt qui à parte affecta innocuè reuellant, neque eam diuexent, vt ingesta purgantia. In calida ergo materia fiat talis,

2. Althea cum toto, Malua, Mercurial. Pariet. cicla, Oxilapathis, Acanthi An. M. j. Furfur. mac. & Hord. integ. An. P. ij. Florum cord. & Prunorum An. P. j. sem. Cucurb. z. ij. Coque, col. lib. j. ls. adde Hieratic. Gal. & Cassia cum sacc. An. Z. j. mellis ros. col. Z. ij. fiat clyst.
In materia verò frigida,

2. Malua Mercurial. Arthemis. Calam. Orig. Pulegi An. M. j. Sampuchi, Salvia minor. An. M. ls. florū Chamame. Melilo. Anethi, & Centaur. minor. An. P. j. sem. Fænic. Anisi & Cymi An. Z. ij. Coquatur in suff. aqua Col. lib. j. ls. adde Bendic. lax. & Hieræ Logadi. An. Z. ls. mellis Anthos. Z. j. ls. Misce. Post hæc ad leuia cathartica venientium, vt in biliosa cacochymia,

2. Manna grana. Z. ij. capiat manè cuen tenai iure pulli sine sale, omni incoxit

incoxit Hor d. Buglos. *Acetosa*, *Rosa*, & *Viola*. Aut
2. Syr. de Cychor. cum Rhab. 3. j. *capiat cum eodem decocto*. Aut
2. Pulpa Cassia recenter extracta 3. j. *Liquir.* 3. j. *cum Sacc.* fiat bolus,
datur ex arte. Aut

2. Syr. ros. sol. 3. j. *Cathol.* 3. ss. *cum eodem decocto fiat potio.*

Cauere autem oportet à multum astringentibus in principio, ne ma-
teria impingatur. Exterius vero hæc admoueri possunt,

2. Cort. Mali gran. *Myrtillo.* & *Sumach.* An. 3. ij. *ros. rub.* *Bala-*
nstio. *Mentha.* *Absinth.* An. P. j. *Sumita.* *Anethi florum Stachya.* An.
P. ss. sem. *Anisi* & *Fanic.* An. 3. j. *Coquuntur in aqua* & *quarta parte*
vini rub. *austeri*, *pro fotu ventriculi applicando manè* & *vespero.*

2. Olei ros. & *Cythonio.* An. 3. ij. *olei de Absinth.* & *Mentha.* An.
3. j. *pulu. ros. corallo.* & *trochis. de ros.* An. 3. ij. *Misce* & *inunge post*
fotum. Aut

2. Cerati Santal. *Mef.* 3. iiiij. *Stomat.* *Gal.* 3. ij. *Misce.*

2. Crusta panis assæ, *infusa aqua chalybeata* & *quarta parte vini rubri*,
& insæ, & *creta* lb. j. *pulveris ros.* *Absinth.* *Mastic.* *Turris*, *santalorum*
omnium, *sem. berberis*, & *gallarum.* An. 3. ij. *Olei lentisci.* *ros.* & *men-*
tha An. *partes aequales*, *fiat cataplasma applicandum post*, *aut sine fotu.*
Reliqua quæ ad calidam, & quæ etiam ad frigidam intemperie sanan-
dam conducunt, repeate ex superiori Cap. si vero dolor ex solutione fiat,
aliter agendum. Si vulnus est, consolidantibus, si vlcus, leuiter abster-
gentibus primò, deinde consolidantibus vtendum. In utroque lactis
chalybeati, aut lapillis vſtulati vſus plurimum confert, & iuſculorum, &
aqua, eiūſque aut simplicis, aut coctæ, aut chalybeatæ, reiecto vino, ſolidis
omnibus alimentis, acribus, acidis, ſalfis, catharticis. In vulnera poſ-
ſunt fieri iuſcula ex laudatis carnibus, additis pedibus veruecis, vitulique
coctis ad putrilaginem, incoctis etiam endi. oxal. ſemine plantag. &
pauca mentha. Puls quoque ex lacte cum farina tritici purissima, oua
ſorbilia. Nihil denique in ventriculum ingerendum fine alimento ita
ut sit alimentum medicamentosum, idque pauxillum, & ex breuibus in-
teruallis dandum. Conferunt ergo syr. de roſis ſic. cythonio. myrthy.
quorum vſus frequens erit ex cochleari, aut cum baculo liquir. in for-
mam eclegmatis, vt

2. Syr. Cythonia. & *ros. ſic.* An. 3. iiij. *pulu. ros. rub.* *Amylli.* *Turris*,
Mastic. *boli Arme.* & *Torr alema.* An. 3. j. *Misce ad uſum.* Aut

2. Rad. Sympbi. & *Cort. mali grana.* An. 3. ij. *Folio.* *pruni agrest.*
Sympbi. *Plantag.* & *rubi cimarum.* An. M. j. *sem.* *Plantag.* *acinorum vua*,
anthera vulgaris, quæ eſt floſculi lutei cū filamentis a mediaria ſa extantibus,
& *spongia Bedegar.* An. 3. ij. *Ros. Rub.* & *Balnstio.* *calicū Gland.* & *Cort.*
med. castane. An. P. j. *Coquuntur in ſuff. aqua chalybeata.* *Col.* lib. ij.
adde ſacc. lib. j. *Coquuntur in conſiſtentiam ſyripi*, quo utatus ſape.
Iuuat etiam amyllum iuſculis addere, & pulueres ros. boli Arme. Terre

Lemn. & aliorum quæ nouissime syrupum cōficiebant & sacc. ros. tabul. frequenter ore solutum. Exterius vero ea omnia admouere oportet, que paulò ante ad dolorem ex intemperie calida admouebamus. Eadem quoque omnia in dolore ab vlcere conueniunt, nisi quod in principio abstergentibus leuiter vtendum, vt hordeo, cremore eiusdem, decocto eiusdē pro potu, per se aut cum vnis passis, syr. ros. melle ros. hydromel, sacc. cōmuni, sacc. viol. sacc. cando. sacc. ros. pulibus ex lacte cū farina hordei, auenæ, lentium, fabarum: deinde detergentibus astringentia miscenda: tandem astringentia sola adhibenda. Potest ex visu esse vinum paciferum si virium langor exposcat, dilutum aqua hordei. Cæterum tum quies, tum somnus imperanda sunt in vtraque solutione, quantum fieri possit. Si verò venenum ingestum dolorem excitet, aut venenatum medicamentum, conandum est quamprimum id vomere hydrello, aut multo latce epoto, quo etiam eius ferocia retundetur, deinde subigendum id est proprio elexipharmaco. Atque hæc de dolore. Iam nausea, pica, & deiecta appetentia fere ijsdem auxilijs quibus superiora leuantur. Est autem nausea inanis quidam vomendi impetus, & auersio ciborum, pica verò absurdorum alimentorum desiderium, deiecta appetentia, quam ἀρρεξία Græci dicunt, famis priuatio. Omnia hæc ut plurimū pendunt ab humorum copia ventriculum replentum. Quare cognito quis humor abundet, clysteribus, pilulis, aliisque superioribus capitibus de scriptis medicamentis deturbandus est, roborandus ventriculus intus & extrā, iejunandum, laborandum, nisi à longo morbo, aut inedia, aut mœstitia, aut senio, inapetentia fiat: tunc enim potius quiescendum & paulatino alimento corpus reficiendum est.

DE INFLAMMATIONE ventriculi.

C A P. III.

VENTRICULI inflammatio raro contingit, difficillimèque curatur. Estea tumor à sanguine solo, aut bili mixto in eius superiori orificio, aut interna cauitate excitatus. Eius causæ sunt ictus, casus, effusus & potus calidorum, medicamenta, venena, sanguinis copia, fero, humorum calidorum à cerebro in ventriculum descensus, aut aliundè in eum confluxus. Signa sunt febris continua, sitis, vomitus, dolor ad partem laborantem, præcipue in deglutione, astus circa ventriculum, nausea, cardialgia, linguæ ariditas, nigredóque, aut crocus color, oris amaritudo, anxietas, vigilia, anorexia. Periculosus est morbus.

Curatur autem victu tenui, liquido, frigido humido, paoco, sèpius repetito, vt hordei cremore, auenæque, iusculis expullis gallinaceis, gal-

linis, cappis, veruecis extremis, vitulue, coctis cum oxalide, lact. end. portul. buglos. borrag. Potus sit aqua sola, aut cocta per se, aut cum hordeo integro, aut mixta syr. capil. ven. aut viol. aut de succo end. S. aut de agresta, aut de acetositate citri, aut de limon. aut de oxalide, aut de granatis, aut acetoso S. aut succo granatorū, aut de berberis, aut ribes, aut conser. rosarum, aut violarum diluta. Remedia verò sunt clysimata, venæsectio, julapia, inunctiones, fatus, cataplasinata. Detur ergo talis clyster quamprimum,

U. Malua, Viol. End. Mercurial. & Branca vrs. An. M. j. Furfur. macri & Hord. integ. An. P. ij. florum Viol. ros. & Chamamel. An. P. j. Prunorum par. vj. sem. Melon. & cucurb. contus. An. 3. ij. Coquantur in suff. aqua. In col. lib. j. ls. dissolute Cassia cum Sacc. & Mell. ros. An. 3. j. ls. Olei communis & viol. An. 3ij. Misce detur manè. Eo reiecto aperiatur iccoraria, & mittatur sanguis quantum vires ferant, & si opus sit, sequenti die repetatur. Inde fiant julapia,

U. End. buglos. cum toto, oxal. An. M. j. hord. & passul. mund. ros. florum 3. cord. An. P. j. sem. scariola, & lactuca mund. & portul. An. 3. j. Coquantur ad lib. j. Col. adde syr. de succo end. & limon. An. 3. ij. pulu. diatrionsantal. 3. j. fiat inlep clarum & aromat. pro 3. dos. manè. Aut,

U. Aquarum end. buglos. oxal. An. 3. iij. syr. deribes, viol. & agresta. An. 3. j. ls. misce in tres doses. Quod si malum perseueret reiterari pos- sunt eadem julapia. Interim verò exteriùs talis fatus parari debet.

U. Althea cum rad. viol. pariet. lact. oxal. An. M. j. hord. absinth. ros. viol. balauistio. & florū chamameli, & buglos. An. P. j. cort. mali gran. 3. ij. Coquantur in aqua & foneatur regio ventriculi manè & vesperè tepidè,

U. Olei. ros. & myrrh. An. 3. ij. Mastich. & de absinth. An. 3. j. pulu. ros. & santal. rub. An. 3. ij. Cera parum, fiat vnguentū applicandum post fotum, Aut

U. Cerati santal. Mes. 3. iij. stomat. Gal. 3. j. misce, & utere. Procede- nte verò tempore refrigerantia & astringentia minuenda, augenda verò dis- cutientia, vt

U. Althea, malua, viol. pariet. Absinth. An. M. j. mentha, ros. florum chamameli, melilo. Anethi. An. P. j. sem. lini & faenug. An. 3. ij. Co- quantur ad usum dictum, &

U. Olei ros. Absinth. chamamel. & mastich. An. 3. j. ls. pulu. mentha, ros. absinth. macis An. 3. ij. cera parum. Aut

U. Cerat. stomat. Gal. 3. iij. santal. Mes. 3. ij. misce. Ex magmate au- tem decoctionis fotuum, additis palmulis, farinis, & conuenientibus pulueribus, fient cataplasinata accommodata, vt in principio,

U. Fæces decocti prioris, pulpa dactylorum 3. ij. contunde, transmitte seta- ceo, addeque pulu. ros. rub. santal. rub. absinth. & sem. portul. An. 3. ij.

farina hord. & fabarum *An. 3. ij. olei ros.* *Q. S. fiat cataplasma.* Procedente verò morbo,

U. Magma secundi decocti, transmissa adde carnis palmularum etiam transmissa 3. j. farina lini & seneug. *An. 3. ij. puln. absinth. ros. mentha, macis, thuris.* *An. 3. ij. spice nard. 3. ij. cum oleo absinth. fiat cataplasma imponendum loco vnguenti, aut alterius cum vnguento, aut manè apponatur vnguentum, noctu verò cataplasma.* Vbi verò aperta fuerit vomica, quod ex pure aut per os, aut per ventrem reiecto, innoteſcat, tunc hydromelite vtendum erit in potu, & matutinis horis, & syr. ros. & farr. ros. vt.

U. Aqua electa lib. iiiij. mellis col. 3. ij. Coquantur ad quartam partem consumptionem, Col. utatur pro potu in pastibus, & extra, aut aqua cum farr. mixta,

U. Hord. integ. P. ij. ros. P. j. Coquantur in suff. aqua. Col. lib. j. adde mellis col. 3. ij. Coque iterum, col. utatur per tres dies manè. Tandem expurgato vlcere, loco abstergentium addenda sunt iusculis amyllum, terra figillata, bolus armen, faciendique pultes ex lacte bubulo cum farina filaginea, & oriza cum eodem lacte, aut cum iure gallinæ, & pedum veruecis vitulique.

DE SINGVLTV, ET VOMITV.

CAP. IV.

3. Caus. sympt. 1. **V**ONIAM duo hæc mala fere coniuncta esse solent, & ab eadem causa fieri, & ijsdem penè remedijs curari, ideo ea in vnum caput contulimus, quamvis alij duo faciant. Est vtrumque violentus motus, quo ventriculus quasi muscularum corpus, in primo se concutit, in secundo se comprimit inferne sursum, vtrobique quasi conuulsus; in primo fortius & violentius, & sâpe irrito conatu, ad excutienda ea quæ altius fortiusque eius tunicis infedere inhærentque; aut quæ eum pungunt, in secundo mitius, ad reicienda, quæ in eius cauitate continentur. Aliquando vtrumque à causa quæ circa ventriculum est, excitatur, tuncque fit inane irritamentū. Singultum verò priuatim ab inanitione aliquando fieri aiūt, vt & conuulsionē, tuncque pertinacem vomitū aliásq; euacuationes sequitur, & exitiale malū est: aliàs autem vomitū præcedere solet. Est Λύξ seu Δυμός aliis criticus, alias non, alias per sympathiam, alias per protopathiam; Vomitus quoque. Singultus per idiopathiā fit ab intemperie maximè calida, deinde etiam frigida humida, & sicca, sine materia, aut cum eadem, flatibus, punctione à veneno, prauo humore, acri cibo aut medicamento, osse, aut simili acuto vorato, vlcere, vulnere, inflammatione, abscessu. Per consensum vero ab inflammatione menin-
gum, partium neruosalium, intestinorum, hepatis, vteri, mesenterij, &

animia hæmorrhagia quacumque ex parte, alui fluxu, dysenteria, vomitu, vulnere intestinorum, vterj, hepatis, capit is, aut capitum musculorum, & neruofarum partium: vt plurimū verò sit à flatu aut ab humore aliquo tunicis ventriculi infarcto; proindéque nos hunc quoque præcipue curabimus, quemadmodum & vomitum, qui ab humore aut alio corpore intra ventriculum contento excitatur, qui idiopathicus est: simpaticum verò minus, quo humores à toto corpore in eum confluentes quacumque ex causa, reieuntur. Iam Singultum & Vomitum nemo est qui non cognoscat; causas autem vniuersitatis interstinguere nō adeo perium est. Singultum à repletione esse cognoscet si repente fiat, nulla præcedente magna euacuatione, qui frequentior est; ab inanitione contrà. Ingesta disces ab ægrotō aut adstantibus; & vulnera quoque: inflammations partium aliarum à proprijs trahes capitibus; ventriculi, à superiore. Singultus ab inanitione, inflammatione, vulnere, punctura, veneno, abscessu ventriculi, colico dolore, ileoque, vomitu, febre ardente, lethalis, alij non item. Vomitus quoque ab ijsdem perniciosus est. Vterque per propriam affectionem peior est quàm per sympathiam. Criticus neuter fedandus est, nisi ultra modum processerit; neque etiam de alijs leuioribus multum laborandum; sèpe enim fiunt bonis ægri rebus, imò quandoque pronocandus vomitus, singultum autem non est adeo facile, neque valde utile.

Tollitur singultus discutientibus, reuelentibus, euacuantibus, roborantibus. Incipientem ergo singultum curabis cucurbita apposita ventriculo, spiritus retentione, quæ non tam aërem thorace contentum calefaciendo, & sic causam in ventriculo hærentem dissoluendo, quàm diaphragmate distento, ventriculóque compresso, & causa expressa, singultum sedat: tussi, clamore, sternutationeque, eadem ratione, & concusione ventriculi, oris ablutione frigida aqua, & faciei aspersione eadem aqua facta, calorem ad ventrēm reprimendo: potu aquæ, si sit à bile, aut calida materia, aut vini, si à frigida, aut oximel. S. aut schillini, aut absinthitis, aut aromatitus vini. Si ab inflammatione, venæfectio plurimū conuenit. Si à veneno, violento pharmaco, pungenti & acri cibo, ingluwie, crapulaque, vomitus quamprimum prouocatus hydroleo, aut pingui iuscule, aut cum multo butyro, aut axungia cappi, aut lacte, affatim multumque ingestu. Si ab inanitione fiat, iuscula, expressi succi carnium, lac, vinum tenue, instaurantia, distillatitia, tremor hordei, omnia paulatim crebriusque exhibita, illitus ante & retro ad ventriculum ex hydroleo, aut oleo viol. & chamæmel. aut sesam. aut amigdal. dulc. aut addito butyro, balnea aquæ tepidæ. In omni autem singultu optimum est ventriculum fascia strictè ligare, ne tam validè concutiatur, & vt calore singultus causa discutiatur, qua ratione etiam profundunt linteas duplicata calida sèpius apposita, & agnina pellis, aut vulturis, aut sacculi ex milio, sem. lini, fœnug, frixis, aut absinthio, mentha, fœnic. anetho, chamæmelo, salvia, sampſuc. spica vulgari, lauendula, hyſſopo, aut ex his

decoctis cum aqua & vino rubro facti fotus, additis galanga &c. vt

U. Absinth. mentha sumitatum anethi. *An. M.* j. cort. citrijs sic. & galanga cras. *An. 3.* ss. calam. arom. spica nard. macis, cariophylllo. & nucis mosc. *An. 3.* ij. fiat coctio in aqua & vino rub. pro fotu ventr. applicando. Vrgente affectu calide cum filtris, aut bubula, aut suilla vesica, aut spongijs, aut denique laneis aut lineis pannis. Theria. Mithrid. Aurea Aleu. Aromat. ros. Dianisu & similia cum vino generoso, aut aqua vita laudantur. Quod si non his mitigetur affectus, imperandi sunt clystres aciores ad reuulsionem, deinde & vunctiones, & cataplasimata; quæ omnia ad calorem vergant, quia ut plurimum singultus fit à frigida, viscidaque materia; & quamvis ea calida sit, tamen calidis melius cedit, discutiturque, quam frigidis; qua ratione etiam in febribus cathartica præscribimus, quam calida sunt. Fiat ergo talis clyster.

U. Althea, malua, mercurial. cicla, pariet. *An. M.* j. Centaur. minor. Sampsic. *An. M.* ss. Prun. Par. vj. Florum Sambuci, Chamame. Aneth. *An. P.* j. sem. cymini. 3. ij. Coquantur ad lib. j. ss. In col. dissolute Hierop. Gal. & Mellis mercurial. *An. 3.* j. Olei communis 3. iij. aut chamamel. aut viriusque fiat clyster.

U. Cerati stomat. Gal. 3. 4. vngatur regio ventriculi bis in die, & deinde urgente affectu, aut post fotum superius descriptum. Aut

U. Olei nucis moscha. 3. ss. fiat ut supra, Aut

U. Olei mastich. de absinth. & mentha *An. 3.* j. ss. Pulu. macis, cariophylllo. nucis moscha. ros. spica nard. *An. 3.* ij. Cera parum, fiat vnguentum ad eundem usum, Aut

U. Crusta panis infusa vino rub. tusa, & creta lib. j. Pulu. ros. mastic. absinth. mentha. *An. 3.* ss. Caryophyllo. nucis moscha. galanga & spica Celi. *An. 3.* ij. Olei absinth. & vini superio. *An. Q. S.* Misce fiat Cataplasma ad idem. Si his leuioribus non mitigetur affectus, signum est forte esse causam: propterea non erit abs re leue aliquod præbere catharticum, quale est hoc,

U. Rhab 3. j. ss. cinnam. gra. viij. Infunde in vino rubro, si non sit febris, ut nunc supponimus non esse, sin minus in decocto mentha, absinth. ros. acetosa, & florum cordialium. In col. expressa dissolute syr. ros. sol. 3. j. Diaphæn. 3. iiij. cum eodem decocto fiat Potio, detur diluculo. Si nec id satis fit, vtatur sequenti decocto,

U. Mentha, absinth. Pont. *An. M.* ss. Absinth. vulg. ros. bord. imm. florum stœcha. & genista. *An. P.* j. Rad. asari, galanga cras. anisi. *An. 3.* j. Coque ad lib. j. In col. dissolute sacc. 3. iiij. oximel. S. aut schillini. 3. j. Misce pro 3. dosibus mane. Si nondum quiescat, iterum purgandum convenienter cathartico humoris peccanti, aut pilulis; sed ego magis probo potionis, quia penitus se in tunicas ventriculi ingerunt; qua ratione etiam & moderate astringentia conferunt. Minus etiam placent simplici ventriculo appliciti, veratrū, & quæ opium recipiunt, quantūcum.

que singultus fiat à calida materia, quia periculū est ne calorem natuum vētriculi extinguit. Satius ergo est tunc moderatē frigidis vti, vt oximel. syr. acetoso. limon. viol. end. acetosæ, agrestæ, & Iulapijs ex his factis. Atque hæc de singultu. Vomitum autem fere ijsdem curabis, si apte scias vti; nam aliquando vomitus vomitum curat, & leue etiam catharticum: reliqua omnia sunt similia. Hoc vomitui addendum, quod magis astringentibus opus habet, quam singultus. Vomitum criticum, & qui fit à crapula, veneno, copia ciborum, medicamento, nauigatione, vēctione, nephriti, colico, iliaco, arthriticōque dolore, & qui incipiente, aut procedente paroxysmo, & qui vertigini, aut hemicraniae, aut internis doloribus & inflammationibus, aut suppressis mensibus, aut hictericis, aut plethora, aut cacockymia superuenit, sistere non conuenit, sed potius iuuare, si opus visum fuerit, & nisi plus quam vires ferre possint, perseveret: tunc enim qualiscumque fuerit sedandus erit ad tempus, & si ventriculi facultas concoctrix, aut retentrix labefactata fuerit. Tunc ergo intus assumptis, & exteriis admotis, ijs quæ in singultu diximus, & sequentibus reprimendus erit, clysteribus, syrupis, succis, fructibus, conseruis, conditis, fotibus, vnguentibus, sinapis, emplastris. Ante omnia cucurbita magna affixa ventriculo plurimū valet in omni vomitu, & frictiones extremorū, & frigida inspersa facie. Deinde cibus potusque grata, calida, frigidāue, non tepida; astringentia, non pinguia, non dulcia, præcipue fœminis, non acria, non flatulenta, liquida, aut si malit æger, solida, pauca, frequenter exhibita, offa vino rubro macerata, vinum, acetum, omphaciū, oxalis, aurei mali succus, limonijs, punici, ribes, berberis, oxiacanthæ fructus, cornus, sorbum, mespilum, pomum, pyrum, cydonium, viridia, siccæ, condita, & ex his expressi succi, & facti syrapi, cappares, oliuæ, chritmum, fœniculum marinum vulgo dictum, mentha, acetaria, extrema animalium ad putrilaginem excocta, denique quidquid æger exoptauerit, etiā allium, porrum, cepam; sunt enim qui talia omnibus alijs præferant; tunc autem, & in valde deiecta appetentia, ventriculo maxime morem gerere optet, iuxta Hip. consilium. In fine cuiusque pastus assumendum est frustum carnis cythoniorum cond. aut etiam viridis, aut sorbum, aut mespilum, aut pomum, aut pyrum astringens, si tunc habeantur, aut offa ex crusta panis tosta tintāque vino, aut sine eo, nihilque desuper bibere, aut si gaudeat frigida, sitque biliosus, parum aquæ. Si hæc, & quæ de singultu dicta sunt, non sufficient, balani sic præscribendæ.

U. Pulu. aloes 3. j. salis gemma. 3. ss. cum melle fiant suppositoria duo, que immitantur; Aut

U. Pulu. trochise. Alhandal. 3. ss. fiat ut supra. Aut fiat clyster.

U. Mercurial. alth. betæ, pariet. An. M. j. arthemis. centaur. minor. integ. nasturt. An. M. ss. sem. cymini & fœnic. An. 3. j. Thymi, epith. floræ anethi & genista. An. P. j. Coque. In col. lib. j. dissolute succi mercurial. cislam. & brionia, aut cucum. angui. An. 3. j. fiat clyster; repetatur

2. Aphor.
38.

que nisi respondeat alius. Ventriculo vero admoueatur sequens fatus,

2. *Mentha, absinth. equiseti, plantag. sumita. rubi cani. symphi foli. pyri agrest. mali pun. & lentisci.* *An. M. j. Cort. mali gran. & citri sc. spongia bedegar. cort. med. castanea. mespilo. cornor. sorbor. sicc. sumach. & myrtillo.* *An. 3. i. Galanga cras.* *3. j. Caryophylo. & nucis moscha.* *An. 3. ss. Ros. rub. balaustio.* *An. P. i. Coquantur in aqua chalybeata, & vino rub. austero pro foton ventriculi applicando quoties visum fuerit.*

2. *Magma superioris decocti, contunde addéque earnis dactylerum illidem contusa* *3. 4. transmittit setaceo,, & admisce pulu. ros. mastichis, thuris, gallarum, trochis. de spodio, boli Arm. & acinorum uuarum.* *An. 3. ss. cum eodem vino & oleo lentisc. aut myrt. fiat Cataplasma applicandum post foton.* Aut

2. *Olei lentis. melini, absinth. & myrib.* *An. 3. i. Mastich. & absinth.* *An. 3. j. vini rub.* *3. 4. Coquantur simul ad consumptionem vini, reliquo illinatur ventriculus, superinspergendo sequentem puluerem.*

2. *Pulu. absinth. mentha, sicc. ros. rub. spongia bedegar, thuris, mastich. boli Arm. myrtillor. & sumac.* *An. 3. ss. spica nard. galang. macis, & cariophill.* *An. 3. i. Misce, & utere post illitum.* Aut

2. *Massa emplastri contra rupturam, de Mastic. & pro stomacho.* *An. 3. j. cum oleo mastich. aut absinth. & alnta, forma emplastrum ad formam scuti veteris, & admone post fotum, aut post vnguentum.*

DE CANINA ET BOVINA appetentia.

C A P. V.

LI C E T nonnulli diuersis hæc duo capitibus, & varijs signis distinguant, tamen quia fere idem sunt, & eodem modo curantur, ideo ea in vnum coniunximus. Est in vtraque fames præter rationem, quamvis nimium comedatur; sed in κυνόν ὄψει, semper durat, assumptis alimentis, vomitûque deinde reiecit ut canibus accidit, vnde illi nomen. In *Bovis* vero adest quidē initio fames, sed mox cōcidit, & cum ea vires, ita ut facile animo linquantur ægroti, contabescant, pallescant, coganturque semper aliquid comedere, aut bibere, quantulumcumque id sit, etiam sine appetitu, ut vires fulciant. Vtriusque causa procathartica est nimium frigus externum aut aëris, ut si quis per niuosa iter faciat loca; aut aquæ, ut si plurimum natet, aut nauiget; aut internum, ut si multam bibat frigidam. Antecedens vero est aliquando latus vermis cibum omnem depascens, quandoque longus morbus, inediisque. Continens denique seu immediata, superioris ventriculi orificij frigiditas siccitasque excitata

à supradictis causis, aut ab humore aliquo acido, vt pituita, aut austero, vt melancholia; ei infarcto, aut à cibis nimium exsiccantibus abstergenti-busque, vt garo, oliuis, capparibusque conditis oxeleo, salsis piscibus, & similibus, aut fluore alui, aut expultrice eiusdem ventriculi facultate irritata, aut retentrice labefactata, aut à consumptione totius corporis. Si gnis nullis alijs opus est ad cognitionem mali, quām relatione ægroti, quā etiam ad causæ inuestigationē plurimum valet, vt si per frigida iter fecit loca, si ructus edat acidos, si bibit frigidam, si acetaria, si olera, si horæos fructus comedit, frigida intemperies vetriculi in causa est, & si acria, salsa & abstergentia, siccitas, vt & si longum morbum, vigilias, labores, inediā, siti, febrēisque tūlit; quā omnia ab eo sciri debent. Latum autem vermem difficile est discernere, sed de eo vt de alijs dicetur suo loco. Morbus non est frequens, neque valde difficilis curatu, neque periculosus. Qui ex longo affectu, fame, siti, labore, consumptione, siccitate, febrēque fit, paulatina refectione solum eget, vt frequenti vini & aromatum odore, & eorumdem carpis, & cordi applicatione, iusculis, expressis succis, instaurantibus, gelatina, omnibus laudatorum animalium, & ipsis animalibus elixis, affis; vino paucifero, & pane in eo macerato, somno, quieteque. Prodest & vinum hypocraticum dictum, sed parcè, nuces conditæ, cortex citri, & mali aurei cond. strobili sacc. incrustati, martij panes, rad. bugl. & flores eiusdem & borrag. sacc. cond. oua sorbillia, auiculæ, fassiani, testudines nemorales, cancri, & squillæ fluuiatiles, pyra, poma, Persica mala, & præcotia omnia condita sacc. lac humanum, asinimum, capillum, aut etiam ouillū, aut vaccinum, balnea aquæ dulcis, tepida, citra sudorem. Qui à paucō succo melancholico ventriculi superioris orificium infestante fit, eodem victus genere curatur, & vini potionē meracioris, aliquoque ex fomentis aut linimentis superiori cap. descriptis. Qui à nimio frigore, calcfactione exteriori, interiorique igne, stragulis, pellibus agninis, vulturisque stomacho appositis, catulo, pullis gallinaceis, columbinisque, manibus, puello, ventri affixis, oleis, fetibus, vnguentis, vt

2. Mentha, absinth. anethi. An. M. j. Ruta. M. ss. Calam. arom. schenant. distam. An. 3. ij. Nucis moscha. galanga, cubeba. caryophyll. An. 3. ss. Coquuntur in aqua & vino equis partibus pro foitu ventriculi applicando mane & vespere, calidè.

2. Olei de nuce moscha 3. ss. illine modico post foatum, Aut

2. Olei de absinth. & mentha. An. 3. ij. Misce, & vtere, Aut

2. Cerati stomat Gal. 3. iij. Aut

2. Massa emplastri pro stomacho, & de Mastie. An. 3. j. ss. Malaxa oleo nard. & extende in aluta figurâ scuti, & admoue ventriculo. Intus vero calorem natuum souere oportet vino generoso præcipue, & maluatico, seu aromatite, cibis boni succi cum cinnam, mace, nuce myrist. caryophyll. pipere, zingib. iusculis ex ijsdem cum mentha, hyssopo, fœnic. petrosel. anetho, thymo, satureia, serpylo, nucibus Ponticis

cond. nuce myrist. cond. zingib. strobil. aniso, fœnic. coriand. cort. citrij, & mali Med. omnibus facc. aut melle conditis; pulueribus à pastu ex ijsdem factis; Mithrid. item Theria. & Aurea Alexan. antiquis 3. j. singulis diebus cum tantulo vino generoso datis, aut tabella ponderis. 3. ij. ele^{ct}ariorum Dianisu, Diatrionpiper. Diambra, Aromat. ros. Aromat. Caryophyll. Mes. Diathamar. Diacalamin. Diacymin. Dia. cinnam. Dianth. Diamargar. cali. Diamosch. Diagalang. Diaxyloaloës, Diazingib. de Gemmis, Lætitiae Gal. Rosata nouel. Quod si perseueret post hęc affectus, signum est multum inhærere humorē ventriculo, propterea deturbandus is est pilulis de Hiera. S. s̄pius repetitis, aut sequentibus,

U. Aloes succotr. & Rhab. electi An. 3. j. ss. Mirobal. citri. & Ind. An. 3. j. Cinnam. macis, caryophyllo. An. 3. j. Mellis anthos. Q. S. fiat massa, de cuius. 3. j. fermentur pil. 6. quas capias bis in hebdomada. Aut fiat talis syr.

U. Rad. fœnic. petros. aspara. & rufci An. 3. j. Cort. rad. cappa. tamar. citri sic. galage cras. & calami arom. aut achori. An. 3. ss. Buglos. cū toto, borrag. melisse, bethon. Iua arth. chamed. fœnic. lupuli, adiant. ceterac, agrimon. & sampuchi. An. M. j. Mētha, absinth. thymi, sature. hyssopi, An. M. ss. Polypod. senna, & passul. mundatorum. An. 3. iiiij. Agar. trochis. turbibl. medullæ seminis carth. & liquir. An. 3. j. seminis anisi & fœnic. An. 3. sr. Thymi, epith. florum stæcha. saluie, & rorismar. An. P. ij. Coquantur ad tb. ij. Col. adde sacc. tb. j. & sub finem, Rhab. scor. sum in parte decocti infusi & expressi. 3. ss. fiat syrups perfectè coctus, & aromatiz. 3. iiij. cinnam. de quo capiat 3. ij. alternis, aut tertio quoque die, cum tenui iure pulli sine sale. Cibandi hi sunt pinguibus iusculis & carnis, butyro, axungijs, oleo, lacte, amigdalisi, nucibus, pincis nucleis, cremore hordei, amigdalarūmque, pultibus; cauendo semper ab acidis, & ijs quæ appetitum excitant; s̄pēque mandere debent cinnamom. caryophyll. semen anisi, coriand. fœnic. Possunt & sumere matutinis horis parūm aquæ vitæ. Si verò à calida materia excitetur boulymos, quod rarius est, sunt ructus nidorulenti, sitis, astus circa præcordia, & potius deiecta appetentia statim succedit, quam famēs perseueret. His contraria omnino imperanda, vt bibant frigidam, & reliqua exequātur quæ dicta sunt in deiecta appetentia à calida causa, & ventriculi inflammatione. Eque rarum est vt ab abstergentibus fiat canina appetentia; hęc autem curatur pinguibus, & boni succi alimentis tantū.

DE CRUDITATE VENTRICULI.

C A P. VI.

CRUDITATEM vocant Græci *ἀνεψια*, nos possumus vertere in coctionem, per quam aut vomunt, aut deiciunt homines alimenta aut omnino, aut maiori ex parte incocta. Id verò contingit aut ob ingluviem, aut ob prauos cibos, aut immansos, aut ob intemperiem ventriculi, aut intempestiuam, aut inordinatam cibationem, aut ob abscessum, inflammationem, schirrumque ventriculi, aut ob importunum motum, aut breuem somnum. Intemperies autem aut est primaria ipsius ventriculi, aut sympathica, & aut cum, aut sine materia, & aut pendet ab externa, aut ab interna causa. Dignoscitur cruditas ab excrementis quæ per ventrem exeunt, & à ructibus acidis, aut vomitu: causa autem ex ægroti verbis, & ante dictis signis superioribus cap. Ea quæ immansum, immodicum, inordinatum, incongruum cibum, intempestuum motum, breuemque somnum sequitur, facilis est curatu, reliquæ difficiliores, præcipue quæ senium, aut longos & difficiles sequitur morbos, vt longas diarrhæas, dysenterias, & affectus alios ventris inferioris, & iuges à cerebro distillationes, & schirrum, & frigidam ipsius ventriculi intemperiem: quæ omnes fere incurabiles sunt. Si quæ autem curatio adhiberi potest, ea est quam in C. de ventriculi debilitate diximus. Utatur ergo æger eucymis cibis, paucis, & ex frequentibus interuallis, liquidis, aut solidis sed tenerimis, nisi vbi bilis, aut nimius calor in causa fuerit, quod rarius est, bene mansis, incipiendo à facilitioribus coctu; cum antea sufficienter dormierit, parùmque corpus exercuerit, finiendo cum astringenti aliquo, aut puluere roborante, quiescendóque à pastu, aut valde leuiter ambulando. Bibendum vinum bene maturum, modicè lymphatum, pauca quantitate, giluum, aut rubrum. Vitanda omnia quæ difficulter coquuntur, vt panis ex leguminibus, non fermentatus, nec bene coctus, bubula caro, suilla, ceruina, caprina, anserina, agnina, leporina, legumina, pisces, maximè Cetarij, & prægrandes, olera, acetaria, caules, fruetus, putrida, graueolentia, falsa nimis, frixa, flatulenta, caseus, vetusta, rancida, ingrata, male cocta, violenti motus, maximè à pastu, nimius calor, frigusque, somnus & vigilia, ira, clamor, & mæstitia. Quod verò ad medicamenta attinet cum intus, tum extra adhibita, ea omnia habentur dicto C. de ventriculi imbecillitate, & sequentibus: roborandus omni modo ventriculus, non autem lacerendus catharticis, multoque minus vomitionibus.

DE CHOLER A.**C A P. VII.**

3. *Symp.*
caus. I.

1. *Aphor.*
12.

5. *Aphor.*
1.

CHOLERA est maxima ventriculi cōturbatio, qua sursum deorsum que multa continuò reijcit. Quamuis autem Hip. 4. Acut. & Gal. in comment. 94. 107. & Isagog. siccæ cholera meminerint, tamen raro hæc inuenitur, vsūisque humidæ tantum nomen hoc iam tribuit. Acutissimus periculosisssimusque hic morbus est si quis aliis, vt qui nisi fistatur, vno fæpe die interficit, aliquando duobus. Eius causa est multa humorum corruptorum copia ad ventriculum & intestina à toto corpore confluentium, naturāque ad sui expulsionem proritantium: sequiturque sæpe ad largum esum crudorum, vt olerum, acetariorum, horærum fructuum vt ceraso, prunorum, pirorum, pomorum, persicorum, cucumerum, melonum, ficuum, uuarūmque: proptereaque sub finem æstatis magis præhendere solet: licet etiam alijs temporibus contingat ex praui succi cibis vt cepis, allijs, suilla, farctis porci intestinis & simili bus. Quandoque etiam irā concitati humores qui antea quiescebant, malum hoc protulere. Et morbus & causa interna exeuntibus materiebus se prodit, externa verò ægroti sermone. Habéisque comites febrem, frequentes lypothimias, sudores frigidos, animi anxietates, ructus nidorosos, fitim, ventriculi dolorem, pulsū formicantem, & tandem conuulsiones.

Cùm primū ad ægrotum vocatur medicus statim impetum fluentis materiae omni conamine impedire debet. Nec enim probo eos qui dicunt permitendum esse vt fluant superflua antequam fistantur: nam nec nos nouimus quanta abundant, nec est in manu nostra fistere cùm voluerimus quando etiam adhibita omni cura in ipso principio vt fistantur, tamen rapitur ægrotus. Igitur vomitus saltem statim compescendus, (tantum abest vt audiendi sint qui eum imperant) hac enim ratione sustinebuntur vires alimentis, dum excrementa omnia deponuntur per ventrem; siveque prouidebimus & viribus & morbo, & fere vtrumque simul obtinebimus internis & externis, alimentis, syrups, succis, poti nibus, conferuis, conditis, fomentis, linimentis, cataplasmati, emplastris. Collocandus ægrotus loco obscuro, perlato zephiro, aut boreo, erecto corpore, molli culitra, leuibis stragulis, nisi in hyeme, (tunc enim contrà calidè habendus) continendus in omni tranquillitate corporis & animi, somnōque, cibandus frequenter, paucis, facilibus cocti, gratis, liquidis, nisi malit solida, austera, assis, iusculis, expressis succis, instaurantibus balneo Mariae eductis, gellatinis, offa vino macerata meraciōri, quo parcē & potabitur chalybeata aqua diluto, pedibus

artubusque veruecinis, hedinis, vitulinisque ad putrilaginem coctis, modicoque aceto intinctis, omphacio, succo limonum, malis aureis, cythonijs, sorbis, mespilis, berberis, ribes, viridibus, aut conditis, myua & gelatina cythonio. succo & fructu granatorum, cortice aut carne citrij, aut mali Medici, aut cucurb. aut stolonibus laet. aut nucibus, aut mirobal. aut nuce moscha. omnibus sacc. conditis, conseruis item ros. viol. florum & rad. buglos. florum borrag. acetosæ, rad. symphj. quibus omnibus vti potest aut seorsum aut coniunctim in forma conditi, aut opiatæ, vt illi magis placuerit, imo etiam & absurdioribus parua quantitate iuxta Hip. consilium sæpe dictum. Syrupi quoque de 2. Aphor. mentha, ros. sicc. & superioribus fructibus & succis, ex vsu erunt cum 38.

cochleari, aut cum aqua. Quod si febris adsit, vt sæpe adeat, eius quoque habenda ratio est, bibendaque frigida (non tamen valde gelida, nec affatim) præcipue si æstas sit, ægerque ei assuetus, aut etiam non assuetus eam expetat, & ex succis, fructibus, syrupisque superius descriptis frigidi eligendi soli, aut cum calidis minori quantitate mixti. Ex quibus etiam syrupis fieri possunt Iulapia, vt

¶. Syr. de ribes, aut berber. aut limon. aut acetosa, aut agresta, aut acerosa. citrij, aut malis grana. aut acetosi. S. aut de succo endiuia, S. 3. j. syr. de mentha, aut ros. sic. aut myrrh. aut cythonio. 3. ss. Aquarum end. acetosa An. 3. ij. fiat Iulep, qui iteretur quoties visum fuerit. Aut

¶. Acetosa. portul. & buglos. An. M. j. Ros. rub. florum borrag. An. P. j. fiat coctio ad lib. j. Col. adde syr. myrrh. & delimon. & ros. sic. An. 3. j. ss. fiat Iulep clarificatum & aromat. 3. j. pulu. Trionsantal. pro 3. dos. manè & vesperè.

¶. Syr. de Mentha, ros. sic. & limon. aut acetos. citrij. An. 3. j. ss. Misce, & capiat cochlear. vnum frequenter.

¶. Iulep. Alexandr. lib. ss. vtatur per se, aut cum aqua ad placitum. Eodem quoque modo vti potest syrupis suprascriptis. Aut

¶. Conseru. ros. rub. 3. iiiij. vtatur per se, aut cum aqua chalybeata. Aut

¶. Conser. ros. rub. & rad. simplici. An. 3. j. ss. Carnis & cort. citrij cond. & conser. florum buglos. An. 3. j. Carnem mirobal. embl. cond. unius. Pulu. omnium corall. prepar. 3. j. & pro diuitibus pulu. Diamargar. frig. 3. ss. aut margar. 3. j. sacc. ros. Q. S. fiat Conditum auro coopertum, quo vtatur per se, aut cum cochleari, aut cum aqua.

¶. Pulu. omnium corall. prepar. & omnium santalo. An. 3. ij. Pulu. ros. rub. & terra Lenonia, aut boli Arm. An. 3. j. Misce, & insperge insculpis, aut panatellis parum.

¶. Sacc. ros. tabul. aut pro magnatibus, Manus Christicum perlis. 3. iiiij. vtatur ad placitum. Atque haec fere sunt quæ per os sumi possunt; nisi fortasse addere velis tabellam aliquam elect. Diarrhod. Abba. in febre, aut Aromat. ros. & aliorum quæ habentur C. 5. superiori, vbi

febris abest. Purgationes enim qualescumque , etiam ex innocentissimis nullo modo probamus , etiam si nonnulli imperent; hoc enim est calcar velocissimè currenti equo addere , & in præcepis impellere. Externa quæ ventriculo admoueri possunt, multa superioribus Cap. tradita sunt , maximè C. de ventriculi imbecillitate, de vomitu , & de cruditate. Fiat ergo talis fotus.

U. Tapsi barba. plantag. symphy. centinod. bursa pastor. An. M. i. Mentha, ros. absinth. An. P. ij. Cort. mali gran. & citri sic. An. 3. ij. sumac myrrillo. An. 3. j. Galanga crassa 3. ss. Caryophyllo. & nucis myrist. An. 3. ij. Coque in aqua chalibeata , & quarta parte vini rub. austeri photu ventriculi applicando ter in die. Ab eo illinatur idem ventriculus oleis de mentha, rol. mastic. absinth. nuce myristi. myrth. lentisc. cer. stomat. Gal. & si adsit febris , addito fantal. Mes. & alijs refrigerantibus, offat incta vino rub. aut posca , cataplasma ex crusta panis cum ros. plantag. cortice mali grana. malicorio , balaustijs , nuce moscha. caryophyll. & similibus in puluerem redactis. Conuenit etiam emplastrum contrarupt. pro stomacho , & de Mastich. & denique cucurb. cum multa flamma admota ventriculo. Vbi autem vomitus repressus fuerit, tunc ventri intendere oportet , admoueréque ea quæ eum etiam sificant, de quibus dicemus C. de Diarrhæa. Conducit etiam extrema fricare, ligareque : balneum autem administrare in tanta perturbatione , viriumque iactura non est valde nec facile, nec tutum : si vero adsint conuulsiones, illitus partium conuulsarum cōsulerem ex oleis oliuarum, vermi. Khei. ri. chamæmel. lilio. alb. viol. vnguentis Dialthe. Resumpt. Ceterum cum somnus omnes euacuationes sificant, excepto sudore, is maxime procurandus ijs quæ inuenies C. de Phrenitide.

DE DIARRHOE A.

C A P. VIII.

DIARRHOEA Grecis est alui profluuium. Hæc verò vel est cum febre, vel sine eadem , cum dolore , aut sine eo ; cum partium internarum inflammatione , aut absque eadem ; simplex aut commixta alijs affectibus ; critica, aut symptomatica ; breuis , aut diuturna; leuis, aut grauis ; primaria , aut secundaria ; sincera vt biliosa, pituitosa, serosa, melancholica, aut mixta. Differt à dysenteria, in quam aliquando definit , quod hæc est cum intestini vlcere, illa non , utraque vero à lienteria, ad quam etiam quandoque terminantur, quod in hac cibi dejiciuntur incocti , in illis praui humores. Diarrhoeæ causæ externæ sunt humiditas nimia , corpus replens, frigus coctionem vitians, compressionéque impediens excrementorum per cutem euacuationem , repellensque ad interiora, maxime à capite , inde ad intestina , vnde Diarrhoea à capite,

cuius meminit Hip. calor etiam fundens liquansque materiam in eodem 7. Aphor. capite contentam, cibus multus, potusque, esus crudorum ut holerum, 30. fructuum, & ciborum mali succi, acetariorum, acrium, somnus nimius, maximè meridianus, otium, medicamentum violentum, venenum. Internæ vero sunt humorum crudorum, acrium, aut corruptorum copia, intemperies ventriculi partiūque coctioni dicatarum, præcipue humida, frigidaque, aut ex his composita, debilitas earundem, maximè retentricis facultatis: atque hæc quidem proximæ sunt, remotiores vero partium aliarum affectus, ut intemperies, inflammations, obstrunctiones, febres, defluxiones. Signis nullis opus est ad eam dignoscendam, multis vero ad causam internam, partesque affectas interstinguendas: externam enim facile est relatu ægroti expiscari. Ne autem omnia huc congeramus, intemperies, aliisque internarum partium affectus proprijs capitibus descriptos inuenies. Fere autem diurna ventriculi & intestinorum morbos sequitur, exinde hepatis & cerebri, illa primaria est, reliquæ omnes sympatheticæ. Quæ à ventriculo pendet & intestinis, præter id quod reliquæ partes omnes inculpatæ sunt, comites habet notas intemperiei ventriculi afflignantis, de quibus apud Gal. in Arte parua: quæ complicata est cum alijs affectibus, adiuncta etiam habet signa earundem. Quoniam vero ut plurimum ea pendet à ventriculi & intestinorum intemperie frigida & humida, hanc nos nunc curabimus præcipue, reliquæ paucis adiectis facile erit impedire, præter criticam, & eam quæ à copia humorum, aut ciborum prouenit, quas sistere omnino non licet, sed modicè cohære. Cæterum leuis, breuis, quæque aliunde quam à ventriculi intestinorumque morbis hepatis, pulmonum, & cerebri producitur, non multum curanda, nec timenda, contraria vero omnino periculosa est, ferique in dysenteriam, lienteriam, hydropem, tabem, mortemque definit.

Curatio obtinetur adstringentibus alimentis, medicamentisque intus & extrâ adhibitis, potionibus, iulapijs, pulueribus, fructibus, succis, syrups, conseruis, conditis, fotibus vnguentis, cataplasmati, emplastris. Vixtus igitur imperandus est qui exsiccat præcipue, deinde modice calefiat, ut carnes gallinarum, pullorum, caponum, perdicum, columbarum, veruecis, coturnicum, auicularum montanarum, assas, indito in ventrem sceniculo; quod si non possit assis vti, coquantur cum scenico. petrosel. hyssopo, thymo, thymbra, serpillo, mentha, addanturque pedes veruecini, extremaque ad pedes vergentia ad putrilaginem cocta, quo iura fiant glutinosa: quo etiam nomine optima est gelatina dicta, panatellaque. Iuuat etiam iusculis incoquere parum equiseti, mali cydonij, sorbi, mespili, corni, viridium aut siccorum, inspergeréque pulueres eorumdem, & amyli, ros. coral. terræ Lemni. boli Arm. sem. plantag. cinnam. macis, nucis moscha. caryophyllo. Sed haec quatuor ultima minori quantitate. Poteſt vti cydonijs conditis transfixis cinnam. cariophylisque ut moris est, nucibus Ponticis eodem modo paratis, cort. mali

aurei, aut citrii sacc. etiā conditis, nuce myrist. etiā sacc. cond. pyris conditis, oriza, sed parcius. Lac verò quod aliqui consulunt non valde probo, vſtulatū necne, quia facile corruptitur. Potest tamen admitti si ei affuetus sit æger. Potus sit exiguus, vinum maturū, subrubrū chalybeata aqua modicè solutū, quo etiā potest panē macerare, siue affum, siue nō affum, comedereq; aut cum, aut sine sacc. Aceti verò vſum non consulimus ylo modo, vt aliqui faciunt, nec omphacij, nec succi aurei mali, nec limonij, nec granati, quainuis cohibere dicantur fluxū, nisi febris adsit, quā tamen hic abesse supponimus. Recumbat in dorsum, quiescatque quantum fieri possit: nihil enim magis ventrem mouet quā motus, decubitusque in alterutrum latus. Dormiat, abstineat ab ira, veneréque, cohibeat ventrem, soluātque quam tardissimè fieri queat, idque in lecto subditis vel lasanis, vel linteis. Atque hæc de viœ: medicamenta verò ita habent. In principio non statim cohibenda materia est, ne si retrocedat, abscessum in hepate, aut alibi excitet, aut febrem, sed permittendum ut exeant quæ iam mota sunt, abstergendaque intestina tali clystere, quin omnibus alui fluxibus plurimum valet.

U. Hord. ros. furfur. macri, & flor. chamomeli. An. P. j. Coque in suff. aqua. In col. lib. j. ls. dissolute sacc. rub. 3. j. Mellis ros. col. 3. ls. Misa.
Oleum autem quodcumque illud sit, in qualicumque alui fluore clysteribus admiscere non probo, quamuis id præscribant nonnulli. Ut vero ventriculus roboretur, vtatur talis syr.

U. Syr. conser. cort. citrii, & deros. sic. aut mentha, aut cythonis, aut myrth. aut absinth. pro minus morosis. An. 3. j. Misce, & capiat parvum cochlearie alternis horis.

U. Cerati stomat. Gal. 3. iiiij. ungatur regio ventriculi manè, & hora somni. Quia verò vt plurimum in ventriculo materia continetur, quæ aut aliunde adueniens, aut in eo genita illum intemperat, fluxumque fover, bonum erit eam leui aliquo cathartico quod astringendo laxet, deturba re, quale est Rhabar. & mirobal.

U. Pulu. tenuiss. Rhab. 3. j. syr. ros. sol. 3. j. cum decocto hord. & ros. fiat Potio: cui si velis in fortioribus addere poteris pulu. mirob. citrino. aut alterius ex quinque, prout humor peccarit, 3. j. aut 3. ls. si verò debilis, aut morosus, aut delicatulus fuerit agrotus sufficiet. 3. j. pulu Rhab. vt

U. Rhab. electi tenuiss. triti. 3. j. Capiat manè cum tenui iure pulli sine saltu. Perseuerante malo iam magis astringentibus vtendum, vt

U. Tap. si barba. equiseti, plantag. An. M. j. Absinth ros. balausti. florum chamome. An. P. j. sem plantag. & Spongia bedegar. An. 3. j. Co quantur in aqua chalybeata. In col. lib. j. dissolute sacc. rub. 3. j. aut prod uiibus sacc. ros. tantiundem fiat clyster.

U. Absinth mentha, equiseti, verbasci. An. M. j. sumac, myrtilla. cort. malib. grana. cort. citrii sic. An. 3. ii. Nucum cupressi sic. contul. Pax. Galangæ cras. 3. j. Calam. arom. achori veri, macis, cariophyll. nucis molo.

cinnam. An. 3. ij. Coquantur in aqua & vinorub. pro fotu ventriculi applicando manè & vesperi.

U. Cerati stomat. Gal. 3. iiiij. vngatur eadem regio, post fotum, Aut

U. Olei de absinth. mentha & mastich. An. 3. j. ss. Misce & vtere, aut adde olei de nuce myristica 3. j. aut vtere hoc solo in proceribus, aut cum oleo melino: aut admoueatur offa transfixa cinnam. caryophyllisque, vino mace- rata, & conspersa puluere nucis moscha. & masticis. Vbi verò maiori astrictione opus erit fiat tale vnguentum.

U. Cerati stomat. Gal. & vnguenti Comitissæ An. 3. ij. Misce & inunge ventrem superiorē usque ad umbilicum manè & vesperè.

U. Vnguenti Comitissæ 3. vij. vngatur venter inferior.

U. Tapsi barba. equiseti. symphy. maio. An. M. j. Nucum cupres. sic. contus. Par. iiij. Cort. mali grana. sumach. An. 3. ij. Ros. rub. balaustio. myrtillo. An. P. j. Florum chamemeli, melilo. anethi. An. P. ss. Coque in suff. aqua. Col. lib. j. adde sacc. 3. j. vitellum oui. j. fiat Clyster. Eodem decocto, addito vino rubro poterit foueri venter, & anus sàpè: aut còtufo magmate, additis pulueribus thuris, mastic. boli Arm. spodij, sanguinis draco. An. 3. ss. Macis, caryophil. & nucis mosc. An. 3. ij. cum oleo absinth. aut myrth. fiat cataplasma pro ventre. Hic etiam conferunt emplastrum pro stomacho de Masti. & contra rupt. admota ventriculo exquis partibus, & vltimum per se ventri, & cataplasma de crusta panis hoc modo.

U. Crusta panis toste, infusa vino rub. tuse, & creta lib. j. Pulu. myrtillo. ros. absinth. mastich. spicæ nar. macis, cariophyllo. & dictam. An. 3. ij. cum oleo absinth. fiat Cataplasma ad usum dictum. Possunt etiam fieri sacculi hoc modo.

U. Mentha, absinth. ros. An. P. j. Calami arom. schœnan. macis, cariophyllo. & nucis moscha. An. 3. ij. spicæ nar. spica Cetti. sem. ocymicæ rizophilla. & cubebarum. An. 3. j. cum serico rub. & paucogossipio fiat sacculus intersutus appendendus ante ventriculum. Confici etiam possunt ex milio, auenáque in fartagine parùm frixis. Inspurguntur etiam pulu- res post inundatum ventrem hoc modo.

U. Olei de meniba, absinth. myrt. & mastic. An. 3. ij. Mixtis illina- tur venter superior manè & vesperè.

U. Pulu. absinth. mentha, ros. balaustio. sumac, myrtillo. boli arm. san- guinis draco. iher. mastic. acatia, hypochist. gallarum. An. 3. j. Insperge mixtis postunctionem. Si perseveret affectus, possunt fieri Iulapia, quæ tamen vbi febris adeat magis conducunt. Citra eam talia sint,

U. Rad. bistortæ & tormentil. An. 3. j. sumitatum absinth. mentha, ros. rub. An. P. j. sem. anisi & plantag. An. 3. j. Coque. In col. lib. j. dissolue syr. de Mentha & ros. sic. An. 3. ij. Misce fiat Inleperclarum & aromat. 3. j. cinnam. aut spicæ nardi, aut santali ciur. pro 3. dos. manè. Componitur quoque talis pasta.

L. Conser. ros. rad. symphi. & carnis cythonio. cond. An. 3. j. ss. Cort. citry cond. 3. j. Carnem myrobal. embli. cond. vnius. Pulu. omnium corallo, & terra sigilla. An. 3. ij. Pulu. margarit. 3. j. cum syr. de ros. sic. aut myrt. fiat pasta auro cooperata de qua capiat quantitatem anellana inter pastus per se, aut cum paucō vino diluto. Atque hæc de ea, quæ à ventriculi frigida & humida intemperie pendet, diarrhæa, satis sint. Vbi verò aliunde promanat, ei parti prouidendum remedijs, quæ in cuiusque partis affectibus habentur: nec enim hoc omnia congerenda: & si febris coniuncta sit, vtendum ijs quæ superiori C. de Cholera morbo scripta sunt.

D E D Y S E N T E R I A.

C A P. IX.

DYSENTERIA est proprie alii fluor cum sanguine, ventris dolore, (vnde Celsus eam vocat tormina) & febre, ab vlcere intestinorum. Sunt aliae sanguinis euacuationes impropriè dictæ dysenteriæ, vt cùm ob præcisam aliquam partem sanguis qui supereft, per ventrem deponitur, aut ob retenta menstrua, aut suppressas hæmorrhoides, aut nimiam sanguinis copiam, aut intermissum exercitium: vel ob hepatis intemperiem frigidam, hæmatosim non perficientis: vel denique cùm sanguis atra cõmixtus bili niger & splēdidus effluit, in quibus omnibus non necesse est neque dolorē, neque febrē adesse, quæ coniuncta necessariò sunt dysenteriæ, & sanguis maiori copia in illis exit, quām in hac. Nos nunc de præcipua dysenteria primò agemus, dein de reliquis. Eius differentiæ sunt quòd aut primò incipit, aut ad morbum alium sequitur; & aut est in tenuibus, aut in crassis intestiñis. Causæ procatharticæ vt plurimū frigus ambientis, æstus, esus calidorum, facilèque corruptibilium, falsorum, acrum, fructuum, herbarum, piperatorum, piscium, vini mercioris, vsus medicamentorum calidorum, venena, labor nimius, aut nimia desidia, inedia & gulositas, somnus & vigilia, alia replendo humoribus corpus, alia eoldem exacuendo: ira insuper, studium, curæ, mœstitiaque. Antecedentes denique & continuæ causæ sunt praui humoræ à capite quandoque, ventriculóque, vt plurimū verò à toto corpore in intestina confluentes. Hi verò sunt pituita salsa, bilis flava, vitellina, porracea, & denique atra. Rarò statim incipit, sed maiori ex parte succedit diarrhææ. Signis alijs non opus habet ad sui cognitionem, quām ijs quæ in definitione dictæ sunt: adeſt cum fluxu ventris, dolor continuus in parte aliqua ventris, fixusque exit cum excretis pinguedo primiū, deinde sanguis, isque parum excrementis permixtus, si vlcus sit in inferioribus intestinis, multum verò si in superioribus: quamvis

distinctio hæc sit satis infida, nisi vlcus sit in extremitate recto intestino, aut fluant hemorrhoides, tunc enim apparet sanguis super excrementa. Tandem perseverante malo excernuntur intestinorum ramenta & pelliculae. Quandoque autem alternatim exeunt compactæ fæces, etiam sine sanguine, aut cum valde paucis, deinde prauus humor unus aut plures, quod monstrat coquere adhuc ventriculum intestinique, atque proinde maior est salutis spes: alias contraria & ut plurimum semper fluunt humores simplices aut permixti, cum multo, quod perniciosissimum, aut paucis sanguine, quod minus malum. Semper tamen lethalis est morbus vera dysenteria, præcipue si tenuia occupet intestina, magis vero hepaticus fluxus, maximè omnium ab atra bile facta, utpote in qua aliquando gangrena intestina depascatur; quod cognoscet ex nigredine, splendore, fetoréque cadauero excretorum, atroci dolore, vigilijs, siti, linguæ ariditate nigrityaque, febri ardentissima, vomitu, nausea, animi deliquijs, sudoribus leuibus & frequentibus, pulsu tremulo exilique. Denique dysenteriam superuenire diarrhæa peius est quam hanc illi.

Curatur fere eodem victu remediisque quibus Cholera morbus præcipue, & diarrhæa. Sint ergo alimenta iuscula ex gallinis, cappisque cum pedibus aut femore veruccis coctis, carnésque corundem asiae, & extrema etiam elixa, & vituli, cum modico aceto pro intinctu, & panatellæ ex eisdem iusculis & pane ad puluerem redacto, similique cocto, columbae, palumbes, coturnices, perdices, auiculae, pulli, cuniculi, cancri & schillæ fluuiatiles, oua sorbilia, aut coctione indurata. Procedente autem morbo incoqui possunt iusculis equisetum, pyrum, cydonium, sorba, cornua, mespila viridia, aut sicca, aut horum siccorum pulueres inspergi, & amyli, boli Arm. terræ Lemniæ, (quaæ tamen duo, nomina sunt mortua tantum) cornu cerui, ros, corallo. præpar. sem, plantag. calicum rosarum, aut cydoniorum, balaustrorum, rhu, obsoniorum, & diuitibus etiam margaritarum; quibus etiam ex superioribus gratiora eligenda sunt. Confert etiam oriza, & ex milio confecti panes, aut polenta. Prodest & caro cythoniorum, & pyrorum, conditorum initio pastus parua quantitate capta, & longè quoque ab eodem, & myria cythonior. seu gelatina, & caro citri cond. sacc. & cortex cucurb. & stolones lactucæ, & rosæ rub. itidem cond. Potus vero sit aqua chalybeata, aut saltem bene cocta, fontana qua parvissimè vtatur: quies quanta possit, etiam in ipso lecto, & somnus; qui si minus irrepatur, conciliandus somnifero aliquo, de quibus. C. de Phrenesi dictum est. Medicamenta vero fere sunt eadem quaæ Cholerae, & Diarrhææ, quare inde petenda sunt. Solùm hoc addere oportet, post vsum abstergentium clysterium, ad consolidationem viceris solere præscribi alios, vt

*2. Tap. barba. equiseti. An. M. j. Ros. rub. & florum chamæeli.
An. P. j. sem. plantag. 3. j. Coque in aqua ferrata. Col. lib. j. addes sacc.
rub. 3. j. vitellum oui. j. sepi hirc. 3. j. fiat Clyster. Aut*

2. Lactis capril. ant onilli, aut vaccini calenlis vñstulati lib. j. Mell. ros.

3. ss. vitellum oui. j. vel

2. Iuris pinguis capitis veruecis cum ros. & absinthio cocti. lib. j. sacci
rub. **3.** ij. **Misce.** Addunt quidam vnguenta, & pulueres enematibus, &
olea, & succos, quod non probbo (nam hæc inepta sunt iniectioni, nec
ad vlcus perueniunt, nisi forte sit prope anum, nec ei applicari possunt
impedientibus excrementis, nec diutius immorari propter fluxum; quæ
autem ex muria & Ægyptiaco præscribuntur, etiam periculosa sunt)
quemadmodū nec vsū lactis per os, propter febrē, & quia à prauis humo-
ribus facile corruptitur; nisi valde exigua sit febris, aut æger lacti assue-
tus. Narcotica etiam siue supra, siue infra exhibita suspecta sunt, propte-
reaque his raro & cum multa cautione vtendum. Quod autem de coitu
contra naturā affinxit quidā Hippocrati absurdū flagitiosūm; et si selenem
enim in uterum immissum generandi vim habet, in quamcumque autem
aliam partē effluxerit, statim corruptitur, quemadmodum & sanguis
extra propria vasa, si in ventrem aliquem inciderit. Atque hactenus dy-
senteriam inferiorum intestinorum curauimus; quæ si superiora occupet,
magis ore sumptis oppugnanda. Præter superiora ergo possunt fieri ta-
les potionēs.

2. Aquæ plantag. & peculi ros. An. **3.** ij. syr. de ros. sic. & myrrh. An.
3. ss. Pulu. Acatia, mastic. & thuris. An. **3.** j. **Misce,** & da hora somni,
aut manè.

2. Aquæ portul. & ros. An. **3.** ij. syr. de ribes & cythonijs. An. **3.** ss.
Pulu. Spody, tutia, & cort. castanearum, omnium præparat. An. **3.** ss.
Misce, Aut

2. Equiseti, ros. rub. & balanstio. An. P. j. Rad. symph. maior. tor-
mentil. & rub. An. **3.** j. sem. plantag. & calicis ros. An. **3.** j. Coquantur in
sufficienti aqua chalybeata. Col. lib. j. adde syr. myrrh. & ros. rub. sic. An.
3. ij. **Misce** fiat Iulep clarū & aromat. **3.** j. pulu. triūsantal. pro **2.** dos. manè.

3. Aphor. Venæsecțio verò nec in dysenteria, nec quocumque alio alui fluxu ex
64. vsu est ex sententia Hip. Galenique, neque secundum rationem, vt quæ

4. Vic. acu. fatis deiecta fluxu vires prosternat, materiāmque retrahens aut abcef-
118. sum in intestinis, hepate, liene, thorace, capitēque procuret, aut febrem si

1. Glauco. non adsit, aut si adsit, adaugeat. Et quamvis eam nonnulli consulant ali-
33. quo fortuito experimento suffulti, tamen id rarum est, neque in conse-
quentiam & artem trahendum. Fieri enim potest vt aliquis sit adeo

plethoricus, vt cum ventris fluxu humorali, & cum sanguineo quoque
initio cā ferre queat, omnes autem alij neutiquam. Certè ventris fluxus
per se venæsecționem non exposcit. Et hæc de vera dysenteria fatis. Ea
verò in qua multis sanguis ejicitur aut solus, aut cum humoribus alijs
mixtus, curatur venæsecțione si hemorrhoides, aut mēstrua, aut solemnis
alia hemorrhagia suppresla sit, aut intermissum exercitium, aut abscissum
membrum, aut denique si plethora adsit, & leuibus etiam purgationi-
bus, tum etiam astringentibus hic descriptis. Si verò ater succus abun-

det, hic temperandus, & benignis educendus. Si denique ob intemperiem hepatis contingat fluxus hepaticus, Cap. de Hepatis debilitate eius curationem inuenies. In omnibus tandem his fluxibus semper robandum hepar remedij quæ & hoc & illo habentur capite.

DE LENTERIA.

C A P. X.

LIENTERIA Græcis, Latinis intestinorum lœuitas, est quando cibi intransmutati & incocti per ventrem continuò fluunt. Sequitur hoc malum ut plurimum longas diarrhæas, dysenteriasque; eiisque causa maiori ex parte est intemperies magna frigida humidaque ventriculi primò, deinde intestinorum, eaque cum materia, quæ fluit vel à capite, vel à toto corpore. Aliqando etiam fit à frigida & sicca corundem intemperie, vt in senibus, & longis morbis conflictatis, estque senium & hecūta ventriculi; sed hæc est rarer, illa frequentior. Addunt nonnulli cicatrices quæ fiunt post vlcera intestinorum in contumacibus dysenterijs, quarum cicatricum occasione transitus alimenti ad hepar impeditur ob duritatem, retentioque ob lœuorem, coctio ob vtrumque, vnde sequitur continuus fluor; aiuntque propterea vocari Licteriam, & lœuitatem intestinorum. Sed id nobis nullo modo placet, primò quia causa morbi præcipue est in ventriculo qui non vleratur, aut citius moritur quam cicatricem obducat: secundò quia etsi intestina in dysenteria vlerantur, non tamen vlcera adeo longa & continua sunt, vt coctionem, retentionem, distributionēmque alimenti impedianter; aliás si tanta essent, ante interiret animal quam consolidarentur. Paruarum autem cicatricum incommodum totus reliquorum intestinorum duetus facile, sed præcipue ventriculus repararet. Dignoscitur maximè morbus per excreta, quæ perpetuò fluunt, maximè vero statim à pastu, eaque talia qualia ingesta sunt, aut valde parùm immutata, feréque alba, liquida, & minimè fœtida. Adeo & cibi fastidium, & nausea, & sitis, & dolor circa ventriculum, & astus, & rugitus, & virium deiectione, & quandoque febris, & pallor faciei, & tumor, & totius corporis cachexia. Morbus est difficilis curatu, & si diu duret, impossibilis, vt cui succedat hydrops, aut marcor. Quod si ructus appareat acidus, qui non erat antea bonum iudicatur Hippocrati.

Curatio est eadem fere quæ cruditatis, & imbecillitatis ventriculi & Choleræ, & Diarrhææ; quapropter ex his cap. petenda. Paucus cibus, sèpius repetitus, ex carnis laudatis, facilis coctionis, assis ut plurimum iuribus, gelatinis, succis earumdem expressis, destillatisque, ouis sorbillibus, aut excoctis ad duritatem, offa vino macerata, testibus gallinaceo-

6. Aphor. 1.

rum testudinibus, schilla, & cancris fluuiatilibus, oriza, & supra omnia lacte ouillo, aut vaccino cocto, aut chalybeato, aut calculis ignitis exusta, aut cum triticea farina ad pultem redacto, aut denique, quod optimum est, à fœminæ vberibus sucto, succis, fructibus, vino absinthite, aromatico, syrups, reliquis denique tum externis, cùm internis dictis capitibus contentis.

DE TENESMO.

C A P. XI.

Tenesmus, Latine Tenesmus, est assidua, feréque irrita egerendi cupidas: sæpe enim aut nil omnino, aut parum quid mucosum, sanguinéque tinetum excernitur. Succedit etiam hic morbus sæpe diarrea, dysenteriaque, imò quandoque cum his coniunctus visitur. Eius causæ variæ sunt, cōmunitissima est humor pituitosus falsus viscidusque, aut bili permixtus, paulatim per rectū intestinum descendens, circāque podicem inhærens, eumque perpetuo lacinans. Potest etiam malum hoc excitare quiuis alias humor glutinosus & acer, & frigus externum, ut si quis male induitus sit, aut in aqua versetur, aut supra laxum residueat, & denique vlcus ani, & inflammatione, & hæmorrhoides, & vermes, & calculus vesicæ magnus: raro autem à crassis excrementis excitari putem, quod non nulli dixerunt. Prout autem variæ est causa, variæ etiam sunt notæ. Humor ex eiectis dignoscitur; frigus ab ægri relatu; vlcus ex præcedenti dyarrhæa, aut dysenteria, aut inflammatione, ex dolore perpetuo ad anum, ex pure quod exit: inflammatione ex dolore ingenti, calore, grauitate, punctione que ani, & maxima egerendi difficultate, in qua crassa durat: excrementa quandoque excent, sanguine conspersa, & si multum perseveret affectio, adeat febris, & tandem fluit pus saniësque: vermes seipso exundo produnt, pruritumque in ano continuum excitant, sūntque minuti alcarides vocati: calculi: signa ex proprio capite decerpentes, & hæmorrhoidum. Difficilis curatu morbus est, præcipue si ab inflammatione, aut vlcere intestini, aut hæmorrhoidibus, aut calculo vesicæ processerit. Ut varia est causa, ita quoque varia curatio. Vermes, & vesicæ calculum, & hæmorrhoides curabis remedij suo quæque loco dicendis. Tenesmus vero à prauis humoribus excitatum nunc nos primum sanare tentabimus, deinde cum qui ab intestini inflammatione, inde qui ab vlcere; tandem eum qui ab excrementorum duritate, & qui à frigore. Ergo eum qui à prauis fit humoribus, siue hi sponte fluant, siue veneni aut cathartici vi, fere eodem modo sanabis quo dysenteriam inferiorum intestinorum, victu tenui & laudato, liquido, vino oligophoro, ptisana aut hordei cremore, clysteribus præcipue, potionibus ca-

tharticis, julapijs, syrups, conditis, conseruis, electuarijs, fotibus, vnguentis, emplastris, cataplasmatis. Detur ergo ante omnia talis clyster.

U. Hord. integri. P. j. Furfur. masri, & ros. rub. An. P. ss. Coquantur ad lib. j. Col. adde mell. ros. col. 3. j. Misce & subijce. Deinde si abundabit pituita, fiat talis potio.

U. Agar. troch. 3. j. spica nard. gra. vj. Infunde in aqua hordei per noctem. Col. expressa adde syr. ros. sol. 3. j. Cathol. 3. iij. Decocti menihæ, passul. cum acin. contus. & liquir. Q. S. Misce & bibat postridie ab enim. Inde parentur talia julapia.

U. Rad. fænic. & rufci. An. 3. j. Folior. agrimo. hyssopi, pimpinol. & melissa. An. M. j. Hord. integ. passula. mund. cicerum rub. & florum stæcha. An. P. j. sem. anisi. 3. j. fiat coctio ad tb. j. In col. dissolute syr. de S. rad. 3. iij. pulu. cinnam. 3. ss. Misce fiat Julep clarum pro 3. dos. manè. Hoc dicit ad vias vrinæ. Procedente autem affectu, detur medicamentum modicè astringens tale.

U. Rhab. 3. j. Agar. troch. 3. ss. spica nar. & macis. An. gra. iij. Infunde in decocto agrimo. passul. contus. stæcha. & anisi. In col. expressa dissolute syr. ros. sol. 3. j. Diaphœn. 3. ij. cum eodem decocto fiat potio. Hæc eadem potest esse ex vsu vbi humor biliosus & pituitosus mixti fuerint. Quod si biliosus solùm peccauerit, dato superiori clystere fiat talis potio,

U. Rhab. electi infusi in aqua bethon. per noctem & leniter expressi. D. iij. syr. ros. sol. 3. j. Diaphœn. 3. ij. Decocti cichor. hord. passul. mund. & ros. Q. S. fiat Potio. Post quam vtatur sequenti decocto.

U. Cichor. cum toto, borrag. oxal. & agrimon. An. M. j. Hord. integ. passul. mund. florum 3. cord. & ros. An. P. j. Coquantur ad tb. j. Col. adde syrup. capill. Ven. & limon. An. 3. ij. Misce pro 3. dos. manè. Interim iniiciendi sunt clysteres parua quantitate abstergentes primò, deinde mixti ex astringentibus & abstergentibus, tandem astringentes solùm. Mixtus ita fiat,

U. Ros. absinth. bord. florum chamæeli, & anethi. An. P. j. sem. plan- tag. 3. ij. fiat coctio. Col. lib. ss. adde mell. ros. 3. j. ss. ant sacc. rub. 3. ij. fiat Clyster. Astringens sit talis,

U. Equiseti plantag. An. M. j. Ros. rub. myrtillo. An. P. j. Rbn obsonio. 3. ij. sem. portul. 3. j. Coque ad 3. viij. Col. adde sacc. ros. 3. j. Misce. Post hunc iterum detergentes subijci possunt, & repeti etiam leue catharticum, si subesse cacochymia putetur. Atque his fere, & syrups, & conseruis, & alijs contentis in C. de Diarrhæa, & Dysenteria, curabitur Tenesimus à materia: applicationes enim ano factas non valde probo: securus verò est in ea quæ ab ani inflammatione excitatur, & quæ ab vlcere; licet in hac etiam non multum iuuent. Vbi ergo aderit inflammationis idem erit sanandi modus qui in alijs internis inflammationibus. Victus sit idem qui in Cholera, & ventriculi imbecillitate, tenuis, liquidus,

refrigerans. Remedia clysteres, venæf. cucurb. syrapi; julapia, fatus. Detur itaque primum tale enema,

U. Althæa cum rad. malua, pariet. beræ. viol. acanthi, & laet. An. M. j. Hord. ros. viol. & furfur. macri in lig. positi. An. P. j. Prunorum. Par. iii. Coquantur ad lib. j. tantū (occupatum enim intestinum inflammatione multam decoctionem capere non potest) Colat adde Cassia cum sacc. 3. j. ss. Olei cōm. & ros. An. 3. j. Misce, & da. Ejecto clystere mittatur sanguis adacter pro ægri viribus, & repetatur si opus sit quoties visum fuerit: in hoc enim præcipua est curationis vis: nam catharticis nullus omnino est locus, iuxta vniuersale medicorum dogma, cauens ne ad locum affectum exerementa trahamus. Inde Iulapia hæc erunt ex vsu.

U. Rad. gram. & acetosæ An. 3. j. Folio. endi. cicbor. buglos. & laet. An. M. j. Hord. & passul. purg. ros. rub. & florum 3. cord. An. P. j. Glycyrrhi. 3. j. Coque ad lib. j. Col. adde syr. capill. ven. & limon. An. 3. j. Misce, fiat Iulep clarum per 3. dos. manè. Interim subijciendi sunt clysteres similes priori donec in ciapiat mitescere malum, tunc talis.

U. Althea cum rad. malua, prassi viriisque, brancævri. & viol. An. M. j. Calam. M. ss. Furfuris ping. passul. mund. florum chamæli, mulilo. anethi. An. P. j. sem. malua & fœnic. An. 3. j. Coque ad lib. j. Col. adde mellis 3. j. Olei comm. & chamæli. An. 3. j. ss. Misce. Ex eadem decoctione, additis etiam pulegio, origa. arthemis. fœnic. floribus anthos, stœcha. saluiæ, fem. lini, fœnug. fœnic. cymini, possunt fieri fatus anno cum vesica bubula, aut fuilla, aut vtre, aut filtris, aut spongijs, bis aut ter in die, ad resolutionem partis materiei tumorem excitantis: imò & frequentes injectiones cū cathetere parua quantitate & ex lacte quoque. Potest etiam ex oleis primum ros. deinde ros. & chamæli. iunctis, tandem chamæli. & aneth. cum modio gossipio fieri emmotum aut ligamentum immittendum in anum cum dígito aut specillo. Vbi autem aperta fucrit vomica abstinentum est ab omni oleo, iniectionibꝫque frequentibus paruissque, abstergendum pus, inde consolidandum vlcus, hoc modo,

U. Absinth. M. j. Hord. & ros. An. P. j. Coque ad lib. j. Col. adde mellis com. 3. j. Misce & iniice, Aut

U. Hord. & fabar. integr. An. P. j. Betæ, mercurial. An. M. j. Flor. centaur. min. P. ss. Coque ad lib. j. Col. adde Mellis ros. 3. j. Misce & viere,

U. Lattis asinini aut caprilli lib. j. Iniice ut suprà, Aut

U. Ser'lattis capr. lib. j. sacc. rub. 3. j. Misce. Vbi verò cicatrice inducendum est vlcus fiat talis;

U. Lattis ouilli, aut vaccinilib. j. Thuriæ, aut myrræ, aut aloes. An. 3. j. Misce, Aut

U. Ros. balauftio. Av. P. j. Cort. mali grana. 3. j. Coque in aqua calybeata. Col. lib. j. adde pulu. tutia, & ceruse. An. 3. j. aut trochis. alba

Raz. &

Ras. & litharg. aut spodij, aut coral. loti An. tantundem. Misce, & inyce. Quoniam autem semper ab vlcere aliquid manat quod ablui debet, intermisere oportet consolidantibus abstergentia, aut alternis, quod satius est, aut simul in eodem medicamento, sed tamen in quo consolidantia multum alijs praeualeant, vt

U. Ros. absinth. An. P. j. Sympytii maio. cum rad. & eqnise. An. M. j. Hord. integ. P. ls. Coque ad lib. j. ls. Col. adde pulu. sarcocol. boli Arm. & sanguinis dracon. An. 3. j. Misce. Quod si contingat Tenesimus ob alui excrementorum duritie, aut ob frigus, facilis erit utriusque curatio, eius qui à duricie, clysmatis emollientibus, qualis hic est.

U. Althea cum rad. malua, viol. acanthi, pariet. beta, & bardana. An. M. j. hord. furfur. florum chamaelii, & melilo. An. P. j. fiat coctio ad lib. j. Col. adde Cassia cum sacc. & Diaprun. S. An. 3. j. olei comm. 3. ij. Misce, fiat Clister, detur hora commoda, repetaturque quoties opus fuerit: Etsi hic non sufficiat, fiat talis.

U. Olei comm. lib. ls. Chamomel. 3. ij. Misce, & inyce.

U. Iuris pinguis capitii & intestinorum veruecis lib. j. Subiace ut supra. Eadem quoque omnia calida applicita ano & perinæo cum spongijs, aut filtris, aut vesica, medentur Tenesmo à frigiditate, & vinum, & decotum quod habet.

U. Absinth. malua, calam. artemisj. pulegij, salvia, origa, nepeta, rorismar. maiora. ruta & fœnic. An. M. j. sem. cymini, & anisi. An. 3. j. Florum chamaelii, melilo. anethi, & rorismar. An. P. j. Coquantur in aqua & vino & fiat fatus ut dictum est.

U. Olei chamomel. aneth. & ruta. An. 3. ij. Misce, & applica calida.

DE COLICO DOLORE.

C A P. XII.

IN TFR intestinorum affectus atrocissimi sunt coli, & tenuium intestinorum cruciatus, hanc iliacam, illam colicam passionem vocant barbari. Et quamvis valde congeneres sint & essentia, & causis, & signis, & curatione quoque affectiones, tamen duobus capitibus eas dispelsum perspicuitatis gratia. Est ergo Colicus dolor coli intestini crudelissima passio, qua perforari videtur. Eius cause sunt maxima intestini intēperies frigida sine materia, vel cum materia, quæ est pituita vitrea, aut alia viscida penitus tunicis intestini inhærens, aut inter duas tunicas comprehensa, aut acris & pungens bilis alterutra colum discindens, aut flatus idem distendens, aut inflammatio torquens. Possunt etiam id efficere vermes lancinando, aut multitudine impediendo transitum excrementorum & flatuum, aut excrements crassa duraque diutius retenta.

Signa nulla alia sunt quam quæ relatione ægræ habentur, dolor ingens sub ventriculo non fixus, perforans, qui aliquando toti ventri communicatur, quandoque etiam ad renes perteingit, & ubi flatus in causa sunt, discurrit cum strepitu, & tandem crepitu; urgente malo supprimuntur venter & vesica omnino, succedit nausea, vomitus, anxietas, febris, æstus, hypothyria, vigilia, maximus ventris tumor & durities. Si ab intemperie frigida fiat, præcessit perfrigeratio, efsus frigidorum, ut olerum, horæorum fructuum, acetariorum, flatuosorum & crassorum ciborum, ut castaneorum, fungorum, casei, leguminum, & similiūm praui succi alimento, ocium, natatio in frigida, potus frigidæ, aut niuofæ, estque homo pinguis & ventricosus; & si vomat, aut dejiciat, sunt omnia pituitosa. Si à calidis humoribus, contraria omnia adsunt, sicut magis, febris citius, pungitur acrius, æstuat plurimum maximè sub ventriculum, & præcipue si adsit inflammatio. Vermes cognoscet proprijs signis, de quibus infra excrementa retenta, ex ægræ relatu. Est autem tanta similitudo inter colicum, iliacum, vteri, & renum dolorem, ut discernere vix licet unum ab alio: tamen coli magis ad latera tendit, Ilei magis ad umbilicum, vteri ad lumbos & inguina, renum fixus manet in renum regione, & quandoque extenditur à renibus secundum ductum vreretur, ad pubem. Sed melius inter se disiungentur collatione signorum quæ proprijs eiusque capitibus continentur. Morbus hic est grauissimus, & saepe exitialis.

Curatio varia est pro causæ diuersitate. Quia autem ut plurimum pendet à frigida intestini intemperie, siue nuda, siue cum materia, hunc nos præcipue sanare docebimus, ad quem reduci possunt qui à duritatibus excrementorum, & qui à flatibus suscitantur; eum vero qui à calidis humoribus, & inflammatione, pendet, quia magis congruit cum Ileo, ad cap. proximum remitteremus; quem autem vermes gignunt, remedij quæ in eorum tractatione inuenies, curabis. Medela itaque colici doloris sita est in victu, balanis, clysmatis, fotibus, litibus, cataplasmati, emplastris, vomitu, balneo seu semicupio, infessu, cucurbitulis, potionibus, syrupis, julapijs, elestarijs., opatijs, conditis, pulueribus. Victor sit quam parvissimus liquidusque, ne intestina excrementis repleantur, ex iusculis gallinæ, cappi, veruecis, cum mentha, petrosel. hyffopo, thymo, satureia, foenic. serpillo, anetho, pimpinella, euphrasia, gingidio, sampsu, additis etiam pulueribus nucis myristi. seu moscha. cinnam. piperis, cardamo. taryophyllo. zingib. Potest quoque vti nuce pont. cort. citrij, aurei mali, limonij, zingib. omnibus conditis facc. aut melle: conferua item florum salviae, rorismar. stœchad. enula campa. satyrio. florum mali Medicis, aniso, foenic. coriandro facc. coopertis. Potus sit vinum generosum metacius nisi febris adsit, & si adsit, vinum pauciferum, tenue, matrum, album, aut giluum, non crassum, non dulce, non acidum, non vapidum, non rubrum; aut aqua decoctionis einnamoni. Constituto victu collocatōque ægro in loco calido, quam primū applicanda est eucurbita magna, cum multa flamma, læuis, umbilico, ad trahendos discutien-

dóisque fatus, si ab his procedat dolor, idque non semel, sed sæpius. Quod si id non procedat, subijcienda glans ex sapone duro, molliue cum gollipio, aut caule brassicæ, aut betæ cum oleo & sale, aut ex melle cum ijsdem, & cum pulu. Hieræ pic. & Logadion, aut Diacolocynt. si his non deiiciat, dandus statim talis clyster.

U. Althea, malua, pariet. acanthi, arthemis. An. M. j. sem. lini, & fanug. An. 3. ij. sem. fœnic. 3. ij. Florum chamæli, melilo. anethi. An. P. j. Coquantur ad lib. j. ss. Col. adde mellis anthos. 3. ij. olei com. aut chamæli. 3. ij. Si nec hic sufficiat, fiat alter hoc modo.

U. Malua, mercurial. pariet. branca vrs. calam. arthemis. puleg., origa. An. M. j. sampsuc. thymi. An. M. ss. Baccarum lauri. Par. vj. Rute. florum chamæli. anethi, anthos. & centauri minor. An. P. j. sem. carui seselios, & ruta. An. 3. j. Coquantur in aqua & vino. Col. tb. j. ss. adde elect. Indi. maio. Benedic. lax. & Hieræ pic. Gal. An. 3. ss. Olei aneth. & nucum An. 3. j. ss. Misce. Si nec hic profit, adde Hieræ Logadion. 3. vj. Interim residuo decocto foueat locus dolens, calide cum vesica bubula, aut alia. Enema aliud.

U. Vini generosi. tb. j. Injice. item & hoc,

U. Vini aromati. Hippocratici dicti lib. ss. detur.

U. Olei rutacci, aut laurini, aut nucum, aut anethini tantundem. Ijsdem etiam oleis aut seorsum, aut mixtis, & vnguento Martiato, & de Arthanitasi paretur, potest illiniri locus dolens, post applicationem fotus superioris, addendo tempore vunctionis parum aquæ vitæ. Quod si his minus cedat dolor, admoueatur hoc emplastrum,

U. Massæ emplastri de Melilo. aut pro latere, aut de baccis lauri singularum 3. iij. aut omnium An. 3. j. sulphuris viui 3. ss. Terebinth. aut Larigne, aut abietina Q. S. Malaxa & extende in aluta rotunda, & admove loco dolenti. Aut fiat tale cataplasma,

U. Althea cm rad, malua, parietæ, mercurial. acanthi, viol. cicla, costi, calam. origa. puleg. arthemis. tanaceti, ruta, salvia, rorismar. fœnic. anethi, abrotoni, mentha, mentastri, sampsuc. An. M. j. Thymi, serpil. satureia, spica vulga. lauendula. An. M. ss. Rad. bronia, heleni, & gentiane. An. lib. ss. sem. lini, fœnugr. orobi, lupinorum. An. 3. ij. sem. cymini, ruta, carui, & ammi. An. 3. ij. Florum chamæli, melilo. anethi, rorismar. & salvia. An. P. j. Coquantur sufficienter pro fotu partis affectæ ut supra. Deinde,

U. Magma superioris decocti. Contunde, transmitte setaceo, addéque vnguenti Martiati. 3. iiij. Misce, fiat Cataplasma admouendum post fotum. Ex eadem etiam materia duplicato pondere potest parari insellus, cui bene calenti super perforatam sellam infideat æger, bene vndique vestibus circumvolutus, vaporémque excipiat infernis partibus; aut tripliata, aut quadruplicata dosi aptetur semicupium, quod ingrediatur quoties dolor nimis vrgebit. Hoc autem remedium non nisi tentatis supe-

rioribus, & quibusdam alijs, de quibus nunc agemus, adhibendum est. Ergo si clyster vnuſ non morbum minuat, alter, tertiusque subiiciendus fortior, etiam primis non redditis. Quod si nec hi excant, descendendum in solium. Quandoque autem in summa desperatione cogimur catharticum præbere, quod vi irrumpens aut omnia inferius propellat, aut sursum reuolutum per os viam adaperiat, secumque committentem dolorem materiam trahat. Esto autem tale,

Q. Diaphan. 3. vij. Decocti cinnam. aut vini puri, nisi febris adsit, Q. S. fiat Potio : Aut

Q. Elect. Indi. maior. aut Diacarth. aut de succo ros. tantundem, cum decocto mentha, buglos, anisi, & passifl. mund. Q. S. fiat Potio. Antequam autem catharticum prescribamus, satius est discutientes potionis aliquas imperare, & vomitoria etiam. Vt

Q. Aquarum scabio. & fœnic. An. 3. ij. vini opt. & syr. de hyssopo. An. 3. j. Theriaca, aut Mithrid. media etatis, aut opiate salom. aut Aurea Alexand. 3. j. aut duarum ex his An. 3. ij. Misce, Aut

Q. Vini arom. Hippocratici ditti 3. v. Capiat, Aut

Q. A qua vita 3. iiiij. utatur non presente febre. Vomitorium autem sic paretur,

Q. Raphanum unum Rad. asari. 3. j. Coque in aqua. De col. bibat 3. viij. aut amplius, Aut

Q. Oximel. schilit. 3. ij. Olei 3. iiiij. Misce, & bibat, Aut

Q. Rad. cucum. asini. & fructus eiusdem. An. 3. j. florum genista. P. j. sem. sinapi, & nasturtij. An. 3. j. Coque ut suprà, & bibat magna copia; deinde nisi cito vomat, immiso in os aut digito, aut penna cogat exire. Potest etiam vti destillato liquore, essentias nunc vocant, aut oleo anisi, fœnic. saluix, cinnam. caryophyllo. si ritè parata inueniantur. Ventriculo quoque admoueri debet oleum de nuce moschata. Præter hæc conducent sequentia.

Q. Elect. Aromat. ros. in tabel. ant Dianthus, aut Dianisou, aut Dia-cinnam. aut Diatrionpiper. aut Diacostu, aut Diacalamin. aut Diazingib. aut Diacymi. 3. iiiij. Capiat tabulas pôderis. 3. ij. aut iiij. hora j. ante pastus.

Q. Cort. citri cond. 3. j. Pulu. cinnam. galanga cras. nucis mosca. caryophyllo. An. 3. ij. sem. anisi & fœnic. An. 3. ss. sacc. pondus ornantium sicut puluis tenuis de quo capiat parvum cochleare in fine pastuum. Quia autem folis iusculis contentum esse debere diximus, si bibere opus sit, post haustum ius parum panis frigidi aut calefacti comedere potest, & deinde bibere modicum vini, tunc sumere puluerem. Quod si vires interim deficiant utatur sequentibus,

Q. Vini opt. 3. iiiij. syr. conser. cort. citri 3. j. Confect. Alcherm. & de Hyacynth. An. 3. ij. Misce, & utatur ex cochleari sape; Aut

Q. Aqua decoctionis cinnam. 3. iiiij. syr. de hyssopo, & stœcha. An. 3. ss. Pulu. Lætific. Gal. aut Diamosc. dul. aut amari, aut Diamargar.

cal. aut Rosata. nouel. cuiusque 3. ss. Capiat uno haustu, aut duorum ex his
An. 3. ss. vtatur ut supra. Aut

ꝝ. Aquæ nucum, & cardui bened. An. 3. ij. syr. de stœcha. & mellis
anthos. An. 3. vi. Aureæ Alexand. & puln. Bezoard. An. 3. ss. Misce,
& vtere.

ꝝ. Conser. rad. achori, & florum rorifmar. An. 3. ij. Cort. citrij cond.
3. j. Confest. de Hyacinth. & puln. elect. Diambra. An. 3. j. cum syr.
conser. cort. citrij fiat Opiata auro cooperata, qua vtatur cum vino generoso
inter inscula, quantitate auellanae. Aut

ꝝ. Conser. florum saluie & rad. eringij, aut satyria. An. 3. j. ss. zing.
cond. & nucis moscha cond. An. 3. iiij. Manus Christi cum unionibus Q.
S. fiat conditum auratum, quo vtatur eodem modo. Dum verò hæc sunt
incubendum est dolori clysteribus repetitis, donec aperiatur venter.
Vbi autem apertus fuerit, tunc si nimis fluat (contingit enim s̄epe colic.
cum dolore maximo alii fluxu terminari) vtendum remedijs in Diar.
rhœa præscriptis: sin minus præscribendum tale decoctum.

ꝝ. Rad. fænic. & apij. An. 3. j. Rad. helenij & achori, corr. citrij sic.
An. 3. ss. Folio. chamaipyth. chamaed. saluie min. sampuc. bethon. melissoph.
& agrimon. An. M. j. Agar. rec. troch. & turbith. liquir. & medul. sem.
Cariba. An. 3. ss. sem. anisi, & fænic. An. 3. j. Absinth. Pont. mentha,
& florum stœcha. An. P. j. Coquæ ad lib. j. Col. adde mellis opt. 3. iiij. cin.
nam. 3. j. fiat Apoz. clarum pro 3. dos. manè. Finitis apoz. dari potest
leue catharticum, nisi plurimum venter eat, vt

ꝝ. Elest. Diaphœnic. aut Indi. maiø. aut Benedic. lax. 3. ss. adde ultia
ma dosi apoz. aut si agrè ferat potionis, vtatur pil.

ꝝ. Massa pilula. de Agar. aut de Hiera S. aut C. aut Aurear. aut de
Benedic. aut Cochia. aut Arthritica. aut Fœtida. maior. aut de lapi. Lazu.
lo, aut Arm. aut de sagapenno. 3. j. fermentur pil. q. quas capiat vt artis est.
Reliquas autem omnes, quæ recipiunt mirobalanos, aut Rhab. propter
astrictionem, vitare oportet, vt & ea quæ flatus gignunt, vt Cassiam, pru.
na, manna, sennam. Iam verò si febris superueniat, moderanda sunt ca.
lida, neque tamen frigidis omnino vtendum. Qua ratione quoque non
consulerem cum aliquibus narcotica usurpare neque per anum, multoq;
minus per os, quia non perueniunt integra ad partem affectam, si parua
quantitate præscribantur, si verò maiori, periculum est ne ventriculi ca.
lorem extinguant, mortemque procurent. Cinerem denique intestino.
rum lupi, & (quod tamen abominor) sterlus eiusdem potum, & cornu
cerui, & mentham viridem, non alia vi pollere crediderim quām ma.
nifesta exsiccant excalefientēque: vt & neque castoreum, quod ta.
men propter maiorem calorem quo pollet, cum vino potum magis quām
illa profuturum existimauerim, nisi tetrum odorem pertimescerem: po.
test tamen per sedem cum vino inijci 3. j. pondere.

DE ILEO.

C A P. XIII.

3. Epy. 2. 6. NON multum à cotico dolore differt *Elaeos*. Est enim atrocissimus
 3. Aph. 22. dolor ventris, crediturque tenuia intestina occupare, quamuis dif-
 6. Aph. 44. facile sit id discernere. Dictum autem ita putant quidam à doloris cir-
 7. Aph. 10. cuma^tione, quia *sīnōdū* significat circumuolui, vnde etiam Latini vo-
 3. Dieta. cant voluulum, & conuoluulum. Sed ego putarim ita nominari, eo
 3. Morbis quod crediderunt multi, in hoc malo circumuolutum & complicatum
 in. esse intestinum, ita ut nihil per id transire posse. Quod ostendit re-
 De affectio. medium follis, de quo dicemus infra. Et quidem contingere id potest,
 sed solum ubi intestina devoluuntur in scrotum in enterocele, alias
 Ds. intern. affl. fin. enim vix fieri id posse, in modo ne vix quidem puto, adeo sunt firmiter al-
 6. loc. af- ligata per mesenterium dorso, & quomodo cumque in ventris spatio
 fitt. 2. voluntur, non possunt tamen circumuolui in se, etiam si id nos con-
 curre, vt ostendit anatomie. Huius mali causa est communissima, inflammatio
 tenuium intestinorum, aut humorum copia acrum pungentium
 que: altera est obstrutio à crassis excrementis, aut pituitosis viscidil-
 que humoribus; tertia casus intestinorum in scrotum. Et quamuis di-
 6. Aph. 44. cat Gal. non videre se quomodo humor pituitosus adeo intestinum obtur-
 ret, vt nihil infra excernatur, quod ille proprium ait esse Ilei, neget-
 que proinde ab humore pituitoso fieri posse; tamen ego contrà dico
 non videre me quomodo ab humore bilioso & alijs acribus obturari
 possit intestinum ita ut nil deorsum secedat, cum tenues humores mi-
 nus occupent spatij quam crassi; & tamē videtur afferere Gal. à tenuibus
 3. Aph. 22. humoribus æstate genitis fieri autumno Ileon, & cum eo alijs authores,
 & à crudis & corruptis: nec enim necesse est semper ab inflammatione,
 aut crassis excrementis fieri Ileon. Quomodo cumque autem res se ha-
 3. Epid. 2. beat valde difficile est Ileon à colo doloribus distinguere. Gal. enim ip-
 se dicit Ileon esse tam in tenuibus, quam in crassis, peius autem & peri-
 culosius esse quod in tenuibus consistit. Quod si verum est, & nos cum
 neotericis etiam à crassis frigidisque humoribus fieri afferamus, quod
 Gal. quoque permittit, & si etiam cum ijsdem recentioribus à potu
 frigidæ calente homine haustæ Ileon excitari concedamus, non video
 quomodo Ileon à colico dolore distinguamus. Nec enim copia obtu-
 rant frigi humores, nec frigida aqua, vt nec etiam calidi & corrupti
 humores sed int̄peries ab his omnibus magna impressa intestino dolore
 rem excitat vehementissimum, qui omnia supprimit & quæ in tenuibus
 ac crassis intestinis, magis tamen in illis ob exactiorem sensum tenuiore
 remque substantiam, vicinam, & consensum cum ventriculo, hepate,
 & liene, & magis à calidis quam frigidis ob maiorem actionem. Neque

etiam suppressio omnimoda excrementorum per ventrem , quam Gal. 6 Apb. 44.
 Ileo peculiarem dixit, id à colico dolore distinguet : nam & in hoc idē
 quoque contingere afferit idem alibi. Vomitum itidem ambobus
 communem esse eodem loco affirmat, cū tamen 7. Aphor. 10. non ne-
 cessariō in Ileo adesse afferat, sed in pessimo. Supereft ergo tantūmvt Ileō
 iudicemus ex tumore qui in regione tenuium intestinorum apparet,
 quasi intestini ad cordæ similitudinem conuoluti, vnde Cordapson qui-
 dam malum hoc vocarunt , aut ex vomitu excrementorum, quare à vul-
 go dicitur *Miserere mei*. Sed primum horum vix post dignosci, raroque
 contingit, necnisi fortasse sub finem , quemadmodum nec vltimum ,
 & tunc nullus neque remedij , neque spei locus est. Quare cū om- 6 Loc. af. 2.
 nia fint communia voluulo cum colico dolore , in solo intestinorum in-
 scrotum prolapsu , nisi cito reponantur , & adsit vomitus , manifestum.
 Ileon esse dicemus. Hæc porro omnia à nobis dicta sunt, vt ostendamus
 difficulti admodum esse in principio morbi discernere an colicus, an Ilia-
 cus dolor sit. Verū cū (vt ait Gal. de colico & nephritico dolore) 6 Loc. af. 2.
 ijsdem ferè remedij curetur vterque, saltem in principio , non multum
 errabit qui cuicunque ventris dolori remedia descripta superiori cap.
 admouebit. Quod si aut magis vrgeat febris , aut æstus ventris , & ap-
 pareant signa calidæ materiae , & inflammationis, tunc aliter agendum
 vt mox dicemus. Interim Ileon periculosisssimam affectionem indicat
 Gal. & post eum omnes , imò vt plurimum lethalem. Quoniam au-
 tem superiori cap. docuimus quomodo à flatibus, à frigidis humoribus,
 ab exrementisque retentis colicus dolor excitatus curetur , Ileon etiam
 ab ijsdem causis factum curare docuimus ; eum verò qui ab intestini in-
 scrotum prolapsu fit , C. de ramice sanare docebimus : supereft vt hoc
 C. solū monstremus quomodo eum qui à calidis humoribus , & qui
 ab inflammatione fit , tollamus. Primo ergo victus sit iuseulum pulli
 gallinacei , gallinæ, aut cappi alteratum cum buglosso, borrag. oxalide,
 lactuca, portulaca : potus verò aqua sola cocta , (nisi à frigidæ potu vo-
 luulus excitetur, quod ratum est, & tunc ad colicum & eius curationem
 remitti debet) aut cum tantillo acetō mixta , aut cum succo mali
 medici, aut limonij, aut granati. Poteft etiam comedere pruna siccata co-
 cta cum sacc. carnem citri conditam, conser. flor. & rad. buglos. flor.
 borrag. viol. stolones lact. cort. cucurb. cond. conser. acetosæ , berbe.
 ribes, cerasa acida. cond. Remedia vero sunt clysteres , fatus , vnguenta
 cataplasmata , syrapi , iulapia, condita , & tandem, nisi hæc omnia suffi-
 ciant, cathartica. Nullus autem vomitoris & si id quidam velint , lo-
 eus est. Fiat ergo primo tale enema.

Y. Althea cum rad. malua, pariet. mercurial. cicla, viol. & acanthi.
An. M. j. lactuc. endi. bugl. An. M. s. Prunor. Par vj. Violarum, &
florum chamaemeli. An. P. j. sem. lini. Z. ij. semi. malua z. ij. sem. fænio. Z.
j. fiat coctio ad lib. j. s. In Col. dissolute mell. ros. & cassia cum sace. An.
Z. j. olei comm. & butyri recen. An. Z. ij. Misce.

U. Residuum superioris decocti, quo foveatur venter circa umbilicum manè, & vespere, cum spongia, filtris, aut vesica.

U. Magma superior. decocti Contunde, transmette setaceo, addicque Vng. Dialthea & Resumpt. An. 3. ij. Pulu. florū chamamelis, & sambu. An. 3. iij. Olei comm. & chamamel. An. Q. S. Misce, fiat Cataplasma admouendum post fotum, Aut.

U. Olei comm. chamamel. lumbrico. & lilio. albo. An. 3. ij. Misce, & illine ventrem post fotum. Aut.

U. Olei comm. chamamel. sambuc. & lilio. albo. An. 3. ij. Misce, fiat Clyster, detur post superiorem, reitereturque non succedente re pro voris. Interim post primum seruatis debitis conditionibus, mittatur statim sanguis pro virium robore, non solū semel, sed bis, ter, & amplius. Nullus enim hic alias est reuulsioni locus quam per venæ sectionem, maxime in inflamatione. Cucurb. etiam magna leuis admota loco dolenti iuuare solet s̄ape, quia fatus ut plurimum coniuncti sunt. Sed medium est anceps, maximè si inflamatio adfit: periculum enim est ne trahat ad partem affectam. Post venæ sectionem debet tale Iulapium præscribi.

U. Rad. gram. aspara. & rufi. An. 3. j. (ad ducendum ad vias vrine) Buglos. cum toto, borrag. endi. acetosa, lactuc. An. M. j. Prunorum Par. ij. Passul. mund. florum. 3. cord. An. P. j. sem. cucurb. & melon. mund. An. 3. ij. fiat coctio ad quart. S. In col. expressa dissolute syr. de limon. & de succo endi. aut agresta, aut acetosa. Citri. An. 3. ij. Misce, fiat Iulep. clarum & aromat. 3. j. pulu. trionsantal. pro iij. dosib. manè, & hora somni. Si vero primis clysteribus non cedat affectio, fotibus, illitibusque venientium ad fortiora. Fiat ergo talis clyst.

U. Malue, althee, mercuria, bete, viol. acanthi, pariet. & prassij. An. M. j. Calam. puleg. origa. arthemis. An. M. ss. Prunorum Par. iii. sem. lini & fœnug. An. 3. ij. sem. cymini, & dauci. An. 3. y. Thymi, florum anethi, chamamelis, melilo. & centaur. mino. An. P. j. fiat coctio ad lib. j. ss. Col. adde Hier. pic. Gal. & Benedic. An. 3. j. Olei chamamel. & aneth. An. 3. j. ss. Misce, fiat Clyster, detur hora commoda: cum residuo autem decocti foveatur venter. Ex magmate vero additis vnguentis Martiato & Dialthea, & oleo aneth. fiat Cataplasma admouendum loco dolenti. Si nec his cedat affectus, fiat infessus hoc modo.

U. Althea cum rad. M. ij. Malue, pariet. mercurial. cicla, viol. branca vrs, lact. endi. buglos. borrag. acetosa. An. M. ij. sem. lini & fœnug. Ana. lib. ss. sem. fœnic 3. ij. Florum ros. viol. buglo. borrag. chamamel. melilo. sambuci, gelsemi. lilio. albo. leucoij & papau. erratici si sit anni tempus An. P. iij. Coquuntur in sufficienti aqua pro infessu, aut semicupio, quod ingrediatur bis, aut si malum urgeat, ter in die, repide dintius immorando. Quoniam autem s̄ape hic adeat vomitus, & hypothymia, his prouidendum; vomitui sic.

U. Cori.

U. Cort. mali grana. & Citri sic. An. 3. ij. Folio. myrthi, & lenticisi, absinth. & mentha. An. M. j. Ros. rub. balaustio. & flor. tapsi barba. & rubi cani. An. P. j. Calami aro. macis, caryophyllo. & nucis mosca. An. 3. ij. Coquatur in aqua fabrorum & vino rubro austero & fiat fatus venter. bis aut ter in die.

U. Olei cythonio. absinth. mentha, ros. An. 3. ij. Misce & illine post fumum.

U. Pulu. iheris, mastic. ros. boli vulg. myrtilo. spongia bedegar, & quiseti. An. 3. ij. sumach, gallarum, cort. castanea. sorbor. & mespillo. sic. An. 3. iiij. Mistis inspergatur venter postunctionem. Leipothymiae verò internis, & externis. Internis offa vino generoso madefacta, & naribus saepe admota, atque etiam ingestra, cythonio etiam malo, aut aureo, aut Punico gustatis, item potionē hac, quæ habet.

U. Aqua peculi & florū ros. & acetosæ. An. 3. j. ss. syr. de ros. sic. cythonio. & limon. An. 3. ss. Confect. de granis tincto. de Hyacint. & pulu. Diamargari. frig. An. 3. ss. Misce, fiat Potus ad usum ex cochleari.

U. Conser. ros. acetosæ, & florū borrag. An. 3. j. Carnis & cort. citri cond. An. 3. ss. Pulu. terra Lemnia. 3. ss. & pro diuitiis, union. D. j. cum sacc. ros. tabul. fiat conditum auro coopertum, quo utatur cum aqua chalybeata, aut vino diluto, ex cochleari inter pastus. Exterius verò admoueat hoc.

U. Vini generosi, aqua ros. buglos. & endi. An. 3. iiiij. Confect. Alcherm. pulu. Diamargari. frig. & Diatrionsantal. An. 3. ss. Magnatibus verò addi potest pul. Diambra, aut Damos. D. j. Misce, fiat Epith. applicandum cordi bis, aut ter in die, Aut.

U. Conser. ros. viol. & florū buglos. An. 3. ij. Pulu. Diamargari. frig. 3. j. & pro locupletibus, pulu. latitia Gal. 3. ss. syr. viol. Q. S. fiat Epith. Aut.

U. Confect. Alcherm. & de Hyacint. An. 3. j. ss. cum panco vino admoueat cordi & carpis bis, aut ter in die; & gustet etiam si velit, frequenter.

U. Vini generosi. Q. S. applicetur sape iisdem locis cum coccyneo panno, aut offae imbuta, & genitalibus quoque. Atque hæc est legitima curandi huius morbi methodus, securiorque. Sequuntur tria remedia quæ quāuis probabilitatem aliquam habeant, tamen non mihi videntur satis tutta. Primum est potus aquæ frigidæ, quo nonnulli cum calidis non iuarentur, statim sanati sunt, & hoc non est præter rationem, & quamuis empiricorum sit transitus ad contraria, vbi prima non profuere, tamen methodicis etiam à iuuantibus & lalentibus indicatio sumitur; & Hipp. etiam id probat. Alterum, quamuis Hipp. sit, tamen non adeo ^{3. morb. in.} placet: id autem est vt ad extremum vtriculi fistulam alligemus, vtrèque ^{De affectio-} per fistulam insufflando replete, fistulam in anum indamus, aëremque ^{nib. medio.} exprimendo introsum trudamus, vt multis locis clystere iniiciunt:


aut fabrili folle in intestina eodem modo aërem immittamus ; quo compressa , aut complicata intestina distendantur, explicentürque. Sed quomodo id prodesse possit non video ; nam intestinum affectum non tam prope est, vt ad id aëris penetrare possit , & quamuis complicato intestino admoueretur, tamen flatus intus conclusi externum aduenientem aërem repellerent; sed quod peius est; Illeon, qui à crassis excrementis impactis fit , magis exasperaret, eadem introrsus pellendo , & cum etiam qui ab intestini phlegmone , & ventus externus distendendo intestinum , dolorem duplicaret, & fortasse non iterum exiret. Alij peius remedium hoc accipiunt : volunt enim vacuum follem in anum indere, eoque distracto aërem ab intestinis attrahere. Sed nec semper ab aëre dolēt intestina, nec hic prope est vt facile sequatur, & latera intestini metu vacui, fistulae foraminibus statim agglutinabuntur, aditūmque omni materiae præcludent. Tertium remedium, quod recentes nonnulli ex cogitarunt, non tutius est. Suadent deglutire plumbeum globulum ex his quibus in bellicis machinis utimur, eiisque pondere aperiri debere viam, & explicari intestinum. Sed timeo ne contrarium cueniat quā illi cupiunt , maximè si ab inflammatione , aut induratis excrementis morbus fiat. Si quidem intestinum à ventriculo ad anum breue esset, & rectum à summo deorsum , in complicatis intestinis fortasse globulus hic prodesse posset : nunc autem in tot giris & circumvolutionibus , & in cœco intestino, quomodo iuuaturum credemus ? Proinde satiūs est vti communibus & expertis remedijis, dubia verò & calumniae obnoxia circumforaneis medicis relinquere. Quod si non leuetur aliquomodo ægrotus præscriptis remedijis, tunc acriores clysteres, & cathartica etiam potio , aut pilulae ex his quæ superiori cap. descripta sunt imperari possunt.

DE LVMBRICIS.

C A P. XIV.

VERMES gignuntur in omnibus corporis partibus, etiam in corde, si quibusdam credimus: Nunc verò agimus de ijs tantum qui in intestinis. Sunt hi animalia ex putredine facta atque propterea eis magis obnoxij sunt, pueri, & gulosi, atque etiam aliquando senes, illi ob copiam cibi, hi ob debilem calorem. Tres notantur eorum species, rotundi seu teretes, lati, & cucurbitini. Rotudi sunt frequentiores reliquis, longitudine palmares, figura rotundi, vnde nomen accepere, vt & reliqui à figura, subrubri, quique in tenuibus intestinis creatur, & per os aliquando, & nares quoque reiciuntur, sed frequentius per inferiora, per quæ etiam sola reliqui omnes exeunt. Latus rarius est, diciturque *tunis* Latinè fascia ob longitudinem, latitudinemque fasciæ æmulâ; dicitur enim

trienū pedum & pluriū aliquando esse difficile verò est putare cū *Aetio* & *Plin.* 11.
Paulo fieri eū ex interiori intestinorū tunica in animal cōuersa; nec enim 33.
viueret homo si id contingeret; potiùs mihi persuadeo id latum longum
que quod ita ejicitur non esse animal, sed pituitam viscidam crassāmque
in hanc formam compactam: nam nec hi qui eiecisse se, aut qui eiētūa
vidisse narrabant, aliquem notasse motum dicebant, sed immobile om-
nino esse. Nobis quidem ostensus est latus hic vermis quasi digitus, sed
tenuis, & per segmenta distinctus omnino similia seminibus cucurbitę
per extrema secundum longum coherentia, sexdecim pedum longitudi-
nis, futurus longior, nisi inter extrahendum, (oportuit enim manibus
trahi) disruptus fuisset: eiecit illum vxor custodię carceris Vicarij Tol-
sani dicti de Solés, quę longo tempore atrocissimo ventris dolore crucia-
batur, referebatque se frigidum valde sentire dum extraheretur, licet qui
extraheret calidum sentire, non tamen potuere adstantes iudicare an
extractus moueretur, quamuis ex his vñus palpitationē quandam se no-
tasse crederet: eius forma erat qualis hic depicta est, & latitudo eadem.



Eodē tēpore vidi canē cacantē, trahentēmq; post se duos longos vermes,
quēmq; plus quā duos pedes longum, tenues tamen latōsq;, à quib⁹ non
poterat le expedire, cum fortasse intus maior adhuc pars lateret. Tertium
genus *aonapides* sunt, tenues, paruique, qui in recto intestino cōtinentur
magnō numero, circāque anum. Omnia causa est, vt diximus, materia
pituitosa, crassa, viscida, putrēnsque in ventre. Signa teretiū sunt multa
singultus, nausea, vomitus, oscitatio, dolor capitis, præcipue anterio-
ris partis, oris fœtor, morsus ventriculi, lypothymia seu cardialgia, stri-
dor dentium, conuulsio, febris inconstans, s̄æpe repetens, mox delitescēs,
delirium, iactatio, & voluntatio in lecto, sitis, nunc deiecta, nunc aucta ap-
petentia, oculi intenti, rubentes, torui, color faciei nunc rubicundus,
mox pallidus, deinde liuidus, color extremorum digitorum plumbeus,
pulsus tremuli, vibrati, intercadentes, formicantes, sudor diaphoreticus,
modo calor, modo frigus, tussis frequens & inanis, cordis palpitatio, som-
nus turbulentus, à quo expurgiscuntur cum clamore & metu, sopor, lin-
guæ ariditas, forásque protensio, masticatio frequens, etiam inter dor-
miendum, aut laborum motus quasi lactentium, dolor, & tensio ventris,
anxietas maxima, Epilepsia, & denique vermes ipsi exeuntes. Latum
vermem crudelissimi continui, longissimique concomitantur ventris &
ventriculi dolores, & infatiabilis fames, quia, vt aiunt, omnia vermis
vorat, sicque corpus alimento priuatum semper famescit, macrescitque:
quod si quædam ramenta seminis cucurbitæ similia (quæ quidam quar-
tum vermium genus efficiunt) per anumexeant, certum fasciæ indi-
cium credunt, quemadmodum si terstes ejiciantur, & hos etiam peccare.

Ascaridum denique signum est perpetuus in ano pruritus, & egerendi cupiditas. Ut plurimum citra periculum visuntur in sanis, non autem in ægrotis; imo ipsi sæpe morbum faciunt, & aliquando mortem, præcipue in pueris, quibus ventriculum & intestina pungunt, & perforant, nec ullo remediorum genere expugnari valent.

Curatio sita est in optimo victu, clysteribus, potionibus catharticis, cardiacis, alexipharmacis, julapijs, syrupis, cataplasmati. Viætus ergo fit laudatus ex carnibus assis ut plurimum, aut elixis nisi adsit febris, cum mentha, hyssopo, nasturtio, thymbra, allijs, porris, cepis, pipere, zingib, nuce moscha. & si adsit febris cum portul. acetosa, cucurb. cucum. omnipacio, aceto, quibus etiam abudè vti potest in intinctibus, & limonibus, & malis Medicis, & Punicis, & ribes, & berberis pro bellarijs in prima etiam mensa, aut longè à pastu. Potus fit vinum non præsente febre, alias verò oxicratum, aut aqua decoctionis graminis. Hoc ita consti-tuto, subiecti sunt per inferiora dulcia, quæ vermes trahant deorsum, per superiora verò amara, quæ deorsum pellant, & enecent. Detur ergo primum clyster.

U. Lactis lib. j. sacc. 3. j. fiat Clyster. Si verò non possit haberi lac,

U. Iuris pulli tenuis sine sale. lib. j. sacc. 3. j.

U. Decocti altheæ, malvae, prunorum, & passal. lib. j. Mellis 3. j.

Aut

U. Decocti capitis, aut ventriculi & intestinorum pinguium verueci lib. j. Mellis 3. j. Aut

U. Butyri recent. 3. ij. Decocti hord. & liquir. Q. S. Misce, & subiect. Si nolit clystres.

U. Mellis 3. ij. fiant suppositoria duo, quæ intromittantur con sequenter, sine sale & oleo. Hæc enim duo vermes pellunt, proindeque nunquam clysteribus admiscenda. Contrà enim vulgus nostrum ad vermes encandos, pellendosque deorsum, dant potandum hydræleon, ex aquis aquæ calidæ, & olei partibus ad 3. vij. tribus diebus manè. Post enemata aut balanos quamprimum danda est hæc potio.

U. Rhab. electi tenuissimè triti. 3. j. syr. de limoni. 3. j. Decocti menthe, ros. gram. & acetosa Q. S. fiat Potio, detur manè ut artis est. Aut

U. Rhab. infusi aqua scabio. & expressi. 3. j. Agar. eodem modo infusi 3. ss. Diaphœn. & Diacarth. aut Indi. maior. aut Diasena. An. 3. j. syr, ros. sol. 3. j. Decocti portul. sum. hord. & ros. cum modico absinth. Q. S. fiat potio. Quod si nolit vti petionibus, capiat 3. j. pilula. de Hieras. aut Ruffi, aut si sit grandior. 3. iiiij. Si verò adsit Diarrhæa, abstinentium est à fortioribus catharticis, vtendumque simili potionie.

R. Puln. Rhab. & mirobala. Indar. An. 3. ss. syr. de mentha 3. j. Aquæ portul. & gram. An. 3. ij. Misce.

R. Mentha, absinth. ros. An. P. j. Rad. gram. 3. ss. Coque. In col. 3. iij. dissolue syr. de mentha, limonib. & ros. rub. An. 3. ss. Puln. cornu

cerus, & rasu. ebor. An. 3. ss. fiat Potus. Prodest etiam vinum ex infusione absinthij tribus diebus manè sumptum, & semen santonicum, aut sacc. coopertum, quo mulierculæ nostræ puerulos deludunt, aut in puluerem redactum & cum ovo, aut pomi cocti, aut prunorum pulpa datum. 3. j. pondere plus, minuscue pro magnitudine, & indole puerorum. Grandioribus autem dantur quoque potiones aliae, vt

*U. Aqua bord. & cardui benedic. An. 3. ij. syr. absinth. 3. j. Theria-
ca veter. 3. j. Aut*

*U. Aqua absinth. & vini An. 3. ij. syr. de mentha 3. j. Mithridat. &
corallij An. 3. ls. Misce. Aut*

*U. Corallina & pulu. aristolo. rotun. An. 3. ss. syr. ros. sol. 3. j. Deco-
cti gentiana Q. S. fiat Potio. Aut*

*U. Decocti rad. filicis, & folio. persici, aut persicaria cum aqua & vino
facti 3. iiiij. syr. de agresta 3. j. Pulu. abrotoni vitriusque, & angelicae An.
3. ss. Misce,*

*U. Decocti allij, cepæ, & nasturtij. 3. iiiij. syr. de Arthemis. & conser-
vati citrij. An. 3. ls. Pulu. Dictamni, absinth. & ruta. An. 3. ls. Misce.*

*U. Pulu. rad. helenij, & brionie. An. 3. ss. oximel. S. 3. j. Decoctisca-
bio. & folio lauri Q. S. fiat Potio.*

*U. Decocti calam. abroto. & prassij. 3. iiiij. Oximel. schilli. 3. j. Misce.
Atque haec ferè sunt potiones quæ fieri possunt ut plurimum. Aloe enim,
centaurium minus, lupini, ruta, & similia, quæ amarore plurimum excellunt,
licet conducere videantur, tamen vix aliquis ea degustare valeat;
nisi in pilulas redificantur, quas nihilominus pueri, qui hoc morbo præci-
pue infestantur, vorare nesciunt. Quod verò quidam vermes eiectos in
puluerem redactos præscribunt, ridiculum est, (quid enim si non aliqui
rejiciantur?) deinde etiam foedum, & denique præter rationem, quo-
modo enim vermis sibi alexipharmacum erit? Quod si obijcias, viperas
quæ Theriaca recipiuntur, contra viperarum morsum valere, longè di-
versa est ratio. Iam hæc sunt præcipua huius morbi remedia: quæ enim
vmbilico adhibentur (ventriculo namque cum aliquibus nolle adhibi-
bere) minus mihi videntur virium habere, quam ut vermes intra intes-
tina contentos enecent. Dicemus tamen præcipua. Primò familiaria
sunt mulierculis (nec enim has contemnere fas est, vt quæ experientia
plurima norint) porri capitati cum radicibus & folijs contusi, frixi, cali-
dique vmbilico admoti, fel tauri, aut porci similiter applicitum, fuligo
aceto macerata, admotaque, absinthium etiam contusum, frixum, & ap-
plicitum, aloe, mithridatum, theriaca, allia, cepæ, quodlibet per se, aut
inuicem mixta cum oleo amigdal. amara, absinth. aceto. Medici autem
vix meliora possunt, addunt tamen formam, & modo illitus, & vnguenta,
modò cataplasmata fingunt, & si adest febris, eam simul oppugnant, si
diarrhaea, etiam ei obsistunt. Nos autem hic vermes solum curamus, si
verò aliiquid aliud coniunctum sit, facile erit remedia allorum affectuum
huc conferre. Hoc tantum adnotabimus, operosa remedia, absonta, diffi-*

cilia, semper nos vitare, quia aut haberi non possunt, aut pharmacopœi negligunt, aut denique non sunt secundum rationem. Fiat ergo talis yncitio.

2. Olei absinth. & amigdal. amar. aut nucleorum persic. An. 3. ij.
Misce, & inunge umbilicum bis aut ter in die, aut si velis artificiosius parare.

2. Folio. absinth. mentha, persici, ruta. An. M. ss. Coquantur in vino. Col. 3. vi. adde olei 3. iiiij. Coque ad consumptionem vini, & utere. Aut

2. Succi abrottoni veriusque, mentha, & persicaria cum vino extrahendum. An. 3. j. Olei 3. iiiij. Coque ad consumptionem succorum, & utere; aut adde cuicunque ex his linimentis parum cera, & fiat unguentum ad eundem usum. Aut

2. Olei de absinth. & amigdal. amara. An. 3. ij. Pulu. absinth. mentha, ros. An. 3. ij. Cera parum, fiat unguentum. Cataplasma autem sic fieri.

2. Farine lupinor. & orobi. An. 3. iiiij. Pulu. aloes cabal. 3. ss. Pulu. absinth. ruta, abroto, & aristoloc. An. 3. ij. cum oleo absinth. fiat cataplasma admonendum umbilico. Potest etiam fieri cataplasma ex folijs & rad. brionia, aristolo. cyclami. & cucum. angui. contusis, modo fluxus ventris non adsit. Atque haec satis videtur admonenda extræ: nec enim vellem myrrham, cornu cerui, rasuram eboris, corallia, & similia ventri applicare. Porro superiora omnia tum intus, cum extræ admonenda, præscripta aduersus teretes lumbricos, valent quoque contra latum, & contra alcarides; sed contra illum fortiora, frequetioraque, per os sumpta; contra hos vero debiliora, & per anum. Quare peculiare est in ultimis clysternis amaros saepius sumere, vt

2. Mercurial. cicla, abrottoni, absinth. pariet. & mentha, An. M. j. Hord. integ. furfur. macris, florum centaurij minor. & ros. An. P. j. sem. fænic. 3. ij. fiat coctio. In col. lib. j. dissolute mel. ros. col. 3. j. ss. Hierapic. Gal. 3. ss. Olei nucum 3. ij. Misce, & iniice, repetèque quoties opus fuerit. In omnibus denique vermibus nullum præstantius est remedium, quam frequens usus pilular. de Hiera. aut Ruffi.

DE HEMORRHOIDIBVS.

C A P. XV.

HÆMORRHOIDES sunt venæ, quæ in ano tument, detuméntque aliquando, & sanguinem fundunt ut plurimum, vnde nomen accepunt. Harum quædam sunt occultæ, quæ intra anum latent, aliæ manifestæ quæ extra cundē apparent, & rufus aliæ dicuntur cæcæ, à quibus

nil effluit, aliæ apertæ, à quibus aut ex interuallis, aut semper effluit aut humor, aut sanguis: aliæ denique sunt sine vlcere, aliæ exulceratæ. Neoterici alias excogitarunt differētias à figura & colore, vt vocent morales à moris, verrucales à verrucis, vesicales à vesicis, vuales ab vuis quas refērunt. Earum causæ sunt copia sanguinis melancholici præcipue, deinde aliorum etiam humorū, durties alui, tumor ventris vt in grauidis, nixus vt in partu, vsus acrum ciborum aut medicamentorum, vt aloe, frequens vsus balanorum maximè pungentium, vsus leguminum & crassorum ciborum, & vini meracioris, obstructio lienis, longi morbi, maximè verò melancholici vt febris quartana, suppressa aliqua solemnis euacuatio, vt menstruorum, diuturna Diarrhæa, aut Dysenteria, aut Tenesinus, retentio excrementorum ventris, mastitia, curæ, laborésque. Patentes nullo egent signo quām visu; occultæ cognoscuntur dolore ani, difficultate egestionis, & sanguinis effluvio, qui aut guttatum solus exit, aut post excrementa. Morbus est satis difficilis curatu, tedio plenus, quandoque incurabilis, & ex se vt in senibus, & metu grauioris mali; vnde dixit Hip. *C. Aphor.* seruandam vnam apertam si diu fluxerunt, neque omnes sanandas, alias 12. contingere Phthoen, aut Hydroperm: & quamvis Hip. id consulat, ta- men non facile est neque alias occludere, neque vnam apertam relinque- re: proinde non carent periculo, si nimium fluant Phthois, & Hydropsis, & si supprimantur, itidem; præterquam quod continuo dolore vires deiiciunt, corpus atterunt, cachexiam inducunt, vigilias, febrēaque accersunt.

Curatio sita est in victu congruo, sedatione doloris, venesectione, purgatione, sanguisugis, maturantibus, & si nimium fluant, reprimentibus, & denique ferro, igne. Victorius congruus est iuscula ex laudatis carnibus, panatellæ, expressa, tremor hordei, amigdalarum, lac, & si vtendum est solidioribus, carnes elixæ, & ex horeis fructibus caricæ, vuæ passæ, poma cocta, addito faccaro, pruna ad solem ficcata, cōctaque & facc. conspersa, strobili. Solidiora vitanda sunt, ne excrements dura succrescant, malumque in transitu exasperent, & omnia mali succi quoque. Vinum bibant dilutius: urgente malo recumbant in lecto. Vbi vero inceperint tume- re, dolorēaque excitare, ne durante morbo augeantur fœccs subijcien- dus est clyster.

U. Althea cum rad. malua, viol. pariet. ciclæ, & acanthi. An. M. j.
Præssi viriisque, & calam. An. M. fs. sem. lini, & fænugr. An. 3. iy. sem.
malua 3. fs. Prunorum, & carica ping. An. Par. vj. Florum chamaelii,
melilo. anethi. An. P. j. fiat collio. In col. lib. j. fs. dissolute Cassia cum facc.
& Diaprun. S. An. 3. j. Olei com. 3. iy. Misce, & injice. Residuo au-
tem aut foueatur anus cum filtris, aut bubula, aut suilla vesica, aut fiat
infuslus, aut denique contusis omnibus, additâque axungia gallinæ, aut
butyro fiat cataplasma molle, quo intincta linamenta indantur in anum.
Interea verò si æger plethoricus sit, reddito clystere mittatur sanguis ex
basilica dextra, aut si in sinistro latere sint Hæmorrhoides, ex sinistra,

Guid. caul.
trac.
4. Chirurg.
doc. 2. C.
7.

quantum satis. Deinde verò si adsit cachochymia , quamvis medica cautio sit , non mittenda excrementa ad affectata partem , tamen ad præcautionem satius est leue aliquod catharticum dare , quām permettere vt morbus augeatur , confirmetur. Id verò debet esse leue , & quod solū paratam circa intestina materiam deturbet , non aliunde nouam irritet , nisi malum iam diuturnum sit , neque leuioribus cessebit : tunc enim licet solemani euacuatione corpus mundare : sic enim fluxus fluxum , & vomitus vomitum curat. Detur ergo talis bolus.

U. Pulpæ Cassiae recenter extractæ ad vaporem decoctionis anisi. 3. j.
Pulu. Rhab. 3. j. cum sacc. fiat bolus , quem capiat postridie à venæfæcione cum custodia & reg. artis. Aut.

U. Rhab. 3. j. Mirobalano. chebulo. & bellerico. An. 3. ss. Macis gra. vij. Infunde in decocto buglos. borrag. ceterac , prunorum passul. epiph. & anisi. Col. expressa adde Cassiae cum sacc. 3. j. syr. ros. sol. 3. ss. cum eodem decocto fiat Potio. Inde preparentur humores sic.

U. Buglos. sum rad. borrag. endi. ceterac, & agrimon. An. M. j. Absinth. pont. ros. thymi, epiph. & passularum mund. An. P. j. Iuubar. Par. vj. Liquir. 3. ss. Coquuntur ad lib. j. Col. adde syr. Capill. ven. & Bi-zant. An. 3. ij. Misce, fiat Iulep clarum pro 3. dos. manè. Tandem verò si perseueret affectio.

U. Confect. Hamec. aut Diafena & Cathol. An. 3. iiij. syr. ros. sol. 3. j. Decocti superior. Q. S. fiat Potio , quam capiat ut artis est. Interea verò dum hæc fiunt , & postea etiam ultra superiora remedia anodina, possunt applicari sequentia.

U. Olei ros. 3. ij. butyri recent. 3. j. Abluantur aqua ros. & applicentur cum linteis. Aut.

U. Olei viol. & lumbricor. An. 3. j. ss. Axungia anatis 3. j. Cera parum fiat linimentum , Aut.

U. Vng. ros. Mes. aut santal. aut infrigid. Gal. 3. iiiij. Applicetur cum lino, maximè si dolor sit urgens , iunctusque cum calore, Aut.

U. Vng. Resumpt. aut Dialthea, aut Pectoral. 3. iiiij. Aut.

R. Olei ranarum 3. iiiij. vtatur vt supra. Aut.

R. Axungia gallina, & anatis An. 3. j. ss. Olei viol. & lumbric. An. 3. j. vitellos ouij. Agitentur simul , & fiat linimentum, Aut.

R. Mice panis infusa latte calido , tuse, & creta lib. ss. vitellos ouorū ij. Croci. 3. j. Olei amigdal. dulc. 3. j. Misce, Aut.

R. Radicem lily alb. Coque sub cinerib. Contunde, addéque farina sem. lini 3. ij. Olei. chamezel. & vermium. An. Q. S. fiat Cataplasma, Aut.

R. Farina lentium. 3. iiiij. Olei ros. & butyri vac. An. 3. ij. ss. vitellos ouor. ij. Misce & applica. Probat & aliqui butyrum liquatum, coniectum in mortarium plumbeum, tamdiuque agitatum donec nigrescat. Quod si his non mitegetur dolor, consultunt vt admisceatur parum opij hoc modo.

U. Axungia

*U. Axungia gallina & anatis. An. 3. j. s. Olei chamamel. 3. j. vitellina
vii. j. Croci. 3. ij. Opij. 3. j. Misce, & applica.* Sedato dolore, nisi aut omnino fluxerint, aut parum, aperiēdē sunt limateo asperiore fricando, aut folio ficutneo, aut admotis hyrudinibus, aut denique lanceola, aut scalpello: nec enim probo corrodentia, vt sales, sapones, cineres, & escharotica reliqua quæ authores nonnulli imperant, ne fortasse aut dolorem atrocem & febres excitemus, aut gangrenam. Non etiam inūncris nostri est ferro aut frigido, aut candente, aut quocumque caustico medicamento, eas extirpari consulere, sed permittendum id est chirurgis, immò impediendum quantum in nobis erit ne fiat; propter pericula quæ contigisse vidiimus. Si autem plurimum sanguinem profuderint, & longo tempore, sistendæ sunt, quod fiet sequentibus remedijs. Primò conabimur ventrem mollire clysteribus, & alijs lenientibus suprà p̄scriptis, deinde conuertemur ad astringentia int̄ius & extra exhibita, qualia sunt ea quæ C. de Dyarrhæa, & Dysenteria scripta sunt. Ad anum vero hæc sient.

*U. Tapſi barba. plantag. equiseti, poligonii, rubi, centinod. symphi.
virius que, & lentisci. An. M. j. Nucum cupref. contus. gallarum. An.
Par. vij. Cort. mali. Pun. & castanea. Sorbor & mespilor. immatur. sic.
An. 3. iiij. Myrryllo. & sumac. An. 3. ij. Ros. rub. & balaustio. An.
P. ij. Sem. plantag. & acinorum vuarum contus. An. 3. iiij. Coquantur in
aqua chalybeata pro infuso, & fotu ani.*

*U. Pulu. aloës, thuris, & boli Arme. An. 3. ss. Pilorum leporis Q.
S. Excipiantur pulueres albuminibus ouorum, deinde cum leporinis pilis ad-
moueantur hemorrhoidibns. Multa similia p̄scribi possunt, quæ facile
est ex dictis capitibus trahere. Interim applicandæ sunt cucurbitæ leues
utriusque hyppochondrio, facienda frictiones brachiorum, instituenda-
que virtus ratio astringens. Denique nisi sistatur sanguis, candens fer-
rum inurere opus erit. Atque hactenus de morbis intestinorum.*

DE HEPATIS DEBILITATE.

C A P. XVI.

HE PAR multa patitur mala; vt pars similaris, intemperies; vt orga-
nica, obstrūctiones & tumores omnis generis: & intemperies alias
cum materia, alias sine eadem: & tursus aut per se patitur, aut per con-
fensus ventriculi, mesenterij, intestinorum, lienis, renum, vteri. De
his nos primò agemus, qui ob nudam intemperiem sine materia, &
absque alio affectu seu Hepatis, seu alterius partis, Hepate laborant, de
reliquis suo loco. Hepaticos vocat Gal. qui quomodo cumque male af-
fectum Hepat habent, vnde non sanguinem conficiat, sine tumore ta-
men. Id autem contingit ob aliquam eius intemperiem, calidam, fri-

8. Med.
loc. 6.
5. Loc. af.
6. 7.
3. simp. ca.
2.

gidam, humidam, siccam, quæ aut nondum longè progressa est, sed solum humores & extimam iecoris superficiem obfedit, aut Hepatis præter id intimam substantiam iam occupat. Calidam intemperie efficiunt piperatorum usus, & vini meracioris, alliorum, ceparum, nasturtij, sinapi, medicamentorumque calidorum, labor nimius, & vigilia, ira, studiū, febris, moraque ad solem. Frigidam contrà frigidæ potio, crapula, elus lactucæ, portul. cucum. melopeponum, acetosæ, endiuia, fructu horæorum, acetariorum, medicamentorum frigidorum, somnus nimius, præcipue à cibo, studium, curæ, otium, natatio, aut longa in aqua mora, venus, larga, aut longa hæmorrhagia per nares, ventrem, uterum, hæmorrhoides. Ad hæc sequitur ut plurimum humida, ad illa verosimilis intemperies. Calidam ostendunt præter causas superiores, macilenta totius corporis, faciei color flavius, excreta, (inter quæ & vrina sunt) eiusdem coloris, & pauca, crassa, fetida, acria, & quandoque similia atræ bili, somni parci, ira, plantæ pedum volvæque manuum caliditas, pulsus celer, cibi fastidium, & procedente malo vomitus biliosus, & tandem febris. Frigidam vero contrà color corporis, & præcipue faciei subalbidus, totumque corpus turgidulum, vrina & fæces multæ tenues, albicantes, inodoræ, pulsus tardi, aliquando etiam deiectionis similis loturæ carnium. An vero id ob concoctricem, aut retentricem debilem contingat, non est facile iudicare. Recentem debilitatem, quæque à superficiaria solùm Hepatis intemperie prouenit, & si non facilè, tamen facilius quam contrariam curabis: hanc enim vix datur curare, & vt plurimum in hepaticam dysenteriam, & hydropem terminatur.

Curatur autem variè pro causa varietate: **Calida** frigidis, frigida calidis, & sic de alijs contrarietatibus; hac semper adhibita cautione, ut nunquam nimium refrigeremus, & semper astringens aliquod remedij

¶3. Metho. admisceamus, ad tuendum robur partis. Mederi ergo oportet victu, decoctis, syrups, conseruis, conditis, pulueribus, tabellis, fotibus, epithematis, oleis, vng. cataplasmati. **Calidæ** intemperie victus sit iuscule ex pullis gallinaceis, gallinis, cappis, veruecina, cum endi. oxal. buglo. borrag. lactuca, portul. cichor. cucurb. melopepo. cucum. omphacio. Carnes eadem elixæ, & hædi, vituli, & reliqua laudati succi, conditæ omphacio, succo acetosæ, limonum, citri, mali aurei, aceto.

Quod si non placeant omnes elixæ, vescatur assis aliquibus. Pisces saxatiles, fluuiales, & inter marinos solidiores, vt lupi, triglae, salmo, hic probantur. Hordei etiam tremor, & amigdalarum, plurimum valet, & lac asininum aut caprillum, nisi aliquid eorum quæ ab Hip. recensentur, impedit. Fruetus etiam horæi bene maturi, parua quantitate, crudi, cocti, conditi non nocebunt, vt cerasa vtraque, pruna, poina, ribes, berberis, melopeones, cucumeres, mala punica, pyra, cydonia, ficus, viuæ. Potus sit vinum album, giliuimue, valde dilutum, oligophorūmque, aut aqua sola, aut oxicratum valde dilutum, aut aqua

¶4. Apbor.

¶4.

hordei , aut mixta succo granatorum , aut syr. viol. capillo. ven. limon. aceto. citrij, omphac. acetos. de acetosa, buglos. pomis, cythoni. Somnus aliquanto prolixior, labor modicus , venus nulla aut rarissima. Vintari debent piperata omnia, salsa , acria , fames, sitis, vigilia, labor, curæ. Medicamenta vero sunt talia:nisi venter liberè fluat,dandus clyster talis.

U. Malua, mercurial. pariet. ciclæ, acanthi, acetosa, & lact. An. M. j. Prunorum Par. vj. sem. melon. 3. ij. Hord. furfur. & florum 3. cord. An. P. j. Coque ad lib. j. ls. Col. adde Cassia cum sacc. & Mellis ros. An. 3. j. Olei comm. 3. iiij. fiat Clyster. detur longè à cibo. Si videatur aliqua subcesse impuritas , (vix autem est quòd nulla sit) detur bolus.

U. Pulpæ Cassia recenter extractæ 3. j. Cathol. 3. ij. cum sacc. fiat bolus, capiat postridie. Si recusat bolum.

U. Syr. de Cichor. cum Rhab. 3. j. Cathol. 3. vij. Decocti endi. cichorij, hord. passul. mund. & florum cord. Q. S. Misce, fiat Potio. Inde si nihil sit quod impeditat, potest mitti sanguis parua quantitate à iecoraria. Postea fiat tale decoctum.

U. Rad. gram. & silicis An. 3. j. Buglos. cum rad. borrag. endi. & cichor. An. M. j. Hord. & passul. mund. ros. & florum cord. An. P. j. sem. melon. mund. 3. ij. sem. endi. & liquir. An. 3. j. rad. aspara. & ruscii. An. 3. j. Coque ad lib. j. Col. adde syr. de succo endi. & de cichor. S. An. 3. ij. Pulu elect. Diartionsantal. 3. j. fiat Iulep clarum in tres doses manè , & impuritas adhuc adst, adde ultimæ dosi expressionem. 3. j. Rhab. in parte eiusdem infusi, & syr. ros. sol. 3. j. Post hæc non amplius purgandum, supponimus enim nudam esse intemperiem absque materia; sed post aliquot dies iteranda superiora Iulapia , aut iuscula cum Iulapijs alternatim temperata herbis supradictis. Interim potest vti conseruis, præter supradictos fructus, rosarum , violarum , florum & rad. buglos. flor. borrag. nymphæ, flor. & rad. cichor. stolonum lactucæ, corticis cucurbitæ , carnis citrij , vno quoque perse , aut inter se mixtis in conditi formam hoc modo.

U. Conser. florum viola. borrag. & rad. buglos. An. 3. j. Carnis citrij cond. & stolonum lactuca item conditorum. An. 3. ls. Manus Christi cum unioni. Q. S. fiat conditum auro cooperatum , quo utatur longè à cibo ad libitum. Pulueres autem licet aliqui sint qui credantur refrigerare, vt puluis Diamargari. frig. & Diartionsantal. & Diarrhod. Abba. & ex his facta eleætraria, tamen quia omnes exsiccant , & hac ratione caloris acrimoniam augent , & vt dictum est, ferè calidum Hepar siccum quoque est, & quamvis dicantur refrigerare , tamen calefaciant , non multum mihi probantur; non impedio tamen quin his leuiter quis utatur, magis que facc. ros. tabul. Fötus etiam fieri possunt hoc modo.

U. End. cichorij, Hepat. buglos. borrag. lact. portul. & acetosa. An. M. j. sem. melo. & cucurb. contus. An. 3. ij. dañilior. Par iiiij. Ros. rub. balansio. absinthij utriusque, menthe, myrrillorum, viola. & florum papau. errat. aut nymphæ. An. P. j. Coquantur in sufficienti quant. aqua, & foneatur

regio Hepatis manè & vespero. Aut fiat tale epithema.

*24. Aqua endi. cichor. ros. & acetosæ. An. 3. iiiij. Aceti ros. 3. ss. Pulu.
Diarriorsantal. & Diarrhod. Abba. An. 3. j. Misce, & applica manè &
vespero. Aut.*

*24. Succi lat. portul. semperui. & cucum. An. 3. iiij. aqua ros. 3. ij. vini
rub. 3. j. ss. Aceti ros. parum: cum linteis admove.*

25. Cerat. santal. loti aqua cichor. 3. vij. vtere.

25. Vng. Rosati Mes. loti aqua agrimon. 3. vij. applica ut suprà. Aut.

*25. Fæces superior. decocti, contunde, transmite cribro, addicque olei ros.
& cythonio. An. 3. ij. Cerati. infregi. Gal. & farina hord. An. 3. j. ss. Mix.
tis fiat Cataplasma. Atque sic ferè mederi possumus ealidæ Hepatis in-
temperiei. Frigidæ vero contrarijs, vietu, remediisque. Utatur ergo æger
carnibus ijsdem, sed magis assis quām elixis, & his coctis cū mentha, pe-
tros. foenic. anetho, serpil. fature. hyssopo, gingidio, thymo, samplic. cō-
ditis etiam cum nuce myrist. caryophyl. cinnam. pipere, zingib. Pro
bellarijs autem usurpare potest nuces ponticas cōditas, caricas, vuas pas-
fas, corticem citrij, aut mali aurei cond. aniso, foenic. coriand. strobilos-
que, aut sola, aut sacc. incrustata, item & caryophyllos, & cinnamo. &
cort. citrij, sacc. cooperta. Potus sit vinum album, rubrum, vinofum,
modice solutum, aut si æger sit abstemius, aqua decoctionis cinnam.
Potest etiam vti vino aromatice, dicto Hippocratico, parua quantitate
manè, aut vino absinth. aut aqua vitæ per aliquot dies, interpositisque
alijs, iterum repetere. Non est etiam improbandum melicratum, si ægo
arrideat. Laborare oportet satis, dormire moderatè, cauere à frigore, ci-
bique refrigerantibus suprà descriptis. Atque hæc de vietu. Remo-
dia vero sic habent; nisi venter eat detur tale enema.*

*25. Malue, mercurial. pariet. calam. origa. arth. An. M. j. sampsuci-
menta stri. An. M. ss. sem. anisi, & cymini. An. 3. ij. Flor. aneth. chame-
meli, meliloti, An. P. j. Coque ad lib. j. ss. Col. adde Hierapic. Gal. & mel-
lis anthos. An. 3. ss. Diaprun. S. 3. j. Olei. chamael. & aneth. An. 3.
j. ss. Misce. Si aliqua subsit impuritas, detur tale catharticum.*

*25. Agar. troch. & Rhab. An. 3. j. cinnam. & caryoph. An. gra. vi.
Infunde in parte decocti inferioris. Col. expressa adde Diaph. & elect. Indi-
maio. An. 3. ij. Cathol. 3. ss. Decocti mentha, absinth. passal. anisi. stæchad.
& macis. Q. S. fiat Potio: Post quā utatur sequenti decocto quod habet.*

*25. Rad. foenic. & petros. An. 3. j. Folio, bethon. agrim. Iuæ arth. An.
M. j. Mentha & sampsuchi. An. M. ss. sem. anisi, & galanga cras. caryo-
phyl. & macis. An. 3. j. Flor. stæcha. & roris. An. P. j. Coque ad lib. j.
Col. adde sace. & syr. conservat. cort. citrij. An. 3. ij. Misce, fiat Inlep-
clarum in tres doses manè. Quod si adhuc videatur abundare cachochy-
mia, potest præscribi pilularum dosis.*

*25. Massæ pilula. de Hiera S. 3. j. Alephangi. 3. j. cum syr. de stæchad.
fermentur pil. 7. quas capiat finitis Inlapijs, Aut.*

U. Pilul. Assaiet, aut de Agar. aut Aurea. aut Aggreg. aut Bened. aut Cochia. aut de Eupat. quæ sunt omnium optima. An. 3. j. aut 3. iiiij. cum syr. de cichor. S. aut C. formetur pil. 6. 7. 8. Si perseueret affectio, non erit abs re iterare Iulapia, aut ut iusculis ex pullo cum rad. petros. fœnic. & superioribus herbis per octo dies & amplius. Cœueniet etiam sumere 3. j. Theriacæ veteris, aut Mithrid. aut Aureæ Alex. aut omniū mixtorū, bis tere in hebdomada, aut tabellam Aromat. ros. aut Dianisu, Diatrion-pipereon, Diacinnam. & similium pondere. 3. iiij. aut semunciae ex vino generoso, aut Hippocratico vocato. Proderunt etiam conserua florum saluæ, rorismar. helenij, nucis myristi. stœcha. adianthi, & ex his & superioribus factæ opiatæ hoc modo.

U. Conser. anthos, & florum saluæ, cort. citri sacc. cond. An. 3. ij. Nucis myrist. cond. 3. ss. Confert. de Hyacynth. & pul. Latif. Gal. An. 3. j. ss. Aurea Alex. 3. j. cum syr. conser. cort. citri fiat Opiata auro cooperata, de qua sumat quantitatem auellanae cum paucō vino singulis diebus manè. Aut

U. Rad. Cichor. & florum eiusdem sacc. cond. An. 3. j. ss. Cort. citri cond. & florū stœcha. cond. An. 3. j. Pul. Diamos. & Dianth. An. 3. j. Manus Christi Q. S. fiat Conditum auratum ad usum dictum. Conuenient etiam pulueres à pastu hoc modo.

U. Sem. corian. anisi, & fœnic. dulc. cinnam. An. 3. ss. Macis cariophyllo. nucis moschat. An. 3. ij. Cort. citri sacc. cond. 3. ij. sacc. pondus duplum omnium fiat puluis, de quo capiat cochlearie parum in fine prandij & cena. Atque hac de internis. Tam hepar fouere expedit sequenti remedio.

U. Mentastræ, arthem. saluæ, mentha & absinth. An. M. j. Sampfuc. thymi. serpil. An. M. ss. Cort. citri sic. & mali grana. palmularum. An. 3. ij. Galanga cras. 3. j. Nucis moscha. caryophyllo. macis. stœcha. Iuncæ odora. & achori veri. An. 3. ss. Coquantur in aqua & vino rubro, & foneantur hepar manè & vesperi. Aut.

U. Aquæ fœn. maior. saluæ, & vini. An. 3. v. Pulu. Aroma. ros. & troch. de eupat. & de Myrrh. An. 3. j. Misce fiat Epithema applicandum ut supra.

U. Olei de mentha, & absinth. An. 3. ij. Olei mastic. & nard. An. 3. j. Olei de nucemoscha. 3. ij. Misce, & illinc post fôrum, Aut.

U. Cerati stomat. Gal. 3. iiiij. fiat ut supra, Aut.

U. Magma superioris fôrus, addeque cœtuso & creto pulu. mastic. macis, cariophyllo. galanga, & nucis myristi. An. 3. ss. spica nard. spica Celtica, dictamni, & schœnan. An. 3. ij. Croci. 3. j. cum oleo absinth. fiat Cataplasma admonendum post fôrum. Et hæc videntur sufficere ad curandam Hepatis imbecillitatem à frigida intemperie. Si enim his non cedat affectus, & superioribus quæ ad calidam præscripta sunt, parum spei superest. Humidam verò ferè ut frigidam, siccâmq; quemadmodum calidam. sanabis, ut plurimū enim calor siccitas, & frigori humiditas coniuncta est, calidâque humorem, frigida siccitatem oppugnant. Quod si & has seorsum curare velis, humidam C. de Hydrope, siccām C. de Hepatis seorsim sequentibus, & C. de Phthisi superiori expugnare doceberis.

Quod autem quidam dicunt de lupino Hepate, quod assum proprietate substantia Hepaticos omnes à quacumque intemperie iuuet, non mihi valde arridet: nec enim si lupus vorax etiam integra ossa, & terram, vt aiunt, concoquit, eius etiam mortui mortuum, & assūm, hoc est bis mortuum hepar, idem in nobis præstabit. Minus adhuc placet caro cochlearum, quæ substantiæ crassitie potius obstruet, quam proderit.

D E O B S T R V C T I O N E *Hepatis.*

C A P. XVII.

EX superioribus facilè patebit aditus ad reliquos Hepatis morbos curandos. Simplices eius intemperies sine materia sequuntur cum materia intemperamenta. Materia autem ferè intra eius vasa continetur, efficitque tunc obstructionem, de qua hic agimus; aut præter id in eius substantiam etiam irrumpit, paritque inflammationes aut schiros, de quibus postea tractabimus. Obstructio ergo fit aut à crassis multisque flatibus qui liberum non habent exitum, aut à crassis, multis, viscidisque humoribus. Illa etsi fortasse frequentior, non tamen adeo difficilis vt ista. Vtriusque causæ sunt cibi flatulenti, crassi, glutinosique, vt bubula, porcina, anatina, leporina, caprina, setaceorum piscium, ostracodermorum, polypi usus similiūmque, legumina, castaneæ, tubera, cucum, pepones, fungi, pyra, cothonæa, mespila, sorba, rapa, caules, lactuca, portul. caseus, panis male fermentatus, incoctus, insulsus, frigidæ potus, aut vini dulcis, aut crassi, vita sedentaria, gulosisitas, ebrietas, somnus aut labor statim à cibo, aut Venus. Flatus ostendunt tumor hypochondriæ dextri, sed non valde renitens, distensiōque potius quam grauitas, rugitus & murmur circa hepar. Humores verò contrà cum tumore, elatione, renitentia, grauitasque, decolor facies, excrementa liquidiora. Dolor etiam utriusque aliquando adest sed obtusus, nisi vasa plus nimio distendatur: quo etiam casu difficilis fit spiratio. Non est periculosus morbus, nisi diutius neglectus malum aliud aceriat, vt hydropem, atrophiam, schirrum, melancholiā. Id ne contingat, si flatus abundant, vietu remediisque discutientibus utendum, quæ omnia superiori cap. in debilitate hepatis à frigida causa habentur. Si verò crassi humores, coniectandum quinam illi sint ex sexu, colore corporis, capillis, habitu, ætate, tempore, anteacta vita, excretis, aliisque signis. Sunt autem ut plurimum pituita, aut melancholicus succus, quibus ferè eadem conuenit curatio. Viectus ergo & remedia ferme eadem sunt, quæ debilitatis à frigida causa. Solùm addenda sunt purgationes, & si opus est, etiam balnea, nisi fotus, illitus, epithemata, emplastra, aut cataplasma sufficiant. Sed in obstructione

magis internis, quam externis fidendum, ut contrà in Schirro magis externis. Dentur ergo frequentes clysteres hoc modo,

U. Althea, malua, betæ, mercurial. & pariet. An. M. j. Sampfuchi, prassi, calam. costi vulga. An. M. ss. sem. fœnic. anisi, & cymini. An. 3. y. florum chamameli, anethi, salviae, & rorismar. An. P. j. fiat coctio. In col. tb. j. ss. dissolute Diaprun.. S. & Hierapic. Gal. An. 3. j. Benedic. lax. 3. ss. Olei Chamamel. & aneth. An. 3. j. ss. Misce, & detur ante omnia, & deinde bis in hebdomade non fluente alio, post purgationes sequentes.

U. Agar. troch. 3. j. Rhab. 3. ij. cinnam. & macis. An. gra. iiiij. Infunde in decocto fœnic. mentha, cichor. rad. petrosel. anisi, & modici cinnam. Col. leuiter expressæ adde Diaphœn. & Cathol.. An. 3. j. syr. ros. sol. 3. j. cum eodem decocto fiat Potio danda postridie ab enemate cum custodia & regime artis.

Quod si non solum in Hepate adsit obstrœctio, sed etiam aut plenitudo, aut cacochymia, nisi quid repugnet, non erit abs re iecorariam aperi-
re venam, sanguinemque extrahere pro viribus & abundantia; plurimum enim id conducit ad infarctus tollendos. Inde summendum tale apozema.

U. Rad. S. aperiti. An. 3. j. Rad. achori vulga. & cyperi. An. 3. ss. Cichor. cum toto, pimpinel. pentaphyl. agrimon. eupatorij. Auc. Hepat. dentis leon. adianthi, lupuli, & Iua art. An. M. j. bethon. buglos. ceterac, & chamedre. An. M. ss. Polypod. quer. & passul. mundatorum. An. 3. ij. senna mund. & medullæ sem. Cartha. An. 3. ij. Agar. troch. in lig. turbith. & liquir. An. 3. ij. sem. anisi & fœnic. An. 3. ij. Thymi, epiph. florula stœcha. An. P. j. Coque in aqua electa ad quart. v. Col. adde sacc. 3. v. Pulu. elect. Aromat. ros. 3. j. ss. Misce fiat Apoz. clarifica. & arom. pro 4. dos. manè.

Adde ultima dos. Rhab. infusi in parte eiusdem & expressi. 3. j. Diasena, aut elect. Indi. maior. 3. ij. Quod si verò obstructioni coiuncta sit caliditas aliqua. syr. de Cichor. cum Rhab. conuenientissimū est remedium sæpius sumptum, multoque magis si febris adsit, quo casu apozema superius non adeo conduceat, sed eius loco post primum catharticum, sequens decoctum usurpari debet.

*U. Rad. gram. asparagi, & rufci. An. 3. j. Rad. filicis, & cyperi vulga. An. 3. ss. Cichor. cum toto, endi. buglos. borrag. agrimon. An. M. j. Hord. integ. passul. mund. absinthij Pont. cicerum rub. & adianthi. An. P. j. Gly-
cyrrhi. 3. ij. Coque ut supra ad 4. S. Col. adde syr. de duabus, aut de S. ra-
dici. aut Capill. ven. aut Byzant. aut acetosi. S. & sacc. An. 3. ij. Pulu.
Diarrhod. Abba. aut santali citr. 3. j. fiat Inlep clarum pro 4. dos. manè.*

Adde ultima dos. syr. de Cichor. cum Rhab. 3. j. Diacarthami. 3. ij. Porro aut primum apozema, aut Iulapia hæc perseverante affectu ite-
rai possunt quoties opus fuerit; & victus ratio, & remedia omnia qua superiori cap. præscripta sunt pro calida intemperie oppugnanda hic ad-

hiberi possunt vbi febris, aut calor aderit: quæ verò pro frigida, vbi abicit. Præter quæ etiam balneum probarim in calida intemperie, sine febre tamen, post cathartica & præparantia, quale hoc est,

U. Rad. althea & oxilapa. An. lib. ij. sonchi, acetosa, malua, viol, mercurial. pariet. buglos. borrag. folio. vitis, salicis, endi. cichorij, demisleon, adiant. filicis, & pentaphyl. An. M. ij. Hord. integ. & furfur. in sacco inclusorum. An. lib. vi. Ros. absinth. viol. florum chamomeli, anethi, melilo, stæcha, thymi, & rorismar. An. P. ij. Coquantur in sufficieti aqua pro balneo quod ingrediatur tres dies manè, moderate calide, diutius immoranda, citra sudorem, aut cum leni sudore. Vbi vero nullus aderit calor, aut potius frigus, fiat tale,

U. Rad. helenij, gentia. & Aristolo. rotun. An. lib. j. Achori & cyperi vulgarium cum rad. arthemis. calam. origani, pulegij, prassij utriusque, sampsuc. melisse, cichorij, agrimo. & pseudo costi. An. M. ij. Mentha, absinthij, anethi, abrotoni, fœnic. & petrosel. An. M. j. Cicerum rub. P. vi. Thymi, sature. hyssopi, ros. florum stæcha. salvia, & rorismar. An. P. iiij. femin. cymini agrest. dauci, & carui. An. Z. j. Coquantur ut suprà, & variatur ut suprà, sudando tamen paulo liberalius. Ex eadem quoque materia contusa, transmissa cibro, additisque farinis fabarum, lupino, orobi, cum trochisi, de eupat. lacca, myrrha, ros. cappare, & similibus, & santalis, absinthio, mentha, spica nard. & oximel. cataplasma fieri potest, quamvis vbi aperiendum est, cataplasmata mihi non valde placent; (obturgent enim potius) nec etiam emplastra: si tamen emplastris quoque vti velis, sint Diachyl. mag. de Melilo. Oxyroc. Apost. de bacc. laur. Probarim tamen magis olea absinth. de mentha, amigd. am. Irin. anethi, chamom. costin. ruta, lauri, Juniper. nardi. sampsuc. nucis myris. cariophyllo, nucum de spica communi. Conuenit etiam hic Theriacæ, Mithrida. Aureæ Alexand. vsus z. j. pondere, alternis aut tertio quoque die, & oximel. S. aut schillinum z. j. manè, & trochisci de Eupat. rosis, Rhab. Dialac. Diacirc. & elect. Dianthos, Diacinnamo. & similia, per se, aut cum vino z. ij. Probantur cappares in prima mensa ex oleo & aceto, & cressones vocati, & acetaria ex cichorio, cymisque asparagi, cum eodem oleo & aceto, sed magis in calida quam frigida obstruktione. Laudant aliqui vomitum, sed alijs à nobis improbatus est propter incommoda quæ secum adfert, nisi sponte à natura prouocetur. Probant & pilulas, sed in obstructionibus liquida melius tenuitate substantia viae fibi aperiunt. Post vniuersales tamen purgationes, vsus Alephanginarum tertio quoque die ad z. fs. ante cœnam, maxime in frigida causa non nocet. Præter superiora autem topica in obstruktione à frigida materia optimum erit hoc ynguentum.

U. Succi Ireos, anagallidis, & absinth. extractorum cum vino albo. An. z. ij. succi cichor. agrest. z. j. Olei amigdalær. amara. Keiri. ricini. & absinth. An. Z. iiij. Bulliant omnia ad consumptionem succorum, addicque pulm.

rad. asari

rad. asari, gentia. trochiseo. de Ros. de Eupat. & de Myrrha. An. 3. ij.
Pulu. ros. absinth. menthae, cyperi, calami arom. galanga, spica nard. macis,
caryophyllo. santalo. omnium. An. 3. j. Cera parum fiat linimentum admo-
uentum manè & vesperi. In calida verò obstrunctione fiat tale.

Succ. endi. cichor. agrimon. & omphacij. An. 3. ij. Olei oliuarum,
Keirini, de tamari. & de cappari. An. 3. iiij. Coque ad consumptionem
succorum, addendo aceti ros. 3. j. admisce deinde pulu. ros. purpur. & rubr.
santal. omnium, mentha, absinth. sem. acerofa, berberis, ribes, spicæ nard.
nucis mosc. & trochis. de Lacc. An. 3. ij. Ceræ parum fiat linimentum ad
usum dictum, addendo tunc parum aceti ros.

DE ICTERO.

C A P. XVIII.

SE Q V I T V R Icterus intemperies Hepatis, & Obstructiones, propte-
rea nunc commode de eo agetur. Dictus est autem Icterus ab Ictide
Græco quod viuerram significat, quod animal id colore referat, & mu-
stellam, & galbulam auem, & aurigo eadem ratione, indéque appositè *Plin. lib.*
Gallicè la jaunisse, & arcuatus à cœlestis arcus, hoc est Iridis, imagine, *30. c. 11.*
(flauescit siquidem, & virescit, & cœruleus est quandoque Ictericus ut *Cels. 3. 14.*
Iris) & regius, quia auro splendet, vt mihi videtur, veluti reges, potius *Cels. lib. 3.*
quam vt Varro vult, quoniam curetur mulso, aut vt Ouidius, aut serenus, *C. 14.*
licet in sereno non inueniam, *molliter excelsa quoniam curatur in anla'*,
sed de nomine sat supérque. Est aurigo foedus per vniuersum corpus
diffusus color, vt plurimum flauus, aliquando viridis, quandoque mixtus
ex virore & pallore, denique subniger. Primi dicuntur solùm Icteri, vt
ultimo vero Icterus niger. Et primorum quidem causa immediata est
Hepatis intemperies calida sola, aut cum febre, aut cum inflammatione,
aut obstruc̄io meatuum per quos chistis fellis trahit bilem, aut per quos
eandem deponit in ieiunum, idque aut à crassis humoribus, aut tumore
aliquo, aut calculo, aut imbecillitas tractricis, aut expultricis facultatis
eiudēvesiculae, aut robur facultatis expultricis venarū se in morbis acutis
in habitum corporis exonerantū, aut morsus venenati alicuius animalis,
aut haustum venenum. Remotiores vero cause sunt vini merioris,
piperatorum, crassorum, absurdorumque ciborum usus, aut medicamen-
torum. Vnde nostrates pueræ aurigine foedatae sunt multæ (vocant pal-
lidos colores) ob ceram, triticum crudum, amyllum, amigdalas teneras
cum putaminibus, cretam, cineres, carbones, calcem, cœmentum, crocum,
sal, nucem myristicam, caryophyllos, linæa, telas aranearum, & ipsas
araneas, gypsum, puluerem, & similia absurdæ quæ ingerunt, & aquam
frigidam, & acetum, vt tales sibi concilient colorem, quo credunt se

pulcriores esse : (rubrum enim oderunt, forte ne credantur abuti vino) quo etiam mensium defectus confert. Nigri vero Icteri eadem sive sunt causæ, sed quæ lienem offendunt, proptereaque quæ hic de remedijis Hepati affecto adhibendis dicentur tum internis cum externis, & de vietu, eadem lieni in Ictero nigro conuenient, & præter id quæ de lienis schirro dicetur postea. Signa vero nulla necessaria sunt ad cognoscendum affectu vbi oculi adsunt; ad distinctionem autem causæ nonnullis opus est. Calidam Hepatis intemperie dignosces ex arte parua, inflammationem, & schirrum eiusdem ex sequentibus capitibus, debilitatem traetris aut expultricis facultatis vesiculae fellis, & obstructionem meatus eius non est facile iudicare, ut nec eiusdem tuberculum, aut lapillum. Fere tamen præsente febre, aut etiam sine eadem, florenti ætate, æstate medias vietus anteacto calido & laborioso, absentibusque inflammationis aut schiri signis, vrina ventrissq; excrementis secundum naturam coloratis, & debita crassi præditis, Hepatis calida intemperies accusanda est: si vero albiora, liquidioraque sint eadem excrements, eiusdem visceris frigiditas, obstructioneque damnanda: certe obstruptione communissima est huius morbi occasio, quam sequitur grauitas quædam visceris, pigritia ad motus, deiecta appetentia, amaror & pallor linguae, oculorum adnata tunica, & totius cutis flauities, aut in lienis affectu viror subniger, vrinx similes lixiuio, excretaque cineritia, pruritus in vniuerso corpore, & acrimonia quædam circa ventrem. Icterus alijs primarius est, alijs secundarius. Primarius saepe sine febre fit ex causis dictis, & absque periculo. Secundarius fere sequitur morbos acutos, inflammations & schirros Hepatis.

4. Aphor. aut lienis, & hic periculosior præcipue Hepatis, maximè si ante septimum
62. contingat; si vero septimo, aut nono, aut decimoquarto accidat, nec adit
4. Aphor. præcordij dextri durities, bonum; si minùs, non bonum. Sed non est
64. id adeo certum ut non fallat, quemadmodum alia quæ in medicinæ præcepti contingunt. Sunt enim historiæ multæ & in Hip. & Gal. & Neotericiis Holler. quæ ostendunt ante septimum quandoque Icterum sanatum, & septimo, & alijs criticis diebus contingentem non sanatum.

Curatio primarij (secundarius enim curatur, curato morbo à quo pendet, & criticus per se sanatur) fere eadem quæ obstructionis, sed ea moderatio adhibenda, ut quoniā maiori ex parte à calore pendet Icterus, aperientibus utamur non admodum calidis. Vietus sit iuscula ex laudatis carnibus coctis cum petrosel. buglos. borrag. cichor. pimpinel. acetosa, fœnic. mentha, endi. adiantho, asparagis, & radicibus quarundam harū ut petrosel. fœnic. additis cicerib. rub. aut nigr. & modico croco. Acetaria ex ijsdem cum oleo acetoque. Potus vinum non dulce sed album vetus, giluūmve, tenui, pauciferum, dilutum aqua decoctionis graminis. Labor ante pastus, non statim post. Somnus moderatus, & somno circa auroram frictiones leues artuum & dorsi continuis diebus donec sanus sit. Vitet vero omnia quæ obstruunt de quibus abunde superiori cap. Remedia etiam fere eadem, clysteres, cathartica, prapa-

rantia aperientiaque, conseruæ, opiatæ, condita, bâlnea, fôtus, linimenta, cataplasmata. Detur ergo primò talis clyster.

L. Altheæ, malua, pariet, mercurial, arthemis. & apij cum rad. An. M. j. Prunorum. Par. iij. Hord. furfur. flor. chamaemeli, melilo. anethi. An. P. j. sem. fœnic. petrosel. & dauci. An. 3. j. Coque ad lib. j. ss. In col. dissolute Mellis ros. col. & Diaprun. S. An. 3. j. olei com. & chamaemel. An. 3. j. ss. Misce, deturque longè cibo. Sequenti verò die sumat lequens medicamentum.

L. Rhab. electi tenuiss. triti & infusi in decoct. gram. rad. fœnic. cichor. agrimo. cicerum rub. passul. mund. & liquir. 3. j. ls. syr. ros. sol. 3. j. Cathol. 3. v. cum eodem decocto fiat Potio. Neque timendum est ne materia trahatur rursus ad interiora; quæ enim in superficie & in habitu est corporis non potest facile reuocari, & quæ in mesenterio & iecore subsistit & parata est ferri per venas, deturbabitur, & obstructio liberabitur. Quibus etiam rationibus vñesectio à sumpto cathartico plurimum conductet, eaque bis repetita si vires ferant, præcipue cum repurgata iam priori ventris regione non verendum est ne impuritas in venas irrepatur, sanguine exinanitas. Inde aperiendæ sunt obstrunctiones decoctis Iulapiisque hoc modo.

L. Rad. gram. aspara. fœnic. rusci. An. 3. j. Rad. achori, & cyperi vulgarium liquir. & passul. mund. An. 3. ls. Folio. agrimo. intybi sylues. densis leo. pimpinel. adian. & acetosæ. An. M. j. Cicerum rub. flor. borrag. thymi, & mentha. An. P. j. Anisi 3. j. fiat coctio. In col. lib. j. aut quart. v. dissolute sacc. Q. S. fiat Iulep clarum pro 3. dos. manè, aut iij. Hoc decoctum efficacius est aquis stillatitijs, si tamen delicatus aliquis nolit eo vt, capiat sequens,

L. Aquagram. endi. cichor. & oxal. An. 3. iij. syr. de 5. aut de duab. rad. & capill. ven. An. 3. ij. aut Byzant. & limon. aut acetos. citry. An. tantundem, aut de agresta, & ribes. An. 3. ij. aut de succo endi. & de cichor. simpl. An. 3. ij. aut de succo acetosæ, & gran. An. tantudem fiat vt suprà. Ad eundem etiam vsum conuenit serum lactis caprini, cui infusa fuerit sum. aut incoherit, aut lupulūs, & modicum absinthij, cum sacc. aut melle, multis diebus. Caseum verò quemcumque nunquam probauero cum aliquibus. His absolutis, si adhuc impurum corpus videatur, repeti potest purgans medicamentum superius descriptum, aut tale.

L. Cathol. & syr. de Cichor. cū Rhab. An. 3. j. Diaph. 3. ij. Decotti rad. petros. rub. tintæ. pimpin. cichor. passul. mund. & glycyrrhi. Q. S. fiat Potio. Si adhuc persevereret obstrunctiones, possunt repeti decocta aperiencia non tamen valde purgantia, ne materiam rursus ad interna trahamus contra sententiam Aphor. 21. lib. 1. & 25. 6. vnde non audo neque veratum, neque pilulas fortiores, neque Dachridion, vt quidam faciunt, neque colocynthidem. Interim potest vt conseruis Capill. ven. rad. eryngij, rad. & flor. bugl. & borrag. flor. genista; flor. tamaric. viol. acetosæ,

agrestæ, ribes, berberis, carnis citrij, mali medic. ex quibus possunt fieri opiatæ & condita, ut sæpius monstratum est. Fatus quoque & linimenta inuenies C. de Obstructione, è quibus eliges minus calida si febris aut intemperies calida adsit. Balnea etiam aut aquæ solius, aut temperatorum ei incoctorum plurimum conferunt post superiora omnia, quorum itidem exempla habes eodem cap. Probant etiam quidam inunctiones oleorum discutientium ut chamæmel. aneth. & similiū, sed difficile est totum corpus illinere, & sufficit balneum ad dissoluendum humorem. Poterat id quidem fieri olim cum homines vngabantur à balneo singulis diebus. Quod si vero balneatur æger, poterit in balneobibere sequentem potionem.

L. Rad. fanic. & petrosel. An. 3. ij. Euphras. saxifrag. fœnic. & verbenæ. An. P. j. Ciceram rub. & florum calendula. An. P. ls. Coque ad 3. iij. Col. adde syr. de Arthemis. & Capill. ven. An. 3. ss. Pulu. Lithontrip. & Diacinnam. An. 3. ls. Misce. A balneo sudandum & extergendus æger. Si sit Icterus niger, omnia hæc conueniunt, sed venæfæctio fieri debet à basilica sinistra, & topica omnia admo uenda sunt lenti, in quem etiam usum multa inuenies C. de Lienis schirro, & eiusdem Obstructione. Si vero Icterus fiat à veneno, alexipharmaco proprio obuiantur.

Holeri. 1. dum est, saltem Theriacæ & Mithridatio fidendum. Fabula vero de inter. 31. Charadrio auicula, quæ visa Icterum sanaret, (Plini. 30. II. Icterum vocat & Galgulū) & illa moreretur, similis est illi qua creditur, eum qui lupū primus vidit, raucū fieri. Non video etiam quid vermes terreni, ebur, unicornis cornu, & cerui, prodeesse valeant, nisi magis obstruere. Minus etiam placent Errhina & sternutatoria, & ablutio faciei, & oculorum, que omnia quidam imperant: quid enim umbram sectamur, relicto corpore?

DE HEPATIS INFLAMMATIONE.

C A P. XIX.

VONIAM Icterus sæpe adiunctam habet Hepatis inflammationem, & hæc compositione est simplici intemperie à qua fit icterus, ideo de iecoris inflammatione iam agendum. Occupat Hepatis phlegmone ut plurimum medium eius substantiam, raro simas, aut gibbas partes, neque adeo perium est distinguere externam ab interna. Conabimur tamen quantum fieri poterit proprijs signis primò in genere inflammationē detegere, deinde simam à gibba discernere: & quamvis hoc ultimum non adeo exactè consequi possimus, tamen id non multū curationi oberit. Fit iecoris inflammatio ab eius intemperie calida, *loc. ap. 6. sec. 5.* calore & copia sanguinis, obstruktione, cibis & medicamentis calidis. Eius notæ sunt tumor durus rotundusque in dextro hypochondrio, tan-

sio, grauitas, dolor qui ad iugulum usque protenditur, febris acuta, difficultas anhelitus, sitis vehemens, tussis frequens & sicca, ardor maximus, linguæ amaritudo, ariditas, & rubedo, pallor, seu nigredo, cibi fastidium, nauœa, vomitus biliosus, inquietudo, singultus, corporis totius color flauus, ventris astrictio, morsus, aestusque, vrinæ acrimonia & rubedo, aut flauities. Quod si præter id iuuenis homo sit plethoricus, rubicundus, qui laute viuit & bibit, vere aut æstate ægrotet, aut cui suppressa sit consueta aliqua vacuatio, aut mulier cui suppressi sint menses, certius indicium hinc petetur. Atque haec sunt communes nota inflammationis Hepatis. Simas autem partes inflammatas ostendit maior nausea, singultus, vomitus biliosus, vrinæ ardor & acrimonia. Contrà vero gibbas maior spirandi difficultas, tussis, & dolor ad iugulum usque protensus, ita ut id deorsum trahi videatur, ut ait Gal. Qui ^{6. Loc. aff.} etiam miro artificio non tacto ægro iudicavit abscessum in musculis ^{5.} ventris. Id si contingat supra iecur, distinguetur ab Hepatis inflammatione, quia vix ferre poterit contactum ægrotus, & magis tensa erit cutis, & rubicunda, calidaque, & extendetur in longum tumor, & non deprimit ad manus contactum, neque si in alterum latus recumbat æger, æquè dolebit atque si in idem, neque signa supra scripta adeo erunt vehementia ut in Hepatis inflammatione. Morbus est natura sua lethalis & acutissimus, maximè si singultus adsit.

Cura sita est in optimo & tenuissimo vietu, clysteribus, phlebotomia, catharticis, Iulapijs, conseruis, conditis, opiatibus, syrups, epithematis, fotibus, vnguentis, cataplasmatis. Vietus ergo sint iuscula ex gallinis, aut gallinaceis pullis, aut cappis, arietinaque coctis cum lactuca, acetosa, bugl. borrag. endi. cichor. portul. cucum. melopepone, cucurb. viridi omphacio, si tempus sit, sin minus succ. eiusdem, & modico aceto, si ægro arrideat: ex quibus etiam herbis æstate possunt fieri acetaria cum oxeleo. Pro bellarijs verò in prima mensa potest comedere cerasa acida recentia, prunaque, aut eadem pruna antiqua cocta cum aqua & addito saccaro, aut melopeones, in ultima verò poma, pyra bene matura, omnia cocta & cum sacc. malum cythonium conditum, sed haec duo ultima parcijus, cerasa cond. omphacium etiam conditum, ribes, berberis cruda, conditae, carnem citrij conditam, cuius etiam recentis, & limonum, & mali Medici succo condire poterit aut elixas, quæ magis probantur, aut assas carnes, & modico aceto, ut lepusculum, & rosacea, ut pullum gallinaceum. Plurimum quoque valent mala granata acida, aut acidodulcia inter pastus ad sitim sedandam. Fructus item superiores conditi, & conser. ros. violarum, rad. & florum buglos. flor. borrag. stolonum lactucæ, corti. cucurb. saccar. ros. tabul. & faciar. violat. Cremor Hordei, Hordeatum vocatum, optimum præbet alimentum, valdeque morbo commodum. Vitandū verò lac, caseus, amigdalorum tremor, calida, falsa, acriaque omnia. Potus sit aqua decoctionis Hordei, aut cum sacc. ros. mixta, aut dissoluta conserua aliqua

ex superioribus, aut tantillo aceto vulgari, aut rosaceo, aut omphacio, aut succo granatorum, aut limonum, aut arantiorum. Dormiat æger quantum poterit, cubetque in loco ad occidentem, aut septentrionem verso, perlato, frigidoque aut natura, aut arte: ad quem usum irrigare oportet saepe cubiculum frigida, aut rosacea, aut ambabus simul, aut modico aceto ros. sternendumque folijs vitis, arundinis, rosis, violis, & ramis alijs. Reclinet in oppositum latus, neque sit supposita pluma, sed lana aut coria arietum. Viætu ita constituto subiiciendus quamprimum clyster hoc modo.

U. Malua, althea, mercurial. pariet. cicla, lact. viol. & acetosa. An. M. j. Furfur. macri, bord. & viol. aut florum buglos. An. P. j. sem. melton. & lact. An. 3. ij. Coquantur ad lib. j. ss. In col. dissolue Cassia cum sacc. & Cathol. An. 3. j. Mellis ros. aut viol. 3. ss. Olei comm. & viol.

13. Metb. An. 3. j. ss. Misce, deturque longe à cibo. Eo reiecto mittatur sang. ad 3. vij. è basili. dextra, sin minus hinc fieri posse, à mediana, aut denique cephalica: nec enim probò à manus quacumque, multoque minus à cucurbit, aut scapulis, aut etiam coxis applicitis: nullo verò modo Hepati ipsi. Quod si æger sit validus, à prandio tantundem dematur, aut etiam postridie, si vires ferant: præcipua enim curatio in hoc sita est. Sequenti verò die detur sequens remedium.

U. Pulpæ Cassia recenter extractæ 3. j. pulu. Rhab. electi. 3. j. cum sacc. fiat bolus, quem capiat ut artis est. Aut.

U. End. cichor. buglos. cum rad. & acetosa. An. M. ss. Hord. & passul. mund. florum viol. An. P. j. Coque ad 3. iiiij. In parte col. infunde rhab. electi 3. j. ss. Col. leuiter expressæ adde syr. ros. 3. j. Cathol. 3. vij. cum eodem decocto fiat Potio. Diagridiata hic & valentiora medicamenta non sunt ex usu, quia nimis calefaciunt siccantque, & ita inflammationem augent. Post hoc minorans aperiendæ sunt obstrunctiones, & extinguedunt incendium tali decocto.

U. Rad. gram. & rusci. An. 3. j. Cichor. cum rad. agrimon. endi. & oxal. An. M. j. Florum ros. & borrag. bord. & passul. mund. An. P. j. Quat. sem. frig. maio. An. 3. j. Absinth. P. ss. Coquantur ad lib. j. aut quart. 5. Col. adde syr. de succo endi. S. & de cichor. S. An. 3. ij. Misce, fiat Julep clarum & aromatiz. 3. j. pulu. Diantrionsantal. pro 3. aut iij. dos. manè. Aut.

U. Aquarium endi. cichor. ros. & borrag. An. 3. iiij. syr. limon. capill. ven. & acetosif. citrij. An. 3. j. ss. aut syr. capil. ven. 3. ij. acetosi. S. 3. j. Misce in tres doses manè. Post quas, si vires ferant, non erit abs re dare tale remedium.

U. Syr. de Cichor. cum Rhab. & Cathol. An. 3. j. Decocti bord. denjū leo buglo. passul. & ros. Q. S. Misce. Post hæc perseverante affectu possunt repeti Iulapia, donec mitigetur febris. Interim sollicitanda aliud singulis diebus clysteri emollienti refrigerantisque: neque omitt-

tenda quæ parti affectæ admouentur remedia; quæ initio quidem frigida esse debent, non actu, quod prohibet Gal. 13. Metho. II. Sed potestate, id enim non vetat, vt nonnulli male intellexerunt, sed con- *Tacotius.*
fūlit semper aliquid calidi astringentisque admiscendum frigidis & la-
xantibus, ad robur partis conseruandum. 7. Metho. 13. in quo neque
Græci Arabibus repugnant, vt aliis credidit non enim consulue- *Holerius.*
runt ynciam Græci vti calidis initio phlegmonum, ad discutiendam
statim materiam. Sed præter id, quod magis est, actu frigida probat
Hip. 5. Aphor. 23. & 25. in inflammationibus, & erisipelatis. Potest ergo
describi in principio refrigerans cohibensque fluxionem, sed actu cali-
dum, quale est hoc.

¶. Endi. cichor. agrimo. lact. oxal. malua, absinth. An. M. j. Ros.
rub. hord. balanſio. violarum. florum chamameli. melilo. anethi. An. P. j.
semin. cucurb. & citrulli contus. An. Z. j. sem. cython. Z. ss. Coquantur in
ſufficieti aqua, addendo in fine acet. ros. Z. j. fiat fotus admouendus parti cum
ſpongijs, vire, aut linteis, manè & vespere, Aut.

¶. Aquæ ros. lact. endi. mentha, & portul. An. Z. iiiij. Pulu. elect. Dia-
tronsantal. 5. j. Diarrhod. Abba. 5. ls. Misce, fiat Epith. applicandum
ut ſuprà.

¶. Cerati ſantal. Mes. loti aquis absinthij. cichor. & ros. Z. vij. appli-
cetur poft epith. Aut.

¶. Olei ros. Z. ij. Olei absinth. Z. j. vng. Ros. Mes. Z. iiij. Pulu. absinth.
menha, ros. spica nar. & calami arom. An. Z. j. Misce, & vtere ut ſuprà.
Hæc ſint quoadusque morbus incipiet mitescere; tunc enim miſcenda
erunt digerentia refrigerantibus aqua portione, vt.

¶. Endi. cichor. mentha, & absinth. An. M. j. Hord. ros. florum
chameme. melilo. anethi. An. P. j. Dictamni, spica Celti. & masis. An.
Z. ij. Coquantur in ſufficienti aqua & octaua parte vini rub. pro fotu, Aut.

¶. Aquæ plantag. portul. ros. & ſalvia. An. Z. iiiij. Pulu. Diatronsan-
tal. & Diarrho. Abba. An. Z. j. Pulu. trochis. de Myrrha, & de lacca.
An. Z. ss. Misce, & fiat epith. applicandum manè & vespere.

¶. Cerati ſantal. Mes. & ſtomat. Gal. An. Z. iiij. Misce, & illine poft
fotum, aut epith. Aut.

¶. Olei ros. de menha, & absinth. An. Z. ij. Olei de nuce moscha. 3. ij.
Misce, & vtere. Si cataplaſma vti placeat, potest fieri in principio tale.

¶. Malua, althea, pariet. acetosæ, portul. lact. violaria, & aysi aut
ſemperi. An. M. j. Cort. mali gran. Z. ij. Ros. rub. & purpure. florum
viol. absinth. mentha, & rorism. An. P. j. sem. cythonio. & malua. An. Z. ss.
Coque, contunde, transmitte ſetaceo, addéque farina fabarum, hord. & len-
tium. An. Z. ij. Pulu. trochis. de Carabe, ros. ſantal. omnium, mentha, &
absinth. An. Z. ij. Olei ros. & absinth. oximel. S. An. Q. S. Misce, fiat
Cataplaſma applicandum poft fotum. Procedente autem morbo fiat tale.

¶. Malua, althea, pariet. viol. calam. absinth. mentha. An. M. j.

Endi. cichor. lact. An. M. ss. Cort. mali grana. & citri sicc. An. 3. j. Florum ros. violarum, thymi, anethi, & chamameli. An. P. j. Coquantur in aqua & paucō vino rub. contundantur, & transmissis adde pulu. santalo, omnium, rosarum, absinth. mentha, spicæ nar. & scanant. An. 3. ij. Croci. D. j. Farina sem. lini, fœnug. & fabarum. An. 3. ij. cum oleis ros. absinth. & de mentha fiat ut supra. Tandem verò vbi febris ferè imminuta fuerit, si quidem adhuc tumor perseueret, videatürque ad duritatem conuehti, fiat tale cataplasma.

2. Althea cum rad. malua, pariet. viol. acanthi, marrub. vtriusque, & absinth. An. M. j. Caricar. & daetylo. An. Par. vj. sem. malua, & cythonio. An. 3. j. Florum chamamel. melilo. anethi, sambuci. An. P. j. Coque in sufficienti aqua & modico vino rub. contunde, transmitte setaceo, ad-déqué farina sem. lini & fœnug. An. 3. ij. Axungia galli. & anatis, cœppi. An. 3. j. Pulu. Iridis Flor. thymi, absinth. ros. spicæ nar. & nucis myrist. An. 3. ij. Croci. 3. ss. Olei absinth. aneth. & chamamel. An. Q. S. fiat Cataplasma. Si verò induratus sit omnino tumor, in sequentibus ostendetur quomodo curari debeat, vbi & emplastra describentur, quæ tamen in inflammatione mihi nullo modo placent. Cœterum initio inflammationis, & augmento, si quis velit instaurantia, aut opiatas præscribere, non abs re fecerit, vt.

2. Conser. viol. rad. & florum bugl. An. 3. j. Conser. florum borrag. & carnis citri cond. An. 3. ss. Manus Christi cum unionibus Q. S. Misce, fiat Conditum auro cooperatum, quo utatur cum aqua inter pastus.

2. Conser. ros. viol. & florum borrag. An. 3. ij. Carnis Citri cond. sicc. & stolo. lact. item cond. conser. acetos. An. 3. j. Pulu. Diatrionis fantal. & confect. Alcherm. An. 3. j. cum syr. viol. fiat Opiata qua prius auro cooperata utatur sumendo, aut cum aqua. Eodem quoque tempore alternis horis, per se parum, sed magis inclinante morbo, aperientia præscribi debent, quale est hoc.

2. Rad. gram. fœnic. & petrosel. An. 3. j. Folio. cichori, agrim. pim- pinel. & dentis leo. An. M. j. Mentha, absinth. ros. & thymi. An. P. Hord. & passul. mund. cicerum rub. & glycyrrhi. An. 3. ss. Anisi 3. j. Coque ad quart. S. In col. dissolute syr. de 2. aut de 5. rad. aut Byzant. & Capili. ven. An. 3. iiij. Misce, fiat Iulep clarum & aromat. 3. j. pulu. santali cit. pro quatuor dosib. manè. Tandem verò potest dari catharticum paulo valentius, hoc modo,

2. Rhab. infusi in decocto cichor. gram. cicerum rub. passul. mund. hord. liquir. & anisi, & expressi leuiter 3. j. ss. Diaphœn. & Cathol. An. 3. ij. cum codem decocto fiat potio, detur ex arte. Quod si post hæc omnia conuertatur humor ad suppurationem, si in gibbis partibus contineatur, necesse erit cauterio viam ei aperire, & si pus paucum exeat, laudatum que, euadere potest ægrotus, si verò multum, & velut amurca, peribit. Vidimus autem longo tempore fluxisse multum puris, nec valde laudati, vixisse que

Vixisseque ægrotum multos annos; sed hoc est de raro contingentibus. Si vero tumor vergat ad interiora, & suppurretur, expurgabitur aut per urinas, aut etiam per ventrem. Iuuanda ergo erit tunc natura diureticis, qualia sunt yltima superiùs descripta, quæ sèpius repeti debent.

DE HEPATIS SCHIRRO.

C A P. XX.

QONIAM ad Hepatis inflammationem vel male vel etiam bene curatam sequitur sèpe Schirrus, ideo nunc de eo dicendum. Est autem Schirrus tumor durus contumáxque, sine dolore. Fit hic à crassis, viscidisque humoribus, obstructione visceris, frigore, calore, siccitate, nimis internis, externis, ut vsu frigidæ, yinique meracioris diurno, glutinosis cibis, crassisque, inflammatione imprudenter calefacta, refrigerata, repressa. Dignoscitur facile tactu si gibbas iecoris partes occupet, maximèque si magnus sit: si verò simas, pondere & grauitate, quæ duo etiam in altero adsunt, & in ytroque carentia febris, dolorisque & quòd in aduersum latus nequeat cubare ægrotus.

Curatur autem difficile, imò nullo modo, si firmas egit radices; sed in hydropen, & marasminum terminatur. Curatur victu laudato, clysteribus, Catharticis, coquentibus, fotibus, vnguentis, cataplasmati, emplastris. Victor est fere idem qui in obstructione à materia frigida, iuscula scilicet ex carnibus eucyhmis coctis cum sumitatibus maluæ, mentha, buglos, borrag, petrosel, fœnic, anetho, thymo, cichor, lupulo, blito, thymbra, hyssopo, maiorana: ijsdémque carnibus bene pinguibus, magisque elixis quam assis in cibo sumptis, conditisque, cinnamomò, nuce myristica, cariophyllis, tremor hordei; aut amigdalorum, medulla cruris bovis, ius pingue decoctionis intestinorum veruecis, strobili, pruna sicca cocta, vuæ passæ, caricæque plurimùm valent. Potus sit vinum tenue, album, aut giluum, vetus, non dulce, vinosum, dilutum aqua decoctionis graminis, aut modici cinnamomi, & quis portionibus. Quod si adsit cacoehymia, vtendum erit clysteribus emollientibus & modicè resoluentibus & aperiéntibus, sèpius repetitis, & catharticis, & apozematis eiusdem naturæ, ne tumor, si importunè resoluatur, omnino lapidescat: qua etiam ratione pilulas non probamus; quanuis enim gummi recipiant, tamen plus calore & siccitate reliquorum medicamentorum nocent, quam gummi pro sint; maximè quia gummi non perueniunt ad tumorem, nec diu in corpore immorantur: secus est cum extra applicantur, ut infra dicemus. Quare quanuis magis exterioris fidendum quam interioris, tamen per interiora quoque incidere, aperire, discuteréque possumus, quod melius liquida præstabunt tenuitate substantiæ humiditatéque, euacuantque interim superflua quæ morbū souere solent. Sit ergo tale enema.

L. Althea cum rad. malua, mercurial. pariet. acanthi, viol. betæ, & sampsuc. An. M. j. Prunorum, & caricar. An. Par. iij. sem. malua, 3. j. sem. lini, & fœnegr. An. 3. ss. sem. fœnic 3. ij. Furfur. ping. Hordei, flor. rum chamæli, melilo. anethi. An. P. j. Coque ad ib. j. ss. Col. adde Cassia cum sacc. & Diaprun. S. An. 3. j. Olei chamæl. & aneth. An. 3. j. ss. Misce. Postridie detur tale remedium.

L. Pulpæ Cassiae recenter extractæ ad vaporem decoctionis superioris, aut anisi. 3. j. Carihol. 3. ss. Glycyrrhi. 3. ss. cum sacc. fiat bolus, detur ex arte. Inde coquantur humores, emolliatur, scindaturque tumor tali decocto.

L. Rad. altheæ, petros. aspara. & gram. An. 3. j. Folio. altheæ, malua, buglos. borrag. cichor. endi. agrimo. lupuli, & dentis leon. An. M. j. Adiant. ceterac. & acetosæ. An. M. ss. Polypod. senna, & passul. mūd. An. 3. ij. Caricar. ping. pruno. bene matur. An. Par. vij. Agar. recent. troib. & mūd. sem. cartha. An. 3. vj. glycyrrhi. & tamarindo. mund. An. 3. ss. sem. min. ani, & fœnic. An. 3. ij. Thymi, epith. florum genista, & sambuci. An. P. j. Coquantur ad quart. v. In col. dissolue syr. Capill. ven. & de Byzant. An. 3. ij. syr. acetosi. S. 3. j. Misce, fiat Apoz. clarum & aromat. 3. j. cinnam pro iiij. dosibus manæ.

Adde ultima dosi, syr. de Cichor. cum Rhab. 3. j. Diaphœn. 3. ij. Post huius usum, interpositis aliquibus diebus, potest capere tres aut quatuor alias dies. 3. j. syr. de eupat. compos. aut oximel. S. aut schilt. cum decocto agrimon. singulis diebus manæ; aut 3. vj. aut viij. serica. princi ex infusione fumaræ; idque, aut superiora, repeti possunt toties donec corpus exhaustum sit excrementis. Possunt quoque fieri opiatæ hoc modo.

L. Conser. rad. & florum buglos. An. 3. ij. conf. florum borrag. rad. erin. gy, carnis & cort. cistræ cond. An. 3. j. Conf. florum & rad. Cichor. An. 3. j. ss. Confec. de Hyacinth. & pulu. Diamosc. An. 3. ij. cum syr. de cichor. S. Q. S. fiat Opiata, &c. Aut

L. Conser. viol. satyri, Capill. ven. & nuc. An. 3. ij. Cort. mali aurei, & carnis mirobal. embli. cond. An. 3. j. Nucis mosc. cond. j. Troch. de Empat. Theria. veter. & Aurea Alexand. An. 3. ij. cum syr de Byzant. fiat opiatæ, &c. Interea verò opus erit topicis tumorem mollire, hac tamen semper adhibita cautione, ut emollientibus astringentia, quædā adiungamus ad visceris robur conseruandū. Poterūt ergo fieri fatus Hepati tales,

L. Althea cum rad. malua, viol. pariet. ciclæ, acanthi, mentha, absinth. prassi, buglo. borrag. endi. cichor. & folio. ebuli. An. M. j. Rad. ebuli. brioni. cucum. agrest. & cyclami. An. 3. j. Cort. rad. cappar. media tamari. fraxini. & gentia. An. 3. ss. Thymi, sature. maiora. florum chamæli, melilo. anethi. tamari. sambuci, & calendula. An. P. j. Carica. & pruno. maturo. An. Par. x. sem. altheæ, & malua. An. 3. ij. sem. anisi, fœnic. dani. & apij. An. 3. ss. Coquantur in sufficieti aqua & quarta parte vini, & pan-

aceto pro fotu Hepatis applicando bis in die. Ex ijsdem quoque rebus fieri potest cataplasma hoc modo.

¶. Magma superior. decocti ; farina fabar. sem. lini, & foenagr. An. 3. ij. Farina lupino. vnguenti Dialthea, resumptini, & axungia gallina & anatis aspissi. An. 3. j. Pulu. trochis. de myrrha, de lacca, de eupat. & de ros. An. 3. ij. spica nardi, mentha, absinth. & croci An. 3. j. cum olio chamaemel. absinth. & oximel. S. fiat Cataplasma admouendum post fotum. Post hæc vero possumus oleis vti hoc modo.

¶. Olei chamaemel. aneth. amigd. amar. & Keirini. An. 3. ij. Olei absinth. & mentha. An. 3. j. Misce, & illine hepar manè & vesperè. Aut

¶. Olei oliuar. ds Kerua, aut cici, lilio. albo. lumbrico. de gelsemi. & hiperico. An. 3. j. Misce, Aut

¶. Succi apij, cucum. angui. ciclami. & Iridis. An. 3. j. vini albi. 3. ij. Olei amigdal. dulc. nuncum, capparum, tamaric. An. 3. iiij. Coquantur omnia in duplice vase ad consumptionem succorum, residuo illinatur hepar, aut adde medulla cruris bubuli, & axungia porci. An. 3. ij. Myrrha, syrac. terebinth. galbani, & Ammonia. An. 3. Is. Pulu. spica nard. celti. asari, calam. aro. & nucis moscha. An. 3. ij. Dissoluantur galba. & Hammoni. aceto, & mixtis fiat vnguentum ad usum. His vti oportet alternis, fotibus primùm & cataplasmati, inde oleis, post hæc vnguentis, tandem emplastris, vt

¶. Massa emplastrri Diachilon. magni, & Ireati. An. 3. ij. Diachil. cum gummis 3. j. Malaxa oleo nard. aut absinth. & extende in aluta rotunda, admouique, Aut

¶. Massa emplastrri de Melilo. & pro Latere, & pro Matrice. An. 3. j. Is. cum oleo Irino fiat ut suprà. Perseuerante affectu, quia diuturnus est & chronicus, iterentur omnia per vices, & purgationes quoque, & decocta aperientia, & post preparata materiam euacuetur per interna, & post emollitam etiam exteriū, discutiatur resoluentibus moderate.

DE HYDROPE.

C A P. XXI.

SE QVITVR male affectum hepar, & schirrosum ut plurimum *Loc. af. 6.* Hydrops. Proinde de eo nunc agendum. Est autem Hydrops simpliciter prolatum, quod aquam intercutem Latini dicunt, collectio *Nat. fac.* aquæ (vnde illi Græcis, & Latinis nomen) aut seri multa inter peritoneū & intestina : quamuis etiā sit vteri, Thoracis, capitisque Hydrops, & *Hip. de improprius etiā matulæ Hydrops diabetes dictus.* Eius species sunt tres, *ter. affec.* Ascites, Timpanites seu Timpania, & Anasarca, aut Hyposarca, & *2. lib.* posarcidium Sarcitis, & Leucophlegmatia. Ascitis ab *et. 3. Græco,* *de Morbis.* *Paul. lib. 6.* quod vtri in modū venter tumeat, dictus est, in quo plurimum est aquæ, *c. 3.*

6. loc. aff. 3. quamuis etiam & statu adsit non nihil. Timpanitis, & Timpanias
 4. Vic. ac. Hydrops sicca, quia timpani more sonet, multoque propterea statu
 113. refectus sit, licet etiam aquæ aliquid insit. Anasarca denique in quo
 Hip. 4. non solum venter, (qui tamen in alijs fere solus tumet, quamuis
 Aphor. 2. etiam aliquando pedes & crura in principio & circa finea etiam maximè
 ad noctem intumescant) sed totum corpus turgidu est. Horum omnium
 causa immediata est hepatis frigida intemperies: & hæc aut primò ipsa
 impressa, vt potu frigidæ, frigidis humoribus schirrōq; aut cōsequente ad
 magnas hemorrhagias, ab hemorrhoidibus, vtero, naribus, ore, vulnere,
 dyenterias, lienterias, diarrhœas, colicos dolores, mensium & he-
 morrhoidum suppressionem, dolores longos. fortisque, aut ad ma-
 gnas inflammationes eiusdem hepatis, aut ardentes, aut hec[ticas] fe-
 bres, aut assiduum meracioris vini usum, absorpto calido natu[m] à non
 naturali; aut denique ab alijs partibus illi communicata, vt ventriculo,
 intestino ieiuno, tenui, colo, mesenterio, liene, pulmone, septo trans-
 uerso, renibus, vtero. Contingit denique aliquando non verus Hy-
 drops ob obstructas emulgentes, aut renes, aut vreteres à lapillis, viscidu[m]
 humore, aut aliquo alio quod virinæ transitum impedit, & ob renum
 trætricem facultatem debilitatam. Ascitis signa sunt tumor ventris qui
 vt plurimum paulatim fit, quémque præcedit pedum & tibiarum in-
 flatio, rugitus & sonus quasi fluentis aquæ, dum ab uno in aliud latus
 conuertitur æger, & dum palpatur, paulo verò post initium adest albi-
 cans totius corporis color, pondus, grauitasque ventris, scroti ma-
 gna moles, spirandi difficultas, sitis, febris, inapetentia, vi-
 na tenuitas & albedo, corporis macies nimia, & tandem accidente
 morte tussis, & diarrhœa. Timpanitem autem indicant tumor ventris
 4. Digno. maior, renitentia, perspicuitas, sonus ad modum timpani, cùm percu-
 puls. 3. titur, quod citius generatur, succeditque vt plurimum ventris dolo-
 ribus & longis torminibus, quæ nullis medicamentis fedantur, minor-
 que sentitur in ventre grauitas & pondus, sed maior respirandi difficul-
 tas, nec pars alia tumet præter ventrem, nec tanta est sitis, nec febris,
 nec tam lubrica alius, multique sursum & deorsum exent flatu, & de-
 nique quod diutiùs durat, quam Ascites. In Anasarca tandem tumet
 Aphor. 1. vniuersum corpus, molle est, frigidum, pallidumque, & tale semper
 manet, cùm in alijs Hydrops speciesbus ferè tandem macies & con-
 Aph. 12. sumptio partium sequatur, succeditque vt plurimum longis morbis.
 Omnes Hydrops species longæ sunt, & licet quandoque sanari possint,
 Aph. 56. tamen vt plurimum periculosissimæ, & si paululum processerint, le-
 thales sunt. Quæ subito apparent post longum morbum, & post acu-
 2. Progn. tum etiam, & quæ hepati schirrum sequuntur, & nimiam siccitatem
 2. 2. 3. incurabiles etiam sunt. Quæ lienosis superueniunt post longas in-
 Aph. 47. testinorum difficultates, interimunt. Aqua intercute laborans &
 6. Aph. tussi capiatur, interimit. Quibus hepar aqua plenum, si ea in omen-
 35. 7. Aph. tum eruperit, his venter aqua impletur & moriuntur. Et hoc certius est
 36.

quād quod habetur. 6. Aphor. 14. Si hydropico aqua à venis in ventrē fluxerit, solutionem fieri, quamuis per ventrem intelligas intestina: multi enim cum fluore alui moriuntur, etiam si aliquando melius videantur habere initio, aut paulo post fluxum. Hydropē laborantibus 6. Apb. 8
vlera in corpore facta difficulter sanantur. Hydropicis fectis aut vstis si 6. Apb. 27
tota aqua simul exeat, moriuntur. Quamuis nonnulli afferant Timpani- Fuchs.
tem esse omaibus periculosiorē, tamen longa & multiplici experien-
tia nobis compertum est, minus periculosum esse reliquis: visi enim
nobis sunt plurimi quindecim & plures annos Timpania conflectati, cūm
Ascites vix annū durare possit. Ascites & Anasarca fere ijsdem remedijs
curantur, Timpania verò alijs indiget, propter cāque de duobus primis
priùs agemus, deinde de tertio. Si hoc priùs dixerimus, Hydropem,
qui sympathia alicuius partis fit, curari curata priùs parte illa, quod
proprijs locis querendum. Nos enim hic eum qui à solo-hepatis vitio-
pendet, tractamus. Curantur ergo ambo primi, vietu tenui, exficcante 4. vic.
excalefacientēque, nisi febris adsit, aut à nimio calore procedat, cly- acut. 113.
steribus, catharticis, aperientibus, syrapis, conseruis, opiatis, conditīs,
pulueribus, oleis, vnguentis, cataplasmati, emplastris. Vescantur
itaq; carnibus laudatis, maxime volucribus, vt plurimūmq; assis, asper-
sisque cinnam. nuce myrist. caryophyllis. Et si vtendum est elixis, co-
quantur cum petrosel. fœnic. anetho, cherefolio, pimpinella, cichor.
hyssopo, maiora. thymo, satureia, menthāque. Potus sit vinum album.
tenue in prandio, giluūmq; in cœna, modō non adsit febris, lymphatū
vtrumque aqua decoctionis gram. Quod si febris adsit, vtatur aqua
decoctionis cinnam. alterutro autem adeo sobriè, vt nil magis: in hoc
enim sita est major pars salutis. Inhabitetur loca perflata, modō non sint
valde frigida; exerceat corpus quantū poterit, & si aliter non queat, saltē
equiter, aut gestetur. Vigilet quoque. Abstineat à salsis, piperatis, acetatijs,
herbis, fructibus, leguminibus, caseo, lacte, frixiisque. Item à plu-
via, vespertino aëre, venere, & mœstitia. Et hæc de vietu. Remedia verò
sic habent. Ante omnia sumat clysterem hunc.

*U. Mercurial. pariet. cicla. An. M. j. Fœnic. anethi. An. M. ss.
(nolle uti cum aliquibus laureola, chamelea, thymelea, aro, asaro, cycla-
mino, scammonia, semine & rad. ebuli, & sambuci, & cort. & cucum. asini.
& titymalis, tanquam fortioribus quād par sit neque vistatis, neque facilibus
inventu, neque decoctis, neque eorum succis, tantum abest ut per os ea conce-
dere velim, multoque minus cantharidas, & vrinam, excepto semine ebuli).
calam. origa. pulegi, arthemis. thym. florum chamemeli, anethi, & centaur-
mino. An. P. j. sem. carui, dauci, & fœnic. An. 3. ij. Coquantur in suff. aqua-
Col. lib. j. ss. adde Benedic. lax. & Hierapicra Gal. An. 3. j. & si aliis
sit valde astritta, olei Chamemel. & aneth. An. 3. j. ss. Misce, fiat Cly-
ster, deitur bis in hebdomade, non fluente alio, quod maxime obseruandum.
Quamuis enim conductat ventrē singulis diebus exonerari, tamen time-*

dum est ne diarrhoea aut dysenteria superueniat, vt s^epe superuenit solet, & inde mors. A clystere danda est talis potio.

U. Agar. recen. troch. 3. j. Rhab. 3. ss. Macis & cinnam. An. gra. 4. Infunde in decocto gram. foenic. cichor. passul. & liquir. In Col. expressa dissolute syr. ros. lax. 3. j. Cathol. & Diacarth. An. 3. ij. cum eodē decocto fiat Potio, capiat ex arte. Quod autē ab authore, lib. de Vic. acut. cōm. 4. 113. & ab alijs postea medicis consulitur de Venæfctione hydropicorum, meritò à Gal. reprobatur, nisi in Anasarca solūm, & in principio interdū, (in Ascite enim & Tympania neminem vñquam phlebotomiā suassisse idem asserit: & quamuis lib. de Venefec. ad. Erasif. 7. dicat se hydropicos, & Hip. quoque venæfctione curasse, illud intelligendū est de Anasarca tantū incipiente, aut de alijs etiā imminentibus) vbi autem à suppressione menstruorū, aut hemorrhoidū, aut à plethora hydrops fiat, quod cūm rariū contingat, satius est vniuersaliter venæfctionem prohibere, quam vlo modo consulere. Post superius ergo cacharticum aperiendæ sunt viæ, trahendæque aquæ sequenti decocto.

U. Rad. 5. aperiti. An. 3. j. Rad. Ireos. 3. ss. Folio. pimpinel. berbon. pentaphyl. cum rad. berula, cressonum, cichor. cum toto, agrimon. & capillarium omnium. An. M. j. Polypod. & Soldanella, aut brassica marine. An. 3. ij. senna mūd. & medul. sem. carth. An. 3. j. sem. ebuli recen. agar. troch. & turbit. An. 3. ss. Glycyrrhi. 3. ij. sem. anisi, foenic. & dauci. An. 3. j. Thymi, epith. cuzentæ, & florum genistæ. An. P. j. Coque ad lib. j. ss. Col. addē Syr. de Byzantijs, aut de 5. rad. aut de cichor. S. 3. 4. Misce, fiat Apoz. clarum & aromat. 3. j. cinnam. aut pulu. trochis. de eupat. pr. 4. dos. manè. Quod si sufficienter deiçiat, non est quod aliquid addamus; si vero, addere possumus ultimā dosi Diaphœn. aut elect. de succo ros. aut Indi maioris.drag. ij. aut syr. de fum. aut de Epith. cōp. si parentur. 3. j. Exinde vero probatur plurimum v̄sus sem. ebuli recentis, triti, infusi vino albo per noctem, expreſſique 3. ij. pondere, & manè bibiti, idque semel in hebdomade, quod nos fœlicissimo successu s^epe experti sumus. Si vero id non placeat ægrotō, aut non succedat pro votis, post vnam aut alteram hebdomadā iterentur superiora, aut capiat semel, aut bis in hebdomada, 3. ss. elect. Diacarth. aut de succo ros. cum decocto endi. cichor. agrimon. & liquir. Pilulas enim nullo modo probarim, quia nimis calefaciunt, siccantque, neque tam facile permeant atque liquida. Quod si nequeat, aut nolit ægrotus vti nisi pilulis, dandæ sunt leuiores, vt de Hiera. S. de Eupat. Ruffi, & si parum his proficiamus, accedendum erit ad fortiores: neque timendæ sunt quæ recipiunt mirobalanos, si parua quantitate sint; retundunt enim fortiorum violentiam, & roborant ventriculum & hepar. Possunt quoque in formam boli dati conuenientia medicamenta, si hac forma delegetur æger, vt

U. Elect. Diaphœn. & Indi.maior. An.drag.ij. Pulu. tenniss. Rhab.drag.j. cum sacc. fiat bolus. Si vero sit adeo morosus ægrotus, vt nullū horū admitt-

tat, capiat 3. ij. syr. ros. sol. per se, aut cum decocto cichor. cicerum rub. & gram. bis in hebdomada. Succus rad. Ireeos, 3. fs. pondere, aut paucō plus, aquas validē deijcit, cū vino albo, aut decocto gram. & cichorij, sed stomachum subuertit, plurimūmque naturam agitat. Quod etiam facit aliquando ebuli semen, sed non adeo. Theriaca etiam & Mithridatum antiqua, 3. j. pondere alternis diebus, aut tertio quoque die plurimūm iuuabunt, per se, aut ex vino, aut aqua gram. aut cichorij. Ad quē etiam vīlūm conducunt elect. Aromat. ros. Diamosc. Dianisou, Diambra, Diacurcu. Dialac. & similia. 3. ij. pondere. Item & conseruæ Acori, si paretur, Helenij, Zingib. sed parua quantitate cort. citrij, aureive malis apij, satyrio. florūm rorifmar. stœchad. saluiæ, buglos. rad. florūm borrag. rad. cichor. nux iuglans, nux myrist. conditæ, eringij rad. ex quibus possunt fieri opiatæ hoc modo.

U. Conser. rad. achori vulg. apij, & cichor. An. 3. ij. Cort. citrij, & malii aurei, satyri. & eringij saccaro conditor. An. 3. j. Confect. de Hyacynt. pulu. elect. Diacurcuma, & Rosata nouel. An. 3. ij. cum syr. de 5. rad. & conser. cort. citrij fiat opia auro cooperta, de qua capiat singulis, aut alternis diebus. 3. fs. superbibendo parum vini albi, aut fului modice diluti, horis tribus ante omnem cibum. Ex ijsdem quoque conseruis, & pulueribus, addito sacc. dissoluto aqua scenic. loco aquæ ros. & in solidam formam redacto, facile erit condita parare, si ægro magis arrideant. Pulueres quoque à pastu non oberunt, qualis hic.

U. Sem. coriand. anisi, & fænic. dulcis (quibus etiam sace. incrustatis seorsum vii potest omni tempore) An. 3. ij. Pulu. cinnam. 3. ij. Caryophyl. & nucis mosca. An. 3. ij. Cort. citrij sacc. cond. 3. iij. sacc. pondus omnium fiat puluis, de quo sumat cochlearē paruum in fine pastuum. Interea verò dum hæc fiunt necesse est semper aliquid clysteribus, aut leuioribus catharticis, de ventre deturbare, & exteriùs quoque adhibitis hepar corrigerē, aquásque ventris dissoluere. Hepati ergo potest applicari tale vnguentum.

U. Olei aneth. Irini, & absinth. An. 3. ij. Pulu. absinth. mentha, ros. schenan. calam. arom. & spica nard. An. 3. j. Croci. 3. fs. Cera parum fiat limimentum. Ante quod etiam adhiberi potest talis fatus.

U. Rad. achori vulga. & gætia. aristolo. rotan. ebuli, & Ireeos. An. 3. iiiij. Folio. mentha, absinth. calam. origa. puleg. fænic. arthemis. anethi, & mentasti, & trinque cichor. & agrimon. An. M. j. sem. dauci, cymini. seselios, ammi. nucis mosc. cariophyl. cinnam. galange. An. 3. ij. Thymi, hyssopi, sature. sampuchi, ros. florūm anethi, chamameli, melilo. stœcha. An. P. j. Coquantur in aqua & sufficieti vino rub. pro fotu Hepatis admouendo bis in die anteunctionem. Ex quo etiam parari potest cataplasma efficacissimum, applicandum aut supra vunctionem, aut citra eandem, hoc modo.

U. Magma superior. decocti, contunde, transmitte setaceo, addéque farina faba. orebi, & lupinorum An. 3. ij. Pulu. ros. absinth. mentha, & irockis.

de myrrha, & de lacca. An. 3. ij. spica nar. & celti. An. 3. j. s. Cruci
3. j. Olei absinth. Q. S. fiat Cataplasma. Possunt multa alia fieri ad hu-
ius exemplum, sed nos meliora sectamur. Aquæ verò quæ in ventre
continetur, multa solent præscribi remedia, quæ quidem si hepar restitu-
poteat, aliquid prosunt; sin minus vitam & spem aliquandiu protra-
here possunt, integrè verò curare, etiam si totam exhaustant, non poten-
tunt inquam. Præcipua verò sunt cataplasmata ex vaccino stercore ca-
lido toti ventri infra stomachum applicita, aut mixto cum caprillo, aut
vnguentu Martiatum & Agrippæ, & Aregon seorsum quolibet, aut
mixta, aut vnguentum de Arthanita si paratum habeatur, sin minus pa-
retur, aut denique tale.

Q. succi Mercurial. rad. Iridis, betæ, cucum. agrestis, & bronia, An.
3. vij. Olei lauri, & ruta. An. ib. j. Coquuntur ad succorum ferè consum-
ptionem, addéque Pulu. cymini, foenic. sem. ruta, & sesel. An. 3. i. Asa-
ri, Iridis, Flor. spica vulga. lauendula, & sulphur. viui. An. 3. ij. sem. agri-
casti, spica viriusque, & zingib. An. 3. ij. Cera parum, fiat vnguentum. Ca-
taplasma autem tale fieri potest.

Q. Rad. brion. cyclami. ebuli. & cucum. angui. baccarum laurei, An. 3.
iiij. Contundantur, cernantur cribro cum succo eorundem, addéque farina lu-
pino. & orobi. Aloes caball. An. 3. ij. Pulu. asari, aristolo. Iridis, Flor. sol-
danel. seu brassi. mari. cymini, dauci, & absinth. utriusque An. 3. i. Pi-
peris, rad. gentia. & Angelica, An. 3. ls. cum oleo amigdal. amar. fiat Cata-
plasma, quod etiā, vt & vnguenta superiora, applicari possunt Scrotu si tumet.
Cauere autem oportet ne ventri admoueātur hæc, si diarrhoea adsit, mo-
uent enim alii fluxum. Probant quoque nonnulli cochleas marinas
contusas applicitásque calidas etiā cum testis, quod nō videtur præter
rationem: sal enim cuius ille participes sunt, plurimū exsiccat. Qua-
ratione non multū laudo hortorum limaces, vt quidam volunt, quam-
uis testarum occasione possint aliquantulum exsiccare. Alij in calidam
arenam defodi ventrem præcipiunt, alijs in milium, alijs in triticum, que
non sunt incongrua, si æger ferre possit. Nonnulli quoque ad solares ra-
dios nudos obijcere iubent ventre tenus, reliquis interim superioribus
partibus tectis: quidam in hypocaustum deducunt, alijs in furnum ca-
lentem, nonnulli etiam calidos panes lateribus, & coxis adimouent ad-
exaurientes aquas, non infœlici successu. Quæ omnia etiam & multo
raeliū hyposarcidio conueniunt. Iubent etiam quidam immergi usque
ad umbilicum aut calente musto, aut vinaceis, aut ventrem vini fecce ca-
lida obducere sèpius. Quod si scrotum nimis tumeat, potest candenti
ferrœ punctuali, aut oliuari pertundi, aut acu cum setone, aut caustico
potentiali: multis enim hæc fluxit tota aqua; & quibusdam etiam um-
bilicus intumuit, & per scipsum ruptus sanitatem attulit: quare si quan-
do id contingat, præmisso prognostico, non erit abs te phlebotomo ape-
rire. Phœnigmi quoque imo ventri, & internis coxis appliciti nonnihil
iuvant. Causticum etiam potentiale aut alteri, aut utriusque tibiæ apponi
potest,

potest, quod aliquando profuisse comperimus, quando scilicet nondum omnino labefactatum erat hepar: aliás autem non solum non profuit, sed magnos cruciatus, & periculum tandem gangrenæ tibiæ attulit. Cōsulebant denique antiqui, & adhuc consulunt, & tentat Neocterici para-

Hep. de
Inter. aff.
17. 28.
6. Apb. 27.
Cels. Au-
rel. 3. Cron.
C. de Hg-
drope.

centhesis, sed licet viderim in aliquibus factam, nullum tamen euasisse scio. Quare nullo modo id consulo, vt in empyemate quoque dixi; nam neque vires constare possunt quod authores poscunt, neque si aquam totam extraxeris, multum profeceris; hepar enim affectum male, nouam denuo generabit: propterea neque Erafistrato remedium placebat apud Cels. lib. 3. c. 21. Tolerabilius est quod Hip. suadet Scroto tumenti & tibijs, & coxis vlcuscula tenui scalpello multa infligere. Durius verò quod hepar, & lienem vrite ferro, aut nescio quibus fungis, & buxeis fusis in oleum feruens tintatis, & lib. de loc. in homine circa vmbilicum tenuissimis ferramentis vrit. Hæc ego omnia circumforaneis medicis, & parabolaniis, libenter relinquem. Quòd si quis velit chyurgiam hanc exercere, legat C. 50. lib. 6. Pauli Aegi. Atque hæc Asciti, & Masarcæ conueniunt à frigida causa factis. Peculiariter autem hyposarchæ competunt sicciora medicamenta quam Asciti, & proinde usus pilularum commodiore est: & trochisco de Eupatorio, ros. absinth. rhab. lacca, curcumæ; & tabellarnm Diachart. & de succo ros. & puluerum à pastu: sed super omnia maximè prodest post purgationes fricare totū corp° singulis diēbus manè per horā cum linteo calido, moderate, incipiēdo à cruribus, deinde ad brachia, tandem ad scapulas, spinam coxásque deueniendo, semper supernè deorsum; & si sudor superueniat, extergendus solerter. Prodest etiam laconicum, & multa exercitatio, & astatatis tempore aquæ termarum sulphurearum, aluminosarum, bituminosarumq; quales ferè sunt omnes naturales, imò etiam marinæ, exterius omnes applicitæ, non autem interius. Qua etiam ratione non valde probò decoctum Guaiaci, vt nonnulli consulunt, ne nimiùm hepar concalscat exsiccatürque: laudarim magis in Anasarca solo farsam pariliam aut Chinam. Vnguenta autem tibijs admota non valde placent, neque lotiones, neque lixiua: non enim sperandum est totius corporis aquā per tibias euacuare. Quòd si verò à calida intemperie hepatis hydrops proueniat, hoc opus hic labor est: quæ enim hydropem curant, ferè calida sunt, & esse debent, hæc tamen calidam augent intemperiem, sed sanè vbi magnam intemperiem calidam hepatis frigida sequitur, actum est: nihilominus tamen tentandum aliquid est, vtendūmque minus calidis, roborandum hepar, miscenda moderatè frigida, aquaque exaurienda. Idem quoque præstandū vbi hydropi coniuncta est febris. Sit ergo victus ex laudatis carnibus clisis manè cum petrosel. buglo. borrag. endi. cichorio, cherefolio, anetho, fœnic. & mentha; in cœna verò assis. Vitet calida omnia, salsa, pioperata, acetaria; fructus omnes horæos, præter pruna exsiccata, vuas passas, caricas. Potus sit quamparcissimus, vinum oligophorum dilutū aqua decoctionis graminis. Somnus & labor omnia moderata. Medicina

lib. de tn-
ter. aff. 26.
27. 28. q.
33.

menta verò sunt frequentes clysteres, cathartica, apozemata, opiatæ, vnguentæ cataplasmatæ, Clysteres sint tales.

U. Altheæ, cum rad. malua, pariet. mercurial. betæ, & berula. An. M. j. sem. fænic. petrosel. & danci. An. 3. ij. Flor. anethi, chamomeli, melilo. An. P. j. Prunorum. Par. vj. Hord. integ. & furfur. macri. An. P. i. Coque. In col. lib. j. ss. dissolute Mellis ros. & Cassia cum saccaro. An. 3. i. olei 3. ii. fiat Clyster, detur bis in hebdomade, non fluente alio. Post diæ verò detur hoc medicamentum.

U. Rhab. electi infusi decoct. gram. end. cicbor. hord. passul. mund. & liquor. & expressi. 3. j. ss. syr. ros. sol. 3. j. Cathol. 3. vj. cum eodem decocto fiat Potio.

U. Rad. gram. aspara. & rufci. An. 3. j. Rad. petros. & rnb. tincto. An. 3. ss. Cichor. cum tota, endi. buglos. borrag. agrimo. sonchi len. dentis leon. pimpinel. hepatica, & capitulum omnium. An. M. j. Brassic. mari. poly-pod. senne, & passul. mund. An. 3. j. ss. Agar. trochis. & medul. sem. car-tha. An. 3. vj. sem. ebuli, & anisi. An. 3. ij. Florum. 3. cord. & genista. An. P. j. fiat coctio. In quart. v. col. dissolute sacc. 3. vj. Pulu. Diatrion santal. 3. j. fiat Apoz. clarum pro iij. dos. manè. Adde ultima dos. syr. de Cichor. cū Rhab. 3. j. Hæc porro possunt repeti, quoties visum erit opus, nec enim hic pilulis, neque electarijs solidis locus est vllus, neque the-riacæ, neque Mithridatio. Semine ebuli possimus aliquando vt. Ad ro-borandum autem hepar, & moderandum incendium, plurimùm conseruæ, & opiatæ. Conseruæ sunt, radix cichorij, flores eiusdem, radix & flores buglo. flores borrag. rad. eringij, adianthum, caro, & cortex citrij, omnia condita : ex quibus sic fieri opiatæ.

U. Rad. & florum cichor. condit. An. 3. ij. Florum buglos. rad. eringi, & carnis & cort. citrij, omnium cond. An. 3. j. Confect. Alcherm. de Hy- cynt. & puln. elect. Diarrhod. Abba. An. 3. ij. cum syr. de cichor. S. fiat Opiata auro cooperta, de qua capiat circiter. 3. iiij. singulis diebus manè, su-perbibendo, 3. ij. aquæ cichorij, duabus horis ante omnem cibum. Ex ijsdem etiam minori quantitate, cum sacc. ros. tabul. potest fieri conditum, si magis ea forma delectetur æger, de quo capiat paruum cochlearie eodem tempore. Quod autem quidam commentiuntur de lapide qui ab aqua-tico serpente per caudam suspenso in subiectum vas aqua plenum vometur, eoque ventri hydropici applicito tota exaurieretur aqua, mihi fabu-læ simile videtur: nec multum abest quod de lupini hepatis facultate in restituendo nostro dicitur. Hepati autem vnguentum fieri potest hoc.

Hollerius
in hydro.

Rondele.

U. Succi cichor. endi. agrimon. & absinth. extractorum cum vino albo, & depuratorum, An. 3. ij. Olci cheiri. absinth. amigdal. amar. & tamaricu. An. 3. iiij. Coquuntur ad consumptionem succorum, addéque pulu. ros. San-tola. omnium, mentha & absinth. An. 3. ij. spica nardi, macis, & nucis my-risti. An. 3. j. Croci. 3. ss. Ceræ parum; fiat vnguentum admonendum hepa-ti hora somni. Catapsalma etiam tale.

L. Scariola. absinth. mentha. agrimo. cichor. sonchi utriusque, & pimpinell. An. M. j. sem. berberis & acetosa. An. 3. ij. cort. media. sambuci, & ebuli. An 3. ij. Coque in aqua & vino rubro donec tabescant, contunde, transmette setacco, addéque farina fabar. & hord. carnis da & cylorum similiter tusæ, & crete. An. 3. ij. Farina lupino. 3. j. Pulu. ros. mentha, santalo, omnium. An. 3. ij. trochis. de eupat. & lacca. An. 3. j. spicunar. & croci. An. 3. ls. oximel. S. Q. S. fiat Catapl. ad usum dictum. Interim ventri quidem ad exhaustiendas aquas nihil impedit quomodo præscripta Asciti à frigida causa, vnguenta, & cataplasmata applicentur. Atque haec tenus de Ascite & Anasarcha, iam de Tympania. Hæc peculiariter hoc habet, quod vietus, & reliqua omnia magis ad corrigendam ventriculi, (à quo ut plurimum pendet) deinde hepatis frigidam intemperiem, & discutiendos flatus, quam ad euacuandum institui debent. Sæpe enim purgantia parùm profuerunt, & quandoque malum potius auxerunt; quia flatus catharticis non cedunt, visque ventriculi magis purgantibus infringitur. Datis ergo in principio leuibus quibusdam medicamentis, ex his quæ in Ascite à frigida causa præscripta sunt, de cætero utendum est optimo vietu, & fomentis, & illitibus, & cataplasmati hepatis roborantibus; & alijs ventris flatus discutientibus, & intus per os tabellis & pulueribus à pastu calidis sæpius iam dictis.

*DE LIENIS AFFECTIBVS.**CAP. XXII.*

CONTINGVNT Lieni omnes affectus qui Hepati, imbecillitas scilicet, intemperies, Obstructiones, Inflammationes, Schirri, & tumores alij duri, & ab his Icterus, & Hydrops, vt superius dictum est. Quæ omnes affectiones quia eodem modo, & ijsdem remedijs curantur ferè atque in Hepate, ideo silentio hic inuoluuntur; solum nonnulla addeamus quæ partem respiciunt. Splinodeis vocat Hipp. & Splenicos Latini, quibus tumet induruitque Lien; qui morbus est illi frequentissimus, & præcipue in foemini: vix enim est inuenire vnam quæ hoc vitio non laboret tota vita; & quamuis nos Splenicos possemus dicere omnes qui quoquo modo ab Liene affecti sunt, tamen maneamus in significatione Hippocraticis describamusque solum affectum hunc, & summatim curremus. Splenicis ergo Hypochondrium sinistrum ad tactum valde tumet, durumque est, extenditurque aliquando usque ad dextrum latus, & ad pubem, dolet, grauitatem, & pondus infert, laffitudinem parit, & anhelitus difficultatem, & quandoque foetorem, & corpus reddit tumidum, plumbeum, fuscumque, præcipue faciem, pedes turgent, & aliquando fœda scabie, & ylceribus sculent, maxime tibiae coxaeque, deinde etiam

reliquum corpus, cutis aspera est, sudor graueolens, somnus turbulentus & tristis varices frequetes, latæ venæ, hemorrhoides, pruritus, febris quartana, suppressio mensium. Hæc aut plurima horum humoris melancholici abundantiam denotant, à quo fit hic affectus, qui si diu duret, transit in Schirrum: raro enim humor pituitosus Splenicos facit. Vnde inferre licet morbum hunc potius longum esse quam periculosum, licet aliquando si diutius duret, secum inuehat Cachexiam & Hydropem.

Curatio eius ferè eadem est quæ obstructionis, & Schirri Hepatis, vi. Etus moderatè calidus & humidus, clysteres, boli, potionē cathartica, apozeimata modicè discutientia, aperientia, euacuantiāque, venæfæctio ex saphœna pedis aut basilica brachij sinistri, si plethora adsit, aut multa cacockymia, modo vires non recusent, conseruæ, opiatæque, condita, eleætaria, pulueres, fatus, balnea, linimenta, vnguentæ, cataplasmata, emplastræ, tandemque liquefacta materiâ, fortiora cathartica, apertioque venarum sedis. Quorum omnium quia dictis capitibus multa sunt exempla, nō est quod ea h̄ic repetamus. Syluam solūm confuse dicemus. Splenem ergo iuuant buglos, borrago, petrosel. asparagi, scenīc. pimpinel. capillares omnes, lupulus, tamarix, cortex medianus eiusdem, & rad. capparis, & fraxini, salicis, genistæ, semen viticis seu agni casti, anisi, scenic. ammi, dauci, seseli, carui, cumini, ex quibus possunt fieri Iulapia, & apozeimata, addita senna, prunis, passulis, polypodio, carthamo, turbit, agar, thymo, epith. cuzcuta, cum syrups capill. ven. viol. de liquit. de fum. epith. cichorio, S. & cum Rhab. buglos, pomis S. & saboris, hyslopo, conser. cort. citrij, oxymel. S. & scylit. syr. acetos. acetum S. & scyllit. & cum electuarijs Indo maio. Diaphœn. Diafenna, confec. Hamœch, Diacartha. Theria. mithrid. Aurea Alex. eleæt. tabellata, & trochis. dicta C. de Hep. Schir. & conseruæ, & reliqua. Pillulæ peculiarter de lapide Lazulo, de Armeno, de Fum. de Euphor. de Sagapen, de Bdelio, de Opopana. de Sarcocol. Fœtidæ, Indæque. Emplastra de Melilo. Diachil. omne. Vnguentum Agrippæ, & Dialthea. Oleum de cappar. tamar. amigd. dul. & amar. sambuc. lilio. Irin. gelsemi. de laterib. scorpio. Keiri. Neque timendum est h̄ic nimium laxare, vt in Hepate, propter Lienis ignobilitatem, remediāque debent esse fortiora eadem ratione, & propter humoris crassitiem. Laudant quidam potum in scapho ligni tamaricis, alij fraxini, quod tamen parum valere puto. Prohant & cappares ex oleo & aceto, quæ quamvis qualitate videantur professe, substantia tamen lœdunt. Consulunt etiam fatum cum vrina, quod qualitatem manifesta, calore scilicet & tenuitate cōfert, quemadmodum & cum sanguine qui extractus est ab ægroto nulla alia ratione iuvat quam tempore. Quod verò de aceto pyriti candenti infuso, eiisque sumi exceptione aiunt, magis extremis partibus quam trunco corporis convenire videtur. Magis placet idē lapis aut alijs ita aceto calidus imbus, linteoque inuolutus & superpositus Lieni. Superstitiosum etiam est quod emplastra quæ huic parti admouentur, bubulae linguae effigie præ-

eribunt. Seri caprini vsus, cui lupulus, sumaria, thymum, epythymum, aut absinthium per noctem sub dio infuderint, plurimum valent, sicut & aquæ fabrorum, aut cui chalybs saepius ignitus immersus fit, aut quæ è cotibus quibus enes exacuantur, effluit, ob chalybis vim admixtam, non ob ceterum; & denique chalybs ipse in puluerem redactus. Gummi hammonia, galbanum, asa foetida, opopanaxque aceto dissoluta, applicataque magnam habent vim, non vero adeo valent resiccatia, ut facculi, & fons fisci, resoluendo enim tenuiorem partem, reliquum condensant in lapidem. Minus autem probo phœnigos parti adhibitos, & minimè omnium cauteria neque potentialia, neque actualia, quamuis Hipp. remedium hoc sit valde familiare. Nullam denique fidem habeo Lieni asini domestici, & onagri, & bouis, & pulli equini sylvestris (si quis talis sit) & vespertilionis decolati (cur potius decolati, quam quomodolibet aliter occisi? Cum præcipue sanguis eius, qui tamen decolatione amittitur, vim habeat incidendi) corpori, omnibus in puluerem redactis, & 3. j. pondere ex oximel. haustis.



EXORDIVM LECTIONVM.



ERVENIMVS hactenus in Methodo nostra curativa ad morbos usque renum, Princeps Senatus Illustrissime, RECTOR V N I V E R S I T A T I S V I G I L A N T I S S I M E, Praesides amplissimi, Senatores integerimi, Octouiri Capitolini prudentissimi, Academia patres sapientissimi, usque omnium ordinum auditores ornatissimi. Supereft ut hoc anno morbos qui restant renum, vesicæ, partiumque generationi dicatarum tum viri tum foeminae percurramus; qui non pauci nec leues sunt, sed multi, grauissimique. Neque mirum vobis videri debet, si tantum tempus in hoc tractatu insumamus; est enim ars longa, ut dicebat Hipp. & huius pars ista difficillima, laboriosissima, utilissima, in qua plurimorum authorum sententias circa essentiam, causas, signa, curationemque cuiusque morbi explorare, firmumque inter eas saepe mutuo aduersantes iudicium ferre necesse est; quando non de leui re, sed de hominum vita agitur. Scio quidem Thessalicos semestres medicos, non probaturos exactum nostrum docendi modum, qui abruptum tumultuariumque discendi sibi elegerunt. Sed nos non ponimus rumores

ante salutem. Ergo quod saluti humani generis vertat Deus Optimus Maximus, Deipara virgo, Cœlicolæque omnes incœptum persequamus opus. Multa mala Renes exercent, ut & reliquas corporis nostri partes, communiora verò sunt Calculi, rariora verò Inflammationes, Abscessus, Sanguinis miètio, & Diabetes, de quibus nos singulis capitibus eodem ordine agemus: nunc autem de Calculo tantum ea quæ & temporis angustia, & beneuola patientia vestra permettit, dicemus: reliqua deinde persequemur. Supponendum autem primò est quod quotidiana multorum experientiæ comprobatur, calculos scilicet in omnibus ferè corporis partibus gigni, ut cerebro, pulmonibus, hepate, vesicula fællis, liene, mesenterio, colo intestino, vtero, renibus, vesica, abscessibus, articulis; in corde autem propter partis nobilitatem motūmque perennem, numquam visus est calculus. Et de alijs quidem partibus conueniunt omnes, de vesica vero decertant Fernel. Rondel. & alij, Fernelio contendendo nunquam primò generari in vesica calculum, sed à renibus descendere eius rudimentum, & quasi granum, quod deinde in vesica incrementum capiat; Rondeletio vero contrà, vtrōbique primò gigni. Has autem Fernelius & qui cum sequuntur opinionis suæ rationes adferunt, primò in tanta vesicæ capacitate, quæ perpetuò repletur alluiturque humore, vix cogi posse videtur lapis; secundam quia cùm calculi efficiens causa dicatur esse calor, vesica autem frigida sit; non ibi generabitur: In renibus vero & ob loci angustiam, & ob insignem calorem, facilime: tertiam, quia maior pars calculorum nucleus intus conclusum habet, circa quem multæ lamellæ cœparum more inuoluuntur vario subinde colore, vnde coniçere liceat à renibus descendisse nucleum, additâsq; in vesica crustulas: Denique quoniam cùm à vesica exeant sanguinis grumi, pus, carunculæ, crassaque & viscida pituita singulis diebus, non licet intelligere quomodo succus ille ex quo calculus fit, in vesica tamdiu remanere possit, ut calculum proferat, nec antè exeat, cùm illa crassiora exeant. Aduersus vero hæc instat Rondel. quod cùm eadem sint augmenti, & generationis, & calculi, & aliarum rerum causæ, materia scilicet apta & calor; Fernelius vero cōcedat in vesica augeri calculum; Ergo & ibi quoque primò generabitur; maximè si multa crassaque materia subsit, & strictæ viæ, quæ duo saepe adsunt. Neque si in aliquibus calculis, inuenti sunt nuclei, in omnibus id contingere, imò in paucis, atque proinde ex particularibus casibus non esse statuendum vniuersale theorema: præter id quod nil impedit quominus etiā in vesica gignatur primò nucleus, deinde superinduātur crustulæ. Denique quia in multis pueris inuenti sunt in vesica calculi, qui nullum renum dolorēpassi erat, vnde nō à renibus descēdisse, sed in vesica genitos probabile esse. Hæc & alia multa vltro citrōq; plurib⁹ verbis inculcat authores hi redarguuntq; mutuò: quibus omnibus respondere tædio plenum esset, neque valde vtile. Cùm vero nobilissimi sint qui decertant viri, & res scitu dignas, nos qui firmam in omnibus, quantum fieri potest, doctrinam constitue-

nitimus, controversiam dirimere tentabimus; ab experientia cui plurimi fidimus, initium ducentes, cui & rationes, & authoritates Hippocratis, Aristotelis & Galeni adiungemus. Certum itaque primò est, in renibus calculos gigni: nam nos sèpissimè dissectis cadaveribus eorum qui Nephritico dolore cruciabatur, eos offendimus, & nuper nobili viro doctóre nobis presentibus extracti sunt defuncto vitâ ab utroque rene viginti vario colore, magnitudine, figura, quorum alij in cavitate renis continebantur, alij in crudem carnem infossi. Indubitatum quoque est in vesica inueniri, nam & sc̄tis viuis qui mingendi difficultate laborant, & demortuis singulis diebus eruuntur varia etiam magnitudine, colore, & figura. Vero simile etiam est in vesica gigni aliquos primò, siquidem & in utero, & in intestinis gigni concedimus, quæ sunt æquæ ampla atque vesica, & per quæ quotidie descendunt etiam excrementa, atque per vesicam. Dixi, verosimile: non enim id necessariò euinci rationibus potest, quas adferat Rondel. Nam in pueris recens natis inuenti, potueri descendisse à renibus: & in quibus non præcedente aliquo renum dolore apparuere tamen primò in vesica, idem contingere potuit, cùm videamus multos & puerulos, & alios maximè vèrò fœminas parvulos ejicere calculos, qui nec eos exire senserunt, nec ullum antea dolorem passi sunt. Sic etiam non euincit Fernel. argumentis suis, non posse in vesica primò gigni. Credere tamen par est, & id ratio dictat, maiorem calculorum partem in renibus formari, & ob eorum fortē calorem, & ob meatus angustiam. Cùm enim ibi primò vrina à sanguine secerne deberet, ne sanguis cum vrina simul efflueret, opus fuit per subtilissimos ductus tanquam per tenuissimum incerniculum eam percolari: vnde cùm illa secum semper excrementa aliqua auehat & euerrat à venoso genere à quo effluit, necesse est ibi impingere & hærere, sabulūmq; primò, mox & procedente coctione, & accidente noua alluione cálculum compingi, quod etiam adnotat Gal. 2. nat. hum. 17. 6. Epyd. 3. 15. & Author. lib. de Renū calculo, qui quamvis Gal. non sit, est tamen doctissimus vir. Sed addamus nos nouam causam, quam nemo haec tenus nec antiquorum nec neotericorū aduertit, & tamen omnium præcipua est, quia scilicet vrina ipsa sal est, sal autem petra. Vtrumque autem ostendit experientia: nam & vrina gustu falsa est & acris, & in lasanis crustas, arenulas, lapidesque concretos videmus, & in priuatis latrinis crassissimi, denissimique, & lateritij, & lapidei parietes vrina primū traiiciunt, paulatim deinde cōminiuuntur, atteruntur, dissoluuntur: quæ sunt salis effectus: & in naturalibus balineis, & in vasis quibus terrarum aquæ asportantur, lapilli concrescunt gemmarum & vñionum specie. Sunt autem maiori ex parte aquæ hæ nitrosæ, aluminosæ, calcanthosæ, quæ nil aliud sunt quam salis species. Atque hæc quidem ambo optimè nouit Arist. 11. sc̄t. Proble. 26. & 23. sc̄t. Proble. 27. & 32. saltem sicci & terræ plurimum continere, & 2. Metheor. 3. dum inquirit eas saluginis maris, vrinam esse alimenti partem terrestrem, salam,

incoetariaque, quæ secreta est ab humido dulci alimentari, quo nutritum animal; quemadmodum quidquid dulce est in aquis, & humoribus, id sursus calore euehi, & à mari etiam ipso, vnde pluua aqua omnis dulcis est, quod verò crassum, mixtum, & terreum, infra manere, salsumque & amarum esse, vnde mare semper salsum esse: Et denique 4. Metheor. 5. 6. 7. dum de molli, duroque, fluxo, circumscripto, calidi, frigidi, humili, siccique actionibus agens, afferit salem quia plurimum terræ continet, humore potius solui, calore durari. Sed quando multa hic scitu valde digna & iucunda sunt, abstrusa tamen & recondita, quandisque tritam medicorum semitam deserere incœpimus, mittamus eos tantisper cum suis excrementis humi repere, vtque veras causas generationis calculi radicitus eruamus, aquilam nostram Aristotelem sequuti, aut etiam si fieri possit, ingenij alis altius sublati, sistamus nos ante naturæ radios, contentaque oculorum acie subtilissima quæque perspiciamus.

Primo ergo ait Arist. citatis locis, vrinam esse alimenti partem incoetam, in qua quidquid erat in alimento salsum, secessit. Secundò, frigus esse qualitatem actiuam secundam à calore. Tertiò, quæ à contrarijs fiunt, contrarijs solui, atque proinde quæ à calore fiunt, frigore dissolui, & contrà quæ à frigore fiunt, calorē dissolui, vt gelu. His addunt medici manifestè pugnantia, vt videtur. Hippocrates enim 3. Aphor. 26. pueris calculorum generationem tribuit; trigesimo verò primo eiusdem libri senibus Nephritides, & vrinarum stitlicidia, & difficultates ascribit, quas Galenus in commento ad calculos refert: Non autem videtur rationi consentaneum vt aduersantes omnino temperamentis ætates, quales sunt puerilis & senilis, simili morbo præhendantur; quod etiam universalis axiomate comprehendisse videtur Philosophus dum ait 4. Metheor. 6. siquidem fieri non potest vt idem per eandem facultatem eidem rerum contrariarum assignetur affectus: quomodo ergo puer calidus & humidus, & senex frigidus & siccus lapidem uterque generabit? Hinc est quod nonnulli his Aphorismis ducti dicant à contrarijs causis fieri calculum, à calore in pueris, à frigore verò in senibus; imò alij addunt, in pueris fieri vt plurimum calculum in vesica, in senibus verò in renibus, quæruntque huius discriminis causam, de quibus omnibus nos alijs plura, ne omnia in omnibus misceamus, filiumque sermonis nostri interrumpamus. Sed interim quando & ib obiter tetigimus (nam & hoc maxime ad rem nostram confert) fieri non potest à frigore calculus? In viuentibus quidem ridiculum est, quamuis nonnulli id afferant. In non viuentibus autem videtur valde probabile, nam in fluminibus multa generantur saxa, & augescunt, & in terræ superficie, & centro quoque multo maiora. Quamuis autem certent duo hæc elementa de vindicanda sibi quodlibet frigiditatis proprietate, origine, & primatu, certum tamen est utrumque frigidum esse, si credimus Aristotelii & Philosophis alijs. Deinde si verum est Aristotelis axioma dictum, quodlibet scilicet à contrario dissolui, saxa autem liquantur calore, nam vitrarij ex splendidissimis calculis

calculis vi ignis vitrum constat; coacti ergo illi erant à frigore. At ante dicebamus ex sententia medicorum, generari calculos in renibus à nimio calore. Ecce excitamus quæstiones multas, vt excitemus ingenia vestra. Hoc enim est verè Philosophari: non autem bidentum more præcuentes sine iudicio sequi, & aliorum paginas in suas chartas transuasare.

Sed reuertamur ad Aristotelem. Hic ergo ait, vrinam esse partem alimenti incoctam, in quā quidquid erat falsi in alimento, transit. At pace quod dixerim doctissimi & ingeniosissimi præceptoris, ambo hæc si crudè sumantur, suspectæ sunt veritatis: si enim incoctum vocat quod non potest alere, verum quidem est, falsum enim simpliciter alere non potest, immò nec amarum, nec acre, sed tunc oportet dicere incoctile. Si verò dicat, non satis, aut nullo modo coctum, falsum id est, falsum enim excoctum potius est, nimiā namque cocturā, vt ostendunt medici, dulce transit in amarum primò, vt mel, deinde in falsum, tandem in acre. Quod quidem norunt etiam mulierculæ; si enim ad certum terminum carnes clixent, dulce fit ius, si verò amplius excoquant, omnino falsum. Idipsū quoque notauit idem Aristoteles sect. 23. Probl. 30. dicens falsum calidius esse dulci. Secundum non plus habet veritatis, si absolutè sumatur; quamuis enim verum sit quod ille dicit & Gal. cit. 4. simp. animal nutritri dulci, id tamen cum grano salis accipendum, non quod simpliciter dulce, sine vlla salis commixtura, sed eo quòd dulcore excellit; quod ille videtur melius expressisse 4. Gener. anim. 8. dum ait, omnibus alimento est quod dulcissimum & coctissimum sit, comparatione scilicet; quemadmodum calidum temperamentum vocamus, non quòd frigidus particeps non sit, sed in quo calor superat. Sic etiam nec ipsum mare quod falsissimum est, expers est dulcedinis, afferente eodem Arist. 23. Proble. 37. nec etiam amaroris 35. eiusdem: quod eo etiam experientia comprobatur; aiunt enim si aquam maris in vas cereum infuderis, transcolaturam aquam dulcem, relicto scilicet in cera sale; quod etiam fit per terræ poros. Non ergo sanguis, quamuis dulcis, omnis est salcedinis expers, immò particeps, licet nō multæ, quia calidior esset iusto, cùm animal quod nutrire debet temperatum sit, plus minùsve pro speciei ratione. Secernit itaque natura quod nimirum excedit falsum, seponitque in vesicam & intestina, quod amarum in chistim fellis, quod acerbum in lieinem, remanent tamen hi sapores omnes in sanguine, sed minori quantitate quam dulcis, siquidem ex quatuor humoribus constat sanguis. Est autem sal in sanguine quantitate quidem paucus, energia autem multus, & sine quo sanguis non nutritur, non sanguis esset: Est namque sal tanquam anima, spiritus, & vita viuentium, eoque propterea condita etiā placent gustui, & conseruantur omnia viuentia, immò & non viuentia, sine eo verò nil placet, neque incorruptum diu manere potest. Vnde afferunt quidam noui Philosophi, salēm esse vnum ex elementis omnium mixtorum. Esse autem in sanguine salēm ostendit animalium sperma, quod quidem ex sententia Arist. Hipp. & Gal. pars est benignissima sanguinis

perfectissimè cocti : id aurem falsum esse demonstrat eius stimulatio vehementissima in venerem : vnde salaces dicuntur qui libidini obnoxij sunt , & Venus ex mari orta fertur , & mare omnium est fecundissimum , vt in quo multo plura , maioraque quam vel in fluminibus , vel in terra , vel in aere generentur animalia. Quod enim cum Ceto conferri potest in terra animal , qui domus magnitudinem aequat? Quot miriades ouorum continet vna Trigla ? Quot piscium greges vastum pererrant aequor? Hinc est quod Sapientia Patris Christus Saluator noster Apostolis suis dicebat *Vos estis sal terra* ; Quid potuit sapidius , quid efficacius dici? Quod si sal euanuerit in quo salietur? Omnia erunt fatua , insipida , ingrata , putida , sal enim est , vt antea dicebamus , tanquam anima , spiritus , & vita viuentium. Vnde optime dictum est de inutilibus hominibus , illis datam esse animam pro sale. Multum ergo est in vrina salis alimenti (vt ad Aristotel. reuertamur) sed non totum. Et hoc quoad priuum. Sed id parum est praewis quæ secundo loco habentur. Aristoteles enim Empedoclem sequutus afferit quatuor esse in elementari hoc mundo elementa , Ignem , Aërem , Aquam & Terram ; vnicuique duas qualitates assignans , vnam præcipuam , alteram minùs : Igni calorem præcipue , siccitatem secundo , Aëri humiditatem & calorem , Aquæ frigiditatem & humiditatem , Terræ siccitatem & frigiditatem ; quibus qualitatibus se mutuo perimunt , & quæ ex ipsis componuntur. Iuxta quod cecinit Poëta

Frigida pugnabant calidis , humentia siccis.

Sed nec Empedocles primus fuit huius sententiæ inuentor ; Imò Hipp. Coüs Medicus , antiquissimus omnium author , vt videre est in lib. eius De Natura Humana inscripto , ex professo , & passim alibi. Quo ab Hipp. posito fundamento , mirum quam multa superstruxerunt qui eum sequuti sunt Philosophi & Medici. Quæ quidem omnia nos iam inde à Philosophiæ tyrocinio in examen trahentes , valde dubia & incerta offendebamus , & etiamnum offendimus. Verum eniuero quia non sufficerent anni nedum hora omnibus excutiendis , claudemus sterile frigidumque ientaculum hoc bellarijs quibusdam lapideis , quæ vos vobiscum vt fit in conuiuijs , asportare poteritis & per otium domi recoquere. Dicimus ergo tria tantum esse elementa , Aërem , Aquam , Terram , differentia inter se tenuitate præcipue , deinde gradu caloris , & humoris : neque tamen ullum vñquam simplex & purum visum , neque esse posse ; neque in id , neque in materiam primam resolui posse , nec quidquam mixtum , neque elementa. Ignis autem nullum esse elementum , quódque ignem vocamus , esse tantum intensum calorem. Qualitates verò primas positivas duas tantum esse , calorem , & humiditatem ; reliquas duas quæ dicuntur his aduersæ , frigus scilicet & siccitatem , priuationes solùm esse illarum ; quódque minus calidum est altero , frigidum vocari , vt & quod m-

nus humidum , siccum : Esséque hæc inter se contraria ut magnum & paruum , & vt medium vtrique extremo ; neque solùm nomine sed etiam re , nam aqua tepida bullientem refrigerat , & vdus aër madida linteal exsiccat . Simpliciter autem & omnino frigidum , aut siccum , nullum aut esse , aut esse posse in rerum natura . Harum autem duarum qualitatum calorem dexteram esse , & quasi animam naturæ , humiditatem verò sinistram , materiam primam subiectum circa quod hæ operantur . Calorem autem origine cælestem esse omnem , à sole que euidenter , à reliquis verò astris ineuidenter , originaliter tamen , neque dependenter à sole , fluere , neque ab omnibus eminenter , vt aiunt , sed reuera effectiuè , & emananter vt ita dicam ; illaque propterea actu calida & lucida esse , & omnis etiam lucis vt & caloris fontes . Huius autem rei manifestum est signum , quod solis radij tanquam excussæ sagittæ ignem in inferioribus per medium aëra , & per medium etiam vitrum , recti excitant , & per concaui , & per conuexi speculi superficiem reflexi , & perpendiculariter incidentes in fumum camini , eum reprimunt retruduntque deorsum . Humorem autem an cœlestem an sublunarem dicamus , incerti adhuc sumus . Ambæ verò hæ qualitates omnia permeant , omnia pérudiunt , aëra , aquas , terras : & ex varia earum actione & inter se , & in corpora , complexu , dissensione , graduque , & generantur , & conseruantur , & corrumpuntur , & ipsæ intet se , & qualitates secundæ , & elementa , & mixta omnia . Cuius rei hoc vnum exemplum ad id de quo agimus accomodum sufficiat ; latères ex lutō componimus molles primò , eos soli exponimus , modicóque calore modicum duramus , inde in fornacem translatos maiori calore in lapideam naturam conuertimus , perseuerante igne liquantur , fitque vnum qui antea erant sex , isque non solùm mollis , sed liquidus , qui paulò post in minori calore vertitur in durissimum lapidem : ita vnum lutum calore factum est sex saxa , & eodem calore redijt ad vnum saxum , & quod magno calore fusum erat , minori coactum est , & quod minori coactum , maiori fusum . Multa hīc dicenda supersunt , sed premit nos tempus , periculūmque est cum inter causas calculi sit longa vrinæ retentio , ne si hīc diutius immoremur , dum calculum curare tentamus , calculum contrahamus . Quare concludamus , lapides & extra corpora nostra , & intra eadem calore fingi , vbi materia adest crassæ tenaxque . Cum verò pueri plurimum habeant calidi innati i. Aphor. 14. (vt interim pugnantiam quæ videbatur esse in Hippocr. tollamus) & præ voracitate & inconcinnis motibus multas congerant cruditates , ob has duas causas calculum aliquando generant , sed non adeò frequenter & facilè , ob potentiam caloris dissipantis coquentisque cruda , & ob viarum laxitatem caloris & humiditatis filiam : contrà verò senibus familiaris est morbus Lithias ob contrarias causas , quia frigidum est eorum corpus , vt ait ibidem Hipp. non quod frigus calculum generet , vt inepti quidam voluerunt

(à frigore enim nil fieri potest, neque à siccitate, quia priuationis nulla est actio) sed quòd debilis eorum calor non bene concoquat, atque proinde quamuis parum comedant, dicente Hipp. eodem loco, & quia prudentiores sunt pueris, & minùs laborant, tamen caloris defectu multa cumulant excrements, & præter id strictas habent vias, propter corporis frigiditatem & siccitatem. Vnde multitudine crudorum visciderūmque humorum in meatibus arctisque ductibus stipata impactaque, facile est etiam cum pauco calore tophum compingi. Quod de senibus dicimus, idem & de vesica dici potest, in ea calculum gigni, si abundet materia, quamuis frigida afferatur; id enim comparatione ad reliquias partes dicitur, ut & cerebrum, non quòd frigida reuera sit. Denique cù duæ sint calculi causæ, calor & materia, etiam si vna debilis sit, si altera multùm excellat, calculus fiet, multò verò magis si vtraque abundet. Sed de his hæc nunc dicta sufficiant.

GRATIARVM ACTIO.

HA C T E N V S multa de sale, quamuis sine sale, multa de lapidibus, sed non pretiosis, licet magno pretio eruantur: nunc gratias acturo Gratijs sacrificare opus est, ne quando tota hora ingratus fui, deinceps longa gratiarum actione ingratior fiam, multoque magis ne unquam muneris huius vestri immemor & ingratus sim. Quare tibi in primis Clarissime Senatus Princeps, tibi deinde Academæ Rector Sapientissime, vobis Præfides amplissimi, Senatores integerrimi, Octouiri Capitolini dignissimi, omnium Scientiarum Professores spectatissimi, omniūmque ordinum viri ornatissimi, pro tanto vestro beneficio quantum animo capere possum habeo agóque gratias. Dixi.

DE CALCULO RENVM.

C A P. XXIII.

RENES multis affliduntur malis, ut & reliquæ partes, sed communiores sunt calculi, rariores inflammations, abscessus, & sanguinis mictio, & diabetes, de quibus nos eodem ordine dicemus. Calculos fieri in omnibus corporis partibus experientia ostendit, ut in cerebro, pulmonibus, Hepate, vesica fellis, Liene, mesenterio, colo, intestino, vtero, renibus, vesica, abscessibus, articulis. Et de alijs quidem partibus conueniunt omnes, de vesica verò decertant Fernel. Rondel. & alij, Fernelio contendente nunquam primò generari in vesica calculum, sed à Renibus descendere eius rudimentum, augmentumque capere in vesica, Rondeletio verò contrà utrobique gigni, cui videtur quoque fauere Hip. 3. Aph. 31. Gal. & alij qui dicunt in pueris potius gigni in vesica, in adultis verò, in 3. Aph. 26. Renibus. Sed ne tempus quæstionibus teramus, certum est in Renibus 2. Nat. gigni; in eis enim inueniuntur & in carne & in stomacho quotidie 6. Epid. quamplurimi, parui, magni, asperi, ramosi, rotundi, angulares, & nuper Com. 3. 15. disseccto cuidā honesto viro, qui à multis annis laborabat magno Renum dolore, extracti sunt me præfente viginti, omnes varij figura, & magnitudine. Indubitatum quoque est quotidie & extrahi viuis dissectâ vesicâ, & mortuis etiam multos calculos ut plurimum magnos, rotundos, cinctiisque coloris, scabrosos, quique aliquando fluitant in vesica, aliquando etiam ei fortiter adhærent. Et id quoque constat multis pueris statim, aut paulò post nativitatem, magnos etiam inueniri in vesica, nullo præcedente Renū dolore: sed id non cogit fateri, ut contra Fernel. contendit Rondel. genitos fuisse in vesica; potuerunt enim descendisse à Renibus valde parui sine doloris sensu, ut & multis viris exirent sine aliquo, etiam satis magni. Nihil tamen impedit quin etiam in vesica primùm gignantur, si etiam in intestinis, & in vtero procreentur, cuius rei rationem reddit Gal. cit. & lib. ei ascripto de Renum calculo. Sed id parum interest siue in Renibus credamus omnes primordia generationis capere, siue aliquos etiā in vesica, modò in qua parte sint dignoscamus, ad curationem: eadem enim est omnium in alterutra parte generationis occasio. Ea autem est materialis crassorum, viscidorum, crudorumque humorum copia, efficiens verò calor nativus, aut etiam præter naturam humores eos excoquens, ut lateres in furno calore durantur. Sed præter has communes gignendorum calculorum in omnibus corporis partibus causas, est alia renibus peculiaris, quod scilicet iij sint via & canalis continuus & ordinarius purgandorum exrementorum liquidorum non solùm primæ, & secundæ, sed etiam tertia coctionis, quibus etiam admiscentur crassa

multi, quos tamē percolare oportet per tenues Renū poros, atq; proinde fieri non possit quin diutius ibi hærent adurantūrque. Sed & prēter hāc est etiam alia, quā nemo hactenus tetigit, & tamen est omniū p̄cipū, quod scilicet vrina per se lapis est, vt pote sal: vnde pauci admodum sunt qui fabulum & arenas non mingant: qua ratione etiā videre est in aquis calidis sponte fluentibus circa fontes, & in vasīs quibus eæ portantur, & coquuntur, arenulas, & lapillos concrescere, quia aluminolæ, nitroſæ, & calcanthosæ ferè sunt omnes, quæ sunt salis species. In vesica autem generantur in pueris & ob multos crudos humores, quos contrahunt & ob voracitatem, & prauos cibos omnis generis, & inconditos motus omnēnque aliam victus intemperantiam, & denique ob vesicæ calorem. Non tamen propterea cōcedimus cum aliquibus generari in senū vesica calculum, p̄pter causam materialē, à frigore vesicæ; nec enim tantum est vesicæ, nec cuiuscumque alterius viuentis partis quantumcumque senis frigidæque, frigus, vt calidæ non sint actū, nedum vt concrescere faciat lapillos. Ergo senibus magis in Renibus sunt lapides ob multitudinem crudorum, crassorum, viscidorumque humorum, qui in eis abundant non ob edacitatem, sed ob defectum coctionis propter debitum calorem, quīque cūm per Renes transeant siccōs iā senio, minūsque calidos, & eorum canales ea ratione strictos, ibi hæsitant, coguntūrque temporis tractū in tophum, cūm contrā in pueris ob humidam & calidam eorum naturam, laxāsque vias, fundantur, liqueantur, trāseantque ad vesicam, in qua ob multitudinem, longam moram, amplūmque spaciū, in lapidem vertuntur, adiuuante eorum calore. In senibus verò etiam in vesica fieri possunt sine multo calore, reliquis causis plurimū abundantibus, & maximè lentore & visciditate humorum. Sed de causis fatis, iam de signis. Calculum in Renibus esse denotant Hipp. & Gal. cit. & 6. Epid. Com. 1. scilicet dolor circa Renes continuus, fixus non solum grauis, sed etiam perforans, vomitus pituitosorum, maximè à cibo, aliquādo etiam biliōrum, qui cessat & dolor quoque vacuato ventriculo, stupor cruris è regione Renis affecti, quōd non possit recti ægrotus, & si grauius moueatuerit siue eques siue pedes, sanguinem mingat, & aliquando tenues reddit vrinas, quādoq; valde crassas, nōnunquā paucas, non tamen propterea supprimuntur omnino, quia alter ren satisfacit, imò etiā si ambo affecti sint, arenulæ exeunt paucæ, multæ, s̄epius, rubicundæ, cineritæ, tenues, crassæ, leues, asperæ, imò & parui lapilli variarū figurarū, vt plurimū verò à Renibus descendūt subrubri, oblōgique, à vesica cōtrā subalbidi & rotūdi, & illi teneriores sunt, hi verò duriores. Procedēt autem malo quandoq; regurgitat vrina ad superiores partes, & sequitur singultus, deiecta appetentia, tumor ventris superioris, alii astrictio, cardialgia, difficilis respiratio virium langor, & coma. Quod autem dicunt lapidem Renum fieri modo ex arenulis compactis in medio, modo nucleus habere in centro, vesicæ verò compactum esse ex laminis, non videtur necessarium, quamvis enim arenulæ vt plurimū in Renibus generali

Rondel.

Rondel.

possint, tamen & eis ibi superinduci possunt laminæ, & ex eisdem in vesicam deturbatis potest fieri in eadem quoque nucleus, & inde lapis. Ceterum ubicumque tophus sit siue in Renibus, seu in vesica, morbus est tedio plenus si quis aliis, difficilis, & quandoque etiam incurabilis, maximè vbi magnus est, aut in senibus, aut hæreditarius, nisi chirurgia. Qui ergo non adeo magnus est ut non possit medicamentis excuti, sere curatur optimo victu, clysteribus, bolis, potionibus, catharticis, phlebotomia, Iulapijs, apoz. conseruis, opatiis, conditis, tabellis, pulueribus, fotibus, illitibus, vnguentis, balneis artificialibus, naturalibusque, potu denique tum artificiali, cum naturali, aperienti. Quæ ferè omnia etiā ad præcautionem faciunt. Viðtus ergo sit omnino idem qui in Hydrope dictus est, & hepatis Schirro, immo & remedia fere omnia eadē. Elixa hic magis conueniunt, præcipue cum scenic. apio, petrosel. asparagi, mētha, hyssopo, thymo, maiora, cherefolio, berula, sisymbrio, cardam. aut cressone vulgo dicto, cichor. pimpinella, saxifra. euphras. napis, raphanis, bugl. borrag. serpil. sature. sisere, anetho, additis pulueribus cinnam. nucis myristi. caryophyllo. Potus sit vinum album tenue, aut giluum, dilutum aqua decoctionis graminis. Reliqua denique quæ ad victum spectant sunt eadem omnino, quæ habentur capitibus dictis, & de Hepatis obstruētione. Remedia verò sic habent, initio detur tale enema.

¶. Altheæ cum toto, malua, pariet. berula, cressonum, arthemis. & fænic.
An. M. j. Euphras. pimpin. & saxifrag. An. M. ls. sem. lini & fænug.
An. 3. j. sem. anisi & fænic. An. 3. y. Flor. anethi, chamæme. melilo. sam-
bu. An. P. j. Coquantur in aqua. In col. tb. j. ls. dissolute Cassia cum mel-
le, & Benedic. lax. An. 3. j. Olei chamamel. & aneth. An. 3. j. ls.
Misce fiat Clyster, detur longe à cibo, repetaturque frequenter; Est enim
optimum fomentum internum; eadem quoque decoctione potest foueri
regio Renum exterius, deinde inungi hilce oleis.

¶. Olei aneth. chamamel. lumbrico. & sambuc. An. 3. j. Olei scorpio.
Kiri. & amigdal. amar. An. 3. ls. Misce. Postridie sumat bolum, qui
habet.

¶. Pulpæ Cassiae recens extrac. ad vaporem decoctionis fænic. 3. j. ls.
sem. anisi & liquir. An. 3. j. cum sacc. fiat bolus: capiat semibora ante
prandium, quod auspicetur à iure cappi cocti cum supradictis herbis. Quod
si homoplethoricus sit, & adsit febris, aut ingens dolor, postridie, aut
etiam pridie mittatur sang. ex basili. brachij è directo Renis affecti
ad 3. vij. plus minusue. Ex maleolo enim aut poplite præter id quod non
est visitatum, non videtur conducere, trahit enim potius ad partem affec-
tam, à brachio contrà reuelliit. Post hæc aperiendæ sunt viæ Iulapijs
descriptis capitibus dictis, aut tali decocto.

¶. rad. altheæ sic. gram. & rusci. An. 3. j. folio. tenerio. altheæ, malua,
berula, cressonum, fænic. pimpinel. & saxifrag. An. M. j. grano. halicaca.
simbar. & sebesten. An. Par. iiiij. Passal. mund. & liquir. An. 3. ls. Miliq.

solis, centino, ononis, sem. anisi, & fœnic. An. 3. j. Coque ad quart. S. Col. adde syr. Capill. ven. & de s. rad. aut Byzant. An. 3. iiij. Pulu. elef. Diacurcumna. 3. j. Misce, pro iiiij. dosibus manè. Quibus finitis potest repeti bolus, aut similè medicamentum.

Q. Cathol. & Diaphœn. An. 3. iiij. syr. ros. sol. 3. j. Decocti gran. pimpinel. sem. malua, anisi, & passul. mund. & glycyrrhi. Q. S. fiat Potio. Si hæc non sufficient, immittatur in semicupium aquæ tepidæ, aut quale hoc est.

Q. Rad. aristol. rotun. rubia tinctor. helenij, & gentia. An. 11. j. Althea in toto, malua, pariet. berula, cressonij, fœnic. pimpinel. euphras. saxifr. senecio. calam. origa. pulegij, arthemis. matrica. nepeta. salvia, sampsuc. mentastri, pseudococti aut menisba sarraceni. apij cum toto, & capillarij. An. M. j. sem. lini, malua, & fœnugr. An. 3. iiij. sem. anisi & fœnic. An. 3. j. Flor. chamame. melilo. anethi, sambuci. An. P. vj. Furfur. ping. in sacco inclusi. Q. S. ad infidendum. Coquantur omnia in sufficienti aqua fluuiali, pluuiia, aut fontana, ingrediatûrque si fieri possit, iciunus, aut longè pastu, moderatè calidum, in quo diutius immoretur, repetatûrque quoties opus fuerit, donec mitigetur dolor, aut videatur liberi Renes à noxa. Clysteres etiam ex solis oleis plurimum prosunt, vt

Q. Olei oliua. sem. lini, & chamemel. An. 3. ij. Olei scorpio. & amigdal. amar. An. 3. j. Misce. Aut

Q. Vini opt. lib. j. Terebinth. 3. j. Misce, & inyce. Terebentina etiam per os plurimum laudatur, non solum ad exturbanum fabulum & pituitam, sed etiâ paruos lapillos, datur autem varijs & ponderibus & formis. Communis modus est si 3. ij. aut iiij. in sacrificali pane inuoluuntur deglutiaturque; aut eadem quantitas, aut 3. ss. abluatur aliquoties aqua fœnic. saxifra. eupra. chelido. maio. saluæ, maiora. bethon. aut verbenæ, vniuersusque aut plurimum, deinde inuoluatur sacc. & ita revertur; aut cum pul. glycyrrhi. aut litontripon. 3. ij. compingatur in bolum, aut cum 3. ss. pulpæ cassiae, & sacc. aut cum syr. Capill. ven. aut viol. deglutiatur, aut cum oui luteo; alij aquæ feruenti incoquunt; alij lamina ferrea, vt in puluerem reduci possit, sed mihi videtur amissione vim. Præter hanc verò laudantur ad frangendum calculum, (ego frangi posse non credo, vix dissolui, potius impediri, ne fiat, aut factum detubari puto) sanguis hirci iuuenis, nutriti fœnic. verbena, hyssopo, & superioribus alijs, per longum tempus, iugulatiisque, non qui primò fluit, sed sequens, exceptus figulino vase, exsiccatusque ad solem, 3. j. autij. tritus pondere ex vino albo tenui, aut aqua euphras. aut simili captus item & lapis quidam Iudaicus vocatus, quem ego nec agnosco, nec ei fido, aliquantò magis sanguini, per os sumpto, non autem Renibus & interfœmineo applicito. Non etiam magis credo calculo quem quis primum eicerit, neque fructui cynosbati, aut spongiæ eiusdem, neque gummi ciuicumque, neque leporis pelli, aut toti lepori cremato, aut eius Renibus, aut viuerræ genitali, aut pulueri erinacei exsiccati, aut eius testiculorum,

testiculorum, aut vesicæ tauri, aut capræ neque cineri vngulæ equi, aut plumarum palumborum, aut testæ cochlearum, aut cancerorum, aut terretrium vermium, aut asellorum, aut caudæ-tremulæ dictæ ausi, aut bestiolarum quæ in fodinib[us] lapidarijs inueniuntur, aut cicadarum, aut cornu cerui, aut gummi tragacan. aut hepatis asini, aut testæ ouorum, aut hirundinum, aut testarum auellanæ, aut vitri, aut cucurbitæ, quæ omnia quamvis occulta proprietate iuuare credantur, tamen cum id non constet, non mihi valde arrident, & timeo ne potius obstruant terrenâ substantia: nisi velis omnem cinerem habere vim extergendi, quod tamen verum non esse ostendit Gal. 8. simpl. 33. sed mixtus est omnis ex tenui & terrea substantia, & multi paucam aut nullam habent tenuem. Et quamvis id verum esset, iam cineres hi non proprietate occulta agerent, sed manifesta qua valent cineres vitium, & focus, quibus propterea certius vti possumus. Magis placent herbæ capillares, & alij superius dictæ, & rad. angeli, & imperatoria, & gentia, & cyperi, & rubiæ tinctorio. & peucedana, & phu, & enulaæ campan. & herba turcica dicta, & milium solis, & ononis, & flores genistæ, & raphani, & cicer rub. & nigri decoctum, & glycyrrhi, & scorpiones, & rad. gram. foenic. aparagus, ruscus, petrosel. eringi, apij, siseris, altheæ, maluæ, cardui bened. asari, feminæ calida iiiij, maiora & minora dicta, ex quibus fieri possunt pulueres, decoctiones, & ex eis potionis, syrapi, olea, infessus, fotus, semicupia, balnea, & distillationes, in quibus sunt aqua vaginal fabar. recent. & cort. earundem etiam recentium, & granorum alkecangi. Quod vero quidam de potu frigidæ dicunt, & de succo limon. & mali medi. & portul. & de seminibus melonum, cucurb. cucum. & granis alkecangi, & similibus, non intelligendum est valere directè aduersus calculum, sed ubi calor Renum, hepatis, & reliqui corporis adeo acer est ut omnia adurat; quo etiam casu Renum regioni applicari possunt frigida vnguenta ut santali, rosaceum, infrigidans, & olea frigida, & succi, & fotus. Cassia etiam, & passulæ, & iuiubæ, & mixæ, & butyrum, & oleum oliuarum, & amigdalarum dulcium, & axungitæ, & reliqua omnia pinguia, ea ratione profunt, quod via laxant, ut aut non haecat in ijs materia, aut fabulum, aut facilius effluat vtrumque. Valet etiam plurimum hydromel, simplex quod ita fit.

4. Aqua pluvia, aut fontana. lib. j. ant quart. v. Mellis depurati. 3. iiij. Coquuntur donec redeant ad lib. j. Col. utatur per tres dies mane, post uniuersalia remedia, repetaturque quoties opus fuerit. Compositum vero sic fit.

4. Rad. gram. & foenic. An. 3. j. Rad. althea sic. & raphani. An. 3. iiij. Folio, politri, saxifrag. pimpinel. & cressonum. An. M. j. Herba turci. sem. anisi & foenic. An. 3. j. Grano, alkecangi. Par. iiij. Glycyrrbi. 3. ij. Coquuntur in sus. quantitate aquæ. In col. lib. ij. dissolue mellis col. 3. 5. Coque parum, cola & viere quinque aut sex dies. Oximel, simpl. & multò magis schilitic, valent in calidiori intemperie renum & hepatis. Contrà vero in frigidiori, Theria, Mithrid. Auræa Alexand. Pulu. Lithontripon. Aromati,

ros. Dianthos, Dianisu, Diahyslopou, Diacurcu, Dialacca, Gallia mosc. Aliptæ mosc. de Myrrha, Diamosc. dulc. Lætific. Gal. quibus potest ut in tabellis, aut conditis, aut opiatis cum conser. rad. acori, enula campa- zingib. cort. citri, aurei mali, rad. apij, eringij, satyron. capill. ven. De- coctum etiam rad. Chinæ valde confert post reliqua in omni nephritico dolore siue cum magna intemperie calida, siue cum frigida, ad aperiendum, deturbanum, exsiccandumque; quia temperata est. Sarsa parilæ verò calidior, in frigido corpore, multo que magis Guaiaci etiam in frigi- diori iuuare poterunt. Sed supra omnia & post omnia mirificè renes ve- sicamque expurgant aquæ calidæ nostræ Caussianæ, præcipue potæ, atque etiam in balneo, & post hanc etiam aliæ calidæ naturales. His verò omni- bus remedijs ita vtendum, primò clysteribus & leuioribus catharticis expurganda antecedens materia, deinde coquenda, iterum purgandum, post hæc laxandæ viæ pinguibus, deinde aperiendum, deturbanique sunt calculi peculiaribus remedijs valde diureticis, interim inungendi re- nes, fouendi, balneandi semicupio, danda ex interuallis cassia, oleum amigdal. dulc. terebinth. clysteres, hinc decoctum Chinæ aut aliorum, tandem veniendum ad potum & balneum aquarum naturalium. Præ- sente verò dolore, ad deturbanum calculum currendum est, saltandum, equitandum, admouenda, cucurbitulæ ad inguen suppositum dolori, fri- candum secundum longitudinem vreris per quem descendit aut des- cendere debet lapis, inungendum, fouendum.

D E R E N V M f N F L A M- matione, & abscessu.

C A P. XXIV.

FIVNT quandoque in renibus inflammations & abscessus, sed raro, difficultèque cognoscuntur & curantur etiam. Ut plurimum autem in- tuis cohibentur, aliquando etiam ad exteriora prorumpunt, aperiuntur- que. Maiori verò ex parte generantur ex calculo, cum hic aut carni in- fossus eam lacerat, aut etiam ventri renis inditus ad carnem usque per- meat, phlegmonemque primò, mox abscessum, & tandem ulcus parit. Potest etiam fieri abscessus à causa externa contundente, sed id rarum est, & tunc exteriorū præcipue incipit, & appetat malum: quemadmo- duum etiam abscessus fiunt in musculis externis, & internis, renibus in- cumbentibus, qui nobis difficilem cognitionem præbent. Vulnē quoque accedit quandoque inflamatio, & equitationi, & haustis alimé- tis aut medicamentis, & acrum humorum defluxui. Phlegmonis renum ferè signa sunt eadem quæ maioris calculi, præcipue verò dolor fixus, in- definensque circa renem affectum, acutus, qui nullis remedijs sedatus

7. Aphor.
36.
7. Aphor.
36.

exasperaturque motu quocumque, siue pede, siue eques quis ambulet, siue tussiat, siue sternutet, & quandoque pulsatilis est, quandoque ad vicinas partes extenditur. Non potest inflecti spina siue antrorum, seu retrorsum, & aliquando non potest ferre ægrotus contrectationem loci affecti, vrina redditur cruenta, & purulenta, & cū ea sanguinis grumi, aut cum eadem crassa caruncula quædam, aut veluti capilli & denique febris adest, & nausea, & vomitus, & cardioginos. Morbus est periculosus, & diutinus. Curatur victu primū frigido & humido, tenuique, deinde abstergenti, clysteribus, potionibus catharticis, phlebetomia, iulapijs, syrupis, conseruis, opiatibus, fofibus, linimentis, cataplasmatiis, infusionibus. Vīctus sint iuscula laudatarum carnium cum endi. buglo. borrag. cichor. laet. portul. acetosa, coctarum, eadēmque carnes elixæ, & aliquando assæ, cauendo à crassis vt bubula, ouilla, suilla, leporina, caprina, & extremis animalium, & piscibus setaceis, & ostracodermis, & leguminibus, & pirus, & tuberibus, & castaneis, & sorbis, & mespilis, & oriza, & piperatis, & falsis, & acribus, & diureticis in principio. Potest uti prunis bene maturis initio pastus, pomo, cerasis acidis, malo granatis, malis medicis, limonibus, ribes, berberis, oxiacanta, omphacio, aceto, & quibusdam acetarijs ex herbis antedictis, & conseruis, & syrupis factis ex iisdem & fructibus etiam dictis, & opiatibus ex his etiam & ex conser. robarum violarum, florarum borrag. florarum & rad. buglos. carne citri cond. Potus sit aqua sola, aut initio mixta cum paucō aceto, aut succo granatum, aut syr. viol. aut limonum, in fine autem vbi aperta est vomica, hydromel, aqua decoctionis hordei, aqua saccharata, aqua passularum. Porro non recumbendū est in dorsum, sed in latus aduersum affecto, si vnum tantum affectū est; rarum autē est quoddam ambo renes hoc morbo laborēt, quo casu pronus decubitus quamvis laboriosus, necessarius est. Scimper tamen in omni renum morbo cauendum est à culcitram plumea, & substernenda matta lanea, aut gossipina, imò & super hæc insternenda coria animalium depilata, ad refrigerandos, aut saltē non ex calefaciendos renes. Victu ita cōstituto veniendū est ad remedia, fiat ergo primò talis clyster.

¶. Malua, althea, pariet. viol. lact. endi. & buglos. An. M. j. Pruno. Par. vj. sem. althea, malua, melon. & cucurb. An. 3. ls. Florum chama-meli, melilo. ros. & viol. furfur. & bord. An. P. j. Coque. Col. lib. j. ls. adde Cassiacum sacc. & mell. ros. An. 3. j. Olei viol. & chama-mel. aut comm. An. 3. j. ls. Misce, iniiciatur hora commoda: Eo reiecto, si dolor, calor, & plethora vrgeant, mittatur statim sang. ex basili. è directo renis affecti, aut in dubio, ex dextra, pro viribus ægroti; & si necesse sit iterum extrahere, tundatur saphœna pedis eiusdem lateris: sequenti verò die detur sequens bolus.

¶. Pulpa Cassia recens extracta. 3. j. ls. sacc. Q. S. fiat bolus, quæ capiat semibora ante prandium. Quod si dolor nimiū premat, residuo superioris decocti clysmatis foueri potest regio renū tepidè cum vesica bubula, aut suilla, aut laneis pannis bis aut ter in die, deinde inungi hoc vnguento.

U. Olei ros. viol. lumbrico. & lilio.albo. An. 3. j. ss. vnguenti Ros. Mes. 3. ij. Cera parum, Misce, Aut.

U. Vnguenti Infrigid. Gal. & Cerati Santal. Mes. An. 3. ij. Abluantur aqua ros. bis & applicentur. Interim præscribenda sunt Iulapia, vt

U. Folio.lact. endi.oxal. & portul. An. M. j. Ros. viol. & flor. borrag. An. P. j. sem. lact. & cucum. mund. An. 3. ij. Coquatur in sufficiente aqua ad quart. v. Col. adde syr. viol. & limon, aut acetositat. Citrij aut agresti, aut buglosi, aut acetosi. S. aut de succo acetosa, aut endi. S. aut cichor. S. An. 3. ij. Misce, fiat Iulep clarum & aromat. 3. j. Trionsantal. pro iij. dos. manè, & hora somni, retundenda enim est & inhibenda continuò inflammatio. Interim verò non negligendi clysteres singulis diebus similes præscripto; quippe qui magnam habeant in hoc affectu vim; & fatus, & vnguenta, & si nimium infestet dolor, etiam semicupium ex ijsdem, ex quibus clyster fit, triplicatis & ex magmate contuso, transmissisque, additis farinis fabarum, hord. sem. lini, & rosis, violis, santalis, & oximel. S. aut ol. ros. fingere clystera applicandum post linimentum. Emplastra verò non adeo placent; vt nec etiam narcotica nec intùs, nec extrà. Tandem ubi inflammatio sedata fuerit, abscessusque ruptus, quod doloris defectu, febrisque, & puris cum vrini excretione cognoscet, tunc vtendum diureticis abstergentibusque primò, deinde verò consolidantibus. Detur ergo talis clyster.

U. Althea, malua, mercurialis. pariet. betae. An. M. j. Hord. integri, furfur. macri, ros. & flor. chamomeli. An. P. j. Pruno. Par. iij. Coque ad lib. j. ss. Col. adde Mellis ros. 3. j. sacc. rub. 3. ij. Olei comm. & chamomeli. An. 3. j. ss. Misce, fiat Clyster; à quo capiat sequens medicamentum.

U. Rhab. 3. j. Agar. troch. 3. ss. Infunde in decocto betae, absinth. Pont. hord. ros. passul. mund. & liquir. Col. expressa adde syr. ros. sol. 3. j. Cathol. 3. v. cum eodem decocto fiat Potio. Deinde.

U. Rad. gram. asparagi & rusci. An. 3. j. Folio. cichor. adianthi, buglosi. & oxal. An. M. j. Hord. ros. & passul. mund. An. P. j. Glycyrrh. ras. 3. ij. Coque ad lib. j. Col. adde syr. Capill. ven. & Byzant. An. 3. ij. Misce, fiat Iulep clarum in iij. dos. manè: Quibus finitis, si videatur luxurie cachochymia, repetatur superior potio, aut similis alia, & post hanc iterum atque iterum Iulapia, donec nil per vrinas excernatur purulentia. Quo etiam toto tempore in potu magnus erit usus hydromel. oximel. oxycrati, aqua decoctionis hordei, & si velis addere passulas & glycyrrizam, magis iuuabis; & tremoris eiusdem hordei, aut auera per multos dies, & lactis caprini, aut asinini cum sacc. ros. & seri eiusdem lactis cum eodem sacc. per sex aut octo dies, & sacc. eiusdem rosati, & conservae rosarum, & capillarium, & eringij, & florum borrag. & cichorij, & decocti ciccerum rub. cum melle, aut melle ros. Tandem ubi videbitur

satis mundum vlcus, corpūsque, vtendum erit lacte ouillo aut vaccino
cum sacc. ros. per multos dies manē, & pulte ex eodem lacte cum farina
triticea purissima, & caseo pingui, & extremis animalium coctis ad pu-
tredinem; & cythonijs cond. & miua aut gelatina eorundem & conser.
ros. rub. & rad. symphi. & carne citrij cond. & stolonibus laetucæ cond.
& mirobalanis cōd. & pyris cōd. & mespilis, & cornis, & sorbis, ex quibus
fieri possunt opiatæ, aut condita, aut possunt per se quodlibet comedii:
denique omnia eadem facienda quæ in dysenteria diximus.

DE SANGVINIS MICTV.

C A P. XX V.

SANGVIS exit cum vrina aut ei mixtus, aut concretus, aut serū eius.
Fluit autem aut à pene, aut à collo vesicæ, aut ab eius fundo, aut ab
veteribus, aut à vasis spermaticis, aut à renibus, aut ab hepate, aut à ve-
noso genere. Et quamuis ab his omnibus manet partibus, tamen quia
ut plurimum fluit à renibus, ideo satius duximus de eo hīc agere. Vnde-
cumque autem manet, id sit vel aperta vena, vel exesa, vel rupta, ut dixi-
mus. C. de Sanguinis sputo. Quamuis autem hi sint communes modi
apud Gal. tamen quando ob multitudinem aut in crisi morbi alicuius,
sanguis fertur per renes, non videtur aliquo horum modorum exire, ne-
que pati partem aliquam priuatè. Sed de hoc alias. Fluit autem à pene, &
à collo, & à fundo vesicæ, ut plurimum ab vlcere, idque aut à venere, aut
à calculo. A vasis autem spermaticis, etiam nimio coitu excalafactis, de-
bilitatis, laxatisque. Ab veteribus verò à lapide etiam excoriatis. A re-
nibus etiam vel inflammatis, vel vlceratis, vel labefactatis neque sangu-
inem retinere & secernere à sero valentibus. Ab hepate, ob easdem causas.
A reliquo denique corpore, ob plenitudinem. Quibus omnibus adiungi
potest sanguinis tenuitas. Distingues autem à qua parte, & à qua causa
fluat, hoc modo. Si à pene, & vlcere eiusdē, siue vlcus sit à venere, quod
frequenter, siue à calculo, cognoscetis dolore loci perpetuo, & pure.
Quod si à venere procedat vlcus, ex relatu ægroti discet, & quod sāpe
cum eo vlcere coniuncta sint, aut præcesserint, aut subsequantur vlcera
cancroſa exterius in pene, & quod nulla sint signa calculi; ut contra si à
calculo fiat, apparent eius indicia, nulla verò veneris. Idem prorsus di-
cendum si à collo, aut fundo vesicæ manet sanguis; at si ab veteribus, &
renibus, non pendet à venere, sed aut à calculo, cuius signa superius ha-
bes, aut inflammatione, cuius etiam notas vidisti, aut à retentricis facul-
tatis renum debilitate, quæ vix dignosci potest, nisi absentia signorum
calculi, & inflammationis, & intemperie longa eorumdem renum calida,
aut frigida, quarum notæ manifestæ sunt ægroti. Rarum autem id est

quod citra calculum, aut inflammationem, aut vlcus fluat à renibus, & tunc propter loci dolorem, exirent aliquando carunculae rubrae cum vena, aut veluti pili, 6. loc. aff. 3. & 4. Aphor. 76. A vasis autem spermaticis nunquam fluit nisi post importunam venerem, proinde facile est ab ægroti id discere. Quod si ab hepate, aut reliquo corpore descendat, cognoscetur absentia superiorum omnium signorum, plenitudine, suppressione mensium, hemorrhoidum, aut alterius consuetæ euacuationis, debilitate hepatis, de qua supra egimus. Potest etiam contingere ut ob casum ex alto defluat sanguis per renes, aut ab ipsis, erupta vena aliqua; sed hoc etiam ex ægroti ore captabitur. Si à calculo renum fluat sanguis, magnum malum est, & ferè insanabile; ab inflammatione aut vlcere non adeo, quamvis non etiam caret periculo: à debilitate renum, aut hepatis, difficulter etiam sanatur, & hydropem minatur: à casu non adeo periculosum est, nisi magna aliqua vena erupta sit, aut pars aliqua notata digna insigniter læsa: miętus sanguinis ab spermaticis vasis facile potest reparari, & qui à plenitudine aut suppressa euacuatione solemini pendet, & qui ab vreribus calculo irritatis, & qui à pene; non adeo qui à vesica; quamvis & hic etiam non adeo difficulter curaretur, nisi calculus, qui eum profert, perpetuò malum soueret. Curatio varia est pro causa varietate. Diximus de calculo, & inflammatione. Si à plenitudine, aut suppressa euacuatione miętio fiat, præsentaneum est remedium venesætio, aut suppressæ euacuationis procuratio, ut mensium, hemorrhoidum, aut vtrumque, sed venesætio primū; ad quæ etiam confert plurimum tenuis viētus. Si debilitas renum (nam de hepate superiùs dictum est) ab intempérie aliqua, sanguinis miętum pariat, contrarijs corrigenda est, qualia inuenies C. de Hepatis debilitate. Denique sanguinem qui à renibus fluit, & vreribus, & vasis spermaticis (de eo enim qui à vesica & pene, proprijs locis dicemus) communi methodo curabis viētū, clysteribus, phlebotomia, cucurbitulis, catharticis, iulapijs, syrups, cōseruis, conditis, opiatis, potionibus, fotibus, vnguentis, cataplaſmatis, emplaſtris, frictionibus. Viētus sit in plethora tenuis, in alijs causis moderatus, ex crassis vt extremis animalium, arietis, hedi, vituli, bouis, porci, anatis, coctis cum lact. portul. endi. acetosa, agresta, cichorio, cūcum. cucurbita, citrulo, melone, in aqua chalybeata; quæ etiam debet potari sola, aut cum aceto modico, aut succo granatorum, aut cum syr. eorumdem, aut berberis, aut ribes, aut limonum, aut de ros. sic. Pro intinētu quoque potest vti aceto, omphiacō, succo limo. aut mali zurci. Pro bellarijs potest capere fructus recentes, horæos, pomā, pyra, cerasa, cucumeres, melopepones, cydonia, mespila, forba-corna, ribes, berberis, oxicantham, malum aureum, limonium, granatum, Persicum, aut eodem face. conditos, aut stolones lactucæ, aut corticem cucurbitæ condita. Oriza plurimum valet ad compescendum sanguinem, & coctus panis, vocant panatellam, quibus inspergantur pulueres corallorum p̄par. amylli, terræ Lemnæ, boli Arme, ros. semi. plantag. rasuræ ebomi

& cornū cerui. Super omnia autem quiescendum corpore & animo omnino, vix loquendum, non videndus sanguis, neque multa lux, neque multis calor, conciliandus omnino somnus, fricanda brachia, tibiæque, admuendæ cucurb. leues natibus & scapulis, & his tentandum sedare, affectum; quod si minus mitigetur, dandum est lac vaccinum, aut ouile solum, aut cum pulte ex farina triticea, aut aliqua ex inferioribus pulueribns, aut cum amyllo, aut caprinum, aut asinimum calculis ignitis vestitatum, idque per multos dies. Si nec id satis sit, dandus est com. clyster, & modicè refrigerans vt.

U. Malua, althea, mercurialis. lact. endi. & portul. An. M. j. Prunorum Par. vj. Ros. & balaustio. An. P. j. Coque. In col. tb. j. ss. dissolue Cassia cum sacc. & mellis ros. An. Z. j. Oleirof. & viol. An. Z. j. ss. Misce. fiat Clyster. Eo reiecto, si vires ferant, mittendus est sanguis parca manusapius epaphorizando. Inde dandum est tale medicamentum.

U. Pulu. Rhab. electi. Z. j. Cathol. & pulpa. Cassia recenter extractæ. An. Z. ss. cum sacc. fiat bolus, aut cum decocto buglos. acetosæ, bord. ros. & florum cord. fiat Potio. Inde fiat tale Iulapium.

U. Buglo. cum toto, borrag. acetosæ, portul. & endiuia, An. M. j. sem. plantag. & acetosæ, An. Z. ij. Ros. rub. & balaustio. An. P. j. Myrtillo. Z. ss. Coquantur in aqua chalybeata ad quart. v. Col. addes syr. de ros. sic. & limon. aut agrestæ, An. Z. iiij. Misce, fiat Iulep non clarificatum (sic enim magis cohobebit sanguinis impetum) pro quatuor dosibus manè; Quibus finitis, si adhuc videatur subesse cacochymia, repetatur primum catharticū, aut clyster, qui etiam tempore Iulapiorum potest subijci non fluente, aut segniter fluente alio. Ex aquis etiam plantaginis peculi, & folior. ros. & caprifolij, & endiuia, & acetosæ, & portul. & cichor. & buglos. &c. borrag. & lact. cum syrups de ros. siccii mentha, ribes, berberis, agresta, limon. acetos. titrij, cydonijs, myrrh. nymph. & papau. subquadrupla proportione fieri possunt iulapia in tres, quatuor, aut plures doses; & ex ijsdem syrups, & aquis cum pulueribus Diatronicsantal. Diarrhod. Abba. terra lemni. boli Arme. ros. thuris, mastic, hypochist. coral. rasuræ ebor. & cornu cerui præparatorum, spodij, sanguinis draco. lapidis hæmatitis, gummi Arab. & tragacan. & trochisco de Ros. Ramich. de Terra sigil. de coral. de spedio, de Berber. & de Carabe, possunt quoque cōponi potionēs, quibus frequenter vtatur ex cochleari, aut sumendæ uno haustu hora somni, hac forma.

U. Aquaros. & plantag. An. Z. ij. syr. de ros. sic. limon. aut papau. aut menha. An. Z. ss. Pulu. ros. rub. terra Lemn. & trochis. de coral. An. Z. ss. Misce. Ex superioribus autem fructibus conditis fieri possunt condita & opiatæ, hoc modo.

U. Conser. ros. & rad. symphi. An. Z. j. ss. Carnis citri sacc. cond. & conser. florum borrag. An. Z. j. Pulu. coral. prepar. Z. j. & pro diuitibus, margari. D. j. Manus Chri. Q. S. fiat Conditum auro cooperatum, quo utatur cum aqua inter pastus, tempore sifisa.

U. Carnis cythonio. cond. & citri cond. **A.** n. **3.** ij. Rad. symphiti, cond. conser. rad. buglos. stolonum laet. & cort. cucurb. conditorum. **A.** n. **3.** j. **P.**ulu. **T.**erra Lemn. boli Arme. & trochis. dc Spodio, **A.** n. **3.** ij. Trochis. de Carabe. **3.** j. cum syr. de ros. sic. fiat Opiata, de qua capiat quantitatem auellanae magnae singulis diebus manè, superbibendo parum aqua plantag. aut ros. Atque hæc de internis: exteriùs verò debent præscribi tales fatus.

U. Symphi. cum rad. equiset. plantag. portul. endiuie, oxilapati, & lentisci, si habeatur, aut sumitatum rubi cani. **A.** n. **M.** j. Cort. mali grana. & rhucoriario. **A.** n. **3.** ij. Nucum cupressi contus. Par. vj. Ros. balauistio. & myrtillorum. **A.** n. **P.** ij. sem. plantag. grano. berberis, & acinor. vuarum **A.** n. **3.** j. Coquantur in aqua chalybeata & quarta parte, vim rub. pro fatu' renum applicando manè & vesperè.

U. Fæces superior. decocti, contunde, cerne setaceo, addéque farina fabrum, hord. & lentium. **A.** n. **3.** ij. **P.**ulu. trochis. Ramic. **3.** ls. Boli Arme. thuris, mastic. **A.** n. **3.** ij. Olei ros. **Q.** S. fiat Cataplasma admouendum post fatus, aut

U. Olei ros. lentisc. & myrth. **A.** n. **3.** ij. Misce, & inunge post fatus, aut

U. Vnguenti Rosati Mes. infrigidan. Gal. & santal. **A.** n. **3.** ij. Misca, & utere, aut

U. Succi plantag. semperui. & omphac. **A.** n. **3.** ij. Acetirof. **3.** j. Misce & utere, aut post hac omnia

U. Massa empl. Contra ruptur. **3.** 4. Extende in aluta quadrangula & admoue regioni renum, gesteque semper durante affectu.

D E D I A B E T E.

C A P. XXVI.

QVAMVIS circa vrinam multa contingent mala, tamen ea ad vesicam referuamus à qua ultimò fluit; & in qua morbi præcipue consistunt, qui eam turbant: nunc verò solum de Diabete dicemus, quia frequentius ab affectu renum pendet. Vocant autem Græci Diabetem, & matulæ Hydropen, & Dipsachum, & Hydrin, & Syphonem, & vrinæ profluuium ab affectu, quando scilicet inexplicibili siti torquetur æger, & vrina frequenter, & maxima quantitate redditur, & per longum tempus; hoc est vigesies aut trigesies, verbi gratia, in die naturali, & singulis vicibus hemina vna, idque per sex aut plures dies. Quamuis enim per crises febrium continuarum aliquando vrina copiosè fluat, tamen id non sit adeo frequenter, abunde, & tanto tempore, nec tanta adest sitis. Neque etiam continuò fluit in Diabete vrina ita ut non possit contineri, quod cōtingit in paralyssi sphincteris vesicæ, & stranguria, in quibus per-

petuò

6. loc. aff. 3.
de sympto.
diff. vlt.

petud labitur nobis nolentibus, & guttatum, in Diabete vero continetur, & deinde frequenter, & pleno canali, & multa redditur, & iterum sistitur omnino, donec alia descenderit, nec illic adeat maior sitis ut hic. Diabetis causam vult esse Gal. tractricis renum facultatis robur, & retentricis imbecillitatem, idque à calida renum intemperie: vnde caninæ appetitiae, ventriculi affectioni, similem omnino facit Diabetem: quamuis, quod eius pace dixerim, sit magna differentia inter utrumque; in canina enim appetitiae reuomuntur saepe cibi, in Diabete effluit urina ut solet naturaliter per renes: si vero coniuncta sit caninæ appetitiae lienteria, ut esse potest, tunc similis erit Diabeti. Neque tamen propterea, etiam si similem caninæ appetitiae dyspepsiam faciat Gal. eius causam dicere *Holeri*, oportet vitiosos humores, ut caninæ appetitiae, quemadmodum do-*Fuch*, cius quidam author voluit; neque enim videtur tanta posse esse vis humoris alicuius, neque tamdiu renibus inhærere, ut insatiabilem tanto tempore efficiat sitim, neque Gal. id asseruit. Ergo huius mali causam manifestam accipere debemus magnam renum intemperiem calidam, quando credere par est, Gal. talem notasse & sensu, & signis proprijs, vnde ratione collegit facultates tractricem auctam, retentricem vero labefactatam. Quomodo autem id fieri possit ille utcumque reddere causam conatur similitudine caninæ appetitiae: sed nos hic quæstiones vitamus, curationi intenti. Si tamen aliquid opinari liceat post Gal. admissa eius causa, crediderim ultra, idem in Diabete contingere atque in longa Diarrhoea, ut quemadmodum etiam sine ventriculi & intestinorum labo, ubi corpus prauis humoribus refertum est primò natura in eos incitata siue cum febre siue sine in eadem, per intestina eos deponit, deinde perseverante fluxu & intestina & ventriculus humorum intemperatura inquinantur, tandemque labefactantur, ut iam non amplius continent possint, neque natura se cohibere ab impetu, sed sequatur Liæteria, aut Cholera, ruante & irruant & praui & boni humores tum qui in venis sunt, tum & incocta alimenta, indeque sequatur mors: Sic etiam prorsus per renes, ubi multo sero repletum est corpus, à natura ejiciatur non tanta copia in principio, deinde incremente fluxu, maiori copia, quando etiam adesse potest febris, tandem labefactatis transitu seri rebus, neque continere potentibus, neque natura se sistere, effluunt non solum qui in venis continentur praui, sed etiam boni humores, & qui potu, urgente continua siti, hauritur humor inconcoctus. Idem quoque accidit aliquando in ardentibus febribus, ut natura per haemorrhagiam sanguinis se exonerare incipiens, non possit tandem sanguinem retinere, effluatque fere totus, & consequatur interitus. Sed haec de morbi causa satis. Signis autem nullis alijs opus habet ut cognoscatur & distinguatur ab alijs urinæ morbis, quam quæ supra dicta sunt. Cæterum morbus est periculosissimus, & rarissimus, quem Gal. bis tantum se vidisse testatur, & nonnulli etiam neoterici aliquos referunt: ego nullum unquam vidi, licet à quadraginta annis Medicinam exerceam doceam-

que in populoſa Tolosa, in cuius etiam Nosocomio triginta annis ægrotum curam habui, in quo quadringenti ſemper aluntur ad minimum, octingenti ſæpe, & aliquoties viſi ſunt mille ducenti, & plures. Contigit mihi quidem videre ſolum ſemel nobilem mulierem obefam, cui non bene menses fluebant, quinquaginta fere annorum, quaæ cum fere in hydrozem incidiſet, remedij leuata, poſt annum incidit in magnum capitum dolorem, & febriculas quafdam cum ſiti, abijt tamen & ſitis & febris, & aliquando capitum dolor, ſingulis tamen noctibus meiebat duplo plus quam potabat, aliquando triplo, omnino ſimilia aquæ, & aliquando cum crasso ſedimento ſimili farinæ, cùmque quadraginta circiter dies ita perfeueraret, tandem incidit in epileptiam, & paulo poſt in apoplexiam. Cæterum morbus hic licet pro cauſæ varietate diuersimodè curetur, tamen maiori ex parte ut mięcio ſanguinis à renibus pendens superiori Cap. penſitata, ſanari debet. Quare ſuperfluum eſſet ea quaæ ibi dicta ſunt repetere. Solū id addere oportet, ſi praui humores corpus occupet, purgandos eſſe conuenienti cathartico, & clysteribus, conandūmque ſemper materiam a renibus ad ventrem reuocare, neque aperientibus vtendum: ſi adſit plethora, aut febris, mittendum ſanguinem: ſi calida renes intemperies infestet, ea quaæ superiori cap. habentur imperanda. Non etiam oberit balneum aquæ tepidæ ſoliuſ, in quo diutius immoretur ager ad humectandum corpus, retrahendosque à fluxu humores, aut cum herbis temperatis ut malua, althea, triplice, viol. buglos, borrag. folijs vitis, harundinis, & frigidioribus, ut laet. endi. portul. acetosa, oxiſapa, roſis, violis, nymphæ, & ſimilibus. Frictiones item tibiarum, brachiorumque leues, & cucurbitulae ſiccæ ſcapulis admotaæ plurimum proderunt.

DECALCVLO, INFLAMMATIONE, & ULCERE VESICA.

CAP. XXVII.

QUONIAM in Cap. de Calculo renum abundè diximus de cauſis calculi, non hic ea repetemus; ſed ſolum breuiter quaæ ad ſigna calculi vesicae, prognosim & curationem ſpectant percurremus. Vesica calculus aut paruuſ eſt, aut magnus. Ille aliquando diu latet, quandoque exit per penem, aut ſinum muliebrem, frequentius autem & maiores foeminis exeunt propter viarum latitudinem. Vbi autem maiore eſt calculus quam ut exire poſſit, non diu nos fallere potheſt: ſentitur enim grauitas in vesica, dolor & pruritus in pudendis, & aliqua ex vrinæ difficultatibus, de quibus paulo inſra loquemur; quoque maior eſt lapis

maior etiam est grauitas, dolor, & vrinæ difficultas. Quod si præcesserint signa calculi renum, nec exierit calculus, maior hinc erit suspicio subesse in vesica calculum, & multò magis si æger ortus sit parentibus calculosis: & si non solum grauitas, sed dolor quoque perpetuus adsit, & sanguis aliquando fluat, aut pus, & pituita multa tenax viscidâque, qualcm sæpe vidimus, quæ ita matulæ vitreæ, figulinæ adhærebant, vt inuersa matula non efflueret, sed longo interstitio suspensa maneret, tunc lapidem adesse non solum credeimus, sed & vlcus, quod ut plurimum magnum calculus, diuturnum, scabrumque concomitari solet: nisi hic facculo inclusus vesicæ agglutinetur, quod etiam fieri solet. Quod ad prognosim attinet, paruum calculus si potes disturbare, ægrum ægrè sanabis, bene concretum nunquam dissolues, magnum non curabis nisi sectione, & quamvis sectione extraxeris, non impedies quominus alij generentur: tamen in extrema desperatione tentare cogimur anceps remedium, nec solum semel sed bis téruer, & sæpius nonnulli secti sunt.

Curatio fere eadem est quæ calculi renum, vietus idem, frequentes clysteres, purgationes, fotus, illitusque circa vesicam, semicupia, infessus, reliquaque Cap. de Renum Calculo designata. Quia autem magnum calculus subsequi consuevit ut plurimum vlcus, ideo de eo simul agemus: quanquam etiam sine calculo in vesica vlcus generari ut in alijs corporis partibus non inficiamur; sed id valde rarum est, nisi in Gonorrhœa virulenta, de qua inferius dicemus; quemadmodum etiam valde rarum est inflammationem in vesica fieri, propter quod nos de ea peculiare caput non fecimus: & quia si contingat, facile est ex tumore pubis, & dolore, & febre continua, & mictus difficultate, & sanguinis excretione, & vomitu, & singultu eam dignoscere, & eodem modo curare, quo renum inflammationem suprà curauimus. Signa vleris vesicæ iam superius posita sunt, sanguinis scilicet aut puris mictio, dolor in vesica, frequens mictus, & si multum processit morbus, exent cum vrina veluti squammæ, & pellicula quædam. Difficulter admodum curatur, propter vrinæ acrimoniam, & quia remedia parti integra admoueri nequeunt, & si fiat à calculo, non curatur, nisi hoc extracto.

Curatio sita est in vietu, clysteribus, bolis, venæsektione, potionibus catharticis, apozematis, julapijs, syrupis cōser. opiatis, iniectionibus. Vietus sit tenuis, ex iusculis arietinæ, vitulinae, & gallinæ, cappique, coctis cū bu-glosto, boragine, endiuja, cichorio, lactuca, cueum, cucurbita, melone, malua, atriplice, oxalide, carnis ijsdē elixis prim, deinde assis, coturnicibus, perdicib^o, pedibus vituli, veruecis, porcellis, cäcris fluiatilibus, testudinibus nemoralibus, piscibus saxatilibus, columbis, palumbis, aunculis montanis, quis forbilibus, caseo recenti. Sed præcipua omnium sunt tremor hordei statim initio, & panis hordeaceus, aut ex triticō cum hordeo, aut auena, aut etiam paucis fabis mixto, aut saltem triticeo, sed syncomisto, & furfuraceo. Et expurgato iam corpore, primò serum, lac asinum, aut caprinum, aut etiam ouile, aut vaccinum longo tempore

sumptum primò cum saccharo rosaceo, per 15. dies, deinde postea cum vulgari.

Potus sit primùm aqua decoctionis hordei, passularum, glycyrr. hydromel, hydroscar, deinde vinum rubrum aqua chalybeata dilutum. Remedia verò tum iniecta, tum assumpta, initio debent esse abstergentia, deinde consolidantia, supposito quod lapis extractus fit. Detur ergo primo tale enema.

U. Malua, pariet. mercur. & beta. An. M. j. Hord. integ. furfur. macri ros. & florum chamameli. An. P. j. sem. melo. & cucurb. contus. An. 3. ij. Coque ad lib. j. ls. Col. adde mellis ros. & Cassia cum melle. An. 3. j. Olei 3. iiij. fiat clyster detur ante cenanam.

U. Pulpa Cassia recenter extracta 3. j. Rhab. electi. 3. ij. Pulu. glycyrrhi 3. j. cum sacc. fiat bolus, quem capiat postridie manè ut artis est. Sequenti verò die, nisi quid obstet, extrahatur sanguis non ex pede aut poplite, vt quidam volunt, ne ad partem affectam humores prouocemus, sed vt reuellamus, ex basilica dextri brachij, ad 3. vj. aut plus, pro virium tenore. Inde si corpus cacochymia laboret, detur sequens apozema.

U. Rad. 5. aperiti. An. 3. j. Rad. altheæ sic. & liquir. An. 3. ls. summa. malua, buglos. borrag. endi. dentis leonis, agrimo. cichor. politri. & adian. An. M. j. sem. carthami mund. polypod. & sennæ mund. An. 3. ij. Pasula. mund. iuiuba. & sebesten. An. 3. j. Agarici troch. 3. vij. sem. melon. & cucurb. contus. An. 3. iiij. sem. malua, & cythonio. An. 3. ij. Grano. alchecangi, & agrifol. An. Par. 4. Anisi & fœnic. An. 3. j. ls. fiat coctio in aqua hord. ad quartaria. 5. Col. adde sacc. Q. S. Misce, fiat Apoz. clarum pro 4. dos. manè.

Adde ultimæ dosi, syr. de Cichor. cum Rhab. 3. j. Diaphœn. 3. ij. si non sit adeo impurum corpus, detractis catharticis fiat Iulapium. Si non sufficiat superior purgatio, fiat duplicatis purgantibus, & addito Rhab. ad 3. ls. cum decoctilib. ij. & sacc. lib. j. Syrupus perfectè coctus, de quo capiat, 3. ij. semel in hebdomada cum decocto hord. passul. & liquir. aut repetatur bolus descriptus; aut sumat 3. ij. syr. ros. sol. aut de Cichor. cum Rhab. ex eodem decocto: Aut fiat talis opiate.

U. Pulpa Cassia recens extracta & Cathol. An. 3. iiij. carnis passul. & meadul. sem. cartha. An. 3. j. Anisi. 3. ij. syr. ros. Q. S. fiat Opiata, de qua capiat 3. j. ls. cum decocto buglos. cichor. & cicerum rub. Præter id potest etiam vti clysteribus abstergentibus, & demulcentibus. Semper enim conandum est retrahere materiam à vijs vrinæ ad ventrem. Syruporum usus conueniens est per se, aut cum aqua in siti extra pastus, maximè æstate, aut matutinis horis pro iulapijs; sunt autem hi capilli ven. viol. de succo endiuixæ, de acetosa, de cichor. S. de buglos. de pomis, de ribes, de berber. de agresta, de limoni. de Iuiub. de tussilag. de nymphæ, de papa. sed minori quantitate de ros. rub. de cythoni. granat. acerol.

citrij, myrthin. Aquæ verò cū quibus misceri possunt, endi. cichor. bu-
glos. borrag. acetos. lact. portul. ros. viol. plantag. caprifol. peculi ros.
tripla, aut quadrupla ad syrups quātitate. Cōseruæ item sunt rad. bugl.
flor. eiusdem. flor. borrag. ros. viol. acetosæ, capill. ven. caro citrij, sto-
lones lact. cucurb. caro, poma, pyra, cython. præcotia, pruna, cerasa,
vua acerba, ribes, berberis, omnia sacch. condita, quæ per se quodlibet
capi potest, aut ex his mixtis possunt fieri condita cum sacc. ros. tabul.
aut cum aliquo ex syrups pasta aut massa, de qua sumat magnitudinem
castaneæ ieiuno ventriculo nihil superbibendo, aut parū aquæ endiu. aut
alterius ex superioribus. Finitis Iulapijs aut apoz. oportunus erit visus
seri lactis asinini aut caprini, & deinde eiusdem lactis, vt dictum est.
Quod si hæc non satis sint, non erit abs re, nisi valde strigosus sit homo,
vti decocto aliquo sudorifico per 15. aut. 20. dies, ex Guaiaco in robu-
stioribus, sarsa Parilia in mediocribus, China in debilioribus hoc modò.

*U. Rasura ligni sancti. 3. iiij. Aqua lib. iiiij. Infunde per xij. horas, coque
ad medias. De col. bibat. 3. vij. singulis diebus, sudando.*

*U. Residuum decocti, adde aqua lib. xij. Coque ad quartæ absumptionem,
addendo in fine liquir. 3. ss. Col. utatur loco vini in pastibus & extra, ad-
mixto sacc. pro arbitrio. Aut.*

U. Rad. Sarsa Parilia 3. ij. Aqua lib. iiiij. &c. ut supra. Aut

*U. Rad. China. 3. j. Aqua lib. ij. & reliqua ut supra. Quod si sudare
nolit, bibat citra sudorem. Si nec id velit, saltem bibat decoctum Chinæ
per se, aut cum sacc. aut cum vino donec sanus factus fuerit, vt*

*U. Rad. China recen. 3. ij. Aqua lib. xij. Coque ad tertia partis con-
sumptionem, addendo in fine liquir. 3. ss. cinnam. 3. ij. Col. utatur cum
sacc. si nolit miscere vino. Atquæ hæc sunt præcipua omnium vesicæ vl-
cerum remedia: ijs enim quæ per fistulam in vesicam injiciuntur, parum
fidimus, quia vix possunt ingredi, impidente sphinctere introitum ex-
ternorum, quemadmodum impedit exitum vrinæ, & quamuis ingredie-
rentur, tamen vrinâ diluta parum conferrent, neque affectæ parti inhæ-
rere possent. Ne tamen aliquod maneat intentatum remedium, injicia-
tur primum serum lactis, aqua hord. mulsa, Aut.*

*U. Ros. rub. & hord. integ. An. P. j. Coque ad lib. ij. Col. adde mell.
ros. 3. j. aut mellis communis 3. ij. Misce, Aut.*

*U. Fabarum & lentium conquassat. An. P. j. Ros. & absinth. An. P.
ss. sem. malua. 3. ij. Coque ut supra, & vtere, Aut.*

*U. Rad. Ircos. 3. ss. Folio. abrotan. M. j. Coque & addemell. ros. 3.
j. & fiat iniectione. Facta autem iniectione, & repleto canali, erigendus est
penis, claudendusque circa glandem vna manu, alteraque comprimen-
dus sensim versus perineum, retine adusque eo statu aliquandiu, quo
liquor in intima penetrare queat. Vbi autem per aliquod tempus de-
tergentibus vsi fuerimus (quamuis ego non multum illis vterer, imò
statim à principio lac usurparem, & quæ vrinam mitiorem redde-*

rent, illa enim per se plus nimio abstergit) accedendum ad consolidantia, inter quæ primas tenet lac, ut pote quod tempore, butyróque suo virinæ acrimoniam retundat, sero abstergat, caseo vero conglutinet. Quod si præter id alia velimus, fiat tale.

L. Consolide maior. & symphi. mino. & plantaginis. An. M. j. Ros. rub. P. j. Cort. mali gran. 3. ij. Coque ad lib. ij. Col. adde pulu. boli Arm. & cerusa. An. 3. ij. Aut.

L. Folio. rubi & lenticisci. An. M. j. Balaustio. & sumac. An. P. j. sem. plantag. 3. ij. Coque ut suprà, addéque turbia, aut pompholig. lota, & terra lemnia. An. 3. ij. Multa huius generis describi possunt; à quibus tam ego aliquantis per timeo propter pituitam, aut arenulas, aut calculum, à quibus supponimus ut plurimum fieri vlcus. Quare mallem ut solo lacte. Quia tamen multis & ex populo, & ex medicis placet medicamentorum multitudo, despectuique est ut & in alijs rebus utilis simplicitas, habes quæ præscribas, & quibus satisfacias errori communi, ad quorum instar tu alia excogitare potes: neque tamen consulo usurpare absone, quod quidam faciunt, qualia sunt cinis priapi tauri, & vermium terrestrium, cortex cucurbitæ, rad. eiusdem, blatta Bizantia, semen bombarum, auricula leporis, spina alba, & semen eiusdem, & lapis Iudaicus, quorum alia vix cognoscuntur, alia vix aliquid valent: multoque minus oleum ros. infusum, quod alias suadet, cùm omne oleum sit inimicum vleribus. Fatus etiam, irrigationes, & emplastra astringentia, quæ

Hip. lib. de Ulcer. Gal. etiam ille probat, non video quomodo viceri vesicæ profutura sint, nisi 3. Method. humores ab externa cute in vesicæ cauitatem retrudendo, malum augere. Peius autem est peccini rubefacientia & sinapismos, pessimum denique crustas inurere, hæc enim non vlcus internum curabunt, imò irritabunt inflammando, & trahendo humores ad locum affectum, egrum torquebunt, & nouum producent morbum.

DE VRINÆ DIFFICULTATIBVS.

C A P. XXVIII.

VRINÆ difficultatem vocamus quocumque in meiendo sentitur incommode. Hoc autem fieri potest quia vel dolorem sentimus inter meiendum, etiamsi libere mingamus, vel non liberè & secundum naturam mingimus. Hoc rursùm non liberè & secundum naturam mingere, est aut cùm non fluit cùm volumus & opus est, uno ductu & facile vrina, sed cum nixu, dolore, tardéque: vel cùm etiam nobis nolentibus semper effluit guttatum, vel etiam cùm nullo modo exit, sed supermitur longo tempore. Primam difficultatem vocant vrinæ ardorem, secundam vrinæ difficultatem generis vocabulo, Græcè θυεσία; tertiam

vrinæ stillicidium, Græcis ὄρπεις πίαν, quartam vrinæ suppressionem, Græcè ιακώπια. Quia verò hæc omnia ferè ab ijsdem pendent causis, & eodem modò curantur, idèo ea in vnum coëgimus caput, ne idem sèpius repetere cogamur, capitumque multitudine lectorcs onerare. Ardoris vrinæ frequentior causa est hepatis & renum calida intemperies, inflammatio, calor ambientis, usus calidorum alimentorum & medicamentorum, febris, fluxus humorum calidorum per renes in febrium crisi, vlcus vesicæ, aut penis, aut ductus muliebris, calculus vesicæ, pus quod aut ab hepate, aut renibus, aut vesica effluit, corruptum, aut acre semen vel diu retentum, coitus importunus, aut equitatio nimia, labes contractæ ab impura muliere, inflammatio paraстatarum ad radicem penis sitarum, ab ijsdem causis excitata. Signis nullis alijs opus habet ut cognoscatur, quæ doloris & acrimoniæ sensu. Facilè, vel difficile curatur pro causæ varietate. Difficile quæ à calculo, & ab vlcere vesicæ, & calida renum & hepatis intemperie, & à venerea labe; reliquæ facilius. Cura etiam pro diversitate causæ varia est: quæ ab alio pendet morbo, hoc sanato tollitur, proinde ad illorum morborum capita recurrentum est. In genere autem salus sita est in vietu, clysteribus, bolis, catharticis; phlebotomia, iulapijs, syrups, conseruis, fotibus, vnguentis, balneis, semibalneis. Vietus sit laudatus, humidus frigidusque ex elisis carnibus sèpe dictis cum lact. buglos. borrag. endi. cichoreo, cucum. cucurb. oxalide, melopepone, malua, atriplice: ex quibus etiam possunt fieri acetaria, & conseruæ, & syrups, & ex floribus borrag. violarum, buglossi, & ex fructibus prunis, cerasis, pomis, piris, vuis, ficubus, ribes, berberis: quibus etiam non conditis frugaliter vti potest, & malis granatis, & limonibus, & citrijs, & cythonijs. Cremor etiam hordei plurimum valet, & lac quoque, nisi aliud aliud impedit, ouillū, bubulum, asinum, quod etiam injici potest in penem, aut in id immerge hic. Potus sit aqua sola, aut decoctionis hordei, aut oxycratum dilutissimum, aut oxisacchar, aut mixta alicui ex supradictis syrups, aut succo granatorum. Cæterum quod ad medicamenta attinet, dentur clysteres frequentes tales.

U. Althea, malua, pariet. viol. latt. endi. & portul. An. M. j. Hord. furfur. ping. & florū viol. An. P. j. Pruno. Par. iiiij. sem. iiiij. frig. maio. An. 3. j. Coquantur, col. lib. j. s. adde Cassia cum sace. & mellis ros. An. 3. j. olei ca. & viol. An. 3. j. s. fiat Clyster. Consulunt porrò quidam ut dum Fuch. Ronziger clysterem capit procumbat pronus in ventrem; sed decubitus in latius sinistrum commodior est, & quia in eo situ ut suauiori diutiùs potest manere æger, atque ita medicamenti vis plus agere, & quia non minùs abscedit vesica à recto intestino recumbenti in latus quæm prono, viamque clysteri præbere. A clysteri detur bolus.

U. Pulu & Cassia recens exiracta, 3. j. Pulu. Rhab. 3. j. cum sace. fiat bolus. Aut

U. Rhab. infusi decocto endi. buglos. hord. ros. & passul. mund. & expressi, 3. j. syr. ros. sol. 3. j. Cathol. 3. vj. cum eodem decocto fiat Potio, vel

L. Cathol. & syr. de Cichor. cum Rhab. Ana. 3. j. Decocti hord. Q.S.
Postridie manè si vires ferant, mittatur sang. de iecoraria ad 3. vj. plus
minùsve. Inde si sit cacochymia, fiat tale apozema.

*L. Rad. gram. asparagi, rufeti, acetosa, An. 3. j. Folio. buglos. borragi-
endi. cichor. laet. lupuli, agrimo. portul. acetosa, & sumita. malua. An. M. j.
Polypod. passul. mund. & medul. sem. carthami. An. 3. j. Tamarinds,
pruno. & senna mandatorum. An. 3. j. sebesten, agar. troch. & liquir. An.
3. ls. sem. melo. & cucurb. mund. An. 3. j. sem. anisi & fennic. An. 3. j.
Florum. 3. cordia. & ros. purpurea. An. P. j. Coque ad lib. j. ls. Col. adde
sacc. Q. S. fiat Apozema clarum pro iiiij. dos. manè.*

*Addit ultima dosi, nisi satis deiecerit, syr. de Cichor. cum Rhab. 3. j.
Si verò non adfuerit multa cacochymia, demptis catharticis à superiori
apozemate, fiant Iulapia cum aliquo ex syrups supradictis, sàpius repe-
tenda. Fots verò fiant, & vnguenta hepati & renibus, & pudendis
qualia dicta sunt capitibus de Inflammatione Hepatis & renum, & bal-
nea etiam & semicupia, ex herbis superscriptis, & nenupharis floribus, &
semperuiuo, & rosis, & violis, & si nimius sit calor, hyoschiamo etiam &
papau. vnguenta & cerata santal. ros. refrigerant. populne. olea ros. viol.
nenuphar. papauer. & ex decoctione refrigerantium herbarum facta
alia. Iniectionem verò in penem ex muscillaginibus non probo, & quia
non facile extrahuntur à pharmacopeis, & quia earum lento impedit
penetrationem in intima. Minùs etiam eas probo per os. Atque haec de
vrinæ ardore. Iam eiusdem difficultas, & vno ex dicta, fit aut ob lento cras-
sique humores meatum obstruentes, aut sanguinis grumos, aut pus, aut
arenulas, aut lapidem, aut carunculam radici penis adnatam, aut tumorem
aliquem ibidem, aut in collo vesicæ genitum, aut obstructionem renum
& vreterum, aut denique frigidam vesicæ intemperiem, aut eiusdem ni-
miam repletionem. Quæ etiam omnia aucta omnimodam eius suppres-
sionem efficiunt, & paralysis neruorum vesicæ. Stranguriam autem præ-
cipue efficit paralysis neruorum sphincteris, aut vlcus eiusdem vesicæ.
Signa vniuersiusque horum varia sunt pro causæ varietate. Signa in-
flammationis, calculi, vlceris dicta sunt superiori Cap. Tumor alias, aut
caruncula, aut humor viscidus, aut pus, aut arenulae, aut sanguis dignos-
cuntur eleuatione pectinis, dolore, exitu illorum ante præsentem mor-
bum, catheteris immissione. Frigiditas ex relatu ægroti, & si perfri-
da loca ambulauit, aut in aqua diu mansit. Repletio vrinæ ab eodem
ægro scietur. Paralysis ex frigiditate prægressa, casu, ictu, compressione
defluxione in os sacrum. Renum denique & vreterum obstructio, et
pauca mictione, & turgentia totius corporis anasarcæ proxima. Iam
his & alijs quæ superiùs dicta sunt, facile erit rei euentum prænoscere
quæ à lapide, tumore duro schirroso que, vlcere. caruncula, aut longa pa-
ralysi fit vrinæ difficultas, vix curatur, reliquæ curationem admittunt.
Quomodo autem curetur fabulum, calculus, vlcus, sanguinis grumus
vilexidi crassique humores & inflammatio, superioribus capitibus dis-
mus, at*

mus, ac proinde vrinæ difficultatem ab his pendente sanauimus. Schirus autem non facilè in vesica fit, quod si fiat, præter victum tenuem, & purgationes, fatus moderatè discutientes, semicupia, olea, vinguenta, cataplasmata, emplastraque, omnia remolientia ex viu sunt, ex malua, althea, pariet, atriplice, viol, rad, lilij, florib, chamæme, melilo, anethi, caricis, farinis sem, lini, fœnugr, fabarum, tritici, axungia gallinæ, anatis, cuniculi, porci, taxi, butyro, ole, oliua, sambuc, lilio, lumbrico, irin, gelsemi, amigdal, chamæmel, anethi, cheiri, vnguentis Dialtheæ, Resumpti, emplastris Diachil, magn, Diachil, vulgare, cum gum, & tandem Irin, & de Melilo. Eadem etiam ferè prosunt ad paralysim, & frigidam intemperiem, nisi quod hic calidiora desiderantur, qualia descripta sunt Cap. de Paralysi. In omnibus denique vrinæ difficultatibus magnus est cathe-tris usus, modo iddexterè fiat.

*DE GONORRHOE A, PENIS
ulcere, & Caruncula.*

C A P. XXIX.

GONORRHOEAM vocant Græci inuoluntarium, continuūmque seminis profluiuum, cùm scilicet genitale semen nobis dormientibus, vigilantibusque insensibiliter exit absque tentigine. Id quidem malum valde rarum est, nec à me vñquam visum: & facile est decipi, cùm aliud quām semen per pudenda effluat; pus enim & excœcta pituita magnam cum spermate similitudinem habent, & eadem symptomata proferunt ac illud. Quocirca magna speculatione opus est, vt interstingantur. Quod si contingat vera Gonorrhæa, id præcipue fit in libidinosis ob frequentem venerem debilitatis lumbis, renibus, laxatisque vasis spermaticis, & motu successionēque sanguine & humoribus in ea influentibus, nec ibi diu immorantibus ob debilitatem: quibus etiam accedit, si calida sit, vt talibus esse solet, hepatis & renum intemperies, multaque humorum copia, aut acrimonia, aut tenuitas, flatum abundantia, & otiosa vita. Præcipuum ergo Gonorrhææ signum est incontinentia: quæ si non adsit, aliud est quām Gonorrhæa: quamvis enim continentibus, vt virginibus, viduis, religiosisque quandoque effluat semen, illud tamen raro fit, nec ex hoc aliquod sequitur incommodum, exonerante se natura per somnum, aut obiecti præsentiam superfluo, quo grauatur: cùm contrà illi qui Gonorrhæa infestantur, dolcent renibus & lumbis, pallidi sint, macilenti, debiles, languidi, moesti, tandemque contabescant heretica præhensi; alij verò alacriores sunt validioresque. Neque etiam quæcumque spermatis alia inuoluntaria cœctio Gonorrhææ nomen meretur; nisi perseveret; epilepticis enim & conuulsis, & priapisino labrantibus, ob membrorum concussionem, in insultu effluit semen, & ali-

quando etiam ijs quibus astricta valde aluus est, crassis durisque extremitatis in transitu paraftatas quæ ad vesicæ collum sunt, prementibus; quos tamen propterea gonorrhæa laborare non dicimus. Constat igitur veram gonorrhæam eam esse quam superius descripsimus. Est autem alia impropre diæta, quam virulentam gonorrhæam vocant, per quam non sperma, sed sanies, & virus effluit perpetuo solum, varij coloris & confitentiae, quandoque etiam spermati mixtum, à paraftatis illis, & collo vesicæ primò inflammatis venere, simùlque malo contagio & labe impura mulieris infectis, deinde ulceratis; quod quidem malum durat aliquando multos menses, aliquando etiam annos; cíque succidunt duo alia, lues scilicet venerea, de qua alibi agendum, & caruncula, quæ nihil aliud est quam fungosa caro ulceri ad radicem penes adnata, quæ mictum impedit permultos etiam annos, phantasiamq; præbet calculi. De quibus omnibus breuiter hîc agendum. Gonorrhæa ergo vera ut non facile visitur, ita etiam non facile curatur. Eius autem curatio præcipue sita est in victu, & topicis astringentibus, lumbis admotis. Nullus enim nec venæctioni, nec cathartici relinquitur locus, nisi aliquis humor abundet qui affectum augeat; quo casu leue aliquod catharticum ex cassia, aut Rheo, tamarindis, mirobalanisque, syr. ros. sol. de cichor. cum Rhab. & paucō Catholico exhiberi potest. Phlebotomia vero quæ ab aliquibus consulitur, non video quomodo confere possit in tanto effluvio seminis, viriumq;, quantamcumque supponamus plenitudinem. Satius ergo duxerim brachiorum frictionibus reuulsionē moliri. Cæterum victus talis esse debet, ut recumbat æger in latus, decubi aliquanto capite, super mattam palea, stuppa, lana, aut gossipio plenam, quiescat, dormiatque quantum poterit, in loco subobscuro, a uertatque omnino cogitationem à venereis, substernat. etiam renibus corria, rosas, violas, folia lact. portul. viticis, salicis, vitis, semperui. plantag. tapisi barba, nymphæ, hyoschia, papau. acetosæ. Cibus sit iuscule ex laudatis carnibus cum aliquibus ex superioribus herbis coctis, & cum pedibus & feminis veruecinis, vitulinisque, carnes eadem, perdices, hedii, aues montanæ, testudines nemorales, oua sorbilia, lac, tremor hordei & amigdalarum, gelatina, tortua iura, instaurantia, martij panes, oriza, cythonia condita, pyra, poma, pruna, rosæ, violæ radix & flores buglossi, borraginisque, cortex citrij, aurei mali, caro citrij, cucurbitaque, miuua cythoniorum, gelatina eorumdem, quorum etiam nonnulla non condita in usum venire possunt, & ribes, & berberis, & vuæ, & vuæ passæ, & caricae, & cucumeres, & melones, & sorba, & mespyla, & corna, & acetaria ex endiuia, lact. portulaca. Cauere autem valde oportet ab strobilis, auellanis, pontica nuce, castaneis, tuberibus, leguminibus, porris, napis, allijs, cressonibus, eruca, pastinaca, nasturtio, finapi, atque etiam à calidioribus ut fœnic. anetho, pipere, nuce myristica, cinnam. cariophyllis, thymo, fatureia & similibus. Quanquam enim hæc conduceré videantur ad flatus discutiendos, qui venereum excitant, & subinde

Rondel.

Rondel.

ab aliquibus ea ratione consuluntur, tamen contraria etiam ratione plus nocent calcificando, seménque & humores acres reddendo, vnde venem prorirant. Cibandi autem sunt ægroti frequenter, parcéque. Potus sit vinum oligophoron bene dilutum aqua fabrorum, aut chalybeata, & extra pastus, si opus sit bibere, aqua saccharata chalybeata, aut mixta syr. capill. ven. myrthino, viol. de ros. sic. cythoni. limon. acetosit. citrij, ribes, berber. acetos. simpl. de endi. simpl. de agresta, de succo acetosæ, de pomis, de granatis, de mentha, de buglos, aut succo granato, aut mali Medi. aut aceto, aut conser. ros. aut viol. quibus etiam possunt vti in pastibus, qui vino non gaudent. Atque hactenus de vietu. Remedia autem sunt Iulapia, conditaque, sed præcipue fotus, semicupia, olea, vnguentum, cataplasmata, emplastra. Iulapia sic fiant.

*Q. Læt. portul. endi. An. M. j. Ros. rub. viol. An. P. j. sem. plantag. & agni. An. 3. ij. Coque ad lib. j. Col. adde syr. de ros. sic. & ribes. An. 3. ij. Misce, & aromatiza. 3. j. pulu. Diatrions antal. in tres doses, Aut. *Q. Aque endi. læt. & plantag. An. 3. iiiij. syr. myrth. granato. & menthe. An. 3. j. ls. Misce ut supra. Conditum fit tale.**

Q. Conser. ros. viol. & carnis citrij. An. 3. j. Conser. rad. buglos. & florum borrag. An. 3. ls. Pulu. ros. & Diamargari. frigi. An. 3. ij. Manus Chri. S. aut pro ditionibus, cum unionib. Q. S. fiat Conditum; aut cum alijs consérvis fiat opia auro cooperta, qna vtatur inter pastus ad libitum. Fotus autem & semicupia, & cataplasmata, fieri debent renibus ex plantag. tapso barba. rubo canina, vitis folijs, solano, folijs & nucibus cùpressi, myrthi, lentisci, sumac, poligono, symphito, semperuiuo, portul. endi, equifeto, acetosa, oxilapa. cort. & folijs mali gran. rosis, violis, balausti. Gallis, acinis vuarum, folijs agni, læt. nymphe. feminibus plātag. & frigidis maioribus, minoribusque. Post hæc applicari debent olea ros. viol. nenuphar. lentisci. aut hoc.

Q. Succi plantag. semperui. & portul. An. 3. ij. Olei 3. vj. Coquantur ad consumptio. succorum.

Q. Succorum endi. acetosæ, rubi cani. & læt. An. 3. ij. lithargy. auri. 3. iij. Olei ros. 3. iiij. Aceti, & omphacijs, An. 3. j. Agitentur omnia diu in mortario & fiat nutritum ad usum. Ad idem etiam deserunt Ceratum fantali. vnguentum album Razis lotum aqua ros. vnguentum. Refrigeras Gal. & rosatum Mes. Atque hactenus de vera gonorrhæa. Altera autem foeda & virulenta, & vlcus penis, si quod fiat in eius meatu, curantur purgatione solemnii, venef. decocto que sudorifico, quemadmodū vlcus vesicæ, & incipiens lues venerea de quibus suis locis egimus. Hoc solum hic addendum, iniecta per catheterem in his affectibz plus valere, quam in vesicæ vlcere. Eodem etiam modo curatur caruncula, quod ad medicum spectat, si curari possit, id enim difficultimum est, & vt ego expertus sum, impossibile, quidquid chirurgi nonnulli, & empirici promittant. Quare præmisso prognostico, adhibitisq; remedijs generalibus, reliquum negotium committendum est chirurgo.

DE PRIAPISMO.

C A P. XXX.

*Gal. 2.
Metho. 2.
Rondel.* **P**RIAPIMVS & Σατυρίως symptoma est depravati motus, & quasi
penis conuulsio, in qua continuò nobis inuitis mentula riget abique
cōēundi cupiditate. Præcipua eius causa est flatum multitudo mem-
brum distendentium. Potest & multa spermatis & spirituum copia id ef-
ficere, sed non adeo continuè, nec validè: potest & nimius coitus, & ad
eum excitandum ingesta & admota, sed nec hic diu durare potest. Ulcer
vero penis id efficere vix credo, vt aliqui afferunt, nisi inflammatio ma-
gna superueniat, tuncque non ulcus, sed inflammatio immediata causa
est: quemadmodum etiam nec acria medicamenta ad horum ulcerum
curationem admota Pryapisimum inducere valent, vidimus enim nos
multos ulceribus prauis detentos, quibus acria immittebantur, quibūl-
que submissus omnino penis erat, tantum abest vt erigeretur. Morbus
est insolentissimus, quem mihi nunquam videre contigit: neque puto si
causa cognita sit, difficilem esse curatu. Si ergo flatu eum peperunt,
viectu, clysteribus, fôtibus, vnguentis, oleis, & si abundet humor, cathar-
ticis oppugnandus. Quiescat igitur ægrotus elatis natibus, in palea, aut
lanea, aut gossipina matta, aut etiam culcitra pluma referta, modò calor
renum non repugnet, calido cubiculo, versus austrum, vitètque omnem
veneris non solùm usum, sed etiam recordationem. Alatur euchymis
carnibus assis, aut elisis cum mentha, petrosel. apio, foenic. hyssopo, thymo,
satureia, salvia, maiora. & conditis etiam pipere, zingib. aniso, cary-
phyllis, cinnam. nuce myrist. In secunda mensa capiat nuces ponticas
conditas, & non conditas, strobilos, anisum, foenic. coriand. sacc. incrusta-
ta, corticem citri, mali Medi. conditum. Caueat à fructibus horaeis, le-
guminibus, herbis alijs, castaneis, mespilis, tuberibus, caseo, piscibus.
Potetur vino generoso, aut parum diluto. Fiat vero primò talis clyster.

*U. Salvia, calam. mentastri, origa. pulegi, & arthemis. An. M. j.
Maiora. thymi, satureia. An. M. ss. Baccarum lauri. Par. vj. sem. cy-
ni. foenic. & anisi. An. 3. iiij. Florum chama. anethi, melilo. & rosmar. An.
P. j. Coquuntur in aqua & vino. Col. lib. j. adde mellis anis. 3. ij. aut
subit impuritas, ut ferè subesse solet. Benedic. lax. & Indi. maio. An. 3. li.
Olei anethi & chamamel. An. 3. j. ss. aut rutac. 3. ij. fiat Clyster. Post
quem reiectum reliquo decocto potest soueri & penis, & circumuinicea
partes calidè, longè à cibo. A fotu illinuntur oleo, aneth. chamamel.
Iriño, sambuc. & vnguentis Martiato, Aregon, & Resumpt. Ex ijsdem
etiam herbis duplicatis aut triplicatis potest fieri semicupium. Si vero
opus sit purgatione, fiat talis.*

*U. Elect. Indi. maio. & Diaphæn. An. 3. ij. Cathol. & syr. ros. sol.
An. 3. ss. cum vino generofa fiat Potio; aut si ad sit febris, cum decocto men-
tha, thymi, anisi, & modico cinnam. Aut.*

*U. Massa pilula. de Hiera. S. 3. iij. formentur pil. viij. quae capiat ve
artis est. Si non sufficiat semel, repeatantur eadem aut similia remedia
quoties opus fuerit. Conueniet etiam aquam vitæ sumere 3. ij. aut plus
per aliquot dies manè, & Theriacam, aut Mithrid. aut Auream Alexand.
antiqua. 3. j. pondere per se aut cum vino, aut tabellam elest. Aromat.
Ros. 3. iij.*

DE COEVNDI IMPOTENTIA.

C A P. XXXI.

CONTRARIUS est hic affectus superiori, quando scilicet homo
arrigere non valet, etiam si velit. Non enim hic agimus de morbis
in conformatione: nam hi, præter id quod corrigi non facile possunt, magis
ad Chirurgum spectant. Qui ergo cum generationi incumbere vo-
lunt, non possunt, ut plurimum id patiuntur ob frigidam intemperiem
partium illarum solum, aut etiam totius corporis, eamque natuam, aut
aduentitiam: hæc autem fit à nimio vsu frigidorum alimentorum, aquæ
frigidæ, vini meracioris, natatione moraque in aqua frigida, peregrina-
tione per loca niuosa, glacialiaque, desidia, somno, nimio coitu, pertinaci
continentia, fame, siti, labore, vigilijs, mærore, timore, iugi studio, cor-
poris flagellatione & attritione, animique reuocatione à venereis ad ca-
stitatem sanctasque & religiosas cogitationes.

Curatu est vel facilis vel difficultis pro causa grauitate, affectusque diu-
turnitate. Natiua vix potest emendari, neque ascititia diurna; reliquæ
etiam non facile sanantur; nisi momentaneæ sint: contingit enim sæpe
ut non opus exercere possit aliquis aut præsentem ob metum, aut vere-
cundiam, aut leuem aliam causam, tuncque non dicitur impotentia, sed
suspenso, aut impedimento, quod post modicum soluitur. Quæ verò
contumacior est, pro causa varietate, variam fortitur medclam, semper
autem contrarijs contraria opponenda. Qui ergo desidiosus est, corpus
exerceat; qui somnolentus, vigilet; qui vinofus, pedentim vino tem-
peret; qui nimium frigidæ gaudebat, conuertatur ad vinum; qui esurie-
bat, aut sitiebat, cibetur poterisque primò parcius, mox liberalius; qui
in frigida aqua, aut locis algentibus versabatur, conferat se ad calida; qui
nimium veneri indulxit, traducat se ad continentiam aliquandiu; qui
contraria nimium continuit, accedat ad vxorem, aut ducat; qui corpus ni-
mium attriuit, habeat indulgentius, qui vino madidus erat, diluat; qui
studis plurimum incubuit, deserat musas ad tempus; trahunt enim ha-

omnes corporis vires ad cerebrum, reliquumque corpus effatum redundunt; qui meroe contabuit, sectetur hilaritatem; qui plus a quo vigilauit, dormiat sufficienter; qui laboribus fatigatus est, quietcat; In his autem omnibus id semper obseruandum, vt ab uno in aliud fiat transitus insensibiliter, consistamusque semper in medio. Quoniam autem ut plurimum coeundi impotentiam diximus fieri ab intemperie frigida aut partium generationi dicatarum, aut totius corporis, partiumque intemperies pendeat a totius intemperie, eaque cum materia: ideo nos hanc nunc curare docebimus. Primo ergo cibus sit laudatarum carnium maximè caponum, perdicum, columbarum, phasianorum, coturnicum, passerum, auicularum montanarum, omnium assarum ut plurimum, conditarumque sale, fœnic. mentha, oreosel. apio, anetho, satureia, thymo, eruca, cressone, sinapi, pipere, nuce moscha. zingib. cinnamo. cardamo. Abstineat a piscibus, lacte. portul. acetosa, endi. cucum. melonibus, cerasis, pomis, prunis, pyris, cythonijs malis, granatis, sorbis, mespilis, limonijs, aureis malis, fungis. Potest tamen vti moderatè castaneis, fabis, ciceribus, bulbis, rad. & semine pastinacæ, satyrij, crithmo seu fœnic. marino, nafturtio, porris, cepis, napis, raphanis, & eorum semine, tuberibus, strobilis, quellanis, nuce Pontica, viuis exsiccatis, aut pannis, caricis, capparibus, lacte, caseo, ouis quibuscumque (nec enim plus tribuo ouis perdicum quam alijs) amigdalisi, pistacijs, dactylis. Pro bellarijs erunt anisi semen aut fœnic. sacc. condita, cortex citri, aut mali Medicis item conditi. Potus sit vinum generosum moderatè dilutum: & tam cibus quam potus, labor, & somnus, sint omnia mediocria. Vitet studia, mārem, negotia que quantum poterit, dedatque se hilaritati, & cœcum puerum sibi omnibus modis conciliet. His ita constitutis accedendum est ad remedia. Ea autem sunt clysteres, cathartica, latonica, sudorifica decocta, tabellæ, opiatæ, condita, linimenta. Clysteres sint tales.

Q. Malua, mercurialis. arthemis. matrica. calam. origa. pullegij. An. M. j. Furfuris P. ij. sem. cymini, & fœnic. An. 3. ij. Florum chameleli, melilot. anethi. An. P. j. Coquantur ad ib. j. ss. In col. dissolute Hier. pic. Gal. & Benedic. An. 3. j. Olei aneth. & chameleli. An. 3. j. ss. Misce, & subiiciatur ante cœnam. Postridie capiat sequens medicamentum.

Q. Rhab. & agar. troch. An. 3. j. spica nar. & cinnamo. An. gra. vi. Infundantur per noctem in decocto fœnic. mentha, passifl. mund. anisi, & flor. rum stœchad. In col. expressa dissolute Diaphœn. 3. iiij. syr. ros. sol. 3. j. cum eodem decocto fiat Potio, detur ex arte.

Q. Rad. fœnic. petros. & apij. An. 3. j. Cort. citri sic. & achori vulg. An. 3. ss. Folio, bethon. agrimon. melisse, hyssopi, fœnic. verbena, scabio. chamedre. chamepyth. salvia, & maiora. eruca, & cressonum. An. M. j. sem. anisi, fœnic. & urtica. An. 3. ij. Thymi, epith. florum stœcha. & rosmar. An. P. j. Medulla sem. carthami, polypod. & senna mund. An. 3. j. Agar. troch. liquir. turbith. & passularum purg. An. 3. ss. Coquantur in sufficienti aqua ad quart. v. In col. dissolute sacc. Q. S. pulu. elect. Aromat. ros 3. j.

fiat Apoz. claram pro iij. dos. manè.

Adde ultima dosi Diaphœn. aut Diachart. aut eleēt. indi. maior. 3. ij.
aut si velis magis purgare , loco additionis.

*¶ Massa pilula. de Agar. aut Aurea. aut Aggregat. 3. j. aut 3. iiiij.
forment. pil. vij. capienda finitis apozematis, repetendaque quoties usum
fuerit. His finitis, nisi multa videatur superesse cacochymia, imperadum
erit laconicum (stupham vocant) si habeatur publicum, sin minus pri-
uatum in lecto superposita lignea crata semicirculi figura, intromissioq;
foculo in lectum, aut calore per tubum à succensis circa lectum carbo-
nibus; aut sub conopœo, aut vt pauperes faciunt, in cuppa lodice coo-
perta extante capite , candardib[us]que faxis, aut lateribus cuppæ fundo
instratis longè ab ægro. Quod si laconicum satis non sit , vtatur decocto
ligni sancti, aut sarsa Parilia, aut Chinæ, pro facultatibus , & viribus æ-
groti, & magnitudine affectus ; fortioribus quidem, & pauperioribus, &
multò magis si suspicio sit aliqua venereæ luis, conueniens est Guaiacū ;
mediocribus sarsa parilia ; delicatioribus China. Proportio verò ligno-
rum ad aquam, & utrendi tempus, varia etiam sunt pro magnitudine affe-
ctus, & virium robore ; & quamuis sepe suprà descripta sint omnia, ta-
men ne longè queras, accipe vulgarem.*

*¶ Rasuræ Guaiaci, 3. iiiij. Aquæ lib. iij. Infunde per noctem, coque ad
medias, de col. bibat. 3. viij. singulis diebus, sudando.*

*¶ Feces decocti. Aquæ lib. xiij. Coque ad quartæ consumptionem, addendo
in fine glycyrr. 3. ls. cinnamom. 3. ij. Col. vtatur pro vino in & extra pastus.
Continuet duodecim saltem dies, & usque ad viginti. Sarsa parilia eadē
potest esse proportio, aut paulò minor vt 3. iij. Chinæ etiam debet esse
minor, vt 3. ij. non quia fortior, sed quia carior ; & ea ratione imperatur
diuitibus, & quia hi sunt morosiores, & debiliores : qua etiam de causa
permittimus illis saccharum admiscere pro arbitrio ; imò quandoque re-
licto primo decocto sudorifico , Chinæ 3. j. iniçimus aquæ lib. xij. ab-
sumptaque quarta parte, & colato reliquo potamus ægrotum aliquot
menses, & si sit paulò debilior, permittimus vt admisceat vinum. Post
hac debet vti eleēt. Aromat. rof. in tabellis, Dianisou, Diajris, Diamosc.
Diambra, Pliris Archon. Lætitiae Gal. Diatriponip. Dialac. Diacurcu.
de Gem. Diathamar. Rosatæ nouel. 3. ij. pondere, singulis , aut alternis
diebus, manè, duabus horis ante cibum, aut Confect. Alcherm. de Hya-
cynth. Theria. Mithrid. Aurea Alexan. 3. j. eodem tempore , superbi-
bendo parum vini optimi, aut aromatitatis, dicti Hipocratici: noctu autem
in ingressu lecti vtatur seq. remedio.*

*¶ Conser. rad. eringy. saryrio. & cort. citri cond. An. 3. ij. Auellana.
pistachiorum, & nucleo. pini siccorum. An. 3. iiiij. sem. vrtica, eruca, rapha.
& napi. An. 3. ij. sem. nastur. anisi, fænic. An. 3. ij. Pulu. Diatripon piper.
Diacinnamo. Confect. Alcherm. & Mithrid. An. 3. j. Carnem scinci viuis.
Misce cum syr. conser. cort. citri & fiat opiate auro cooperta , de qua ca-
piat quantitatem castaneæ diebus quibus non utetur tabellis superius prescrip-*

Fuch. Ron- *tis.* Quamvis autem carnem scinci hic posuerimus, tamen parum illis:
det. dimus, & testibus vulpis, & cerui virgæ, aut tauri, & carni leutræ, quæ
 nonnulli prescribunt. Cantharidas verò per os nunquam daremus. Deni-
 que pudenda fricanda sæpe illinendaque sunt noctu oleis aneth. laurino,
 nucis myrristi. singulis seorsum, aut mixtis. Diuites etiam possunt zi-
 betam aut solam, aut cum alijs admouere. Ad id quoque parati potest
 vnguentum.

Rendele. *Y. Olei aneth. rutac. & Spicæ vulga.* *An. 3. ij.* *Olei nucis Indi. 3. i.*
Pulu. castor. myrræ, styracis, cala. & Belzoini. *An. 3. ij. zibeta. 3. j.*
Moschi gra. vj. Misce. ad usum dictum. Euphorbium quod aliqui pra-
 scribunt, mihi suspectum est.

DE RAMICE.

CAP. XXXII.

RAMEX & hernia Latinis, idem est quod κάλη Græcis. Hoc autem
 propriè vocatur tumor in scroto, quamvis impropiè ad alias etiam
 partes transferatur. Eius multæ sunt species pro varijs materiebus, &
 locis affectis: Pneumatocèle scilicet, cùm flatibus distentum est scrotum,
 Hydrocele, cùm humore; Sarcocèle, cùm carne tumet testis; Enterocèle,
 cùm intestina, Epiplocele, cùm omentum; Epiploenterocèle, cùm vtrum-
 que prolabitur in scrotum; Cirsocèle, cùm vasa quæ testes alunt fo-
 uentque, admodum varicis conglomerantur, tumentque; Bubonoce-
 le, cùm ad inguen appetat tumor; Omphacele, cùm ad vmbilicum,
 vnde Exomphali, qui hoc tumore laborant; Broncocele deni-
 que, cùm guttur maximè tumet, quod contingit his qui prealtis
 montes incolunt, quales sunt Pyrenei, & Alpes. Latini Ramicem vo-
 cant ventosum, aquosum, carnosum, intestinalem, omentalem aut omen-
 tatum, omentintestinalem, varicosum, inguinalem, vmbilicalem, guttu-
 lem. Horum porrò omnium variae sunt causæ. Externæ sunt frigus, ca-
 loris, iætus, claimor, saltus, graue pondus, sonus tubæ, compressio nimia ven-
 tris ad excernendas fœces, fœtum, aut secundinam, gestatio in utero,
 Venus, cursus, equitatio, maximè in succusso equo. Internæ vero san-
 guis, flatus, humores praui, omentum, intestina. Modi quibus aliquid
 in scrotum cadit, sunt laxatio foraminis per quod spermatica vasa perito-
 neum peruidunt, aut ruptio eiusdem peritonei; Hoc rarius, illud fre-
 quenter, hoc afflatum, illud pedetentim fit. Iisdem etiam modis tu-
 mescit inguen, & vmbilicus. Gutturalis vero Ramex fit à frigefacto gut-
 ture colloque, potu aquæ nimis frigidæ, niuofæque, qualis est in monte-
 bus & circa eos; cuius frigiditatis ratione debilitatæ partes illæ non
 bene concoquunt cibum illis ad alimentum mandatum, & recipiunter
 crementa cerebri, vnde & defluxione, & congestione fit magnum illud
 cedema

œdema schitrosum. Varicosus ramex fit ab humoribus crassis frigidis que in vasa seminaria, quæ testi adnascuntur, descendantibus. Carnosus denique à carnea quadam substantia fungosa testi ingenita à prauo sanguine. Difficile est discernere ramicos scroti inter se. Venitus est magnus, leuis, quique objectu candelæ, aut radix solaris, transfluet, percussus sonat ut timpanum, aliquando subsidet, quandoque augetur, vix tamen totus detumet, nisi in pueris, neque facile permitit discernere testes, rotundus est ut plurimum. Quemadmodum autem in omni hydrope ascite aliquid est fatus, & in timpanite aliquid seru, sic etiam in ramice ventoso aliquid est aquæ, & in aquoso aliquid fatus. Aquos ergo minus est leuis, minùsque tenus, obscurior, quique percussus nō sonat ut ille, aditumque præbet ad testiculos, non facilè dissoluitur, neque est adeo rotundus, sed oblongus. Vterque sequitur hydropem suæ speciei ut plurimum. Vix est ut fatus aut aqua contineatur intra duas tunicas scroti, sed fere semper in eius cauitate. Carneus duritie dignoscitur circa unum testem, reliquo manente in naturali magnitudine, forma, mollietate, & aliquando etiam scrotū non propterea magis tumet, vixque remittitur unquam, potius crescit tumor, idque ad radicem testis. Varicosus contrà in eius capite tumet, & varicum modò inæqualiter est durus. Rarò autem contingit ut ambo testes carnosos, aut varicosos ramice laborent. Intestinale iudicatur facilè ex descensu intestini per inguinis regionem, & tumore molli, oblongo, qui compressione recurrat ad ventrem totus per eandem viam, rursusque recedit, & aliquando cum murmure, quique si per unum latus tantum descendat, medium solum occupat scrotum, si vero per utrumque, totum. Hic est omnium maximus, ut in quo aliquando magna pars intestinorum contineatur, ita ut videatur aliis venter. Omentalem non facile est reponere, non est adeo magnus nec rotundus, sed durior, planiorque, nec adeo frequens. Omentintestinalem demonstrant signa utriusque mixta, propter reaque perplexa est etiam eius dignatio. Inguinalem denique & umbilicalem ipsis signis discernes à qua materia fiant. Gutturalem autem nemo non agnoscit. Omnes curatu sunt difficillimi, & antiqui impossibilis, nisi sectione, & tunc etiā periculosi valde, & aliter quoque. Quamuis autem curatio ad chirurgos pertineat, & nec ad omnes, sed ad solos circunforantes, tamen docebimus nūc quibus remedis medicis opus habeant, reliqua relinquemus chirurgis. Ventosus ergo curabitur ipsis prorsus quibus hydrops timpanites, vidu, remediosque cum internis tum externis: Aquosus etiam, quibus Ascites. Hoc solum aduertere oportet, initio ubi primum apparet quicumque sit, & siue in scroto, siue in inguine, siue in umbilico, præter victum congruum, & remedia vniuersalia, statim occurrentum malo astringentibus. Debet ergo recumbere ægrotus supinus, elatiōribus clunib⁹, supposito puluino, idque quadragesinta saltem diebus: ante omniaque reponendum est intestinum, aut omentum: quod si id non facilè obtineamus, fouendum scrotum, & circumuiniciæ partes, illinendaque hoc modo.

2. Malue, althea, pariet. acanthi, & arthemis. An. M. j. Calam. pulegii, & origa. An. M. ss. sem. lini & fœnug. An. 3. ij. sem. fœnic. 3. ss. Florum chamæmeli, melilo. anethi, sambuci. An. P. j. Coquantur in sufficien- aqua pro fotu, qui applicetur bis, aut ter in die.

2. Olei aneth. chamæmel. lumbrico. & Keirini. An. 3. j. ss. Misce & il-line post fotum, Aut.

2. Vnguenti Dialthea 3. iiiij. Resumpt. 3. ij. Misce, & utere.

2. Fœces superioris decocti : contunde, traſmitte cribro, addéque farine feminis lini & vnguenti Dialthea. An. 3. ij. Olei chamæmel. Q. S. Fiat Ca-taplaſma applicandum poſt vniſionem. Hæc autem omnia ſapius facien-dā ſunt, & tentandum molli trac̄tatione reducere lapsa. Quod si id non poſſimus, tollendus eſt æger per pedes in ſublime, aut cum corda, aut bra-chijs vnius, aut duorum fortium virorum, concutiendūſque ſapius in caput, quò ea quæ in ſcrotum decidere, retrudantur in ventrem. Redu-ſtis in naturalem ſtatum interaneis, admouendum eſt emplaſtrū contra rupturam, quod à morbo hoc nomen accepit, ad 3. iiij. extenſum in alu-ta rotunda, coercitūmque arcta & artificiali ligatura, quales multæ ſunt ad hunc uſum, neque ſoluenda ea ſaltem ante quatriduum; quo inter-medio tempore conandum decocto prunorum, & prunis iſpis, & iure pin-gui cum malua, atriplice, beta, althea, buglo, borrag. incoctis, aluum lubri-cam reddere, aut tandem cum balano: excrementorum enim duries iterum intestina in ſcrotum impellerent. Non tamen nec cathartico, nec clyſteri uendum eſt, ne motu & medicamenti, & corporis omnia rufus ſuſſum eant. Vnde non mihi probantur, qui praescribunt Iulapia altrin-gen-tia, quæ quamuis prima facie videantur profutura, intestina ſcilicet conſtringendo; tamen mihi videntur potius nocitura, aluum aſtrin-gendo. Quare ſatiuſ mult. eſt intus laxare, extræ verò aſtrin gere, peritoneum ſci-cet quod aut laxius eſt quām par fit, aut ruptum. Cauendum etiam eſt ab uſu enematum in ramice intestinali, in quo non eſt reponitum intestinū, ne occaſione aliqua inieccio in prouoluta intestina illabatur, quod quam-uis rarum ſit & difficile, tamen quia contingere potest, ſatiuſ eſt vitare. Quatriduo ergo transacto, manente ægo in eodem ſitu, admouendum eſt tale fomentum.

2. Symphyti utrinque cum radicibus, ſumita. rubi cani. equiseti, plantag. lenisci, abſinth. mentha, ſalvia, geranij, tapſi barba. centino. & menthaſtri. An. M. j. Cort. maligrana. cort. ciiryſic. gallarum, folio. & fructuū myr-thi, prunello. agresti. capularum, & cort. glandium, cort. caſtranea. Sorborum & mespylo. ſicco. acino. vue, & rhu obſonio. & aluminis. An. 3. ij. Nu-cum cupressi contus. Par. vij. Ros. rub. balanſio. & ſumita. anethi. An. P. ij. Coquantur in aqua fabrorum, & vino rubro pro fotu, qui ad ministran- manè & uesperi, calide, idque 40. diebus continuis, quo toto tempore qui-f-cendum ut dictum eſt, curandūmque ut alius liberè fluat. Quod si ſemel non ſuccedat pro votis, geſtanda eſt ſemper conueniens ligatura, cauendūm-que ne iterum labantur intestina, & poſt aliquod tempus repētenda ta-

dem cūratiō : Sēpe enim contingit vt quod semel iterūmque tentatum est, non succedat, tandem denique eueniat. Vbi verò nil horum prodest, accedendum ad chirurgiam: quā quidem in ventoso raro administratur, in aquoso frequentiū, & sat securē, idque vel iniecto funiculo sericeo, si multa succrescat aqua, corpūsque sit valde cacochymum, & sit suspicio duraturum malum; vel lanceola, vel candenti ferro oliuari, vel escharotico medicamento: tutiū tamen vulgariūsque est cauterium, quo vidimus nonnullos alternis, aut tertio quoque anno pertundi solitos. Quod verò ad carnosum, varicosum, intestinalem, omentalēmque spectat, non est facile nec calamo describere, nec opere exequi, sed dato prognostico, purgatóque corpore, relinquendi sunt chirurgis. Denique mulieres non sunt adeo obnoxiae hernijs atque viri, nisi inguinali, & vmbilicali; quia non exit illis processus aliquis peritonei extra corpus; sed contrà huius vice excidit illis vterus. Atque haec tenus descripsimus morbos omnes internos communes vtrique sexui, dempta solum cœundi impotentia ob defectum erectionis, & ramicibus scroti & testium, & priapismo, & caruncula, & viceribus colis qui sunt morbi partium masculorū generationi dicatarū; superest vt morbos foemini peculiares percurramus: inter quos erit & sterilitas; quā quamuis in masculis & quā esse possit atque in femellis, tamen quia istis solet assignari frequentiū, neque immerit ob vterum; & quia eius curationem à foeminiis ad mares facile erit transferre, non de ea in morbis marium mentionē fecimus.

DE MENSIVM RETENTIONE & fædis coloribus.

C A P. XXXIII

De mulierum Morbis diffusè disertéque admodū Hip. egit libris de natura muliebri, de Morbis muliebribus, & de Morbis virginum, & de sterilibus. Quocirca nos hic præcipuos, frequentioresque solum tangemus succinētē. Menses retineri aut supprimi dicuntur, cum non fluunt quando fluere debent: quare virginibus ante 14. annum, grauidis, lactantibus, & maioribus 45. annis non propriè dicuntur suppressi, quia non debent adesse, sed aut deficientes, aut cessantes; neque propterea quoque talibus adhiberi debent remedia ut prouocentur. Fluunt autem laudati menses singulis mensibus, paulò citius tardiusue, per duos, tres, 4. & usque ad 8. dies, alijs parcius, alijs copiosius, pro habitu & conditione mulieris, rubicundi, omnisque noxæ expertes. Si copiosius, si diutiūs fluant, superflui sunt, de quibus dicemus sequenti cap. Si decolores sint, aut omnino non rubri, fluantque nihilominus singulis mensibus menstrua quoque dicuntur, sed impura & corrupta, si

verò extra debitum tempus, & fere semper, fluor muliebris vocatur, de quibus etiam agemus peculiari cap. Nominant autem quidam ultima hæc, menstrua aut menses albos, alij purgamenta, laudatos autem catamina, & quæ etiam in partu ejciuntur, lochia. Sed non est de nominibus contendendum, sufficit si intelligamus id de quo queritur, & curesmus. Interim etiam hoc aduertere oportet, lochia illa secundū naturā fluere in puerperis, proinde non sistenda esse, neque irritanda, si fluunt ut debent. Semper autem & in mensibus, & in lochijis hebenda ratio est naturæ mulieris, victus, consuetudinis, exercitij, temporis, & loci, ut rectè iudicemus, an debitè, an indebitè sistantur, aut fluent: sunt enim quibus nunquam fluunt propter perpetuum laborem & insolatum, ut mulieres Indiæ Orientalis, atque etiam Occidentalis seu Americae, & quædam ex nostris agricolis, & alia ex infima plebe. Nonnullæ alternis, aliquæ tertio, quarto, quinto, aut sexto quoque mense; alia parciūs; alia liberalius, menstrua patiuntur. Ut plurimum etiam 40. anno finiuntur, quamuis nonnullæ etiam 60. eis abundant; quemadmodum etiam nonnullis ante. 14. apparent, sed alijs etiam & pluribus, maximè Tolosa, non ante 18. aut. 20. Eadem quoque est concipiendi & pariendi ratio. Ergo si indebitè sistantur, adhibitis superioribus omnibus cautionibus, id sit vel defectu totius corporis, vel solius vteri. Totius corporis, ut si nimium laborent, esuriant, sitiunt, vigilent, mœreant, maximè si magna aliqua & insperata tristitia opprimantur, si longo morbo conflectentur, aut periculo, si multum per nares, aut alios ductus sanguinem ejerint, aut per phlebotomiam, aut aliqua alia euacuatione largiore exhaustæ sint, ut vomitu, diarrhœa, sudore. Quamuis autem ex copia cibi & longa desidia pinguedine succrescente corpus frigidius reddi, venisque exiliores, & subinde menses parciores fieri afferant aliqui, tamen id ra-

Fuch. Hol. riūs est, & licet id admittamus, non tamen propterea concedimus eadem ratione menses supprimi in his atque conceptus impeditur: longè enim diuersa ratio est exeuntis sanguinis, aut subeuntis spermatis, & in prægranante & frigido vtero fouendi & conformandi in foetum. Vteri vero culpa retinentur, ob aliquam insignem eius intemperiæ, quæ ut plurimum est frigida & sicca, aut calida & sicca, aut ob venarum eius obstructionem a crasso sanguine, aut viscidis humoribus, aut vitium aliquod conformatioñis, ut si prædurus sit, aut callosus, aut schirrosus. Sifti vero, quia eversum est vteri os internum & distortum, non facile credo; id enim impedire non potest quominus fluent, quamvis difficultus. Rarum etiam est quando os internum, vel externum, omnino imperforatum est. Non tamen adeo rarum, quod tumore aliquo internum occludatur frigido: calido enim non potest diutius teneri. Quocumque autem siue calido siue frigido cauitas eius occupetur, non potest impedire quominus fluent menses. Atque hactenus de omnimoda suppressione. Quād autem fluent, sed parciūs, non supprimi dicuntur. Eadē verò remedia que suppressos prouocat, imminutos etiā augent, sed hīc debiliora requiriuntur.

Ronde,

Signa autem pro causæ varietate variantur; & externa quidem manifesta sunt, vt inacies, adeps, tempus, ætas, locus, corporis habitus; reliqua ægrotia narrabit, famem scilicet, fitim, vigilias, mœrorcim, morbos, euacuationes, labores, consuetudinem. Temperiem corporis ex Gal. Arte parua disces. Vteri vero & hanc & alios affectus non est facile distinguere. Communissima tamen suppressorum mensium causa est obstructio vasorum vteri à crassis & viscidis humoribus, maximè in his quæ iam eos passæ sunt; in alijs enim præter hoc, est conniuentia vasorum ob inexpertam naturam & insciam sibi viam aperire. Viraginiæ, hirsutæque ficius habent temperamentum, salaciore calidius, maximè vteri. Tumor pondere dignoscitur, sed debet esse magnus. Si nihil horum appareat, vteri frigiditatem, duritiæque arguemus, præcipue si à coitu abhorret. Morbus est difficilis curatu, & qui multa adserit incommoda si perseueret, vt foedos colores, (*pastes couleurs*) vocant Tolosates, quibus maior virginū pars defoedatur, quamvis nonnullæ absurdorū vñ eos sibi concilient, comedendo scilicet cartham, filum, attritam telam, ceram, amylū, cretam, sal, caryophyllos, nucem moschatam, parietum incrustatæ, aranearum telas, & ipsas quoque araneas, gipsum, cines, carbones, & similia) cachexiam, picam, malachiam, hydropem, melancholiam, distillationes, tussim, tabem, hecticam febrem, capitis graues & continuos dolores, lepras, cancros, & omne denique malorum genus.

Curatur diuersimodè pro causæ varietate. Quia autem vt plurimum ab obstructione vasorum vteri à frigidis & crassis humoribus penderet diximus, huic nos nunc medebimur, similiæ virginibus consulemus ijsdem remedij, quæ ob conniuentiam vasorum vteri, & prauum viætum menstruis parent, foedosque patiuntur colores. Medela ergo sita est in vietu, clysteribus, catharticis, phlebotomia, cucurbitulis, frictionibus, conservis, conditis, opatiis, pulueribus, tabellis, fotibus, suffitibus, infessibus, semicupijs, aquis termarum, pessis. Cibus sit ex carnibus laudati succi, assis vt plurimum, manè elixis cum fœnicie, petroselio, anetho, hyssopo, mentha, fatureia, serpillo, thymo, cherefolio, maiorana, radice fiferis, ciceribus nigris. Pro secunda mensa sit coriand. anisi, fœnicie, saccaro incrustata, nuces Ponti, cond. nuclei pinei, cortex citri, aut aurei mali cond. tragemata ex cort. citri cinnam. caryophyllis; quibus etiam caryophil. cinnam. & nuce myristica potest condire iuscula, carnes, & intinctus. Mandere etiam lieebit semina corian. anisi, fœnicie, sicca inter pastus, maximè ieiuna. Potus sit vinum tenui, modicè lymphatum, aut si non bibat vinum, aqua decoctionis cinnamomi. Exerceat se, maximè incedendo; dormiat parum. Vitet acetaria, fructus horæos, bubulam, porciniæ, agninan, leporinam, anatinam, leguminas, caseum, lacticinia, tubera, castaneas, sorbas, mespyla, cytonia, herbas omnes frigidas, caules. Super omnia verò si puella sit, & si nupta, iungatur marito. Interim vero & his & alijs clysteres frequentes maximè conueniunt, qualis hic est.

L. Rad. apij & fænic. An. 3. j. Folio. arthemisia, matricaria, nepeta, calam. origani, & valeria. An. M. j. sem. fænic. & sesel. An. 3. ij. sumitum sabine, florum chamæmeli, melilo. anethi. An. P. j. Coque ad lib. j. s. Col. adde Benedic. lax. & Cassia cum sacc. An. 3. j. Olei chamæmel. & anethi. An. 3. j. ss. Misce, fiat Enema, detur bis in hebdomada non fluenti alio. Inde capiat talem potionem.

L. Rad. petrosel. & liquir. An. 3. ij. Pimpinella, & euphras. An. M. j. Passul. mund. & florum stœcha. An. P. j. Anisi. 3. j. Coquantur ad 3. iii. Infunde in parterhab. 3. j. Agar. troch. D. ij. Col. expressa adde Diaphor. 3. iiij. syr. ros. sol. 3. j. cum residuo decocto fiat Potio, detur ut artis est. Aut

L. Elect. Indi. maio. 3. iiij. syr. ros. sol. & Cathol. An. 3. j. Decotti cinnam. Q. S. fiat Potio. Postridie, nisi plurimum abundet pituita, & vires valde langueant, mittatur sanguis e saphœna pedis dextri, aut si haec minus sit conspicua, pedis sinistri ad 3. vj. plus minuscule, in aqua calida: quod etiam repetendum est singulis mensibus, quo tempore fluere debent menses, si id sciri queat, fin minus circa plenilunium. Post primam autem vicem detur sequens decoctum.

L. Rad. 5. aperiti. An. 3. j. Rad. helenij, achori vulg. & gentia. An. 3. ss. Folio. fænic. pimpinel. euphras. arthemis. matrica. adian. chamaephyt. chamaedreos, cresson. & saxifrag. An. M. j. senna, polypodiij, & pafula. omnium mundator. An. 3. ij. Agar. troch. liquir. turbith, & medul. sem. carthami. An. 3. iiij. semin. Anisi. fænic. & Dauci. An. 3. ij. sumita. sabina. poly monta. florum calendule, thymi, & epithymi. An. P. j. Coquantur ad quart. v. Col. addes sacc. Q. S. Cinnam. 3. j. fiat Apoz. clarum pro iiij. dosib. manè, que si non satis deicecerint, adde ultime dosi, syr. de arthemis. 3. j. Elect. Diasenæ, aut de succo ros. 3. ij. Deinde.

L. Theriacæ electæ veteris, & Aureæ Alexandrine. An. D. ij. Conser. anthos. 3. ss. cum sacc. fiat bolus, quem capiat postridie manè quatuor horis ante cibum. Interim verò dum haec fiunt, & deinceps quoque, singulis diebus manè applicentur cucurbitæ leues pubi, inguinibus, coxisque internis, & fiant frictiones coxarum & tibiarum: quod etiâ fieri debet tempore mensium aut instantium, aut iam fluentium sed paree fluentium, & præter id dabitur talis potio singulis diebus.

L. Rad. rubia tincto. & cinnam. An. 3. j. valeria. M. j. Cicerum rubi & florum calend. An. P. j. anisi & seselios. An. 3. ss. Coque ad 3. iiiij. Col. adde syr. de arthemisia. 3. j. Pulu. trochis. de Myrrha, & de Lacca. An. D. ij. Croci gra. vj. fiat Potus, detur manè. Ex materia quoque superioris apoz. duplicata, additisque Rhab. 3. xij. cum sacc. sufficienti fieri potest syrupus magistralis perfectè coctus, de quo suinet singulis, aut alternis mensibus longè à menstruis. 3. ij. ex decocto cicerum rubro. Interim ad aperiendas vias potest vti matutinis horis conserua anthos, flor. saluile, stœcha. rad. helenij, satyronis, adianthi, cort. citrij cond. sem. anisi, fœnic. & coriandri sacc. cooperio, aut sine conditura, cinnam. ca-

ryophyllis, & cort. citrij similiter sacc. incrustatis; aut Theria. aut Mithrida. aut Aurea Alexand. 3. j. pondere ex vino albo aut gilio tenui, odorato, aut tabella. 3. ij elect. Aromat. ros. aut Diacinnamo. aut Daxiloaloes: aut ex his facta opita hoc modo.

U. Conser. florum rosmar. salvia, & cort. citrij cond. **A. n.** 3. ij. Conser. adianti. 3. ij. Theriaca antiqua. Mithrid. & Aurea. Alexand. **A. n.** 3. ij. Pulu. Dialacca. Diacuron. & Diacinnam. **A. n.** 3. j. ls. cum syr. de arthemis. aut de 5. rad. fiat Opiata auro cooperata, de qua sumat circiter. 3. ij. instantibus mensibus, aut alias per tres aut quatuor dies manè cum paucō vino, aut aqua scabio. Ex eadem quoque materia, sed minori quantitate, cum sacc. fieri potest conditum si magis agro arrideat, ad eundem usum. Puluis etiam à pastu hoc modo.

U. Sem. Coriandri. anisi. & fœnic. dulcis. cinnam. **A. n.** 3. ij. Cort. citrij cond. 3. ij. Nueis moscha. & caryophyllo. **A. n.** 3. ij. sacc. pondus duplum omnium, fiat Puluis, de quo capiat cochlear paruum in fine pastuum. Quod si haec non satis sint, sulphureæ aqua tum in potu, cum in semicupio plurimum valent. Atque haec de internis. Exterius verò admoueri possunt fatus, imo ventri, infessus, aut etiam semicupia ex aperientibus hoc modo.

U. Rad. aristolo. rotun. gentiana, & achori vulga. & rubia tincto. **A. n.** 1b. ls. Valeriana integ. imperato. nepeta. arthemis. matrica. tanacej. laudula. spica vulga. maiora fœnic. melissa. thymi. sature. sabina. pseudocostis. serpylli. cattaria. & seselios. **A. n.** M. j. sem. cymini. carui. dauci. **A. n.** 3. ls. Florum calendula. rosmar. anethi. sambuci. Ireos. & sumitatum ocyti caryophyllo. **A. n.** P. ij. Coquantur in aqua & quarta parte vini pro fotu imi ventris applicando ieunè, calidè, per tres aut quatuor dies. Decocto etiam eodem supposito genitalibus fiet infessus, aut vaporatio, si infundibulum fumum excipiat & in pudendum intromittat. Duplicata autem, aut triplicata quantitate medicamentorum, fiet semicupium. Suffitus autem sic fient.

U. Sabina sic. calam. origa. sampuchi. salvia. rosmar. lauendula. & spica vulga. **A. n.** 3. j. sem. dauci. sesel. fœnic. ammi. **A. n.** 3. ls. Florum stœcha. salvia dictam. iunci odora. & calami arom. **A. n.** 3. ij. Thuris. myrrha. styrac. calam. & belzoini. **A. n.** 3. ij. Baccarum Juniperi. & lauri. **A. n.** Par. xij. fiat puluis, quo in prunas insperso excipiatur fumus tubo, & sinu muliebri manè, & hora decubitus. Pessi denique fiunt hoc modo.

U. Theriaca electa veter. 3. j. terebinth. vene. 3. ij. Misce, & imbue gosipium, subditoque. Aut.

U. Olei de gelsemi. Juniperi. Irini. & nucis mosca. **A. n.** 3. ij. Misce, intinge gossipium, aut linteum attritum, & supponat. Aut.

U. Pulu. rad. aristolo. Iridis. & asari. **A. n.** 3. ij. Castorei. rubia tincto. calam. arom. & bdellij. **A. n.** 3. j. cum terebinth. misceantur, & cum cotto fiat ut supra. Si verò velit mulier (virgines enim nullum admittunt pessarium, nec immerito; imò & nec aliquæ aliae vxoratæ, aut viduæ) pati

pessum solidum ; possunt pulueres excipi sacculo crassitudinis pollicis rotundo, & longitudinis medijs digiti. Diuitibus autem possunt admiscer ziueta, ambar, & moschus, An. gra. iij. aut omnium simul gra. iiij. aut. Consulunt etiam quidam metrenchytas ; & possunt prodesse, si velire admittere mulieres, vt.

L. Succi apij, cucum. anguini, & cydami. An. 3. ij. vini albi 3. viiij. Misce, & inyce calide, manè exonerato prius ventre, resupina agra, clunibisque reliquo corpore elatioribus, Aut.

L. Olei Irini, costini, de gel semino, & tencoyo. An. 3. ij. Misce, & vitetur ut suprà, sed minori quantitate. Quid si hæc omnia non sufficiant, commodum erit vt potu naturalium aquarum sulphurearum multo dies, quales sunt nostræ caffianæ, quarum vires sæpe experti sumus; neque solùm in potu, sed etiam in semicupio. Atque hæc est prouocandorum menstruorum communis methodus. Rarò autem contingit vt præmacilentia quæ menses non patiatur; quod si accidat, nutrienda libera lius eucymis. Si etiam virago sit, humectanda; vt contrà si pinguior, emacianda: ijsdem enim rationibus impregnatio impeditur, aut abortus fit.

*s. Aphor.
44. & 46.*

DE IMMODICIS MENSIBVS.

C A P. XXXIV.

IMMODICI menses dicuntur cùm magna copia, & longo tempore fluunt. 12. verbi gratia vel pluribus diebus. Id autem contingit vel laudato existente sanguine, vel illaudato; & vel totius corporis vitio, vel solius vteri. Si ex laudato sanguine, & consentiente corpore fiant, causa est plethora nimia ob ciborum copiam, desidiam, abscissum aliquod membrum, aut suppressam insignem euacuationem, & tunc corpus bene habitum est. Si verò ex impuro sanguine, adsunt superiora omnia, (præter bonum habitum) & cachexia signa cum prauo vietu. Fere tamen ex impuro sanguine tenuique nimis existunt menses, & vitio hepatis, aut lienis, sed magis illius; multò verò magis, si vterus male habeat. Quo etiam casu superflui menses longo tempore durant. Aliquando verò lemnel aut bis tantum, vt cùm ob fœtum grandiorem dilaceratur vterus, aut ob abortum, aut extractionem fœtus, aut secundinæ violentam. Potest etiam vclus vteri abundantes efficere menses, aut potius fluxum mulierem. Ut plurimum autem laxitas & apertio vasorum, vterique debilitas ab intemperie aliqua cum materia pituitosa, aut biliosa nimios efficiunt menses, non autem ruptio venarum, nec raritas earundem. Nimis menses omnibus manifesti sunt; causa autem non item. Intemperies corporis ex proprijs signis dignoscet, easque ferè sequitur vterus. Peccantem humorem

humorem Hipp. iudicat ex colore reiecti sanguinis in aerenam effusi, nos facilius in linteum; si enim albicerit & viscidus sit, pituita vitium facit, si psalleat aut flauescat, bilis; si nigrerit, melancholia; Si vero rubeat, copiam sanguinis, non maliciam, vterique defecatum accusabimus. Non est facilis curatu morbus, maximè si diuturnus sit, aliquamque ex praecipuis partibus fautricem habeat, feré in hydropem definit.

Eius curatio, si ab aliqua parte male affecta pendeat, ab illius curatione inchoanda; Si ab utero solo, huius habenda tantum ratio est. Sed rurum est, quod ab utero solo pendeat: propterea nos communiori prouidebimus primò deinde etiam reliquo. In primis autem victus instituendus est contrarius peccanti in corpore humoris, inde purgationibus eidem humoris conuenientibus utendum. Partes autem consentientes sanabis prout in earum morbis scriptum est. Post purgationes vero reliqua remedia sint exsiccantia, incrassantia, roborantiaque, syrapi, tabellæ, conservæ, condita, opiatæ, pulueres, sudorifica decocta, hypocausta, termæ, fotus, vnguenta, cataplasmata, emplastra, inseffus, semicupium, iniectiones, suffitus, naſcalia. Viatus sit parcus ex carnibus laudatis, assis, conditis fœnic, nuce myristi, caryophyllis, nisi multa bilis impedit, plurimum autem pituita negotium faceſſit. Extrema arictis, vitulique ad putraliginem cocta valde conseruent; & panatellæ, & oriza, & oua ad duritatem cocta, testudines nemorales, hædi, ceruina, leporinaque. Vitan-dæ herbæ omnes præter mentham, fœniculum, anethum, maioranam, hyſſopum, thymum, serpillum. Item acetaria omnia, laetucinia, caseus, pisces, fructus nisi conditi. Vino utatur maturo, mediæ consistentiæ, diluto aqua chalybeata, eoque parcissimè. Quietem omnimodam animi corporisque obſeruet, ita ut ne in lecto quidem moueat: nouimus enim quasdam, quæ non ſolum menses, ſed annos hoc malo detentæ, vbi minimum corpus in lecto agitarent, in magnum ſoluerentur fluorem. In ingressu paſtuum optimum eſt fruſtulum carnis cydoniorum, aut pyrorum conditorum comedere, in fine autem panis ad ignem exſiccati buccellas aliquot, quo etiam pane aut in furno, aut ad ignem in taleolas & ſegmenta ſiccato, aut biscocto cibanda eſt. Dormiat abunde, idque ſuper laneam mattam, aut ſuper coria arietina, non ſuper culcitram pluma refertam, in dorsum, elatis altius clunibus, obſcuroque & ad ſeptriones obuerso cubiculo. Curet ut ſingulis diebus alius ſoluatur, ſi non aliter, ſupposita balano, aut clifteri, ſed non acriori, mouent enim menses vicinitate partium enemata. Atque haec de viatu. Medicamenta vero ſic habent, ſi aliud aſtricta eſt, detur talis clyſter.

U. Malua, mercurial. pariet. & plantag. An. M. j. Hord. furfur. & ros. An. P. j. Coque ad ib. j. ſs. Col. adde mell. mercurial. & Diaprun. S. An. 3. j. Olei 3. iiij. Mifce, & inijce hora commoda.

U. Rhab. 3. j. Agar. troch. 3. ſs. nucis moſc. & caryophyllo. An. gra. iij. Infunde in decocto mentha, ros. paſſula. cum aciniſ contus. & anisi. In col. expreſſa diſſolue ſyr. ros. ſol. 3. j. Triphera Per. 3. ſs. cum eodem de-

cocto fiat Potio, detur ut artis est. Postridic manè, nisi quid aliud impeciat, mittendus est sanguis è iecoraria ad 3. vj. plus minùsue pro viribus ægrotæ. Inde vtendum sequenti decocto.

U. Rad. gram. aspara. & ruchi. An. 3. j. Rad. tormentil. cort. citrific. An. 3. ss. Folio. berbon. agrim. Iua arth. lupuli, fum. chamedre. & salvia. An. M. j. Polypod. senna, & passul. cum acini. contus. An. 3. ij. Agar. troch. & mirobalano. omnium. An. 3. ij. sem. anisi. & plantag. An. 3. ij. Peculi ros. 3. ss. Ros. rub. absinth. mentha, & florum stœcha. An. P. j. Coque ad lib. j. aut quart. v. In col. dissolute. sacc. Q. S. Misce, fiat Apoz. clarum & arem. 3. j. Triumfantal. pro iiiij. dos. manè. Apozema hoc potest inscriuire tam in humore pituitoso, quam bilioso. Quod si biliosus humor abundet, possumus addere plantaginem, endiuiam, cichor. lactuc. portul. acetosam. Si vero pituitosus, maiora. hyssop. melis. Ultimæ autem dosi, nisi reliqua satis purgauerint, addere poterimus Diaphœn. 3. iiiij. His si satis videtur purgatum corpus, bene est: sin minus repetantur eadem, aut similia medicamenta aut pilulæ sequentes.

U. Rhab. elect. 3. iiij. Mirobal. omnium. An. 3. j. Mastich. nuci mosc. caryophyl. An. 3. ss. Cum. syr. ros. sol. fiat massa, de cuius. 3. j. fermentur pil. viij. quas capiat singulis hebdomadis ut artis est. Interim potest vti si abundet bilis conserua ros. viol. acetosæ, ribes, berber. carnis citri cond. cort. cucurb. cond. stolon. lact. cerasis aci. cond. vuis immatur. cond. quolibet per se, aut simul mixtis in formam conditi aut opiatæ modo.

U. Conser. ros. & acetosa. An. 3. ij. Carnis citri cond. & berber. cond. An. 3. j. Puln corall. omnium. 3. ij. & dinitibus, puln. margari. 3. ss. syr. de ribes, aut de ros. rub. sc. Q. S. fiat Opiata, de qua capiat. 3. ss. singulis diebus manè, duabus horis ante omnem cibum: aut cum sacc. ros. tabul. fiat Conditum auratum ad eandem usum. In pituitæ vero copia usurpante sunt nuces Ponticæ, nuces myristicæ, cortex citri, mali aurei, flores salviæ, rosmar. stœcha, achori rad. enulæ camp. omnia condita, ex quibus fieri opiatæ aut condita ut suprà. In omnibus denique indiscretè conferunt cydonia mala, pyra, sorba, mespila, myrobalani, rad. symphiti, omnia etiam condita. Si vero post hæc omnia non melius habeat potest vti cœcurbitulis leuibus admotis hippocœdrijs saepes, frictionibusque brachiorum, ligaturis digitorum manuum, hypocautis, sudorificis que decoctis hoc modo.

U. Rad. China 3. ij. Aquæ lib. iiij. Coque ad medias. De col. bibat circiter 3. vj. singulis diebus manè super sudando.

U. Fæcis superioris decocti, quibus adde rad. eiusdem 3. j. Aquæ lib. xij. Coque ad medias. Colatura vtatur loco vini, aut si vires exposcant, cū paucō vino in pastibus & extra. Continuet 15. aut plures, paucioresve dies pro rei necessitate. Hoc porrò decoctū in biliosa & pituitosa caecochymia usurpari valet. Vbi autem confiterit pituitam abundare, ex Sarfa parilia confici debet, aut etiam si vires ferant, ex Guaiaco. Cōmodum erit etiam

codem casu uti elect. arom. ros. in tabellis pōdere 3. ij. horis duabus ante cibum; aut ubi bilis abundet, Diarrhod. Abba. aut Diatrionsantal. aut sumere 3. j. sacc. ros. tabul. aut syr. de mentha, aut de ros. sic. aut cythonio. aut myrrh. aut horum mixtorum, quibus diebus non vtetur opiate aut condito. In iusculis autem vtetur sequenti puluere.

¶. Corallor. omnium prepar. & terra Lemni. An. 3. ij. Pulu. ros. & sem. plantag. An. 3. ij. Mixtis inspergatur parum iusculis. Præter hæc autem laudant aliqui puluerem mastichis oui luteo inuolutum haustumq; matutinis horis, & potionis ex aqua peculi ros. & florū earundem, & plantag. & endi. cum syr. myrt. cythonio. de ros. sic. de mentha, absinth. & pulu. ros. thuris, corallo. rasuræ eboris, cornu cerui, bolo Arm. lapi. hæmati. sanguinis draco. ambræ citrinæ, trochis. de spedio, de terra sigilla. Ramich, de rosis, de corallo, & tandem perseuerante male, de Carabe, & Philonio Roma. vnoquoque ad 3. j. aut 3. iiiij. Iuuat etiam balneis naturalibus corpus immergere, sudorémque prouocando, materiam ab vteri via retrahere. Tunc demum toto corpore mundato accedendum ad topica, inter quæ primum sit hoc.

¶. Plantag. equiseti, rubi cymarū, cypresſi, ligustrī, centino. symphi. vtriusque, foliorum pyri sylvestris, lentisci, myrthi, sorbi, quercur. & rubia tintor. cum rad. verbasci. An. M. j. Cort. malī grana. cort. med. castanea. citrij, sumach, prunellorum agrestium, myrtylo. nucum cypresſi, sorbor. & mespilo. immaturorum, Aluminis. An. 3. ij. Ros. rub. balausti. florum stœcha. & absinth. An. P. j. sem. plantag. acinor. vna, calicum glandi. & cort. quercur viridis. An. 3. ss. Coquantur omnia in aqua fabrotum & quarta parte vini rubri pro fotu ventris inferioris, infessu, semicupio, & iniectione in vterum aucta dosi medicamentorum in semicupio. Ex magmate autem contuso potest fieri cataplasma admouendum post fotum: aut cum vnguento Comitissæ inungendus idem venter, aut admouendum emplastrum contra rupturam. Potest quoque fieri iniectio ex succo plantag. aut symphyti: aut talis suffitus.

¶. Thuris, mastich. hypochisti. An. 3. ij. Absinth. ros. rub. balaustio. sumach, gallarum. An. P. ij. Pomorum cypresſi contus. Par. vij. Contundantur crassifuscule & inspergatur parum prunis, & excipiatur fumus infundibulo inserto in sinum muliebrem hora somni. Hoc porrò remedio & sequenti ægrè utuntur mulieres. Si tamen morbus premat, tentandum vtrumque est, sed non in virginibus: verùm hæ rarò hoc morbo laborant.

¶. Pulu. ros. myrtylo. balaustio. sumac, boli arme. acatia. hypochisti. & thuris, & mastich. An. 3. j. Excipientur xilo, & linteo tenui veteri, & fiat pessarium vt artis est; aut cum aluminibus ouorum & pilis leporinis fiat veluti puls crassior, cuius portiuncula per se, aut linteo paruo inuoluta indatur penitus: debet autem semper alligari filum, quod extrà promineat, vt cum opus fuerit extrahatur nascale. Vbi hæc non profuerint, admiscēdi suji pastilli de Karabe, aut Philonium Roma. æquali dosi superiorum.

DE MVLIEBRI FLVORE.

C A P. XXXV.

DI X I M V S superiori cap. muliebrem fluorem, quem alij muliebrem purgationem vocant, esse cum ferè semper aliquid ab vtero distillat, idque ut plurimum esse album, proptereaque mulierculæ nostrates nominant albos menses aut menstrua. Horum causa est copia humorum pituitosorum, serosorumque, qui à praua vietutis ratione generantur, maxime aquæ potu, horæorum fructuum & eduliorum mali succi esu, desidiisque, præcipue si mulier natura obesa sit, frigidaque, maximè vero vtero. Poteſt etiam fieri morbus ab vteri vlcere, ſed hoc rarum eſt, & alia habet ſymptomata, ut proprio videbimus cap. Ad huius morbi cognitione nullis signis opus eſt, mulieres enim ipſæ eum ſatis & norunt, & indicant. Non eſt facilis curatu ſi diutius perfeueret, ut ſæpe facit, ſequunturque eum eadem incommoda quæ ſuperfluos menses, prauus ſcilicet color ſubalbicans, cibi fastidium, diſſicilis spiratio, tumor pedum, tibiarum, facieque laſſitudo, ignavia, cachexia, hydrops.

Curatio ſita eſt in vietutu exſiccante, clyſteribus, purgationibus, ſyrupis, elect. opiatis, conditis, pulueribus, ſudorificis internis, externisque, inleſibibus, ſemicupijs, ſuffiſibus, fotibus, vnguentis, emplaſtris, cataplasmatis, naſcalibus. Vielut ſit panis excoctus, carnes laudatae, affæ ut plurimum, aut aliquando elixæ cum fenic. apio, petrosel. mentha, hyſſopo, maiora-na, anetho. Potus vinum modicè lymphatum: quibus omnibus tenuiter vti debet. Labor contrà affiduuſ, etiam uſque ad ſudorem, ſomnus paucus, frictiōneſ extremonum matutinis horis, maximè brachiorum. Vielu ita conſtituto, alio pigra detur talis clyſter.

U. Malua, pariet. calam. & arthemis. *An. M. j. ſem. fœnic.* 3. ij. *Florū chamæmeli, anethi.* *An. P. j. Coque ad lib. j. ſs. Col. adde Hierapic.* *Gal. 3. j. Olei chamæmel. & aneth.* *An. 3. j. ſs. fiat Clyſter.*

U. Diaphœn. 3. iiij. ſyr. roſ. ſol. 3. j. Decocti bethon. maiora. anisi & ſtæcha. *Q. S. fiat Potio*, detur poſtridie.

U. Rad. fœnic. & petros. *An. 3. j. Folio. agrimon. bethon. chamaipyb. chamadra. ſaluie, & ſum.* *An. M. j. Absinth. mentha, ſampſuc.* *An. M. ſs. Cort. citriſ ſic. glycyrrhi. paſſul. mund. & agar. troch.* *An. 3. ſs. Polypod. ſenna, & medul. ſem. Carthami.* *An. 3. ij. ſem. anisi & fœnic.* *An. 3. ij. Thymi, epith. florum ſtæcha. & roſmar.* *An. P. j. Coque ad lib. j. aut quart. v. Col. adde ſacc.* *Q. S. Einna.* 3. j. fiat Apoz. clarum pro ij. aut iiij. doſ. manæ.

U. Maſſapilula. Aggrega. & ſine quib. *An. 3. ſs. cum ſyr. de ſtæcha. formentur pil. vij.* Reiterentur eadem, aut de Hierap. aut Cochiz, aut de

Agar. decimo quinto quoque die , si perseveret affectio.

*U. Theria. electa & Mithr. An. 3. s. Misce, & capiat perse, aut dis-
soluta vino, manè, iij. horis ante cibum ; continuetque tertio quoque die. Aut.*

U. Elect. Aromat. ros. in tabel. 3. ij. vitatur. Aut.

*U. Conser. florum salviae, aut rosmar. aut enula campa. aut core. curij,
aut mali aurei, aut florum huius, aut stæcha. 3. ss. vitatur ut dictum est. Ex
quibus etiam possunt fieri opiate & condita ad eundem usum, & ex nu-
cibus Pont. cond. & myrist. & expulucribus elect. de Gem. Diatron-
piper. Dianisu, Diacinnamo. confect. Alcherm. de Hyacinth. & simili-
bus: aut eadem elect. per se sola, aut inuicem mixta familiaria habere. Po-
test quoque myrobalana, cydonia mala, pyra, omnia condita usurpare,
& sem. anisi, & foenic. & coriand. sacc. incrustata, & non incrustata
etiam, & puluerem sequentem.*

*U. Cort. citri cond. 3. iiiij. Carnis myrobal. cond. 3. j. sem. anisi, foenic.
coriand. & cinnam. An. 3. ss. Nucis moscha, caryophyllo. An. 3. ij. face.
ros. pondus duplum omniū fiat puluis, de quo capiat cochleare paruum in fine
pastuum. Procedente morbo potest addi puluis ros. balauftio. boli Arme.
quibus etiam ut licet in iusculis & panatellis, & cum oui luteo. Reliquæ
vero ferè omnia habentur superiori capite.*

DE SVFFOCATIONE VTERI.

C A P. XXXVI.

Y'^ETEPIKΝ' πνιξ Latinis vteri suffocatio aut præfocatio est quando ex *6. Loc. af. §.*
vtero mulieres aut ferè suffocantur, aut etiam omnino suffocantur :
nonnullæ enim hoc affectu pereunt. Repetit autem affectio per interval-
la vt epilepsia, alijs frequentius, alijs rarius; nonnullis grauius, alijs
leuius; quibusdam diutiū durat paroxysmus, alijs breuius; alias premit
in iuuenta, derelinquit in senecta, aliæ contrà quæ numquam antea
passæ erant, in senectute torquentur; vt plurimū autem viduas, steri-
les, moniales, iuuenculásque, quibus aut desunt menstrua, aut suppressa
sunt, aut expetitur maritus, exagitat. Vnde facile est colligere aut à san-
guine menstruo, aut ab spermate, aut abundantibus, aut corruptis, aut ab
humore aliquo corrupto intra vterum, aut à flatibus excitari malum hoc.
Quomodo autem id fiat vt ferè moriatur, aut moriatur mulier ab his, du-
bitant authores, neque Gal. consentire vult Platonii dicenti vterum esse
quasi animal quod mouetur intra ventrem, sed solum ait aut distendi
& intumescere à flatibus, aut à sanguine, aut contrahi à ligamentis &
vasis distentis copia sanguinis aut semenis, sequique quò illa trahunt,
aut à tetricis vaporibus ab eo ascendentibus ad cor, ventriculum, & cere-
bum, sequi hypothyrias, difficiles respirationes, abneas, palpitationes,
6. Loc. af. §.

mortes. Quamuis autem ergo non respuam Gal. & aliorum qui eum sequuntur sententiam, tamen non mihi videtur præter rem omnino dixisse Plato; & qui motus huius partis attentè contemplabitur, trahetur in admirationem. Neque negare oportet motum, quem & mulieres manifestè sentiūt; & affirmat omnes, & nos manu percipimus, & Hipp. expressis verbis significauit sæpius lib. de natura mulib. & 2. Morb. mul. & passim alibi. Quod si ex sententia Arist. notat Gal. animalia aliqua voracia dum ; Nat. f. 8. magna fame premūtur, obiecto ciboventriculū ferè ad osproniouere, maximè fibreui sint gula, magnóque ore, eoque tanquā manū raptim deglutire traheréque cibum ad se vix tactum; & si manifestè vetriculus noster per rectas fibras incomansum cibum ad se trahit, vt ostendit larinx sursum deorsumque inter deglutiendum manifestè commota: quid mirum si uterus membrum generationi dicatum, quo tempore concipiendo aptus est, & turget sanguine & semine, moueat inconditis motibus, querens quod illi opus est ad sedandum orgasmum; ita natura instituente ad conseruationem specierum? vnde nulla est adeo violenta passio in animali, qua proruunt in mutuas cœdes, percitatque furore vagantur, non irrationalia solùm, sed & rationalia quoque. Est præter id ratio quædam, quæ in hoc membro peculiare quid esse demonstrat supra reliqua omnia: cum enim linguâ solùm gustemus, saporesque gratos ab ingratis discernamus; & naribus odores percipiamus, gaudemusque bonis, alias verò auersemur; pars hæc tanquam vtroque hoc sensorio prædita, exultat accurritque ad iucunda, aufugitque contraria: nam si odorata naribus admoueas, ascendit ad superiora, excitatque præfocationem; si infernis defert superna descenditque ad ima; si verò contrà fetida apponas naribus, recurrat deorsum, certo experimento vtrumque. Neque minus agnoscit, queritque dulcia, quod in causa est vt fœminæ omnes vitent dulcia omnia, expertæ, professæque hysterica symptomata statim ab illo dulcium. Atque hæc omnia ego per totam vitam ab omnibus ferè fœminis didici, experimentoque comprobauit.

Causam autem me nescire ingenuè fateor, vt etiam multarum alienarum: hōcque solùm licet, admirari magnam Dei O. M. sapientiam in omnibus operibus suis; & si fas sit coniçere, cùm illi specierum conseruatio curæ præcipue fuerit, conclusit quasi alterum animal intra aliud animal, in quo inclusò aliud formaretur animal, dedítque huic quasi animali magnum cum continente commercium consensumque, ita vt incommoda uteri communicentur omnibus mulieris partibus, vicissimque uterus consentiat corpori, & cùm ad generandum factus sit, cœco hoc appetitu ductus discurrat per ventrem querens quem deuoret, excitaturque gratis mulieri, vt sunt dulcia & odorata, omnia ad appetitum suum conuertens. Sed de his haçenus. Huius mali signa sunt, rugitus, murmur, & motus in ventre, oscitatio frequens, pandiculatio, capitatis grauitas, anxietas, torpor, mæstitia, ventriculi morsus, oppressio, cordis palpitatio, difficultas anhelitus, perseverante malo, aphonia,

priuatio sensus & motus, apnea, pulsus parui, intercidentes, tandemque inconspicui, ita ut mulier iaceat tanquam mortua, moriaturque destituta respiratione & pulsu. Si diu perseveret affectio, acoerisit melancoliā, epilepsiam, syncopeim, apoplexiā, à quibus omnibus distinguitur proprijs cuiusque signis, licet non sit facile fortē à syncope, & apoplexia discernere. Curationis duæ sunt intentiones, præsentem scilicet insultum tollere, & futurum impedire, quod præcipuum est. Vbi præsentit mulier instans malum, aut vbi iam præhensa est, collocanda est in lecto resupina, æquabili corporis situ, aut superioribus partibus modice elatis, soluendæ vestes vndiquaque, vellendæ auribus, capillis, maximè his quæ in pudendis sunt, naribus, digitis, fricandæ, diligandæ atq[ue]t in pedum pollicibus, inclamandæ proprio nomine, percutiendæ in facie, diducendi dentes, infundendum in os virum, aut aqua vitæ, quæ etiam carpis, fronti, pudendis, narib[us]que admouenda frigidaque faciei inspergenda; ijsdem quoque naribus apponendum est galbanum, castoreum, asa foetida, petroleum, ruta, allium cepa, nasturtium, sinapi, absinthi, sulphur incensum, aut in aliorum defectu antiqua matula: fumum verò tunc nec laneti, nec linei panni, nec attritorum calceamentorum, nec facis extinctæ, aut lucernæ, nec peniarum vstulatarum, aut capillorum, aut cornuum, suffire naribus audem, suffocationis metu: si verò non adeo grauis sit affectio vt respiracionem tollat, non impedio. Expedit etiam cucurb. cum multa flamma 5. Aph. 36.
Hip. de nat.
mulieb. ini-
tio. admouere inguinibus & coxis internis, non autem umbilico: & naribus sternutatoria ex puluere ellebori albi, euphorbio, pipere, pyrethro. Pudendis verò contra submittenda odorata, vt styrax, calami, Zibeta, moschus, ambra, belzoinum, Alipta, moscha. Gallia mosc. aut dissoluta vino, aut aqua vitæ, aut oleo de spica, aut de nuce myrist. aut aqua ros. aut aqua alia odorata, quam vocant imperiale, & per amicæ mulieris manum inungendo, aut gossipio carpto, aut detrito lino ijs tincto intromittendo. Minus his valent, sed non tamen negligenda sunt theria, mithridat. Aurea Alexand. & cinnamo. cyperus, nux moscha, caryophyl. cube. lignum aloes, aut eius loco santal. citri. aut quodlibet aliud odoratum. Vbi reuocata fuerit mulier, accedendum est ad veram curationem quæ varia est pro varietate causæ: vt plurimum verò clysteribus, purgationibus, venæ, balneis aut semicupijs, inseffibus, fotibus, cataplasmi, suffiſibus, emplaſtris, iniectionibus, pessariisque tollitur. Clysteres sint acres, qualis est qui habet.

U. Mercurial. cicla, pariet. arthemis. matrica. tanaci, & maiora. An. M. j. Sem. cymini, dauci, & fænic. An. 3. ij. Flo- rum chamael. anethi, & centau. mino. An. P. j. Coque. Col- lib. j. ss. adde Benedic. lax. 3. j. ss. Olei aneth. 3. iiij. Misce. Se- quenti die detur potio cathartica, mittaturque postridie san- guis ex saphœna pedis, & fiant reliqua omnia quæ habentur Cap. de mensium retentione, quæ hoc in affectu conducunt

ne toties eadem repetere cogamur. Hoc vnum addendum est, si nimia plethora, cocochymiaue hysterica pariant suffocationem, vt s̄epficiunt, exsiccantē tenuēmque viētus rationem ex Sarsa Parilia, aut China plurimum prodefesse, & frequentes phlebotomias, & purgationes, & labores, & inēdiam, & aquæ potum, & vigilias, & durum lectum cīta plumam, & accubitum in latus, & auersionem à cogitationibus, aut *Hip. de vir-*
ginū morb. fin. *tionibus*, aut locutionibus, aut contactibus venereis, si id mulieris status non permittat: si verò licet id fieri possit, nullum salubrius remedium.

DE VTERI PROCIDENTIA.

C A P. XXXVII.

2. Morb. multi. **V**TERVS procidit aliquando in pudenda solūm, quandoque extra eadem, aliquando intra. Vbi in vulvam excidit, & extra eandem, *De sterilib.* facile videtur, si verò intra, non ita facile. Sentiunt autem mulieres ibi pondus & impedimentum, nec liberè meiunt. Huius mali cauſa sunt saltus, casus ex alto, clamor, tussis violenta, partus aut aborsus cum magno nixu, aut extractus vi fœtus aut secundina, longa in frigida mora, magna vteri & circumiacentium partium humiditas, quibus aut rumpitur peritoneum, vt aiunt, & vasa vteri quibus annexitur lumbis, aut laxantur: rumpi autē hæc non facile possunt, quidquid dicant Fuch, Rödel, cùm vasa & seminalia, & alia quibus nutritur uterus & fœtus etiam sint satis multa magnaque ab utroque latere, quæ peritoneum comitatur, inuestit, fulcit, alligatque dorso; ita vt vix intelligi possit quomodo hæc rumpantur, & si rumperentur, necesse esset magnam sanguinis vim effundi in ventrem, & statim sequi mortem. Deinde etiam alligatur spinz dorsi per processus musculorum, qui ab ea educuntur fortes, & ossi lacro per ligamenta alia. Laxantur ergo tantum aliqua ex suprà dictis causis, sed præcipue nimio humore hæc omnia, & uterus ipse, fundisque illius prouoluitur deorsum inuersus ad pudendum, aut solūm interius os, quod leuius est malū. Rondeletius verò præter dicta vasa & ligamenta, duo affectit habere uterum ligamenta inferiori parte, ne sursum feratur, ex quoru contractione sequatur aliquando vteri procidentia, proinde adhibenda illis esse laxantia. Verū cùm neque Gal. lib. de vteri dissectione, vbi ex professo de utero & eius partibus tractat, horum ligamentorum meminerit, nec alibi, nec Vesali. nec alias probatus dissector, nec necessaria ea sint, cùm timendum potius sit ne deorsum proruat proprio pondere, aut fœtus, quam ne sursum feratur, cùmque curatio per laxantia periculosa sit, intentionique nostræ omnino aduersa, mittēda est Rondeletij sententia. Siue verò ex saltu, siue ex casu, siue ex iectu, siue ex gestatione

tione aut eleuatione magni ponderis, siue ex violento aut frequenti par-
tu, siue extractione fetus aut secundinæ procidat vterus, siue ex nimia
humiditate, si nimium, & longo tempore procidit, vix curatur; si vero
initio vocetur medicus, maior est salutis spes. Hanc autem obtinebimus
optimo victu, purgationibus frequentibus, sudorificis decoctis, fortibus,
suffitibus, cataplasmati, vnguentis, emplastris, emmotis, pessarijs. Si
igitur extra promineat vterus, ablwendus primò est decocto malua,
pariet. absinth. saluia, ros. florum chamæmeli, & anethi, cum aqua &
vino, reponendusque manu in proprio loco penitus, cubante muliere in
dorsum, elatis clunibus, subdito puluino, reliquo vero corpore depres-
siore: ne autem aliquid repositionem impedit, exoneranda prius alius
leui clysmate, & si non facile detumeat, fouendus donec subsidat, tunc
immittendus. Vbi repositus fuerit, indenda in sinum & collum eius spō-
gia satis magna imbuta decocto sequenti.

*U. Symphiti cum rad. plantag. equiseti, rapsi barb. folio. cupressi, pyri
agrest. & lentis. An. M. j. Rad. bistorta, cort. mali grana. Ilicis, sorbor.
& mespilo, gallarum omnium immatur. pomo. cupressi contus. cort. citri ficc.
sumac, calicum glandi. certic. castanea. cornorum ficc. acino. vna ficc. pyror.
agrest. An. Z. ij. Ros. balaustio. florum anethi, spongia bedegar, absinth.
mentha, salvia, rosmar. An. P. ij. Alumi. Z. j. ls. Coquuntur omnia in
aqua fabrorum & vino rubro, foueatürque vterus intus & extra & lumbi,
ter in die, manè scilicet, circa meridiem, & initio noctis; dimittatur
que semper intra matricis collum spongia eo decocto imbuta, expressa-
que; fiat etiam inieccio in vterum per catheterem, & suffitus per fistu-
lam; idque spacio 40. dierum aut plus, quo toto tempore iacere debet
mulier ut dictum est elatis clunibus, & compressis genubus, aut com-
plicatis, & in altum sublatis, immota quantum fieri possit, & mariti
expers tunc, & longo tempore post. Interim vero victu debet vti ^{Hip. de na-}
tura mulie-
exsiccante, assis scilicet carnibus, vini potionc, citra iuscula, cauendo à initio.
fructibus, lacticinijs, caulibus, herbisque alijs, preterquam petrosel.
api, thymo, sampuc, fœnic, hyssopo, satureia. Potest vti strobylis, caricis
vuis paſſis, aniso, corian, fœnic, facc, incrustatis, nucibus Ponti, pyris,
cythonijs, & cort. citri cond. aut mali aurei, nuce moschata, caryophyl.
cinnammo. Et quia situs hic mulieris, quies, vietus exsiccaens, remediaque
aluum duram reddūt, ne durities excrementorum cogat vterum propelli,
danda sunt frequenter pruna initio pastuum, & boli ex cassia semel in heb-
domada, clysteres enim non placent propter motum quem adferunt &
dū excipiuntur, & dum continētur, & dum redundunt, in quibus omnibus
perueri vteri situm necesse est. Præter supradictum autem bolū purgari
debet, mulier phlegmagogis multos dies, submittique laſanum dum exo-
neranda erit aliuss, ne cogatur surgere mulier. Formulas autem remediiorum
inuenies cap. de Inmodicis mensibus, & de Muliebri fluore, nec
solum purgationum, sed aliorum etiam remediiorum. Confert quo-
que ex magmate supra scriptæ, decoctionis cataplasmata compone-*

re, quod supra vterum lumbosque applicetur, aut vnguentum Comitifæ, aut emplastrum contra ruptur. Conducit etiam frequenter odorata naribus suffire, foetida vero vtero, vt.

*U. Picis anal. ass. fæti. galbani, gummi vulga. & tragacanth. An. 3.
ls. Cort. quercus, musci quercus aut ilicis, ros. balanstro. myrtillo. galla. smach. acacia. cort. mali grana. cort. castanea. & hypochis. An. 3. iij. Fiat puluis crassior, quo per partes super prunas insperfo, excipiatur fumus per tubulum in vterum. Sunt qui consulant post hæc omnia verticulū ligneum, aut ex cortice suberis usque ad interius orificium vteri immittere, gestareque, afferentes suspendere retineraque vterum. Verum ego dubito num possit ibi hærere, deinde timeo ne dolorem premendo excitet, impediātque mictionem, & egestionem. Consulunt etiam alii si diu extrosum propenderit vterus, ita ut mortificatio adsit, amputare quod corruptum est, nullumque inde sequi incommodum affirmant, ego quamvis Rousset quidam in libello de Cæsareo partu mira narret de vterorum abstractione, incisioneque, tamen dubiam censeo huiusmodi operationem, consuleremque ut omnia prius tentarentur remedia antequam ad sectionem veniremus: si tamen alter fieri non potest, satius est dato prognostico anceps tentare remedium quam nullum.*

DE MOLA, DIFFICILI PARTV, & secundina retentione.

C A P. XXXVIII.

*Q*VI A omnes hi morbi fere eodem modo curantur, ideo eos in vnu coegimus caput. *Mūlly carnem esse informem melius definit Gal. 14. Metho. quam Aeti. & Paul. tumorem durum: nam tumores omnes corpori adhærent, mola autem in vtero vagatur ut plurimum, & quamvis non vagaretur, cum sit quasi imperfectus fœtus, tumoris nomen non meretur, nisi etiam fœtum tumorem vocare velis, aut calculum vesicæ aut reni hærentem, aut fluitantem: sed mittamus nomina. Magis errat Fuch. dicens molam fieri à semine muliebri & sanguine menstruo; si enim hoc verum esset, fœmina sine viri confortio molam intra vterum generare posset, quod nunquam aliquis vidit, afferuitque. Certius ergo est & doctiorum sententia comprobatum, molam fieri ab utroque semine viri fœminæque, sed debili, cuni multo, aut prauo sanguine menstruo, non potente scilicet facultate formatrice prefectum edere animal, generantque quod potest, imperfectum quasi animal, aut etiam animal. Cum enim nutritur & crescat plantam refert; & si moueat, ut multi credunt, imperfectum erit animal. Certè veri fœtus phantasiam præbet omnibus signis, decipitque & fœminam & medicum, proindeque valde difficile est eam dignoscere, quidquid nonnulli id omni studio tentent: quod enim dicunt tu-*

morem durum esse in ventre, deieçam appetentiam, contractionem hypochondriorum, corporis gracilitatem, mammarum tumorem citrac lac, decolorationem, hæc omnia in vera impregnatione adfunt in principio, & in progressu quoque, & adesse possunt in uteri schirro: quod verò addunt non moueri molam, & in hoc distingui à foetu, verum non est, nam contrà mulieres testantur moueri ut foetum, eaque ratione eas fallere. Non certius etiam est signum quod desumitur à longiori gestatione quam nouem mensium: sæpe enim mulieres decipiuntur in supputatione mensium, & initio conceptus, cùm nonnullæ sint grauidæ quatuor mensium, nil tamen minus cogitent donec motu foetus admoneantur, alia verò contrà credant se grauidas, quæ ultra decimum mensim quām putabant ventrem gestent. Ergo cùm iudicium sit difficile, tentandum est omni ratione molam à principio cognoscere, quod fiet superioribus signis in unum coniunctis, auctisque: multoq[ue] magis si adsit febris. Tunc enim non amplius expectandum, sed conandum omni modo molam foras excutere medicamentis, aut etiam manu. Est namque periculorum malum, quodque si longius processerit, sanari non potest. Remedia autem sunt ea quæ ad prouocandos menses præscripta sunt, quare illinc petenda, ne sèpius eadem repeterè cogamur: si verò adsit febris, temperanda ea sunt. Tandem si medicamentis ejici non possit, adhibenda manus chirurgi, extrahendaque.

Eadēa fere est difficilis partus curatio, si leuis sit quæcumque detinet causa, qualis est partium circa pudenda astrictione à frigore, aut siccitate; mulier parturientis, aut partus, aut utriusque debilitas: quibus mederi oportet calido aëre natura, aut arte, iusculis laudatis, pinguibuscque, vino liberalius exhibito, aromatite etiam, potionibus partim cardiacis, partim aperientibus, vt.

¶. Aquarum cardui bened. & chelydo. aut arthemis. aut fœnic. aut vini.
An. 3. ij. syr. de arthemis. 3. j. de buglos. 3. ss. Confert. Alcherm. & de Hyacinth. pulu. trochis. de myrrha, aut de lacca. An. 3. ss. fiat Potus, decur uno haustu, ubi infans ad uulnus prolapsus apparebit, reitereturque si opus fuerit. Promouetur etiam sternutatio elleboro, euphorbio, sinapi, cepa, nastrum. Excitentur alii excrementa balano; quamuis id non valde necessarium sit, infans enim ea ante omnia propellit. Partes verò obscuræ & vicinæ tali decocto foueantur.

¶. Althea, malua, acanthi, pariet. betæ, arthemis, matricaria, nepeta, sabina, & calam. An. M. j. sem lini, & fœnugr. furfur. ping. An. P. iiij. Florum chamamel. melilo. anethi, calendula, sambuci. An. P. j. sem. danci, secale. & carui. An. 3. ss. Coque in aqua pro fotu, quo facto.

¶. Olei chamamel. Keirini. aneth. sambuci. amigdal. dulc. & lilior. albo. & lumbroco. An. 3. j. ss. Iline mixtis loca post fotum, aut vng. Dialthe. aut Resumpt. aut adipe anser. aut cappi, aut gallina, aut cuniculi, aut taxi, aut interaneorum, capitis, & pedum veruecis pinguis decoctionum, aut cippio. Quod si hæc non sufficient, yeniendum ad chirurgiam, maximè si foetus

Morb.

5. Apb. 35.

mortuus sit, quod dignoscitur præcipuè motus carentia diurna, ventris imi dolore & frigore, oris fætore, febre continua, nausea, vomitus, hypothenia. Si vero fœtus non exeat ob magnitudinem difficultis valde res est, laxandæ sunt partes quantum fieri potest superioribus remedij intus & extra, & tandem immissa manu extrahere. Nec enim valde probo, quod aliqui consulunt asse scilicet aut vnguis scissurā facere in inferioribus, periculum enim est nō si versus pubē id facias, vesica collum, si versus dorsum, recti intestini sphincterem laddas, præter uteri incommodum: adde quod nunquam fœtus hæret in vulva, sed in interno uteri ore, ad quod aperiendum nil prodest scissura vulvæ. Si mulier nimis obesa est, attenuanda paucō cibō, multoque labore. Si puer procedat in pedes, retrudendus si fieri possit, adducendumque caput ad os uteri, sin minus sic extrahendus. Si in unum pedem, idem faciendum; & si in brachium unum, & si in ventrem, & si in dorsum; & si plures se simul ostentent, retrudendi, ordinéque educendi: si omentum interueniat, comprimátque uteri collum, manu immissa reprimendum, dilatandaque via; si sit tumor aliquis nō expectandus partus, sed tollendus ante si fieri possit, sin minus id queat, neque exire possit puer, inspersa aqua sacri baptismatis parti cuiusque foras prorumpéti, absindenda ea est, deinde manu fortis chirurgi reliquæ intra uterum discerpendæ, donec totus membratiū extractus sit, neque instrumentum aliquod ferreum intra uterum mittendū, quidquid Hippocratis consuluerit, periculum enim est ne uterum vulneremus, & tamen non fecemus fœtum ut conamur. Quamuis autem hoc in casu & similibus crudelē sit miserum puellum occidere, tamen satius id est, quam matrem & filium perire: tentandum tamen semper est utrumque faluum facere.

Ceterum post euctum fœtum aliquando resistit secundina, vel quia fortiter utero adhæret, vel quia debilis est uterus. Quamuis autem non statim exeat, non tamen propterea extrahienda vi est, ut nostrates femine faciunt, sed alliganda vasa umbilici separata prius à fœtu, ad coxam puerperæ tenui vitta, dimittendaque usque ad alterū diem, tertiumque, nisi prius exeat; interim alenda puerpera, dandi clysteres, faciendi fatus, suffitus, illitus, prescribenda potionis fortiores, continentus spiritus, sternutandum, tussiendum, comprimendi musculi abdominis, & facienda omnia quæ supra scripta sunt, tandemque si non hæc omnia sufficient, tollenda mulier in altum à duobus fortibus viris per brachia sub alis, & concutienda deorsum; quod Hippocrates consulit in difficulti partu, sed alligata ad lectorum femina, & si nec ita exeat, immitere oportet manum & extrahere, eauendo tamen ne cum magna vi id fiat, ut non uterus procedat. Quod autem quidam consulunt putrefacientia in uterum injicere, ut secunda, aut eius pars quæ exire non potuit, putrefiat, non probo; multoque minus ut Ägyptiacum injiciatur, periculum enim est, quod illi etiam timent, ne vucus in utero excitemus. Non etiam laude Lib. 5. c. 64. boracis usum per os, cum medicamentum sit quod author Dioscorides mortem inferre potest.

Rondelet.

T. Morbi.
mulie.

Rondelet.

*DE VTERI INFLATIONE,
inflammatione, ulceribus, schirro,
cancro.*

C A P. XXXIX.

QUONIAM hi morbi partim in superioribus continentur, partim
pertinent ad chirurgiam; ideo eos breui percurremus. Inflatio vteri
euratur ut inflatio ventriculi, discutientibus fotibus, illitibus, ynguentis,
cataplasmati, emplastris, iniectionibus, cucurbitis siccis, fascijs, inseffici-
bus, suffitibus, semicupijs, quoit magna sylua est cap. de Méstruis retētis
& diffīili partu. Inflammatio verò vt iecoris inflammatio quoad interna,
& quoad externa etiam, nisi quodd hic nec calida, nec adstringentia ad-
denda sunt, magisque frigida conueniunt imposita imo ventri, & possunt
etiam fieri iniectiones ex frigidis decoctis in vterum per metrenchytam.
Vlcerā præter cathartica, iulapia, venæficationem, apozemata, sudorifica,
maxime si à lue venerea pendeant, viētum abstergentem & exfificantem,
impositaque eiusdem naturæ remedia, curantur maximè frequentibus
injectionibus abstergentibus ex mercuriale, beta, absinth. aristolo. iride,
fabis, lētibus, hord. rosis, cum melle ros. Schirrus verò vt hepatis & lienis
schirrus. Cancrum denique nunquam sanabis, & si non est ulceratus,
meliùs est non attingere, si verò est, curabis vt vlcera: rarus tamen est in
vtero affectus, nobis non licuit hactenus videre, in mammis contrà, &
in facie multos. Horum autem curationem inuenies inter morbos exter-
nos, de quibus adeo doctè & copiose differuit Guido à Cauliacō, vt tem-
pus & operam insūmere frustra videamur in his docendis: quæ causa est
cur de his opus non confecerimus, sed de internis tantum qui obscures
difficilioresque sunt, & ad Medicum magis pertinentes.

6. Aphor.
38.

DE STERILITATE.

C A P. X L.

STERILITAS tam in mare quam in foemina reperitur. Quia tamen præter semen quod cum masculo etiam emittit mulier, reliquaque quibus ad generationem opus habet ut ille, peculiare obtinet instrumentum uterum ad concipiendum, & sanguinem instrumentum ad alendum, augendumque foetum, in quibus duobus multi contingunt defectus, ut hactenus vidimus, ideo saepius sterilitatis causa foeminis ascribitur, quanquam & viri suas quoque habeant. Sterilitatis ergo causæ sunt aut intemperies, aut malæ conformatio[n]es, aut defectus, aut vitium seminis in alterutro, aut sanguinis in muliere, aut huius etiam nimia copia. Intemperies rursus aut sunt totius corporis, aut partiū solū generatio[n]i dicatarum, aut materierū ad id inferuentium: ex verò sunt calida, frigida, humida, sicca, aut mixta; ut plurimumque partium generantium, materierūmque intemperies, defectus, vitium, sequuntur totius intemperies; & maiori ex parte frigiditas, & humiditas, consequenter frigiditas & siccitas sterilitatem efficiunt. Praia etiam conformatio[n]e, vel est in toto, vel in parte: in toto, cum aut ambo adeo sunt ventricosi & obesi, ut genitalia vix aut parūm se attingant, aut vir solus, aut foemina; in parte, cum omentum foeminae adeo magnum sit, ut delabatur inter vesicam & rectum, comprimātque & os uteri ne semen in uterum injici possit, & rectum ipsum, ne idem semen etiam recipiat diu continere possit. Quomodo cumque autem mulier foetum edat, etiam sex dierum, qualis erat

s. Aphor. 46. Lib. de nat. pueri. cantarieis illius Hippocratis, iam tunc sterilis non dicitur quemadmodum nec quæ ante, aut post debitum tempus non parit contra Fuch. Annuleratur quoque inter causas sterilitatis rara corporis textura, quia spiritus resoluat, quod ad conformatio[n]em potest referri. Præter hanc autem mala potest uterque carere testibus, aut alterutro, & viro potest esse perbrevis mentula, aut nimis longa, aut crassa, aut incuruata in inferiori, aut imperforata ante, sed subtus, aut carunculata, aut tumore aliquo præter naturam obstructa, ut non possit liberè exire semen. Possunt quoque esse in vasis spermaticis defectus aliqui, quos non est facile expiscari nec in mare, nec in foemina. In huius autem utero multo plures sunt malæ conformatio[n]es, quam in virili membro. Potest enim esse crassior iustior, minor, stricior, occlusus ore interno, aut etiam externo, aut omnino, aut ex parte, aut sine, aut cum tumore, aut obtenta membrana

lib. de Nat. muli. cōplicatus ad latus aliquod, aut secundum se totū, aut secundū os alterutrum, longo collo, aut nimis breui, aut sibi cohærente, obstructus intus aut in collo, tumore aliquo contra naturam, cotyledonibus etiam aut

occlusis natura, aut obstructis humore aliquo, aut nimium Iaxis & aper-
tis. In semine autem defectus est, si vel mas, vel foemina aut in totum ca-
reat, aut paucò prædicti sint, (multum enim officere non potest) aut si ni-
mis tenue & aqueum sit, aut crassum & frigidum, aut calidius iusto. Men-
struus quoque sanguis deficere potest, aut abundare, aut intemperatus
esse, aut inordinate fluere. Præter has autem causas omnes, quæ in quo-
libet duorum esse possunt seorsum, est vna etiam communis utriusque, dis-
paritas scilicet, disproportionis, & quasi antipathia inter marem & foemi-
nam, eorum materias, temperamenta, mores, actionesque maximè in ac-
cessu, ita ut huius dissidij occasione contingat saepè, vt maritus qui ex
priori uxore liberos sustulerat, coniunctus secundæ sponsæ, quæ ex priori
etiam marito mater erat, nullos suscipere potuerit; rursusque alterutro
eorum vita functo, superstes alij coniunctus prolem denuo inlerit. Ad
hanc quoque referri potest deformitas altervtrius, quæ alterum ab amo-
re retrahit, vt contrà pulchritudo & amorem & fecunditatem conciliat.
In tanta ergo causarum diuersitate multitudinèque difficile admodum
est rem attingere, & quæ in his indiuiduis Petro scilicet & Maria steri-
litatis occasio sit, & hoc est quod artem nostram valde facit conjectura-
lem, & quod etiam medicum ingeniosum inter alia ostendit. Undecum-
que autem pendeat sterilitas valde difficultis est curatu, & quandoque
etiam incurabilis, si à magna causa procedat scilicet, & si diurna sit,
quamvis in hoc etiam magna sit maioris minorisque latitudo, nec terminos
alios licet statuere, nam sunt qui 20. & amplius annos non gene-
rant, & tandem liberos procreant ex ea quæ sterilis iudicabatur; imò &
aliqui post 18. annos vnum suscepserunt filium, & interpositis alijs 18. fi-
liam, qui filius filiaque multos liberos sustulerunt mature incipientes,
tardèque desinentes, quorum ego nonnullos noui. Ergo tentandum est
cautam detegere, & auxiliandum quoquo modo fieri possit. Pingues ni-
mis, extenuandi sunt (vt incipiamus à morbis conformatiōnis, in quibus
non adeo immorandum, & desinamus in intemperiebus, vbi præcipuus
est labor) fame, siti, laboribus moderatis, vigilijs, abstinentia humidorum
ut in sculorum, carnium elixarum, fructuum, herbarum, (nisi calidarum,
pingues enim frigidi sunt) purgationibus frequentibus, & sudorificis
decoctis. Contra vero nimium graciles, diuersis medijs & remedijis ad
moderatam crassitudinem ducendi. Vitia conformatiōnis in genitalibus
tam viri quam foeminae vix curationem adiungunt, & si curari debeant,
aliunde querendus curandi modus: nec enim nos hic chirurgiam doce-
mus, qua in his ferè omnibus requiritur.

Primum ergo conandum est omni arte conciliare sibi mutuo coniugium
animos. (Parentum est hoc ante coniugium, quod fiet si pares aut
non valde dispares ætate, forma, diuitijs, moribus, voluntate denique
copulent) rationibus, & remedijis: rationibus, quia medicus non solùm
corporis, sed etiam animi morbis medetur: remedijis, quoniam animi
mores corporis temperaturā sequuntur. Temperamentorum ergo notas

tum viri, cùm fœminæ, ex Arte parua Gal. decerpit. Si disperia valde
sint temperamenta, ad concordiam & commoderantiam reducere con-
bitur, eius qui intemperantior est corrigens excessum cōtrarijs victu, re-
mediisque, ambōsque pleniū alet, excrementis vacuos conserubat, me-
diocri habitu & corporis mole fouebit, magis ad calidum inclinantibus
cibis, boni succi, cœtu facilibus, flatulentis, vt sunt gallinæ, oua sorbilæ,
cappi, perdices, fasiani, coturnices, passeries, aues montanæ, columba,
palumbes, galeritæ, turtures, cuniculi, testudines nemorales, cancri,
cammaro, chamæ, (cæteris piscibus abstinere debent) anseres, hædi, arie-
tes, castaneæ, fabæ, cicera, pîsa, strobili, auellanæ, nuces ponticae, dacty-
li, raphani, rapa, eruca, mentha, fœniculum, anisum, pastinaca, siser, dau-
cum, berula, sisimbrium aquaticum, tubera, bulbi, nasturtium, sinapi.
Fuch. Potus sit vinum modicè lymphatum. Cauere volunt quidam à mentha,
calamintha, ruta; sed non video quomodo modica mentha nocere possit,
reliquæ duæ non veniunt in cibos. Magis vitanda sunt acetaria, nisi eruca,
& sisimbrio aquatico, & asparagis, fructus horæi vt cerasa, præcotia,
mora, pruna, poma, pyra, cucum. limonia, aurea mala, punica, melo-
nes, item citrulla, cucurb. portul. acetosa, endiuia, lactuca, omphacium,
acetum, ribes, berberis, oxiacantha, cichorio. Vitanda nimia satietas,
somnus longus, maximè meridianus, desidia, fames, sitis, curæ, studium,
mœstitia, labor immodicus, aquæ potus, vini quoque meracioris, longa
mora in aqua, aut peregrinatio per loca frigidas frequens Vénus, maxime
à cibo; contrâ verò incunda longis interuallis, statimque à menstruis,
exhilarandus animus omni iocorum, facetiarum, ludorumque genero,
lectio, auditioneque amatoriorum, modo sine peccato id fiat, pere-
grinandum, rusticandum, mutandus aër à montuosis in plana, à frigidis
in calida & contrâ: denique facienda omnia quæ optimæ corporis con-
ditionem producant. In hoc enim præcipue consistit prolis suscipiente
ratio. Quæ verò ad medicamenta pertinent, dicta sunt fere omnia capi-
tibus de Coeundi impotentia pro viris, de Mensium autem retentione &
de Vteri suffocatione, pro fœminis. Multa etiam habentur apud Hippo.,
quare superfluum esset ea hic repetere. Ut plurimum enim sterilitatis
causa in frigida intemperie sita est, vt dictis locis adnotauimus. Si vero
calidior sit alteruter, reducendus est ad commoderantiam cibis superius
relatis, elixis cum herbis frigidis vt laet. end. portul. acetosa, cibandis
liberalius, potandus aqua aut paucō vino oligophoro, balneandus sape
primò tepida, deinde frigida, aut domi, aut etiam in flumine; conti-
nendus in otio & lœtitia. Si denique sit siccior, ferè eadem conueniunt, quæ
5. Aphor. calidæ intemperiei. Quod vero Hip. tentat an mulier concipere possit
41. subdito suscitando utero, et si odor perueniat ad nares signum esse fœundit
De Nat. tis, quod etiam & ille, & alij ad pessaria trahunt, mihi non videtur vi-
mul. quequaque certum: vix enim fieri potest vt non sumus suffumigij, at
odor pessarij per exteriora feratur ad nares; difficulterque est intelligere
quomodo ab utero per tot intermedias partes ascendaat ad easdem, ut
sensitorum

sensorium moueat. Sed credamus omnia venerando præceptor. Ab-
surdius verò est illud quod quidam dicunt, si semen viri aut mulieris in
aquam frigidam iniectum supernatet; sterilitatis signum esse; si verò fun-
dum petat, fœcunditatis. Nec minus absurdum, testiculum muris dex-
trum exsiccatum marem, sinistrum verò fœminam procreatum, si tri-
tum sumatur cum iure aliquo. Matricem quoque & coagulum leporis
ad fœcunditatem facere vix crediderim. Sed ineptum est omnino docere
quomodo fœminam comprimas, quod idem author facit. Denique fœ-
minarum sterilitas præcipue curatur ijs quæ fœminam purgant, & vte-
rum vniuersalibus & particularibus remedijs, catharticis, sudorificis, bal-
neis, hypocaustis, semicupijs, potu, & balneo aquarum calidarum natu-
ralium, emplastris, fotibus, illitibus, vnguentis cataplasmatiſ, suffitibus,
iniectionibus, pessatijs; quorum omnium exempla multa superioribus ca-
pitibus habentur. Atque his videmur absoluſſe opus hoc de Internis
Morbis ope & auxilio omnipotentis Dei, cui sit honor & gloria in sem-
piterna ſacula. Amen.

F I N I S.

Q V I D?

*** *** *** *** *** *** *** *** *** ***

TABVLA MORBORVM.



A.	D.
de Nigina, pagina 51.	de Diabete,
de Apoplexia, pag. 16.	de Diarrhoea,
de Auriū Tinnitus, 47.	de Dispnea,
	de Dysenteria,
C.	
de Canina appetentia,	de Empyemate,
de Capitis dolore,	de Epilepfia,
de Catarro,	pag. 78.
de Convulsione,	pag. 21.
de Cholera,	de Gonorrhœa, penis ulcere, carun-
de Colico dolore,	cula,
de Cotundi impotentia,	pag. 193.
de Cordistremore,	de Hamorrhagia,
	pag. 44.
	de Hamorroidibus,
	pag. 134.
	Ff

E.

G.
de Gonorrhœa, penis ulcere, carun-
cula,
pag. 193.
H.

<i>de Hepatis debilitate,</i>	<i>pag. 137.</i>	<i>R.</i>
<i>{ de Obstructione,</i>	<i>pag. 142.</i>	<i>de Raucedine,</i>
<i>{ de Ictero,</i>	<i>pag. 145.</i>	<i>{ de Renum calculo,</i>
<i>{ de Inflammatione,</i>	<i>pag. 148.</i>	<i>{ de Inflammatione, abscessu, p. 178.</i>
<i>de Schirro,</i>	<i>pag. 153.</i>	<i>de Ramice,</i>
<i>de Hydrope,</i>	<i>pag. 155.</i>	<i>S.</i>
		<i>de Sanguinis multu,</i>
<i>I.</i>		<i>pag. 181.</i>
<i>de Iles,</i>	<i>pag. 126.</i>	<i>de Sanguinis sputo,</i>
<i>de Incubo,</i>	<i>pag. 25.</i>	<i>pag. 56.</i>
		<i>de Singultu, vomitu,</i>
<i>L.</i>		<i>pag. 100.</i>
<i>de Lethargo,</i>	<i>pag. 13.</i>	<i>de Sterilitate,</i>
<i>de Lienis affectibus,</i>	<i>pag. 163.</i>	<i>pag. 221.</i>
<i>de Lienteria,</i>	<i>pag. 117.</i>	<i>de Sugillatis,</i>
<i>de Lumbricis,</i>	<i>pag. 130.</i>	<i>pag. 39.</i>
		<i>de Surditate,</i>
<i>M.</i>		<i>pag. 47.</i>
<i>de Melancholia,</i>	<i>pag. 26.</i>	<i>de Syncope,</i>
<i>de Memoria imminuta,</i>	<i>pag. 15.</i>	<i>T.</i>
<i>de Mensum retentione,</i>	<i>& foedis</i>	
<i>coloribus</i>	<i>pag. 203.</i>	<i>de Ventriculi debilitate,</i>
<i>de Mensibus immodicis,</i>	<i>pag. 208.</i>	<i>pag. 91.</i>
<i>de Muliebri fluore,</i>	<i>pag. 212.</i>	<i>{ de Ventriculi dolore, inflatione, nau-</i>
		<i>sea, pica, deiecta appetentia p. 95.</i>
<i>O.</i>		<i>{ de Inflammatione,</i>
<i>de Ophthalmia,</i>	<i>pag. 33.</i>	<i>pag. 98.</i>
<i>de Oculorum morbis,</i>	<i>pag. 33. usque</i>	<i>de Cruditate,</i>
<i>ad</i>		<i>pag. 107.</i>
		<i>de Vertigine,</i>
<i>P.</i>		<i>pag. 7.</i>
<i>de Paralyssi,</i>	<i>pag. 41.</i>	<i>de Vesica calculo, inflammatione,</i>
<i>de Parotidibus,</i>		<i>ulcere,</i>
<i>de Peripneumonia,</i>		<i>pag. 186.</i>
<i>de Phlyctenis,</i>	<i>pag. 18.</i>	<i>de Visis debilitate,</i>
<i>de Phtysii,</i>	<i>pag. 46.</i>	<i>pag. 42.</i>
<i>de Pleuritide,</i>	<i>pag. 61.</i>	<i>de Vrina difficultatibus,</i>
<i>de Phrenitide,</i>	<i>pag. 37.</i>	<i>pag. 190.</i>
<i>de Pure sub cornea,</i>	<i>pag. 63.</i>	<i>de Vteri suffocatione,</i>
<i>de Pryapismo,</i>	<i>pag. 65.</i>	<i>pag. 213.</i>
	<i>pag. 10.</i>	<i>{ de Procidentia,</i>
	<i>pag. 40.</i>	<i>pag. 216.</i>
	<i>pag. 190.</i>	<i>{ de Mola, difficulti partu, & secun-</i>
		<i>dina retentione,</i>
		<i>pag. 218.</i>
		<i>{ de Vteri inflatione, inflammatione,</i>
		<i>ulceribus, schirro, & cancri,</i>
		<i>221.</i>

F I N I S.



FRANCISCI SANCHEZ,
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA
Professoris Regij.

D E F E B R I B V S
& earum symptomatis.

L I B R I D V O.

DE FEBRIBVS , LIBER I.

DE FEBRIVM DIVISIONE.

C A P . I.

FEBRIS calor est præter naturam totum infestans corpus actionesque lœdens. Huius tria sunt summa genera. Ephemera quæ in spiritibus residet; Putrida aut humoralis quæ in humoribus; Hectica quæ in partibus solidis. Humoralium , alia Continua, alia Intermittens. Continua est quæ usque ad finem in sensibilem infebricitationem non desinit. Intermittens verò, quæ per periodos redit , & in sensibilem infebricita-

*Gal. 1. de
diff. feb.
1. ad Glauc.
2. cris.
Aetius te-
trab 2. ser.
1. c. 58.
Manar. 4.
epist. 4.*

Gal. 9. 10. tionem desinit. Continuarum item alia imputris, quæ eundem à principio
11. ad finem seruat tenorem, vnicáque terminatur accessione: Cuius tres
Meth. med. sunt solū species, Acmaстica seu Homotona quæ eundem seruat teno-
& 2. de rem à principio ad finem; alia Anabatica seu Epacmaстica quæ continuo
diff. feb. usque ad finem accrescit; Alia Paracmaстica, quæ continuo decrescit
Gal. 2. dis. usque ad finem. Hæ, tres tantum durant dies ex propria natura: alias
feb. in fine enim ad septem & amplius extenduntur. Putris verò alia habet per to-
Aetius te- tum cursum exacerbationes, sed eo modo quo superiores vel stat, vel au-
trab. 2. ser. getur, vel decrescit: alia quæ exacerbationes habet & remissiones: Hæc
1. c. 77. que triplex: alia quæ per tertium exacerbatur diciturque tertiana con-
2. de diff. tinua vel Causo: alia quæ quotidie, & dicitur quotidiana continua: alia
feb. quæ per quatriduum, & dicitur quartana continua. In quibus non sit per-
fecta infébricitatio. Intermittentium verò tres sunt summae species;
Quotidiana, quæ quotidie & inuadit & soluitur; *Tertiana*, quæ per ter-
1. de diff. tium inuadit & soluitur; *Quartana*, quæ per quatriduum & inuadit &
feb. omnino soluitur. Quintanam enim aut Septanam non vidit Galenus

Antonius Harum omniū aliæ simplices, aliæ cōpositæ: simplices quæ nec alteri
de Gradi. morbo, nec alteri febri implicantur: Cōpositæ quæ vel alteri morbo, vel
lib. defeb. alteri febri implicantur. Harum iterum quadruplex est differētia: Prima
c. 2. quæ alteri febri eiusdem generis complicatur, diuersæ tamen species; si
Quotidiana Continua Tertianæ Cōtinuæ implicitur, vel quotidiana in-
termittens Tertianæ intermittēti: altera quæ alteri eiusdē speciei, diuersi
Gal. 2. dif. tamen generis admiscetur, vt si tertiana Continua Tertianæ intermittēti:
feb. Auic. 1. Tertia quæ alteri eiusdem tum generis, tum speciei commiscetur vt cum
4. trād. 4. Tertiana Continua Continuæ, vel Intermittens Intermittenti vel alijs
c. 12. duabus. Vnde fiunt duplices triplicesque tertianæ, quartanæ &c. Quarta
Aetius te- denique quæ alteri nec eiusdem speciei, nec eiusdem generis admiscetur,
trab. 2. serm. 1. c. vt si *Quotidiana Continua Tertianæ* intermittenti.

79. Ex Complexis autem omnibus & Compositis sola tres nomen adin-
Rondelet. uenerunt scilicet *Hemitriteus*, *Epiala*, & *Lypiria*, de quibus inferius in
defeb. curatione.

Rursus superiorum omnium aliæ verae puræ aut sincere dicuntur, quæ
veras & proprias notas omnes seruant. Aliæ spuriæ & Nothæ quæ
non vndequaque proprias notas referunt exquisitè, sed ex alio sum
humore.

Gal. 2. de Itēisque Intermittentiū aliæ extensæ dicuntur, quæ maiorem habent
diff. feb. accessionē quām suo generi cōueniat vt si tertiana 30. vel 40. duret horas.
Aetius te- Aliæ non extensæ, vt *Quotidiana* quæ 12. horis terminatur. Illarum
trab. 2. ser. adhuc aliæ sufficienter extensæ sunt, vt si tertiana 20. duret horis, aliæ de-
1. c. 79. niique plurimum extensæ quæ 40. estque differentia secundum magis &
minus latissima. Atque & harum aliæ ordinatæ dicuntur, quæ eandem
Rondel. de horam in invasionib; seruant; aliæ inordinatæ, quæ si p̄aeoccupauerint,
feb. 2. p̄aeoccupantes; si tardauerint, Tardantes dicuntur.

Denique complexæ, vel eadem inuadunt hora eodemque tempore ita
vt accessiones simul incident, & hæ dicuntur confusæ: vel diuerso tem- Gal. 2. diff.
pore ita vt accessio quælibet seorsim fiat, & hæ dicuntur complexæ. feb.

Fit quoque & Putridæ cum Hætica mixtio, vnius vel pluriū. Errantes
autem vel Erraticæ alia febres sunt quæ nullum seruant tenorem in in- Part. 1. li.
uasionibus, aut si Gordonio credimus et si quilibet humor suum seruet lij. c. 8.
ordinem cum plures humores simul in his putrefcant, confusas faciant 2. de diff.
accessiones necesse est. Quanquam Gal. id inscītæ medici, qui in uasio- feb. & 2.
nes distinguere nesciat, attribuat: Concedit nihilominus errare quan- criſ.

doque febres aliquas ob defectum in victu, ob mutationem humoris in
aliam speciem, aut cum qui putrescere incipit humor in aliquo consistit
membro, alter verò ex alijs influit partibus, qui vel in ipsis solis erat vel
in toto abundabat corpore.

Hæc ita de febribus diuisione sufficient, quibus omnes febres collegi-
mus in vnum. Reliquas enim quæ per admixtionem fiunt, tu ex his faci-
lè colligere potes, & ex his que nunc dicentur. Iam ad curationem cu-
iusque veniamus, ordinem hunc seruantes ut primùm de Ephimera, de-
inde quia cum hac maximè synocha imputris communicat, de ea secun-
do loco agemus & de Putrida. Tertiò de Hætica.

DE EPHIMERA.

C A P. II.

E PHIMERA febris est in spiritibus residens quæ vt plurimum termi- Gal. 1. & 2.
natur intra 24. horas. Cuius causæ plurimæ sunt vt. de diff. feb.
& 9.

Sol, ignis, balneum, stupha, motus vel exercitium violentum, ira, Meth. & 10.
sommus, vigilia, mœstitia, lœtitia, metus, calidorum largus esus vel po- Gal. 1. de
tus, medicamenti calidi vsus internè vel externè, bubo, cruditas, ebrie- diff. feb. &
tas, fluxus immoderatus, obmissio balnei vel exercitij assueti, fames, si- 9. Method.
tis, studium, constipatio cutis à frigore, vel plenitudine, vel crassis humo- med
ribus, vel termis aluminosis & adstringentibus, contentum in stomacho Aetius tt.
quod ejici non potest, coitus nimius, venena, Catharrus, cura vel solici- trab. 2.
tudo, dolor. Ser. 1. 58.
& deinceps.

Signa communia sunt & infallibilia, quod ab aliqua procathartica Paul. lib. 2.
causa quæ ex ægri relatione sciri potest incipit Ephemera. Coctio in vri- c. 15.
na prima die. Pulsus magni & celeres, in systole autem non celeres, aut Traita. lib.
minimū. Calor suavis. Declinatio cum sudore vel madore suavi. Nullus Gal. 1. de
horror rigóre adest nec aliquid eorum quæ reliquias comitantur. Æqua- feb.
bilis deinde atque incompressus ascensus in caliditate ac pulsibus simul.

Denique in fine pulsus & yrina omnino similia sanis, facileque fert Gal. 1. ad
æger. Glauco.

Gord. lib. Signa particularia hæc sunt.

I. c. 2. A sole, caput calidum, oculi, facies cutis itidem.

Ionan. de Ab igne totum corpus calidum sentitur.

Grad. li. de A balneo & stupha relatione scitur, quemadmodum & reliqua proca-

Aet. tetrab. thartica cognoscuntur.

2. A frigore liuet cutis duraque est.

Ser. I. c. 59. Ab stipticis, sicca cutis appetet, halitus per eam acris, calor acutus.

Pau. lib.

2. c. 18. A somno, graue est caput, demissi pulsus.

Tralia. lib. A vigilia, oculi concaui, debilitas, facies acuta, & decolor, oculi rubent.

12. c. 1. A labore & exercitatione, lassitudo & prostratio, siccaque cutis.

Ab ira, acutus calor, pulsus concitati.

A mœstitia, motu, cura, studio, pulsus debiles,

A fame vel siti, sicca cutis, submissi pulsus.

A calidis cibis, potibus, vel medicamentis, acutus calor, frequentes pulsus.

A lauacro constringentium, cutis magna asperitas, acutus calor.

A bubone, color faciei rubicundus, calor magnus, pulsus pleni.

Denique reliqua à relatione ægroti cognoscuntur.

Iis autem qui calida sunt temperatura vt plurimum eueniunt febres hæ, vrinæque sunt flauæ.

Gal. 8. Curatio per contraria procuratur. A sole, irrigatio olei rosati supra

Method. caput, balneum, cibis. Ab ira, à calidis cibis vel medicamentis, A fi-

med. &c. me, à vigilijs, à stupha, à siti, à cura, à mœstitia, à sollicitudine, cibandi

ad Glanco. iuseculis, Ptisanæ cremore, lauandi dulci aqua, inungendi oleo. A ple-

nitudine, vacuandi sanguinis missione. A constipatione, vacuandi si sit

plenitudo, sin frigiditas aut lauacrum adstringentium induixerit, fricandi,

lauandi, inungendi. A coitu, cibandi. A cruditate, vel ebrietate, vo-

mendum, lauandi, abstinendum. A bubone, vacuandi. A fluxu immo-

derato, suppressimendus, cibandi. Si ab omissione balnei vel alterius exer-

citij, balneandi si non adsit plenitudo, excendique, sin minus prius va-

cuandi. A venenis, proprijs venena curanda remedij. Si ex catharro, cu-

retur hic primum. Si à dolore, huic etiam primò respicieñdum. Reliqua

Gal. 1. ad ex his facile est curare. Cœterum omnibus his, quemadmodum & alijs

Glanc. 12. febribus non multum ardentibus nec in æstate & morbi statu sed ante

Method. & post dari potest vinum album, tenue, aquosum. Cauendi tamen qui à

Aet. Serm. furore febricitat, qui à bubone, à plenitudine, quibus caput dolet,

1. tempora pulsant, inflammatio est in internis, febris à multa cruditate.

Cibus item omnibus, præcipue his qui à calida causa calidi ipsi & siccii

Gal. 10. laborant, frigidus & humidus esse debet, quacumque etiam hora illum

Method. dare conuenit ubi calida & sicca nimis temperatura est. Aër infuper ad

frigidum vertatur, & admota exteriùs frigida sunto. Si multum inten-

sus sit calor in calida siccaque temperatura, & reliquis existentibus quæ

10. Meth. ad Hæticam ducere videantur frigidæ multæ potionē, frigidæque bal-

1. 4. tract. nea commendat Gal. & Auic. etiamsi aliquid eiusdem frigidæ potionem

3. c. 6.

impedit: quod & in Hecticis & colliquantibus conceditur eadem ratione, quamvis praesente Phlegmone.

DE SYNOCHO IMPVTRI.

CAP. III.

SYNOCHYS imputris, siue febris sanguinea Neotericis dicta, ^{Gal. 9.} Febris est eiusdem cum Ephemeris naturæ & in quam illa s̄pē male ^{Method.} curata definit: quæ vna accessione terminatur, habetque tres species ut ^{2. de diff.} feb. ^{tetrab. 2.} Atius ^{Ser. 1. c. 70.} Signa sunt, quod nullus adest rigor, horrōrue, nec signum aliquod ^{Paul. 2. c.} exacerbationis, corporibus aduenit plenioribus sanguineisque & florentibus, calor suavis, pulsus magni æquales, & vehementes, vrina rubra, ^{27. Gordo.} vernum tempus. ^{part. I. c. 1.}

Causa huius est sanguis in maioribus venis conclusus feruēnsque ob ^{Anton. de} obstructionem sui copia factam, non tamen putrescens adhuc, quamvis ^{Grad. tract.} aliter sentiat Trali. lib. 12. c. 2.

Curatio eius consistit in venæsectione facta initio, quam Gal. usque ^{9. Method.} ad animi deliquium fieri iubet, fecitque s̄pius, quin & post septimum ^{Centur. ter-} diem. Amatus Lusitanus idem fecit sanguinis lib. 4. extrahens simul. ^{tia. cur. 31.} Galenus etiam lib. de Cur. ratione per sang. miss. 6. lib. simul abstulit. ^{7. coliq. c. 8.} Auerroes reprehendit Gal. quod ad animi defectionem sanguinem mit-
tat, nec omnino sine ratione, quamvis Amatus citato loco Gal. defen-
dat ut qui non ad Syncopem, quæ est omnium virium integra prostratio
sine pulsu, sed ad Lyphothimiam, quæ est defectio solū cum pulsus
permanentia, mittere iubeat. Quem etiam Gal. & Hip. tuetur Trinerus.
com. 1. Aphor. 23. Idem Gal. plura ex hac euacuatione mala accidisse, ^{9. Meth. &}
si intempestive fiat, testatur, ut mortem, vel subitam, vel paulò post acci- ^{de cur. rat.}
dentem, Hydropem, Dispepsiam, prauū corporis habitū, & similia. Ideo ^{p. f. m.}
etiam Gordonius iterare mauult, quāmin hæc incidere pericula; idem ap-^{Part. I. c. 5}
probat Rond. de Feb. Et mihi id magis placet, cùm tutò medicus curare
debeat, præstetque tutò & si tardius, quām citò cum periculo. Procuran- ^{Hip. 1. Ep.}
dum enim ut si non profueris, saltem non lèdas. Quin & maius dedecus
prouenit medico si ex tali sanguinis missione hominem vnum subitò in-
terficiat, quām honos si ex eadem mille subitò liberarit. Præterea
vbi contingit hominem inuenire cui omnes cōditiones quæ ad hanc san-
guinis missionem requiruntur adsint? vbi qui perfec̄tè cognoscat? Dicat
idem Gal. 10. Metho. *Ac si certam febricitantiū naturā notiam haberemus*
non (arbitror) dubitaremus eorum aliquos assidue in aquis frigidis citra bal-
neum lauare. & statim. Perum quoniam exacta nobis dispositionum notitia
non est, ac maxima ex errore impēdet noxa, utiq; einsmodi præsidia recusamus.
Hęc Gal. de lauacro frigide: quanto ergo nos magis dubitare debemus de ^{Gal. 9. Meth.}
eiusdē potu? sunt autē hęc cōditiones. Sit homo etatis florentis, tēperamēto ^{Aet. tet. 2.}

Ser. 1. c. 17. calido humido, sanguine abundans, latis venis, colore rubicundus, corpore robusto, duro, denso & difficilè transpirabili, viribus pol-lens, tempore verno, aut frigido, nulla subcunte cruditate, nullum passus aut paulo post passurus aut patiens sanguinis fluxum, vt si mulier sit, menstruum, si vir Hemorrhoides aut sanguinis narium fluxum assuetus habere; cui item os ventris non bile infestetur, aut facilè linuat animo ob exquisitum sensum, aut debile sit naturâ, cui etiam nulla pars nimis frigida sit & debilis præcipue stomachus, iecur, cor, caput, aut testes, aut vesica, aut renes, aut lien, aut intestina, aut septum transuersum. Quod si horum aliquid defit, iam hi non illam exactam sanguinis missionem ferre possunt, sed tantum demendum quantum facile ferant ratione habita ætatis, temporis, virtutum, morbi, temperamenti.

9. Meth. Si etiam nullam sanguinis missionem admittant vel ob metum sui & afflentium, vel quamlibet aliam causam Gal. citatis locis, & alij, frigidæ aquæ quantitatē quantam haurire possint, concedit. Cuius tribuenda non minus discriben, si aliquid eorum quæ requiruntur defit. Requiruntur autem omnia quæ suprà relata sunt, præter id etiam quod æger frigide potionis assuetus sit, quod in morbi statu fiat, quod nullam habeat partem frigidam, quod non subsint crassi lentique humores, quod non obstruc-tio, Edema, inflammatio, schirrus in internis visceribus; non tamen prohibet Erisipelas, non si bilis stomachum infestet, æstuet, si æger calidi siccique temperamenti, biliosusque, quippe magis biliosis quam sanguinis frigidæ potio cœuenit, præsentibusque proinde magis quia bilem notant, faciuntque; tempus sit vernum aut æstivum, aqua sit electa qualis describit Hip. 5. Aphor. 26. & Gal. lib. 6. Epid. comment. 4. Quod si harum conditionum, plures, vel pauciores graues tamen defit, plurima inde sequuntur incommoda quæ Gal. refert citato loco, & Ätius.

Gal. 9 Met. Proinde satius erit ad alia te conuertere tutiora. Victum frigidum humidum hunc tenuemvsque ad vigorem si vires adsint, si minus pleniores hora assueta in sanitate aut qua optime ægri ferant morbi: à vino interim arcendo. Sanguinis missionem moderatam iteratamque syrup. refrigerantes & attenuantes, medicamenta leuiora sèpius iterata, coquendum si adsit cruditas, viscositas, crassities; lauandum, fricandum, inungendum si adsit obstruc-tio in externis solum ex calid. modicè, humidis frigidis, Epithemata, vnguentaque prosunt infrigidantia, aër frigidus. Cae-tamen ne cutem denses aut obstruas nimis frigidis, néue balneum frigido-némque tentes, aut frigidæ lauacrum, aut inunctionem ante depositam plenitudinem, aut si adsit interna aliqua inflammatio aut magna obstruc-tio. Sitque tibi vniuersale hoc theorema, vt in quibus morbis magis quantitas vrget, vacuationi magis studendum, in quibus verò qualitas, alteracioni: vbi verò æqualiter, æqualiter etiam, illud tamen prius moliendum.

DE SINOCCHO PVTRI.

CAP. IV.

SINOCCHVS putris febris est continua vel continens etiam dicta Gal. 9. Mer. (quanquam inter continuum & continentem Synochum & Synechim id differre dicant Neoterici, quod illae de omnibus continuis dici possint, feb. ha verò non nisi de biliosis aut his quae internam sequuntur inflammatio- nem) quae nullam habet exacerbationem, sed ab initio vel æqualis ma- net, vel augetur, vel decrescit, duratque etiam ad septimum usque & in alias facile degenerat species.

Signa sunt eadem quae in Synocco non putri, præterea acris calor, vri- na cruda, pulsus maximi ac vehementes, veloces autem aut densi prout febris aucta fuerit.

Causa est sanguis in maioribus vasis putreficens, putredinis autem eius causas alijs require. Quanquam de hoc magna sit quæstio an ex sanguine putrescente febris fieri possit sanguinea quae nec quotidiana, nec tertiana, nec quartana continua sit. Nos tamen cum Gal. fieri posse affir- manus Aetio, Conciliat. Gordo. Antonio de Gradi. Amato Lusitano Cent. 1. Cur. 10. & Rondel. lib. de feb. initio. Quamuis aliud sentiat Auic. & eius sequaces. Putredinis autem eius certi sunt termini intra quos febris sanguinea fit: extra hos autem vel biliosa, vel melancholica, si biliosus vel melancholicus sit sanguis. Quod Gal. ostendit 2. de Cris. 12. & 2. Aphor. 17. tunc enim iam non sanguis est. Vnde constat errare Rondel. lib. de feb. dum dicat tertianam, quartanam, & quotidianam continuas fieri à sanguine bilioso, pituitoso, melancholico, dum enim sanguis est nullam harum producere potest. Quanquam in his omnibus maximè dubius est Gal.

Prognostica sunt, quod difficilis curationis est si non statim vacuetur, si debilitas adsit, si multa cacochymia; contrà verò si contraria.

Curatio eadem à Gal. aliisque, huic præscribitur quae superiori. Phlebotomia ad animi defecatum ex dextra basilica, si minùs, aqua fri- gida sufficienter pota: si nec hoc liceat, per moderatam phlebotomiam sèpius iteratam, purgationem quae per calida non fiat nec fortia medica- menta, vomitum, si huc natura vergat, clysterem, præparationem cum syrups, balneum, frictionem, inunctionem, epithemata, victum denique boni succi pro viribus continendis & qui morbo obsistat, quod & in omnibus morbis fieri debet si liceat. Porro ut regula tibi sit ad omnes putridas febres curandas, septem sume capita quibus attendendum est. Copia humorum, crassitudo, viscositas, obturatio, transpirantium sup- pressio, putrefactio, & febris. Quibus singulis per contraria obuenien-

dum est; copiæ, per euacuationem; crassitudini, per secantia; viscositati, per extergentia; obturationi, per aperientia; transpirationi prohibita; si ex cutis constrictione facta sit; per diffundentia; si ex densitate, per rarefacientia; putrefactioni, per extergentia, alterantia, & transmutantia; febri denique, per frigefacientia. Quorum omnium materiam, quemadmodum & quod vniuersalia debent præcedere particularia remedia, quodque vbi implicatae fuerint indicationes aut etiam contraria secum cum virtute, maioris necessitatis habenda est ratio, non tamen alterius oblii, sed quantum fieri potest utrique prospicientes, quodque virium præcipua habenda est ratio, ut & reliqua omnia theorematum te præscire suppono. Porrò symptomata quæ huic superueniunt quia cum alijs communia sunt non in huius propria signa referre volui, nec aliarum de quorum tamen mitigatione post exactam febris curationem agemus. Sunt autem ea sudor, vigiliae, capitis dolor, somnus, delirium, sitis, nausea, linguae crassities, singultus, ardor, vomitus, superfluxus alii liquor, Syncope seu Lypothimia, rigor horrörue, tumor labiorum & fissura, fluxus sanguinis narium, aurium dolor, oculorum caligo, lumborum excoriatio, vlcus & dolor, lippitudo, vesicæ & vrinæ difficultas, scroti & ani vleratio.

DE CAVSONE ET TERTIANA continua.

C A P . V.

Anat. cœt. 1.

Eur. 78.

Gord. part. **C**AVSON seu febris ardens à tertiana continente secundum Neote*t. c. 3.* Gricos in hoc differt, quod ille à bile circa nobilem partem putrefactio*n. de* cente fiat, hæc verò quamuis in magnis vasis, tamen longius à principiis febri*Grad. c. 4.* bus partibus. Proinde quia solum ratione maioris & minoris differunt, *de febri.* simul de eis agemus. Febris est continua per tertium exacerbationem *Gal. 4.* Aphor. 48. habens, sine horrore tamen aut rigore inuadens exacerbansque.

Att. tetra. Signa. Ardor & incendium magnum, lingua arida, nigra, aspera, mortuus stomachi, inquietudo, delirium, vigiliae, icteritia, lypothimia, fistis, 78.

2. Ser. I. c. sus biliosus vomitus quandoque, alii fluxus & hic biliosus, pulsus parvus, 3. Aph. 21. 3. Aph. 29. velocissimus, vrina subtilis, rubra, alias cruda, turbata, citrina, liuida, 3. Aph. 9. Tempus aestiuum, aut autumni, ætas florens, temperamentum biliosum, Gal. 1. ad vita & cibi idem. Frequens est morbus, neque sine hepatis noxa aduenit.

Glau. Causa. Bilis flava maioribus vasis putrefacta ob copiam, qualitatem Gal. 2. de prauam, vel vtrumque ab obstructione verò putrescit, ob studia & curas stris, labores, cibosque augetur, temporis calore confirmatur.

Gal. 11. Prognost. Si iuuenis sit, valeantque vires, adsit coctio, & aliquanto Metho. leuiter ferat intra 4. vel. 7. euadet. Si senex debilis, morietur. Si tempore Aph. 2. 23. frigido intus aestuet, lethale. A Causone habito rigor superueniens soluit, 4. Aph. 58.

¶ Et erit ante 7. mālus , post verō bonus : quod autem ante 7. bonus esse 4. Aph. 62: possit vide Hipp. vii. acut. Si debilis sit virtus, malū. Et tandem ubi minus virium, magis morbi & symptomatum, magis malū, ubi contrā, minus.

Curatio. Constantibus viribus & plenitudine præsente ex dextra basi-
lica sanguis mittendus (quanquam aliud sentiant Auic. 4. i. c. de Phle- Gal. 11.
bot. & eius sequaces) si hoc non possit, cogendi ad vomitum si natura Metho. &c.
illuc vergat, iniicienda clysmata : purgandum leuibus ut manna , cassia, Aph. 23. &
Thamarin. Rhab. Agaric. mirobal. fugiendo calida & scamoniara. Infu- Hipp. 4.
per Syr. ros. & viol. lax. de Cichor. cum Rhab. Coquendus humor & Auero. 4.
temperandus Iulepis (quæ nunc apozemata vocant) syr. & aquis destil. Colliq. 43.
ex borrag. Nenuph. papau. buglos. Endiu. Cichor. Lactuca Portul. cu- Amat. cent.
cub. cucum. acētosa , violis , rosis, prunis , capilaribus , agresta , ribes , Aphor. cit.
aceto , oxilapatho , vino granatorum , ex pomis , seminibus frigidis, ace- Gal. 1. ad
tosit. citriji, limonis, Hepatica, Agrimo. Epithem. & conditis ex ijsdem, Glauc.
& eorum conseruis, additis sandalis Caphura, Pulueribus Diamarg. frig.
Diatragac. frig. Diarrhod. Abb. Oxisacc. simpl. & compos. Diapapau.
alb. Diatriplast. Dialcher. vnguentis infrig. Gal. ros. Mesu. Populn.
sandali. & alijs de nouo compositis ex frigidis rebus: stragula, subculæ- que sapemutandæ, super lanam non super plumam dormiat, amplio le-
cto, aere frigido, vel per se, vel arte. Cibus sit frigidus humidus ex iuf-
culis præcipue superioribus herbis temperatis, hordeatum, auenatum,
amigdalat. mulcio sem. frigido. Panis lotus frigida, saxatiles pisces, sca-
riola alba cocta leuiter, vel lactu. vel portulaca, vel cucurbita & ex oxe-
leo osta. Concedit etiam Tral. lib. 12. c. 6. exquisitis tertianis & Causo
vras, persica, peponem, lactucarum caulinulos, cucurbitæ cucumerum-
que medullam & similia vel cruda vel cocta; Galenusque 1. ad Glauc.
ouorum vitell. alas volatil. earundem mollium carnium esum, gallorum
testes, pedes, & cerebella porcorum, paruorum etiam carnes. Potus aqua
hordei: nullo modò vinum. Alex. Tral. lib. 12. c. 6. aquam dulcem te-
pidam largo haustu & ante cibum & potest eundem tum in Causo, tum
tertiana cont. tum in intermitt. hora 1. ante accessionem commendat
plurimum; item & Peponem, & melopeponem infrigidata ante eiusdem
tepidæ potum in intermittentibus largè comesta, plurimum iuuare ex-
pertus asserit. Inde enim statim vomitum sudoremque & ejectionem cō-
citatam morbum soluisse sapissime: contenditque contra medicos Ro- lib. 2. c. 4.
ma Peponem asserentes ex Gal. de alimentis bilem creare, non bilem
sed cholera morbum; cum vomitum facile moueat magna quantitate
sumptum. Quod verum esse ex eiusdem Gal. verbis colligere tu po-
tes. Nec sane videtur improbandum remedium tum de sola tepida,
tum de melopepone, aut pepone ante eam largè comestu, supé-
que bibita tepida, minus enim periculi ab hoc impendet remedio
quam à frigidæ potione Galeni, proinde & potest pluribus dari. Non
tamen Tral. concedit nisi in vehementissimo incendio, veróque Cau-
so aut tertiana continua, à quo Gordon. part. 1. cap. 7. videtur mutuasse

huius tepidæ potum, laudat enim maximè in febre flegmatica à pituita salsa.

Gal. II. Metho Aetius tert. 2. ser. 1. c. 6. 78. Denique apparentibus coctionis signis in statu præsentibus superioribus conditionibus frigidæ potum exhibendum suadent. Quin & rationem in frigida aqua si æstas sit, homóque lauacro assuetus: Trali, verò balneum etiam ante coctionem, inunctionemque ex ol. & Chamamel. in vero Causo tertianaque: sed in calido aëre non multum immorandum, in tepida verò aqua satis. Aquæ etiam tepidæ potum laudat: quod Gal. i. ad Glauc. etiam commendat sed post coctionem.

Hæc eadem tertianæ continuæ conueniunt, minori tamen quantitate aut qualitate.

ib. II. c. 3. Part. I. c. 3. Aliam huius Causi speciem notat. Alex. Tral. Auic. Gordo. & Antonius de Gradi. & Rondel. de feb. Auicennæ sequentes quam Alex. falsam vocat, asseritque cum alijs ex pituita salsa fieri, quæ proinde non tantum infestat, nec tam grauia adferat simptomata: non tamen minus propere periculosa est, quinimo magis, quæ linguam non denigrat, tantam sitim non adfert, non amarorem, non biliosum vomitum, nec deiectionem, quinimo falsum saporem, corruptam egestionem, minus incendium, longiorem exacerbationem, hyemali tempore magis aecidit, puitosisque tum corporibus, tum cibis vtentibus eisdem. Cui proinde ea quæ frigida actu sunt non tantum conueniunt quantum superioribus, sed potius mitiora, magisque humefacientia, nec tantum alterantibus quantum vacuantibus certandum. Huius nullam mentionem fecisse Gal. Et. nec Paul. Eg. video non tamen omisissent, præcipue vbi de his ex professo agitur, maximè verò Gal. qui tam accuratè omnia tractat ut quandoque prolixitatis insimuletur. Sed hic 2. feb. 2. Cris. & passim, eiusdē generis ait esse tertianam conti. cum tertiana intermitte. Hanc autem nullus ex pituita fieri dicit. Sed & si hæc datetur quomodo quotidianam continuam, ex pituita salsa ortam, à Causone ex eadem pituita orto, distingues? verisimilius proinde videtur pituitam salam quotidianam continuam, quam etiam producere omnes fatentur & docent, potius quam Catus aut cōtinuam tertianam producturam, eamque ratione falsediniis reliquis quotidianis deteriore, infestamque magis, ita vt ab earum sequitia parum distas, Medicum decipiat, Cauimque repreſentet: nisi contendas nomine falsi optime sub Causo posse iacere. Tunc enim non contendō cū eodem falsi titulo quotidiana continua sub Causone esse possit. Porro hæc addidisse licuit vt tu si in aliquam huiuscmodi incidas, & cognoscas, & curare noscas, & eius motum contempleris.

DE QVOTIDIANA CONTINVA.

C A P . V I .

QVOTIDIANA continua dicta etiam & phlegmatica febris est Gal. 2. dif. continuò infestans, sed quoto quoque die exacerbationem habens feb. 2. cris. & remissionem, quæ tamen sine frigore, sine horrore & rigore incipit continuatque.

Signa. Senes ut plurimum inuidit puerosque & mulieres, frequens Gal. 2. de est hyberno tempore, pituitæ causas sequitur. Non admodum sitiunt, non Aetius re multum calent, non torquentur, non lingua aret, non nigricat, non sca- trab. 2. ser. bras, sed contrà albet, leuis madidaque est, non vigilant, imò ad somnum magis prompti sunt, pulsus latus, mollis, inæqualis, calor primùm len- Paulus lib. tus, procedente febre inæqualis, acris, halitus, vrinæ crudæ, tenues, cras- 2. c. 23. sa, albæ, nausea, vomitus, ejectionesque pituitosæ, corporis moles amplior quam pro natura, albus color cum palliditate alijs plumbeus, alijs nigror. Cruditates, ructus acidi, viscerum inflatio: denique prædominantis pituitæ omnia signa, neque sit quin patiatur ventriculus. Salsæ autem pi- Gal. 1. ad tuitæ signa ab his multum differunt, vt habetur præcedenti cap. & Glauc. cap. 9.

Causa. Pituita, & hæc vel naturalis insulsa, vel dulcis, quæ proinde mi- Gal. 2. dif. nus infestant; vel acida, hæc magis; vel vitrea, hæc adhuc magis; vel serosa feb. & falsa, & hæc maximè: quarum quælibet per se, vel mixtae maioribus Gordio. in venis putrescentes hanc committunt febrem, sed prima per se veram, part. 1. c. 7. reliqua autem vel per se, vel mixtae, Notham.

Prognost. Longus est morbus difficilisque curationis, non tamen Gal. 2. adeo periculosus nisi quantitas suffocet. Vbi vires valent & ætas, securus. Cris. Si coctio citò appareat, certa salus. Periculosior febris quæ à falsa, difficili- lior quæ à vitrea, contrà quæ ab acida & dulci fit pituita. Periculosior difficiliorque quæ senibus, minùs quæ iuuenibus, minimè quæ pueris: Mulieribus quam viris. Quamvis obijcere possis Aphor. Hip. de quo 2. Aph. 34. alibi plura. Breuior faciliorque & fecurior quæ Æstate quam quæ Hye- 1. Aph. 25. me, Vere quam Autumno. Sudore vt plurimum soluitur & alui fluxu.

Curatio. Variat pro varietate causæ. De ea quæ à falsa pituita fit, diximus suprà in causæ fine. De vitrea nunc. Aliæ enim purgatione vt plu- Gal. 2. rim soluuntur, clum fluxiles fint & tenues. Nulli earum sanguinis Cris. 1. ad missio competit, nisi plenitudo adsit, aut magnus sit morbus. Omnibus trab. 2. c. purgatio ex Mirabal. Turpeto, Agari. Thamar. quin & compositis sca- 86. monatis, præsertim vitreæ. Vomitus item omnibus commodus ex in- cidentibus, maximè vitreæ. Præparatio huic magis quam alijs ex inci- dentibus simplicibus vt Hysslo. Orig. Calam. Puleg. rad. Gram. &

aliarum aperitiuarum, cortic. cappar. sambuc. lupulis, sum. agrim. oxi-
lap. stœcha. foenic. ammeo. anisi, petrosel. apio. betone. Pimpinel. &
similibus, syrupis julepisque ex ijsdem paratis. Conditis ex Conter. Ele-
nij, rad. Acoti. Zingib. rad. Apis, satyrio. Anthos, stœchad. florum salu-
pulueribus additis Dialacc. Diacure. Diagal. ros. non. Lætitia, Diahyl.
& similibus. Trocis. item de Absin. de Eupat. de Agar. de Schyll. de
Rhab. de Capparibus, & similibus. Oximel. Scill. & Diuretico. Cinam.
Iuuat etiam frictio suavis, addito vino inter fricandum, aut decocto, aut
oleo. Gordo. has pilulas laudat.

7.

*Turbit. 3. j. Agar. Aloe. Rheub. core. mirabo. citr. cheb. An. 3.
fl. foliorum Menthæ, Absinth. & Eupat. Ax. 3. ij. zingib. lacca. am. Maſtich. piperis, spica Nar. Passif. mund. liquir. mund. An. 3. ij. Conſa-
cum Oximel. scilli. doſis est ad 3. ij.*

Addit etiam si lubet Diagri. si pillulis agendum est conuenient maxi-
mè Alephanginæ, vel Imperiales adiunctæ pillulis de Agar. vel cuilibet
aliorum massæ. Sed laudarem magis potionem ex incidentibus paratas, initio:
ne si pillulis multum vitamur, humor absumpta tenui parte incrassetur
dureſcatque, qua ratione etiam interponenda sunt calidis incidentibus
frigida incidentia: quatinus in fine post paratum humorem, pillulae mul-
tum iuuent exſiccatione confortando, maximè si ex calidis fiant. Com-
mendatur & balneum in fine paratum ex ijsdem. Viſtus toto diſcurſu
morbi ad incisionem tendat oportet, & hic tenuis si vires ferant. Vinum
conceditur pauciferum & probè aqua retufum, pauca quantitate. Sto-
macho iuuat adiuuere cerota confortantia maximè initio & finie.

DE QVARTANA CONTINVA.

CAP. VII.

QVARTANA Continua febris est continuò infestans, per quartum
2. diff. feb. tamen exacerbatur, sine frigore, rigore, aut horrore incipiens perfe-
ueransque ad finem. Quæ tamen rara inuentu est. Duæ eius sunt species:
alia quæ à melancholia naturali fit, & dicitur vera, altera quæ à præter
Gord. part. naturam, & dicitur notha. Hæc iterum quadruplex: alia quæ ex naturali
1. c. 5. Ant. melancholia assata fit, alia quæ à sanguine assato, alia quæ à pituita assata,
de Grad. alia quæ à bile assata, de quibus infra cap. 9.
des. feb. c. 6. Signa. Senes magis apprehendit eosque melancholicos, sed & medit
Alex. Tral. ætatis, quibusque suppressæ hemorrhoides vel mcnſtrua: Hyeme aut
tib. 12. c. 8. Autumno, fitis adeſt, linguae nigredo, asperitas, & ſiccitas, calor initio
3. Aph. 22. paucus, procedente tempore acris, capitis dolor, anxietas, æſtuatio, pul-
ſus primò denifiſi, deinde magni duri frequentes, vrina cruda, rubra, vo-
mitus, deiectionesque nigrae rubrae & variæ: omnia denique conſequuntur

ea quæ atrum succum generant. Sequntur etiam alios morbos, sed vera obstruktionem, inflammationem, debilitatemque lienis, alia potius hepatis aut aliorum.

Causa. Veræ est humor melancholicus maioribus in vasis putrescens; ^{1. diff. feb.}
Nothæ autem alij, de quarum curatione & signis infrà cap. 9.

Prognostica. Æstuæ quartanæ breues, Autumnales longæ. Difficilis ^{2. Aph. 25.}
curatu morbus est & longus: minimè tamen periculosus, quantum ex se, ^{Gal. eom.}
Quartana quæ primò & perse incipit nec aliud sequitur affectum faci- ^{in eund.}
lior securiorque est, quæ sequitur lienis aut hepatitis inflammationem, ^{Hip. 1. Ep.}
pessima est longissimaque. Quartana bis hominem non præhendit ex ^{Anton. de}
Hip. & Ætio. A quartana correpti magno morbo non corripiuntur, si ^{Grad. c.}
vero priùs corripiantur & quartana succedat, liberantur. Hæc omnia de ^{16. de feb.}
intermittente intelligentur, quæ tamen accommodari possunt continuæ, ^{Gord. part.}
hæc autem rara sunt, & pernicioſæ. ^{1. c. 6.}
^{Lib. de sept.}

Curatio. Veræ est (de reliquis enim postea) ut si adsit plenitudo mit- ^{Tetrab. 2.}
tatur sanguis ex basilica vel media sinistris, qui si ruber sit fistatur, si atro ^{ser. 1. c. 83.}
extrahatur pro ratione, deinde ut calefacentibus humidisque modicè ^{Hip. 6. ep.}
per totum morbum agamus, & ijs quæ incident; in principio vitanda ^{epid. part.}
fortia cathartica, leuibus ex inreruallis agendum. Cauendum tamen ^{Rondel. de}
(quod optimè videtur contra Gal. dicere Tralia.) ne dum calfacimus, ^{feb.}
ficcantibus id peragamus, maius enim inde sequitur malum: proinde ^{Gal. ad}
modicè vtendum Diapipercon. & Diaspoliti, admiscendaque humida. ^{Glauc. 11.}
Valent autem maximè ad præparandam materiam, apozemata dicta ex ^{ad Glauc.}
Buglo. Borrag. viol. Capillaribus, rad. aperientibus rad. capp. ebuli. & ^{lib. 12. c. 8.}
fambuci & fraxini cort. & Thamari. Thymo. Epithi. Bethon. Pimpinel.
Chamed. Chamepi. Agrimo. Primula ver. stœcha. Eryng. spica nard. &
Celti. Oxitapa. Pentaphil. Rubia tinct. Lupul. Fum. Senæ. Agar. Mi-
trobal. Turbith. Rhab. Cass. Manna. Thamarin. Cathol. & Diaprun. S.
Polipod. End. Scario. serif. rostrum porcin. Pruna, Passæ, Dactili, Iuiubæ,
sebæ. liquir. flor. buglos. end. viol. borrag. rorism. genistæ, fambuci, &
Thamaricis, sem. end. verber. anisi, fœnic. dauci, succi eupato. ireos. Ab-
sinth. syr. ex superioribus, & de pomis, ros. sol. viol. de cichor. cum Rhab.
de Bisantijs, Oximel. diur. S. & schyllin. Eleçt. dianthos, dianifu, dialac.
diagal. &c. troch. de absinth. de agar. de rhab. de lacc. de myrr.
de cappar. Vomendum quandoque ex decocto rapha. eiūsque semine &
rapæ, & napi, & similibus. Denique cocta materia purgandum fortioribus
ut elleb. lapide lazuli. armeno. & similibus. scammonieatis diaffen. eleçt.
leniti. confect. Hamech. thrip. persi. bened. lax. indo. maio. diaprun. cōp.
& simpl. pillulis de lapid. lazul. de euphorb. de sagapen. hamio. galbano.
&c. Frictiones lenes, vñctiones ex oleo, camemel. anet. de iunipero,
de cappa. de terebint. viol. lilio. irino. hyperici. de styrac. & similibus: ^{Gal. 9.}
addito semper aceto quod obstructo lieni maximè competit. Inunctio- ^{Phar. loc.}
nes circa lienem aut hepar quodcumque laborat, ad lienem vero ex ^{11. & 14.}
ynguentis agripp. Martia. altheæ, areg. aut ex hoc quod habes. ^{Metho. &}
^{simpl. 5.}

*2. Olei communis lib. 3. medul. cruri bou. lib. j. butyri recent. lib. s.
fucci Bryon. succi Cyclami. An. lib. j. balsant lento igne ferè ad consumptio-
nem succi. Coletur: adde Colat. pulu. Asplenij, cort. Capp. Thamaric. san-
agni casti. An. 3. ij. Misce, vngatur lien.*

*Centur. 1. Laudat hoc Amatus Luzitanus. Emplastra etiā lieni admouētur ex ijsde,
Curat. 86. vel de bacc. laur. Gal. Oxir. Nicol. Alex. de mucila. Diachil. omne sine
litharg. de Meliloto. Balnea etiam competitunt ex superioribus, additis
rad. Bryon. Elenij, Cyclami, Ebulis, Bardan. aut Lappa. Malua. Althe,
violaria florum Camom. Anet. Sunitat. Thym. Puleg. & similibus
inungendo à balneo, sed non sudet. Condita etiam fieri possunt ex Con-
fer. rad. Apij, Achor. Enula camp. Zingib. Mirobal. cort. citri, florum
buglos. stoecha. Rorismar. rad. Bugl. End. Cichor. Capillorum ven.
Borrag. Iringorum, satyrij. florum salu. Clysteres ex superioribus etiam
prosunt. Viētus toto morbi tempore ex cibis sit boni succi, calidis & hu-
midis; vitando omnia quæ atram bilem gignere possunt; vino vti potef
albo tenui, vel fuluo, moderatè calidis. Denique Theriaca frequenter,
*de Theria. j. fs. pondere in fine morbi sumpta ex vino albo, vel in bolo, valdè à Gal.
ad Piso. laudatur, & Aureæ Alexand. tantundem aut Mithridatij, duabus horis
Feinc. de ante accessionem, tuncque mouendi nimisagri. Id in Intermittente, li-
4: feb. Continua verò, ante exacerbationem.**

DE FEBRIBVS INTER- mittentibus.

C A P . V I I I .

POst Continuarum tractationem, de Intermittentibus agendum est.
quas, quia ut diximus eiusdem generis sunt cum Continuis, omni-
vno capite conclusimus cum curatio eadem sit, solum differant in ali-
quibus, de quibus nunc ex ordine.

*Gal. 1. ad Quotidiana Intermittens à Continua differt quod quotidie inuidat,
Glauc. definit tamen in infibricitationem, & illam non perfectam propter ma-
Gal 2. de terie copiam, cuius infibricitationis causa quemadmodum & aliarum in-
diff. feb. fermentantium est, quia materia extra venas putreficit, quamvis aliud cog-
tet Fernel. 4. Pathol. 9.*

Signa sunt præter ea quæ continua, quod cum frigore extremorum incipit, & madore finitur. Rara est inuentu. Duratio accessionis horarum.

Prognost. præter superiora: si sudor in accessionis fine veniat & symptoma sint facilia, bonum est.

Curatio eadem quæ continua, differt solum quod initio accessionis cogendus ad vomitum æger incidentibus, vino albo, & similibus: & ante accessionem potest inungi spina cis quæ in horroris remedio dicentur in-
Tertiana

Tertiana Intermittens, per tertium inuidit cum rigore & vomitu bilioso, tempus durationis accessionis 12. horarum plus minisue: septem accessionibus tota terminatur; sudore soluitur, vel vomitu bilioso, vel fluxu alii, vel omnibus, qualibet accessio, & perfecta est infibricatio. Gal. 1. dif. feb. 4. Afp 59.

Curatur iisdem quibus continua. Excitatur vomitus initio accessionis oximel. aceto, aqua.

Quartana intermittens, per quartum regreditur cum horrore & rigore Gal. 1. ad iam aucta febri; differt tamen hic rigor à rigore tertianæ, quia hic quasi pungens, acri, & mordax, ille vero grauans contundensque & frigidus est: cum frigore vero solum vel horripilatione in primis accessionibus, duratio accessionis horarum 15. habetque perfectam infibricationem. Sequitur erraticos morbos, affectumq; lienem, sudore soluitur paruo vel nullo: septem periodis etiam terminatur, id est septem accessionibus, vel septem septimanis, vel septem mensibus post diem 40. Gal. 3. Prognost.

Curatio eademi qua continua, singulis accessionibus cogendi ad vomitum, & hunc initio quidem leuiorem, post coctionem vero fortiorem ex radicula veratro transfixa & sic decocta aut oximel. macerata aut ex succo cort. rad. lauri cum vino albo ad 3. iiiij. aut ex succo med. cort. sambuci per triduum. In fine balneandi ex balneis ibi descriptis, inungendi que. Ante accessionem inungendi etiam eis qua cap. de Horrore dicenda, quibus haec maximè eget. Fein. de quartana. & Auic.

Omnibus intermittentibus hoc commune est ut largius cibentur, minusque euacuentur saltem per venæctionem parciusque & rarius. Cibus offerendus quatuor saltem horis ante accessionem. Et si vires ferant toto accessionis tempore abstinentur donec omnino deficiat, aut saltem quantum fieri possit: tunc cibandi, balneandique, & si euacuandum est in quiete moliendum. Cauendum etiam in omnibus ne paroxysmi hora dormiant, in fine autem bonum est. Peculiariter autem est Quartanæ, ut post humoris concoctionem, quatuor horis ante accessionem medicamentum purgans etiam fortius offeratur quod Hip. præcepisse videtur, post eiusmq; Herculanus, Auic. Gentil. de Fulgin. ex mente etiam Mauri medici, & post hos omnes Amatus Luzitanus exequiti sunt & optimè successit ut ijdem testantur. Ceterum acetum interius sumere in quartanis improbat Amatus citato, contra Arabes probans ex Gal. melancholicis malum esse acetum, & ex Hip. deinde quia Gal. in curatione quartanæ eo usus non sit, nec scripsit. Non tamen ratione omnino carent Arabes dicentes naturis melancholicis acetum quidem noxiū esse, præcipue si frequens eius sit usus, ijs vero quibus lien obstructum solum, non ita, proinde non improbo si in lienis obstructione acetum aut acetatis vtamur dum solum deobstruatur lien, multò magis si à sanguine, atra bile, aut vsta pituita quartana fiat. Experimentum hoc probatissimum scribit Amatus ad quartanas quo sepe vlos leuatōs vidit. Quum primū frigus inuidit accessionis prænuncius aquæ ros. destillat, cyatum vnum bibat, exinde enim valde vomet & sanabitur. Item & hoc ex Gal. usu suo compertum piperis lib de Affe. Fen. 1. 4. c. 12. Cent. 1. cur. 8. Fæine. de quart. 1. simpl. 3. ratione vici. Idem sent. Fæineus in 4. seb. Cent. 2. Cur 97.

grana. v. vel vij. cum paucō generoso vino bibenda integra concede fīgoris tempore, & sāpius itera. Hoc verò Rondel. de feb.

¶. Foliorum sambuci. salu. pedis colub. ruta An. M. ss. caltha. terian partem M. j. salis & vini parum omnia simul trita carpis admota ante ad- cessionem, sāpiusque iterata inuant.

DE FEBRIBVS NOTHIS.

C A P . I X .

SIMPLICES purasque hucusque febrium differentias conscripsimus & maximè perfectas, quales vix est in corpore reperire, vix corpus uno superfluere humore inuenitur quin aliquid alterius duorumve aliorum subsit: sunt tamen illæ regulæ instar, impurarum, spuriarum, compositarumque, de quibus nunc.

Sunt in unoquoque genere spuriæ seu Nothae febres cuiuscumque etiam speciei, in Continuis, in Intermittentibus, Quotidianæ, Tertiana, quartanæ quin & in compositis Nothae etiam inueniuntur ut dicimus in Hemitriteo. Idem porrò est si dicas Nothas, seu spuriæ, seu falsas non tamen si non perfectas, aut non exquisitas. Quod sic distingue. Notha dicuntur quæ vel ab alio humore diuerso ab eo à quo verae, fiunt, videlicet si tertiana à Porracea bile, vel Quartana ab atra, vel si humor qui veram constituit alter admisceatur, ut si bili in tertiana admisceatur pituita. Non perfectæ verò vel non exquisitæ ex dicuntur quæ et si ab eodem humore fiant à quo exquisitæ, fiunt tamen vel ab eodem tenuiore vel crassiore, in corporé que magis vel minus bilioso vel melancholico & similibus. Ha proinde verae sunt, illæ minimè de quibus nunc sigillatim.

Quotidiana Notha est (siue continua siue intermittens) quæ fit ex pituita dulci, vel acida, vel vitrea, vel salsa: vel quæ ex pituita mixta bili vel melanchol. De illarum curatione superius dictum est, ha autem curantur mixto modo, secundum humoris mixtionem quam ex simplium curatione educere licet, ei quod magis abundat magis proposcien- do, non despecto alio, ut sāpius dictum est. In contrarijs indicationibus magis vrgenti diligentius incumbendum.

- Lib. de Atra bile.* Tertiana Notha fit aut ex rubra bile, aut ex pallida, quæ secundum Gal. ex flava fit admixto ei sero liquore: aut ex vitellina, quæ secundum eundem ex eadem flava fit admixto pituitoso humore crassiore, aut ex adustione flauæ fit, aut pallidæ incrassatione, quod etiam contendit aliment. Aueroes, proindeque eam magis calidam dicit. Sunt & bilis species ali portacea; seu prassina quæ secundum Gal. in stomacho ut plurimum ge- nératur & quandoque in venis, illic ab humoribus crudis aut corrupto cibo præsertim allijs, cepis, porris, & similibus: haecque potius
- 2. de nat. facult.*
- 2. Prog. 1. aliment.*
- 3. de loc. effect.*
- Coli. 3.c.3.*
- 2. de temp.*

Inter pituitæ species quæm bilis numerati debet, frigidaque quæm calida estimanda, quanquam aliter alij sentiant, de quo & de sequentibus vide Conciliatorem qui cum Gal. in stomacho quandoque fieri concludit, quod etiam Amatus Lusitanus testatur, non tamen negat quin ex adustione quandoque fiat. Est & Eruginosa alia omnium pessima venenique vim referens ex adustione etiam facta Gal. citatis. Est & tertia cerulei coloris eodem Gal. de atra bile. De quibus ultimis tribus dubitatur inter authores an febrem producere possint; Conciliator citato cum Isaac. 5. de feb. concludit ab his fieri non posse aliquem morbum, quia vomiti statim eiiciuntur, nec enim inquit tamdiu in corpore manere possunt quin interficiant. Mihi tamen aliter videtur, producunt enim & ipsa venena febrem, & quid prohibet has putreficeri? Multo magis quemlibet alium inferre possunt morbum. Ergo & ab his febres producet Notha erunt, & eandem cum tertiana pura expertent curationem, solum maioris minorisve ratione differentem. Vbi vero Eruginosa aderit, confortando interius exteriusque nobilibus prouidendum membris, ijs quæ cap. de feb. pestilenti dicentur. Quod si melancholicus succus, vel atra bilis flauæ commixtus febrem causet, hæc & Notha erit, & eius etiam mixta curatio quæ humorum mixtione respondeat.

Quartana Notha fit, ab atra bile, hæc vero cum quadruplex sit ut tantum est cap. 7. quatuor etiam species producet, quarum peior est quæ ex adusta bile, & in hac quæ à vitellina pessima, quæ à flava minus, quæ à pallida minimum, ab eruginosa vero & porracea forsan non sit atra bilis.

Harum autem omnium signa sunt eadem quæ febris cholericæ, ut Causonis, sed fortiora; hac mitior est quæ ab assato melancholico humore cuius signa caloris etiam sunt sed remissoris. Tertia est quæ à sanguine assato, & huius signa eadem quæ sanguineæ sunt sed vehementiora in caliditate illis, minus tamen quam quæ ex humore melancholico. Quarta est ex assata pituita, cuius signa sunt pituitosa, ad calorem tamen vergunt omnia, mitiorque alijs quartanis est, quamuis difficile sit intelligere pituitam tantum assari ut quartanam febrem gignere possit. Quod enim aliqui inditum inde sumunt quia ex erraticis febribus & quotidianiis, quartanæ saepe fiant, non probat. Nam Erraticæ non ex pituita fiunt. Sed et si fierent non quia hæc in melancholicum humorum degeneret, quartanæ fient, sed quia in longis febribus sanguis super assatus in atrum succum transit. Quod dicunt etiam schirrum & ex atro succo & pituita fieri, minus concludit, ad schirrum enim durities sufficit, ad febris autem naturam & motum, humoris proprius motus qui ab eius natura pendet, requiritur: sic tamen tradunt authores.

Curatio ergo eadem est cum humoribus qualitatibusque cum quibus conueniunt. Primæ multum refrigerantia exterius, interiusque. Secundæ minus refrigerantia incidentiaque. Tertiæ minus adhuc frigida, minuscumq. incidentia. Ultimæ denique magis incidentium minusque infrigidan-

*& 2. Prog.
& de Atra
bile.
Differ. 91.
Centur. 1.
c. 20. &
Curat. 65.*

tium. Porrò si cuilibet horum, vel etiam atro succo naturali, aliis miscetur, vel hic cum illis, vel illi inter se, nothæ aliæ species erunt, pro varia mixtione varia signa habentes, variamq; curationem exigentes, quam ex simplicibus colliges.

DE FEBRIBVS COMPLEXIS.

C A P. X.

FEBRIS complexa seu composta est quæ alteri febri admiscentur. Cuius plurimæ sunt differentiae, ut cùm continua continua, intermittens intermittenti, vel continua intermittenti, & adhuc tertiana tertianæ vel quartanæ vel quotidianæ vel duabus ex his, vnde duplices tertianæ, quartanæque, quoque maior complicatio maior etiam confusio & in signis & in curatione. Sic verò distinguunt neoterici, vt paroxysmorum alij sint communicantes, quoties vel simul vel paulò post incipit unus ab alio manifestè addendo rigori vel frigori. Alij subintrantes vel submittentes, quoties antequam alter paroxysmorum desinat alter incipit. Tertij dicuntur subalternantes, quando manifesta intercedit quies inter utramlibet accessionem.

Signa cuiuslibet vt mixta sunt pro compositionis varietate, sic etiam curatio variatur, estque mixta curatio ex curatione simplicium febrium ex quibus composita constat. Porrò si æquales fuerint febres complexæ accessiones coniunctas habent & communicantes, signa erunt et Gal. 2. de vtrisque cōposita, vt si tertiana cum quotidiana misceatur, quia illa cūtigore si sola sit, hæc verò cum frigore inuadit, ex vtrisque mixtis accessio cum horrore incipiet, quia minor quidem est rigore, maior verò frigore. diff. feb. Si verò alter humorum superarit, signa febris illius augebuntur, alia vero minuentur. Eodem ergo modo & curatio varianda erit.

*DE HEMITRITÆO, EPIALA,
Lypiria, Thiphode, Sincopali, Crymnode,
& de Erratica.*

C A P. XI.

DI X I M V S compositarum alias esse quæ alteri morbo complicantur alias quæ alteri febri. De his superioribus duobus capitibus egimus summatim, nec enim nomina tot cōplexionibus suppetūt, superest tamen

Hemitritæus, de quæ etiam nunc, & de alijs quæ alteri morbo compli-
cantur, quæ etiam cùm innumeræ sint & esse possint, quatuor tamen vlti-
mæ nomen inuenierunt, & alia de qua mox, quæ dicitur Pestilentialis.

- Gal. etiam lib. de Typ. & i. Epid. com. 3. Rondel, de feb. pessima fe-
bris est & longa, grauissima adfert symptomata, pro superante humore
diuersa. Inter diuturnos etiam morbos ab Hip. citato numeratur, homi-
nes, florentem ètatem, Autumno, post longam tertianam, tabidos
etiam & alijs morbis laborantes inuadit.

Est ergo Hemitritæus febris composita ex tertiana intermitente & Gal. 2. diff.
quotidiana continua quæ duabus accessionibus vel simul vel distinctè feb. 2. de
vno die premit, alterò verò vna solùm, eaque leuiori. Cum horrore in- Cris. & alib.
uadit si simul coeant accessiones, sin minus sequitur naturam simplicium Aet. serm.
februm ex quibus componitur, quæ si pares sint, veram & exquisitam 5. c. 82.
faciunt Hemitrit. Si vna alteram superet, minus exquisitam. Quanto mi- Paul. lib.
nus credendum Neotericis in Maius, Medium, minùsque Hemitrit.
destinguentibus, idque ex quartana, alijsque aliter quam Gal. compo- Gord. Part.
nentes cùm illæ ad complexas potius reduci debeant. 1. c. 8. Ant.
de Grad. de feb. c. 23.

Curatio mixta est ex curatione simplicium ex quibus componitur, sicut & signa mixta.

Epiala febris est à pituita vitrea modicè putrente incitata in qua per Gal. 2. diff.
totum corpus & quamlibet eius partem sentitur simul calor & frigus, feb. Aet.
proceditque in quotidiana modum. Longa proinde est difficilisque cu- ser. 5. c. 87.
rationis. Paul. lib. 2.

Signa curatióque eadem quæ quotidianæ. Neoterici in huius essentia Gal. de
maximè aduersantur, quin & Gal. ipse obscurus est admodum, quæ ta- ineq. intem.
men superius diximus eius firma est sententia. Decipiuntur igitur Auic. 7. Aph. 43.
Serapi. & Isaac. Epialam defnientes in qua interiora calent, exteriora & 2. prog.
verò frigent. com. 4. 1. 4.

Gordo. item, Rondel. i. de feb. & Antoni. de Grad. eodem tenentur tract. 2. c.
errore. An verò febris hæc inter continuas an intermitentes locanda 48. lib. 6.
sit, nondum compri, dicentibus solùm authoribus in quotidiana for- c. 17.
mam progredi, quod tam de vno quām de alio intelligi potest: videtur 8. de feb.
tamen magis ad continuas referri posse ex modo loquendi; cùm etiam 20.
difficile sit quotidianam intermittem inuenire, præcipue ex humore
vitreo omnium pertinacissimo, ex quo hæc fit.

Lypiria, à Barbaris Lypparia dicta, febris est symptomatica ab Erisipe- Aet. serm.
late ventriculum tenente mota, cuius signa sunt omnia ardentes, sed ve- 5. c. 89. &
hementiora, vbi inualuit malum interna vruntur, externa frigent. Paul. lib.

Thyphodes verò seu fumosa & vrens est si inflammatio iecur obsideat, 12. c. vlt.
signa eadem quæ superior habet.

Cymnodes seu algida si pulmonem inflammatio possideat, cuius etiam
signa eadem quæ superiorum communia.

Gal. communi nomine malignas febres & Lypirias omnes nominat 4. Aph. 48.

& r. ad quæ sequuntur inflammationem aut Erisipelam internum, quāmvis
Glauc. Aetius & Paul. citatis ita distinguant ut superius dictus est. Decipiuntur
subinde Auic. Isaac. Serapion. Gordon. & Anton. de Grad. citatis in huius Lipyriæ essentia quemadmodum & in Epiala. Gal. igitur se-
quuti dicamus Lipyrias, vel puram Erisipelam, vel puram inflammatio-
nem, vel inflammationem Erisipelatodem, vel Erisipelam phlegmo-
nodem partium internarum sequi. Genus verò tumoris signa cuiuslibet
humoris propria ostendunt, locum affectum, partis actio, excremen-
ta & reliqualib. de Loc. aff.

Curatio harum febrium à curatione inflammationum à quibus pen-
dunt sequitur, de quibus suis locis priuatim agendum. Vnum solum no-
tandum in his omnibus balnea fugienda; In Erisipelaceis verò in aug-
mento aut statu frigidæ potum maximè ab omnibus vbi suprà commen-
dari, dicente etiam Gal. 9. Metho. quin & ante concoctionem. In in-
flammatione verò expectanda concoctio.

Sincopalis febris symptomatica etiam est rariorque & periculosissima
in qua frequenter in Syncopim labitur æger. Syncopis verò plurimæ
sunt causæ ut dicetur in fine libri huius. Proinde ad huius febris cura-
tionem illuc recurrendum, cognitaque causa, contra illam pugnam-
dum, eaque euicta si febris supersit, communi curatione extirpanda.

Rend. de feb. Erratica difficultas curationis est propter multos humores inordina-
tosque, & periculosa. Curatur tamen sanguinis missione & purgatio-
ne incisione & attenuatione quia ut plurimum crassi viscosique sunt
humores eam committentes. Denique mixtis remedij pro mixtione
humoris.

DE FEB. PESTILENTI.

CAP. XII.

Gal. 3. Pre- sag. puls. 1. diff. feb. lib. Epid. **F**EBRIS pestilens pestilentes aeris constitutiones ut plurimum sequi-
tur, sine eis tamen sèpissimè visitur, continuò affligit pluraque ad-
fert symptomata, secundum corpus cui inhæret. De ea quæ pestilentem
constitutionem sequitur alias tractabimus vbi de peste. De alia nunc
De qua maxima controversia inter authores est, quo in genere collocan-
da sit an Ephem. an Putri. an Hecti. de quo vide Concilia. dif. 94. Ga-
lenus ipse dubius est ut qui 1. diff. feb. Pestilentes omnes à putredine
fieri asserat: 3. verò Praesag. puls. Hecticam vocet cordisque primū
substantia inhærente adstruat pestilentem febrem quod notauit Amatus
Centur. 3. Curat. 74. Porro cum in his febribus contingat quandoque
ut pulsus vrinaque similia sint naturalibus ut testantur vidisse se Gal. &

Amatus citatis ; quin & Auic. i. 4. tract. 4. c. 1. & 2. 4. tract. 1. c. 80. idem *Gentil. s.*
 repeatet qui putridam dicunt Pestilentē febrem id accidere aiunt quia na- *per Auic.*
 turā quasi omnino victa curam totam humoribus coquendis regendōque *citato, Con-*
 corpori adhibet , febrem omnino dimittens vnde pulsus & vrina lauda- *cilia, etiam*
 bilia consurgunt ; qui verò hec̄ticas vocant Gal. sectantes , id accidere *citate, &*
 aiunt quod cordis corpus , non humores , affectum sit : quod quomodo *Gord. part.*
L.c. 10.
 fiat. Præfag. ex puls. latè dicitur. Nos verò non negantes cordis sub-
 stantiam , præcipue affici in hac febre vt & in pestilentī constitutione , cre-
 dimus tamen ut plurimū putredinem adesse , quod Gal. ferè vbiique
 innuit. Auic. Gentil. Conciliat. citatis . Haliab. i. Techn. com. 16. Ale-
 xand. Probl. Iohan. Baptis. Montan. i. ad Glaue. Aeti. serm. 5. c. 94.
 & Rondel. i. de feb. qui tamen in eo fallitur , quod ad Causonem referat
 hanc febrem ; vt quæ si putredinem humorum sequatur & Pestem (vt
 ipse asserit) non habeat certum génus , sed pro ratione corporis , humo-
 risque peccantis hæc vel illa dici possit : & febris illa non dicitur amplius ,
 cùm Pestis grassatur , sed simpliciter Pestis. Quæ autem etiam sine Peste
 sunt , quib[us]que vrina & pulsus naturalibus similia sunt , breui tamen
 moriuntur & plurimos inuadunt sine magis symptomatibus. Hæc est de
 qua nunc agimus. Omnes depique qui non solum de hac febre agunt
 sed de Peste ad humorum putredinem causam referunt , vt infra patebit.
 Hancque proinde febrem phlebotomia , purgatione , reliquisque quibus
 putredo arctetur , curant , eodem Galeno id facienti i. de Diff. feb. Hippo-
 cratique in Epid. Et quod corpus adeo purum est in quo non est quod
 putredine cat? Proinde etiam raræ admodum sunt illæ febres in quibus vri-
 na & pulsus boni ad naturalem accedentes sunt , æger tamen moritur , plu-
 rimi autem horrendis symptomatibus afficiuntur de quibus mox . Inue-
 niri tamen pestilentes alias sine putredine concedamus , quemadmo-
 dum & Heclica sine hac stare potest , ne in dogma illud Athenei deue-
 niamus , omnes scilicet febres à putredine fieri. In his ergo quæ sine pu-
 tredine contingunt febribus , cùm cor præcipue afficiatur , idque occulto
 quodam nobis contagio de quo amplius infra de Peste , non mirum est
 vrinam bonam reddi , cùm hepar non patiatur , præcipue tam citò , hæ
 enim febres citò perimunt. De pulsu verò non ita facilis est excusatio ,
 cùm cor eius principium labefactetur , dicamus tamen facilius quām *Præfag.*
ex puls. c. 3.
 Gal. qui contentorum in corde tantam facit diuersitatem in calido & fri-
 gido ab ipso corde , vt ex contrarietate temperamentorum medius consur-
 gas pulsus. An fieri id potest ? vix capio. Melius hoc modo. Venenosa
 qualitas non s[ecundu]m magnam mouet febrem , s[ecundu]m contraria demissos & inor-
 dinatos edit pulsus , vt videre est in singulis venenis. Maligna cor-
 dis affectio alia ratione magis in id agit in pestilente febre quām
 calore , quod euidens ex curatione fit quæ non tam frigidis procura-
 tur quām ijs quæ cor roborant , naturalisque facultates sustinent : *Gal. i. de*
 ob idque etiam minus calorem sentiunt ægroti. Vnde cùm non tanta *puls.*
auf. puls.
 adit caliditas , destituta arteriæ fine non tam celeriter mouentur. *& 9.*

Simpl. &c. de fam. terra. Aliter etiam dicamus. Magna febris sit, multa refrigerij necessitas, non tamen potest cor magno malo pressum; mouetur ergo quantum potest ita ut febris ex pulsū percipiatur, non tamen quantum egeret, ita lenta videtur febris moderatique pulsus. Atque haec tenus cum Gal. sensus 1. de caus. puls. 4. 5. & 6. non ergo est quod miremur si non conquerente ægro, immo afferente bene habere, optima existente vrina & pulsu, medicus decipiatur: vnde enim aucupabitur morbi latentem malignitatem? Augurari oportet.

Signa. In ea autem quæ ex putredine fit humores cordis inuadente (quod Gal. citato de præfigatione adstruit.) iam manifesta sunt signa. Vnam autem ab alia distingues ex eodem Gal. sic. Quæ substantia in hæret cordis, æqualitatem feruat in calore & processu nullam habens exacerbationem, incrementum, imminutionemque nec in calore nec in pulsibus, qui si celeres modicum sint, vrinæqne similes sanis, & deinde plures ex his moriantur, certa signa sunt infecti cordis. In his autem quibus cordis humores præhensi sunt contraria omnino illis eveniunt. Caloris asperitas, inæqualitas huius & pulsus, & febris. Accidunt autem præter hæc ijs qui prauis succis prædicti sunt plurima alia incommoda symptomatique diuerſa pro dispositione ægri diuerſa. Commune autem his signum est factio eorum quæ à corpore exeunt, putrefactio & corruptio multa, præcipue si anhelitus fecerat, color faciei deparet, reliqui ei centibus herpetibus similis, diffususque, vrina turbata, aquosa, tenuis, liuido sublimamento diuulsusque, aut nullo prædita. Certissimum autem est si tempore pestis inuadant.

Causæ eadem sunt quæ Pestis de qua infra. Corrupti humores conti-
nentes causæ sunt eius quæ in humoribus sedet.

Prognostica sunt periculosisimum esse morbum, mortemque porten-
dere. Si cibum libenter capiant euadunt plurimi, si recusent, moriun-
tur. Gal. & alij citatis & com. 3. 3. Epid. enarratione 14. 13. & 56.

Curatio eius quæ cordis occupat corpus si in pestilenti constitutio-
ne sit, aut etiam si non sit, ijsdem perficitur quæ cap. de Peste dicimus.
Præcipue confortantibus cor, ijsque quæ contra Pestem à calida causa &
in calido tempore fit. Ea autem quæ in humoribus residet curatur pri-
mum venæctione si corpus plethoricum sit, vel purgatione si cachochi-
micum Gal. confilio & aliorum citato, additis ijsdem quæ superiore
etiam curant. Denique prouidendum cordi, curandumque proportione
humoris peccantis & virium: citoque medicandum, quia citus
morbus.

*DE FEBRE HECTICA,
Colliquante & Marasmode.*

CAP. XIII.

HECTICA febris est continua solidas corporis partes occupans & facta iam in habitum. Cuius tres sunt species, seu gradus, de quibus apud omnes maxima controvacia. Sic tamen dicamus. Prima species est, cum calor naturale humidum quo nutriuntur partes incendit continuo nec tamen depascitur adhuc notabiliter. Secunda cum & il- lud depascitur & carnosam cuiusque membra substantiam pinguedi némque, si multa sit, liquat & absunit. Tertia cum fibrosam membranosa māque membrorum substantiam exsiccat ferè omnino. Prima non inuenit nomen; Secunda, si in vrinis & egestionibus pinguedo apparet, liquatiua aut colliquans dicitur: quanquam & continua ardentes aliquæ etiam colliquantes sint, & quandóque etiam sine febre oleaginosa similiaque habens aranearum telis vrina sit dicente Gal. 4. de sanit. tu. & com. 3. in 3. Epid. Si vero nil liquetur, non etiam nō men inuenit. Tertia, Marasmodes, & Marasmus, & marcor dicitur, & quandóque thabes & consumptio, quā si aliquando curetur ut Gal. docet 10. Methodi ita ut calor extirpetur manente sola siccitate, dicitur senium ex morbo. Incipit aliquando hæc primo, quandóque sequitur diarias febres & ardentes longas, intermāque inflammations, facilis que ab una ad aliam transitus est.

Signa primæ sunt, si ea simplex sit, nec humoris pūtredine coinquitata, ea omnia quæ Ephemerae, in hoc solum differunt, quod in hac calor non sentiatur nec febris, sudor non adest, vna hora à cibo calor intenditur, deinde omnino æqualis est, & hoc omnibus commune est, ariditas maior quā in Ephemera sentitur (quanquam & sine hac esse possit hæc species, ultima autem minimè) calórque primum tangentem mitis, deinde acris & mortax, extenditūque ultra tertium, pulsus etiam post cibum vna vel duabus horis celerior & frequentior, deinde ad pristinum statum redit, non multum frequens nec velox, sed cbntinuò codem modo progrediens sine frigore, horripilatione, tremore vel rigore, obdormitione, pigritia, manifesta denique alterius febris accessionis annotatione. Proprium etiam Hecticis est si calidior arteria reliquis partibus sentiatur, idque melius cognoscitur si lotis ægris aut quomodo cumque aliter laxatis reliquæ partes tandem calorem ab externa causa contractum amittant, arteria vero codem statu permaneant. Sicciores denique calidissimæ temperaturas sequitur, & omnia quæ calorem

Gal. 1. diff.
feb. 10.Metho. lib.
de marasm.Auct. 1. 4.
Aet. ser. 5.

c. 92.

Paul. lib.
2. c. 31. 32.Tralia, lib.
12. c. 4.Gord. Part.
1. c. 9.Rondel. de
feb. 1. Ioa.

de Grad.

Ama. Lust.

cēt. cur. 1.

Baptis. Mö-

ta. 1. ad

Gauco.

Aet. Ser. 5.

c. 90.

Gal. cit.

Gal. 1. diff.
feb.

& siccitatem augere possunt efficiuntque. Difficilis cognitu admodum est, facilis verò curatu.

Secundæ autem signa sunt, præter superiora, pinguis, oleaginosa, & strigmentosa, aranearūmque telis & furfuribus similia habens vrinis, aliàs omnia hæc, in pingui corpore, aliàs aliqua in macriori, longior duratio, maior siccitas, debilitasque, denique media omnia inter primam & hanc quam nunc depingemus; mediæ etiam est cognitionis & curationis.

Tertiæ signa sunt oculi admodum excavati, maxima debilitas, ossium quibus supercilia adhærent eminentia, fortes in oculis & toto corpore siccæ, color nativus desperitus, cutis vniuersa præcipue frontis aridissima, & tensa, & dura, nutatio oculorum dormituris similis, collapsa tempora, contracta præcordia, considens venter, denique summa extenuatio, pulsus tenuis, durus, debilis ac frequens, caliditas primùm debilis, deinde acris admodum. Tandem omnia cadaueri similia. Incurui etiam sunt vngues, maximè his qui ex Phrysi laborant. Facili ista cognitu, curatu impossibilis.

Causæ sunt omnes quæ Ephemeræ, præcipue ubi calidum siccumque aut etiam si frigidum siccum inuenient corpus, omnis etiam febris hanc introducere potest, omnis interna inflammatio, lienteria quoque & Dysenteria teste Gal. 1. feb.

Prognosticum. Prima facilis solutu; Secunda difficillima, quantoque magis ad tertiam accesserit, difficilior, quantò verò minus, minus etiam. Tertia impossibilis curatu: nisi aliquo modo contineatur ne ulterius procedat, quod infrà videbis. Ubi tibiæ inflantur, proxima mors est. Inthabe verò quæ à Phrysi fit, capillorum fluor lethalis est: cui etiam si alii fluor superueniat, magis: vel etiam si hic solus thabi perfectæ accidat, lethalis 5. Aphor. 12. & 14. Pinguedo innatans vrinis & similia aranearum telis malum, nisi à renibus fiat 2, Progn. 35. & 27.

Curatio primæ & secundæ maioris, minorisque ratione solum differt. Quæ alteri morbo coniuncta est à quo ipsa pendet non curatur nisi illo curato, quorum curationem tu ex eorum capitibus singulis venatis potes. Nec hic eam quæ putridæ coniuncta est curamus, sed simplicem. Hæc ergo incipiens loco frigido, nitidis stragulis, cubatione supralanam non pennam, cibo frigido & humido, admotisque ijsdem frigidis & humidis temperatur. Sit itaque cibus carnes gallinarum, pullorum, phasian. turdi, perdicis, auium montanarum, cappi, agni, hedi, turturis, veruecis, tenelli porci, extremitates & capita caroque pororum, pinguis vituli teneri caro & extremitates, huius etiam & bovis medulla, testudinum nemoralium & fluuiatilium, cancrorum etiam caro ranarum coxae, limacæisque, & saxatiles pisces; elixa omnia, aut perfæ aut cum frigidis herbis ut lactuca, Portulac. Acetos. Buglo. Endiu. Borrag. Cucurb. Cucum. citrullo, Blitto, spinachijs, teneris maluis & similibus. Iura etiam horum prosunt; pista caro his mixta additis etiam

sem. frig. maior. aut eorum mulstione. Hordeatum, auenatum, Panatella, amigdalatum, Oriza, Amylum, Polenta ex farina tritic. vel hord. vel amylo, vel milij cum ros. butyro aut lacte amigdalarum dulcium & saccaro, recentia oua cum ros. & sacc. aut Omphacio incocta. testiculi gallorum iuuenum; butyrum recens alijs per se, alijs rebus mixtum multum præstat, lac asinum vel ouilum quod ab animalibus frigidis herbis nutritis extrahatur, saccaro inspernum & lib. t. singulis matutinis potum. Ex superioribus omnibus possunt fieri Marcij panes, Pignolata, Morselli, Placentæ, aut similia bellaria cum sacc. & aqua ros. precepit ex carnibus cancerorum fluuiatilium & testudinum, & pulpis cappi, gallinæ, perdicis, & similium, additis amigd. pincis nucleis, Pistac. semi. frig. & ziziphis; additis etiam pulueribus cordialibus frigidis ut Diatragac. frig. Diamargar. frig. Diarrhod. Abb. Oxisace. simpl. & compos. Diapapau. alb. Ex ijsdem etiam fieri possunt aquæ destillatitiae in balneo mariæ quæ instaurantia vocant additis conferuis viol. Ros. Nymph. Buglo. Borrag. Acetos. Capillorum ven. Endi. Cichorij florarum omnibus denique quæ in Causone inuenies. Ex quibus etiam fieri possunt Iulepi quibus vtatur ex interuallis additis syrups ex ijsdem herbis factis. Si venter minus eat lenitudo ex ijsdem herbis, feminib[us]que clystere aut ex lacte aut decocto pulli extremitatimque & intestinorum animalium cum butyro, sacc. & oleo amigd. dulc. aut violato & alijs infra scriptis, mouendus, aut simplici cassia ex earundem decocto extracta & ebibita ex eodem concedenda erunt. Dandi etiam fructus horæ, ut poma, pruna, fucus, vuæ, melones, cucumeres, perfica mala, & similia. Caudum vinum, bibenda hordeacea aqua. In incipiente largius cibandum ex crassioribus viscosisque, in alijs parcis, frequentius, & ex facilibus coctu, vitando contraria. Hæc de Internis. Externa sunt Epithemata cordi & iecori admota ex frigidis stillatitijs aquis & pulueribus itidem frigidis, aut decocto frigidarum herbarum cum succis earundem, admixtis etiam quæ robur parti addant quorum omnium materiam in Causone habes. Balneum summè confert à sex horis repetitum, sitque hic eius modus. Aquam paulò plus, quam tepidam primum intret, in eaque parùm immoretur, ab hac ad tepidam deferatur, aut (quia hoc æuo non tam exacta balnea habere possumus, quam superiori focculo) ibidem manens superinfundatur frigida donec prima tepeat in hacque diutius immoretur: tandem in frigidam mittatur, aut eandem tepidam multæ frigidæ affusione frigidam reddemus, non tamen multum ne detectæ partes lœdantur: hinc ad lectu deferatur prius linteo calido teritus, nec sudet ullo modo, tunc cibetur; à sex horis repeatat. Si frigidam timet, extractus à tepida vngatur oleo ros. multo, aut viol. aut Omphac. aut oliuarum, aut Nymph. aut ex his facto vnguento, aut populneo vnguento, aut illis additis seminibus frigidis muscilaribus & butyro aqua ros. sibi loto, pinguedinib[us]que gallinæ & agni aut hædi eadem rosacea sibi lotis: quo etiam interdiu s[ecundu]m inungi

Gal. 7 Met.

poteſt ſpina dorſi, thorax, & reliquum corpus: noctuque in introitu ad ſomnum & manē, frequentē que eo uti debet, ſi balneum non intret. Quod si hōc intrate velit non inutile erit p̄t̄ter ſimplex etiam ex decoctione herbarum frigidarū, ſeminum, viſcosorum etiam ut Althea, Malua, brancha vrf. & ſi velis addere intestina, caput, extremitates, pinguedines, arietis, porci, hædi, agni, oleaque frigida ſuperiū nomi- nata, magis iuuabis, diuabus tribus ut eibo horis leui manu fricanda ſpina feliqūmque corpuſ, ſed ſtatim quiescendum. Dōmiat, ſi nequeat, concilietur ſomnus quoquo modo. Cauenda maximē que exſiccant. Ceſſandum ab omni tum corporis tum animi motu, omnibūque ijs que exſiccare poſſunt. Hęc omnia ultimae p̄fettaeque thabi conueniat, ſed non tantum frigidis quantum humidis agendum, nec crassiori eib⁹ alendi, ſed deſſillatitijſ, iuſculifque, ducendi ab balneum ſupra ſyndonem quam quatuor homi- nes portent ſinguli ſingulos tenentes angu- los. In reliquis eodem modo tractandi, quod non sanitatem p̄mitta- mus, ſed longiorem ſolū vitam cum morbo, vt Gal. Me- tho. 10.





FRANCISCI SANCHEZ,
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA
Professoris Regij.

DE FEBRIBVS,
& Simptomatis quæ febres
comitantur,

LIBER II.

DE SYNCOPÆ.

C A P. I.

FEBRES Simptomata semper comitantur quæ- Gal. 12.
dam, aliàs multa, aliàs pauca, grauia vel leuia; quæ *Metho.*
medendi methodum inuertunt, curationemque ad
se trahunt. Ea suprà cap. 4. numerauimus, de qui-
bus nunc. Nec omnium hic curationem præscri-
bemus, sed eorum solùm quæ ad aliquam deter-
minatè partem reduci nequeunt: alia enim in sin-
gularum partium morborum tractatu quærenda sunt, quamuis hic forsan
omnia tangemus, sed curationem solùm, quātum ad causam attinet, quę
febris est, instituemus; de reliquis causis in proprijs tractatibus agentes.
Primum ergo vehementissimumque inter omnia symptomata Syncope Gal. 12.

Glauc. est quæ morti ita vicina est, vt nisi citò succurratur, sèpissimè commo-
Actius ser. riantur acri. De qua proinde fusissimè omnes scriperunt: * Aliqui sub
 5. à c. 96. cordis affectibus tractarunt sed non semper in ea cor afficatur primarij;
 vñjad 114 quandoque à ventriculo incipit & alijs vt mox dicemus. Proinde nos hic
Tratia lib. de ea melius agimus quam in corde. Quin nec in omni Syncope neces-
 12. c. 3. Aegin. lib. sario affici videtur cor, quanquam id vulgò credatur. * Differunt porro
 2. c. 3. Syncope à Lypothymia seu Lypopopschia (quæ duo pro eodem indiffe-
Gord part. renter sumit Hip. & Gal. vbiq; & Aphor. 23. 1. & 8. 7. lib.) Latine animi
 4. c. 12. defectus seu deliquium maioris & minoris ratione, quando & hæc illius
Althom. 1. Part. c. 55. prænuncia sèpè est, & quæ hanc excitat causa nisi augeatur illam indu-
Ainic. 1.3. tr. 2 c. 1. cere minime potest, quanquam & magna vtrumque excitare possit.
Dissolutio autem vel exolutio, Græcis ξενοις dicta, idem forsan sunt
Math. gra. quod Lypothymia, pro eodem quandoque sumuntur, licet etiam
 7. par. c. 55. quandoque pro diuersis vt apud Paul. lib. 3. c. 34. sic ergo ordinanda.
Rondel. 2. Virium debilitas seu modicus lapsus seu exolutio dissolutiōe sit cum
 par. c. 17. Amat. cent. constantibus adhuc functionibus, tamen sentimus quandam velutide-
 3. c. 31. fectionem, quæ vt plurimum, nisi succurratur statim, ad Lypothymia
Concil. dif. miām tendit, fitque hæc à leuissima quaque causa, vt mihi sèpè con-
 97. gisse memini æstatis tempore ante prandium, si id tardius contigisset;
Gal. 1. de causis simp. vel viso horrendo quodam vulnere aut vlcere, quod dum curaretur
 5. de loc. Chyrurgo, præcipue si ferro aut igne agendum esset, clamante ægro, sta-
 aff. 1. ad tim dolorem intus ad stomachum sentiebam, perfectèque spirituum
Glauc. motum nunc huc nuuc illuc vagantium, alternatimque in ijsdem par-
 12. Meth. tibus nunc frigus nunc calorem percipiebam, cogitabam tamen tunc
 * Gal. ci- quomodo id fieret, cogebamque quantum poteram animum vt non con-
 tatis & doleret, sed frustra; tunc sedebam idem conatus, videbamque & au-
 diebam omnia quæ fierent, mouebam membra cum volebam, mente
 constabam, animum autem reuocare omnino non poteram donec ex toto
 curatus æger tacuisse. Tunc sensim redibam: Nec tamen dum hæc pa-
 terer aliquis animo linqui me cogitabat aut percipere poterat, nisi quod
 colorem faciei immutari conspiciebant. Volui hæc ita referre vt exolu-
 tionis naturam perfectè intelligas, cum hæc nullus omnino explicet.
 Audies ergo sèpissime ægros aut alios dicentes clamantesque se animo
 exolui, & tunc mutatur illis color, frigere incipiunt extrema, variat
 pulsus, nutant oculi & totum caput, quæ instantis Syncopis signa sunt:
 si subito accuras non deficiunt, sivero non, deficiunt. Illud primùm quod
 sentiebant cum acclamarent, exolutio est, hoc verò ultimum Lypo-
 thymia. Atque hæc duo facilius discernuntur. Lypothymia verò à Syncope
 difficilimè, sicut & hæc ab Apoplexia: In omnibus enim tum
 motus tum sensus perit.

Altib. citat. Signa. Sed Lypothymiam sudorum carentia distingunt à Syncope,
 quam cum frido sudore semper fieri dicunt, quem propterea Syncope
 Hoc idem pticum vocant. Id tamen insufficiens videtur signum, nam & cum Ly-
 pothymia sudor manare potest, & non in omni Syncope necesse est hunc

adesse, nisi in pessima. Melius ergo sic distingue. Syncope à grauissima de *pafia*-
causa fit; illa à leuiori: Hæc præsentitur vt plurimūm; illa minimè, sed *nibus cor-*
subito irruit. Hic minùs constat pulsus, debilior, inæqualior, tardiorque: *discū quo-*
illie fortior & conspicuus magis: Hic functionum non tanta prostratio *dā fine su-*
quanta illie: Syncope diutiùs immoratur, nec tam facile reuocantur ægri, *dore ex syn-*
cope mori quām in Lypothymia. Apoplexia verò respirationem ferè omnem tol-
lit & pulsum, ita ut mortui videantur ægri, vt videre poteris in tractatu
proprio: quæ in Syncope non tanta sunt. Finis autem hanc ab illa dis-
cernit, illa enim ferè perimit, sin minùs Paralyssi soluitur; hæc verò
non toties perimit, nec in Paralysim definit. Denique Lypothymia, *vide*
Syncopis, & Apoplexiæ difficilis internotio: gradatim tamen in ve-
hemtia procedunt eorum signa sicut & passiones ipse. Nunc de Syncope,
nam & sub hac Lypothomia continetur. De Apoplexia alibi diximus.

Cause Syncopis (quæ præceps virium lapsus est Galeno, & Tral. vi- *1. ad Gla.*
rium ruina) plures sunt. Procatarticæ, corruptus aut pestilens aër, halitus
terræ in qua fodinæ sunt metallorum, vel quilibet aliis putrilaginosus,
aut venenosus, venenū omne etiam ingestum, plenitudo vtraque, frigus,
calor, humor, siccitas, immodica omnia, aut ex his mixta téperies; vulnus,
vclus internum præcipue & externum etiam si in articulis sit, aut gangre-
nosum & depascens, subita vomicæ internæ apertio, maximè verò si in
ventr. culum aut ventriculi os, aut thoracem materia decubuerit; Ictus,
Tumor, præcipue malignus, aut cum sanies sit; Labor immodicus, vigi-
lia, Fames, fitis, Atrophia, Dolor, Interni visceris magna obstructio,
nerui aut musculi caput percussum, Venus, vermes ventriculum lanci-
nantes, suffocatio, aut recursus sursùm vel declinatio deorsù & ad latera:
teri impedita respiratio, (quamuis Grad. citatò, solùm ob vapores ad
cor ab vtero missos suffocationem fieri asserat, non quod Diaphragma
comprimat.) Ventriculi rosio & debilitas repletióque crassi vel lenti
vel humidi vel frigidi humoris, vel cibi & potus, bulimos. Interna in-
flammatio, ingens febris, sudor, hemorrhagia, sanguinis missio inassuetis fa-
cta, alii profluuium, magna semel facta cuiuscumque humoris euacuatio
vt in Hydropicis cum secantur, in menstruis mulierum & post partum
euacuationibus. Epilepsia, Cathalepsis, vomitus, sanguinis grumus, coa-
gulatum lac, horum etiam & feminis corruptio, multus humor crudus,
retenta menstrua, pericardij tumor, humoris qui in ipso est austio, eiusdē
corruptio, (quāquam Math. Gra. naturaliter ibi humorem non contineri
contendat.) Animi affectus vt cura, sollicitudo, ira, metus, tristitia, lati-
tia & plura deniq; alia. Antecedentes verò sunt cordis intemperies, con-
sensus, aut lubita noxa ab aliquo valde insenso vt vapore tetro, aut veneno,
solutio cōtinui que ad vētres eius non penetrat, Apostemata omnis gene-
ris (quamuis Grad. cum Aris. & Auic. contra Galeni experientiā fieri non
posse ab intrinseca causa tumores in corde contendat.) Debilitasque ab
his cōtracta, humorum & spirituum eadem, tum etiam paucitas & tenui-
tas, corporis item raritas, retentricis facultatis debilitas expultricisque

concitatio nimia; aut contrà corporis constipatio, & humorum crassitatis, cruditas & multitudo calorem natuum opprimentium. Matheus de Gra. citato, in omni Syncope, vel illa ex dissolutione fiat vel contractio-ne, semper attractionem à corde fieri vult, & hanc Syncopis causam esse proximam, mortisque, si multa sit spiritus conculcatio. Causa denique continens est, subita spirituum vel foras dissipatio vel intus co-arctatio. Porro foras dissipantur spiritus ab omni calida causa, ab omni fluxu & euacuatione, ab animi affectu delestante, ab Atrophia, labore, vi-gilia, & similibus. Intus vero contrahuntur à frigore, veneno, aut humorum multitudine corporisque coarctatione, ira, metu, tristitia, su-bitis: nam si haec sensim fiant & nimis durent, spiritum dissipant corrup-to aere, uter strangulatu. Distingues vero quod horum Syncopis ad quam curandam vocaris, causa sit ex cuiusque proprijs signis qua in eorum tractatibus inuenies; & si extranea est qua iam omnino transierit ex assidentibus percontari oportet. Atque accedit Syncopes alias primario affecto corde, alias per consensum, haecque ut plurimum ab sto-macho consurgit, à cerebro rarius, & iecore: ab utero frequenter, ab alijs partibus rarissime. Omnes alias causæ primarium inducent effectum maximè si eò durent dum cordis temperiem spirituumque immutent, quemadmodum etiam per consensum in primarium transire potest, ea-dem ratione. Denique alia repetit, alia non, & illa aut ex ordine certis periodis, aut inordinate, frequenter, aut raro.

*Gal. Meth
cit. & alij.* Prognost. Quæ à crudis humoribus fit, præsertim si hi adeo corrupti sint ut coqui nullo modo possint, quæ à tenuitate horum & spirituum, raritatèque substantiæ, & si inflamatio adsit aut superueniat inteme parti, lethalis est. Quicumque frequenter ac fortiter absque causa ma-nifesta exoluuntur, de repente moriuntur 2. Aph. 41. Valida Syncopes periculosisima est, & si vires debiles sint medicinam non admittit, si au-tem non admodum debiles, spes est. Quæ debili virtuti superuenit ap-parente facie Hippocratica, lethalis. Quæ per consensum fit, securior est ea quæ primario, eaque magis vel minus periculosa pro dignitate, ne-cessitate, propinquitatèque partis, continuatione & magnitudine affectus qui eius causa est. Prinde quæ affectis instrumentalibus cordis partibus contingit, ut quæ tumores cordis aut pericardij, solutiones, obstruc-tionesque utriusque consequitur, periculösior quam quæ intemperiem eiusdem, & quæ hanc confirmatam, ea quæ non confirmatam sequitur. Quæ sine causa manifesta subito irruit, peior est ea quæ à manifesta. Quæ ab animi affectibus procedit si valida fuerit vis, non perimit, et si primario afficiatur cor. Ea quæ ab extranea causa quæ iam omnino transiit facilior est ea quæ ab intranea; quæ raro contingit, ea quæ frequenter, quæ certis temporibus, ea quæ incertis. Gordonij haec sunt. Qui di cordis tremore laboravit, subito superueniente Synope, moritur. Cui in longa Syncope facies tandem linet aut nigricat, non salvanatur. Qui initio in nati-elleborō non reuocantur, non reuocantur. Quæ omnia et si ratione constent, non tamen

non tamen perpetuò vera sunt, quamvis primum etiam sit Avic.

Curatio variat pro causæ varietate. Quæ alios sequitur affectus, horum curationē expectat, quam tu à proprijs capitibus capta. Hic solum quomodo præsentem Syncopem remoueas, futurāmque præcaueas si ex oppressione illa fiat, aut ex dissipatione, docebimus : ad quos duos modos omnem reduci causæ actionem dicebamus. Distinguere verò maximè conuenit à quo horum fiat, contrarias enim curationes expostulant. Porro quæ ex oppressione fit rarer est, non tamen minus periculoſa si ex crudorū humorum quantitate spiritu calorēmq; suffocante proueniat, quæ si modicū humor putrescat, cum febre coniuncta est, quam propterea syncopalē appellamus, cuius signa omnia eadem sunt, quæ febris quotidiane, de quæ in fine capit. Quæ verò à dissipatione fit frequentior est, proinde & communis reuocandi ratio hanc magis respicit : quæ sic habet. Ut semel concidit æger, collocandus molli lecto, æquabili membrorum situ, elatiōri tamen capite, modicā luce, temperato aere, laxandæ fibulae ligulæque vestimentorum ex omni parte, præcipue superiori, inspergenda facie, collo, & pectori frigida, vinum, acetum, fortia, pura, odorata, simplicia aut composita, vt rosacea, Imperialis, ex floribus Arantiorum & quæ ex varijs mixtionibus fiunt odoratæ aquæ, vina, & aceta : quibus etiam addendo si velis modicū aquæ vitæ possunt inungi tempora & manus, carpi, aut his intincti linteī panni admoueri : Iisdem etiam, additis Gallia moscata, Alipta mosc. Mosco, Ambaro, Zibeto, Belzoino, Styrace, & similibus odoratis, aut his seorsim, aut fructibus odoratis, possunt naribus suffitus ministrari sine igne, solum ea admouendo : Cauendo vteri strangulatus. Panis recenter à furno extractus, aut si hic desit, aliis assatus, vino generoso superfusus, naribus etiam, cordi, temporibus, & carpis admouetur utiliter. Frictio extremorum, ligaturæque fortes, tractio co-rundem, aurium, & nasi, & capillorum eorum qui in capite & qui in pube sunt, vellicatio reliquarum partium, aut omnia aut singula imperanda donec redeat. Irritare vomitum non tantum laudo, multò minus id immiso oleo conari, timor enim est ne deficiente spiritu suffocentur, nisi certum sit à contentis in stomacho causari Syncopem, sed & in hoc suaderem reuocationem prius procurare, tum vomitum moliri. Aperiatur etiam os cum fuso, dentēque Theriaca antiqua fricentur, quin & vini optimi tantillum in os iniiciatur. Si nec illis cedat, verberandi, vocandi, fortius fricandi, strictius ligandi, pungendi, admouenda naribus quæ sternutare faciunt, imponenda igni odorata, applicandi cordi sacculi, Epithemata ex cardiacis tum aquis, tum plantis, tum pulueribus, qualia sunt omnia boni odoris; tandemque sub inguinibus alisque sita loca pipere, pirethro, zingibere, sinapi, thapsia, euphorbio, anacardino melle, flammula, Aro, ranunculæque & similibus aut ex his factis phænigmis excitanda si frigeant quousque calescant. Quod si nec his excitetur, in malis habendum. Et hac est omnibus communis ratio. Quod si tibi causa Syncopis pateat, huic etiam conuenientia remenia adhibenda, eadem enī

*Tral. Alib.
& reliqui.*

& syncopem tollunt, quæ & superiùs dictis quandoque contraria esse debent. Ut si ex vteri strangulatu, inferiora ligabis, fricabis, pudenda fumigabis odoratis, foetida naribus admouebis, cucurbitam pubi inguinib[us]que: si menstrua nimis fluentia syncopem pariant, superiora potius fricabis, ligabis, mammisque cucurbitas admouebis: si nasi fluor adsit, infernis hæc imperanda. Si stomachus laboret bile, frigida inspergendas, potanda eadem & oximeli. Si copia sanguinis suffocet, aperienda vndeque vena. Si diffluant spiritus & humores, adsitque incendium, introducendas frigidus aër, inspergenda frigida, & reliqua quæ mox; hæc eadem sudoribus conuenient & quæ infrā cap. de sudore. Contrario omnino modo reuocandi qui crudis humoribus grauantur, trahendas scilicet omni conatu calor ad exteriora. Reuocato ægro non statim dormiendum, sed ab omni animi & corporis motu quiescendum, tunc pro ratione causæ, instituenda omnia. Expeditatem statim, ut etiam ante inuasionem, si ea præsentiantur, paululum vini optimi exhibere, aut potionem cardiacam ex aquis stillatitijs afferenti conuentientibus admixtis pulueribus infrā scriptis. Ergo si ex dissipatione spiritus contigerit, huius causæ insistendum. Pessima ea est in qua facies Hipp. apparet sine manifesta causa. Conuenit itaque hos omni modo fouere alimentis optimi succi cui aliquid admixtum sit adstringentis viscidique, sed facilis concoctionis frequenter exhibitis, qualia in Hectica inuenies, cum qua maximè conuenit affectus hic. Dandum vinum pauciferum, nisi aliquid id prohibeat, aut etiam meracum, cui extincta argenti, auri, chalybisve lamina sit. Præstantissimum est rubrum craffum odorum & perfectè maturum. Prosum fructus austeri, cydonia, pyra, sorba, cornus, mespila, punica mala, poma. Initio tamen parum aleendum, dein sensim crescendum si debiles sint vires, fin minus largius statim cibandi. Vngendi exterius myrtino, mellino, lentiscino, ijsque quæ cap. de sudore inuenies. Si calor adsit, addenda frigida. Opiatae, tabellæ, placenta & condita, pulueres, & instaurantia, ex gelatinâ cydoniorum, miua, aut carne eorundem condita, pyris conditis, myrobala. indis aut embli. itidem conditis, conseru. ros. contusarum, nymph. rad. symph. buglos. borrag. viol. additis pulueribus cornu cerui, aut vnicor. ossis de corde cerui, eboris, spodij, coralli, santalorum rubri & albi, margaritarum, saphyri, smaragdi, Hyacynt. rubini, granati, succini, Lemniæ terra, boli Armen. Gummi Arab. Tragac. sem. rosarum, Berberis, Diamargar. frig. Diatragac. de Hyacint. Diarrhod. Abb. Aromat. ros. Diamosc. in parua quantitate, ferici rub. aut crudi, trocif. de Kharab. de Corall. de ros. de Caphura, de terra Lemn. de bolo, Rhamich, de spodio, additis etiam argenti aurie folijs, cum sacc. ros. fiant siceæ confectiones, molles verò cum syr. cytoni. ros. nymph. myrrh. instaurantia ex carnijs & pulpamentis, additis superioribus cum aquis ros. viol. Buglos. Myrrh. Symphi. Plantag. ex quibus etiam, si vis, & deco-

Cione adstringentium herbarum possunt fieri syrapi aut julepi. Quod calor coniunctus sit præscriptis in Hectica & Causo frigidis ut licet, quæ eadem Syncopi à causa calida conueniunt. Atque ei quæ à dissipatio-
ne fit, purgatio nulla conuenit, aut euacuatio. Aërem vero insper-
fis per cubiculum eis quæ in correctionem caloris febrilis dicemus,
aliisque adstringentibus, alterabis. Atque his ferè curatur præcautur
que ea quæ ex tenuitate spirituum humorumque & corporis raritate fit
Syncope. Cui omnino contrariam exposcit rationem ea quæ ex crudorū
humorum copia fit, cuius præcipua curatio in euacuatione quæ
per frictionem fit, sita est. Fricandi ergo linteis asperioribus frequenter,
incipiendo à cruribus superne deorsum, deinde à brachij item superne
deorsum donec incalescant, inde ad spinam transendum, deinde
vngendi oleo dulci, aut Camem. aut Anet. fricandique cum codem
oleo donec imbibatur, abstergendi & finendi per horam. Hoc idem
Trali. improbat, perijsséque quandam ex multa frictione & inedia dicit:
nec omnino sine ratione Galenum hic taxat quod perpetuam tum fri-
ctionem, tum inediā usque ad septimum præscribat. Magis miran-
dum alios post Gal. idem imperare ut Althom. Aeti. Nec enim probo
quod perpetuo circuitu fricentur, sed quiescendum modicum dum res-
pireret ager, recrecentur vires, penetret oleum, discutiantur quæ superiori
frictione tracta & attenuata sunt, aliisque parentur exitui, tum demum
iterum fricandi. In aere temperato continendi magis ad calidum ver-
gente, luminoso, puro, calidis odoratis alterato; quieti studendum;
somno modicè vtendum dum solū vires alantur, magis vigilandum; ie-
junandum quantum fieri possit, contenti solis amigdalī, aut passis vuis
(nec enim nostri seculi homines, præcipue qui frigidiores habitant pla-
gas, mulsa, oximelitē cibari volunt aut satis habent,) aut pineis nu-
cleis modicē tostis, aut, si amplius cibare cogamur, marcijs panibus,
biscotellis aut morfellis vocatis, aut placentis ex pane & ouorum vitellis
factis quas Tolosæ Galliarū optimè parant vocantq; *de fougacetz en d'iox*
cōmuni sermone, aut ad summum iure pulli cui incoctū sit anethum, aut
fœnic. cōq; viuendi genere vtendū donec fortiores facte vires maius ali-
mentū ferre possint, tunc cibandi iisdē quibus quotidiana febre labo-
rantes. Vinum oligophoron nisi aliquid impedit parcer sumptum conue-
nit; præstantius est album si febris non multū vrgeat. Fugienda balnea,
cataplasmata, aut purgationes dum vires languent; quæ postquam ali-
quantulum constent, purgationibus leuibus vtendum est ex longis in-
teruallis, sanguinis missio omnino cauenda: Quamvis Tral. contra Gal.
male cam imperet, iteraréque quandoque iubeat; nec enim vires constare
posunt in magna cruditate, quod ipse requirit, & si cōstarent, potius pur-
gandum esset quam mittendus sanguis quo ad crudorum humorum
coctionem egemus. Clysteris usus non improbat vbi eo egerit egri.
Tandem, apparente iam coctione, & euacuatione humoris maxima ex
parte facta, liberalius purgandum, cibandum, balneandum ex herbis

calidis ut in febre quotidiana habes. Fricandum inungendūmque ex fortioribus. Denique omnia ut in quotidiana facienda. Toto morbi tempore jecori, stomacho, & cordi per ea quæ roborent prospiciendum; Illi emplastro ex Absinth. ros. & santal. citri. addita tanilla moschata, vino, & cera: isti ex stomachico dicto: Huic sacculis ex Absinth. Melissa ros. & viol. santalis, caphura. & spica. Condita, pulueres & reliqua ut in superiori ex superioribus & his quæ sequntur, quibus liberius prope finem vti licebit debili existente febre, aut, si hæc paulò maior fuerit, adde frigidorum aliquid: Faciunt verò etiam hæc ad Syncopem ex frigore aut frigida causa, qualia sunt, Coccus baphica, mauris granum Alchermes aut chermes dictum, nostris tinctorium, Melissa, Doronic. Crocus, Stech. Cyperus, Nardus vtraque, Betoni. Pimpin. Scabiol. Phu. Angelic. Zedoar. Dictamni creten. rad. foliaque, Peucedana, Ocymini vtriusque semen, Tormentilla, cardus benedictus, Gentia. Imperatoria, Caryophil. Nux mosc. Cinnamo. Macis, sericum rub. aut crudum, Ammom. cortex & semen Citrij siccii. Ambar. mosc. styrax, Calam. Belzoin. Agallochum. Ex his verò composita seruantur confectio Alcher. de Hiacint. Diamosc. Letific. Gal. Diacham. Elect. de Gemmis, Diambra. De Bolo, Bezeardi. Mithrid. denique & Theriaca. Syrupos autem & condita his conferentia habes in Quotidiana, & Quartana febre. Mixtis porrò his & similibus medicamentis vtendum in mixto affectu, vbi fluxus adest calidus, frigidis reprimendus, vbi frigidus, simpliciter adstringentibus, vbi symptoma vrget, huic succurrendum, et si remedijs quæ id tollunt ingrauescat causa. Reliqua huc referri possunt omnia.

*DE SVDORE.**C A P. II.*

DE Sudore qui scripserunt, adeo breuiter tractarunt ut solum eius reprimendi modum, qui symptomaticus est, tradiderint cum Syncope inuolentes quam sudorem frigidum comitari semper asseuerabant, quanquam id, ut antea ostendebamus, non semper necessarium sit, sed si demus sic esse, saltem huius differentiam ab eo qui bonis & gri rebus fit statuere doceréque debebant. Multum enim interest si vnum pro alio capiens, bonum reprimas, malum verò moueas. Decipitur Manar. lib. 15. Epist. 1. & Trinerus com. Aphor. 15. 1. lib. sudorem euacuationem naturalem dicentes, nam non sit vñquam nisi excitato calore interno à motu aut calore externo ad aucto. Sic ergo habe.

Gal. 3. de Sudor conspicua euacatio serosi sanguinis excrementi aut humorum *simpt. cauf.* per cutem est eorum qui naturæ commodi non sunt, quandoque etiam *& cō Aph* & eorum qui naturam fouent; Hic symptomaticus dicitur (quamvis ille *G. lib. 3. &*)

etiam qui initio morbi accedit simptomaticus sit) ille nomine non inuenit Aph. 36. 4.
aliud quam generis. Vtque aut multus, aut paucus, aut vniuersalis, aut [&] 37. &
particularis, aut calidus, aut frigidus, aut citrinus, aut ruber, aut graueo- [&] 38. & 41.
lens, aut non, salsus, amarus, insipidus, acidus, dulcis, crassus aut tenuis, [&] 1. Prog.
in sanitate aut in morbo contingens : & hic aut morbi initio aut statu Decret. &
aut fine, aut affatim aut sensim, aut semel aut saepius aut longe, de crisiis.
aut breuiter, aut a causa manifesta, aut sine hac, interdiu aut <sup>Vide etiā
Triner. su-
per Aphor.</sup>
noctu. <sup>cit. & Ap.
4. lib. 7.</sup>

Causæ communes, Procathart. ambiens calor & humiditas: Ante-
cedentes, interitus calor, humiditas, labor corporis aut animi; Conti-
nentes, motus humorum ad cutem tenuiorum, penetratio, & congelatio.
Particulares verò sympt. veri debilitas virtutis, illius qui initio morbi
rum fit, multitudo materiae: multi, eius qui affatim venit, longi, & sa-
pius iterati, eadem, & cauarum communium magnitudo & cutis raritas,
& humorum tenuitas: Contrariorum contraria omnia: Vniuersalis, per
totum corpus distributa materia: frigidi, frigida materia aut virtutis
debilitas: Graueolentis, multa materiae corruptio: Citrini & amari, bi-
lis: rubri & dulcis, sanguis: insipidi salsi, pituita: acidi, illas aut melan-
cholia.

Signa omnium ex his quæ dicta sunt patent, & ex dicendis mox.

Prognost. Quando astas fit veri similis sudores in febribus multos
expectare oportet: Febricitantibus sudor superueniens, &c. Aphor. 56. 4.
Sudores febricitanti si incœperint boni tertio die & 5. & 7. & 9. & 11. &
14. & 17. & 21. & 27. & 31. & 34. Hi enī sudores iudicant morbos. Qui
verò non ita sunt, laborem significant & morbi longitudinem & recidi-
vam. Frigidis sudores cum acuta quidem febre, mortem; cum mitiori
autem morbi longitudinem significant. Qua parte corporis sudor est, ibi
significant morbum. Sudor optimus est per omnes acutos morbos, si per
diem euenerit decretorum, & integrè sedat febrem: Bonus etiam est si ex
toto corpore prodeat, faciatque ut æger ferat facilius morbum: si verò
nil tale efficiat, nequaquam utilis est. Pessimus verò est si frigidus
egrediatur; & circa caput tantummodo vultum & ceruicem. Hic enim
cum acuta febre, mortem; cum mitiori, morbi longitudinem indi-
cat. A sudore horror, non bonum. Hæc in morbis. In sanitate verò.
Sudor multus ex somno factus absque causa manifesta, corpus vti pluri
cibo significat. Si verò cibum non accipienti hoc accidat scire oportet
quod evacuatione eget. Sudor multus, calidus, vel frigidus, semper
fluens, frigidus magis, calidus minus significat morbum. Hæc Hipp.
Ex quibus & ex cis quæ Galenus commentatur collige. In febribus
acutis per totum corpus manans sudor frigidus, instare Syncopim, per
caput verò solùm, vultum, & collum, & si non frigidus sit, etiam insta-
re, si verò frigidus circa illas partes sit, iam esse syncopim docet, non
futuram. In sanitate eadem erit ratio, multoque magis si debilitas ad-
sit.

Curatio ergo huic subito adhibenda (alijs enim omnes nullo modon primendi sunt, immò iuuandi; nisi etiam & hi immoderati admodum sint, debiliisque virtus, tunc enim licet aliquomodo reprimere dum vires recrurent etiam si morbus producatur:) omnique modo conandum visitatur. Id fieri si quamprimum aërem frigidum concilie ijs quæ cap. de Ardore febrili dicemus. Conspergendum frigida, rosacea, è Nymphaea, Plantag. solano, aceto; vngendus Omphacino, Myrrh. Lentilii, Mastich. Mellino, rosac. viol. è Nymph. Puluerisandus rosa, Mastih, bolo vtaque, Lemnia sphragide, argilla sicc. gypso, puluere quocunque, Balaust. sydijs, Rhu. folijs, & semine, gallis, Acacia, Hypocist. cortice castan. medio, caliceque harum & glandium, Plantag. centinod. Centunculo, bursa pastoris, Huberis cortex, Rheo pontico, coral. argenti ferrique spuma, fantalisi, cerusa lota, Myrtillis, semine plantaginis Berber. acinis vuarum, Coriandri, Myrti folijs, cortice, radice, rubi. Salicis, Alceæ, Ligustris, Oliuastris, Quercus, Tapso barb. & eius langle, & radice, radice symphi. & folijs, Pilosella, ossibus mespilorum, agrest. pirorum folijs, Cydonio, sorbique Fructibüsque ipsis, cortice & pomis cupressi, corni folijs & fructu, Equifeto, Gnafalio, siccis omnibus; Tartaro, Gummi Arab. Trag. Electro, sanguine draconis, Oriza tosta, Spodio, Thure, Litharg. vtroque, Pumice, corticibus fab. spongianum lapidibus, testis buccinorum & limacum, Caphura: & ex his factis trocis. de spodio, de Charab. de Corallo, de bolo, de terra sigillata, de ros. Ramich. de Camphor. de Berber. Aut ex his omnibus factis vnguentis, additis muccag. Cydoniorum, Psyllij, & albuminis ouorum, ceraque rubra, aut vnguento ros. Mesu. aut infrigid. Gal. aut de Litharg. aut Comitissæ. Prodest & extremas partes aqua frigida immergere. Interim roborandæ nobiles partes admotis saepius recitatis cataplasmatis, emplastrisque modicè calidis, & adstringentibus additis frigidis nonnullis, vt succo plantag. vitis, salicis, oliuastri, acerbæ vuæ, Coriand. semperui. Eadem etiam per interius fouenda istud, vt conditis, potionibus, destillatitijs, expressis, ex alimentis optimi succi, conseruis ros. viol. rad. symph. cortice citrij condito, Cydonijs, & horum miua & gelatina, Ribes, Berberis, Acetoæ, Nymph. Buglos. & omnibus alijs dictis in Syncope ex dissolutione spirituum. Atque in his omnibus præscribindis is seruandus modus, ut leuioribus ad maiora procedamus. Arcendum à somno æger, potanda frigida, aut vinum ea dilutum, non abstergendum, flabello ventilandus. Atque his vt plurimum cedit sudor ille exoluens, sin minuscedat, mors adeat.

**DE DOLORE CAPITIS
in Febre.****C A P . III.**

AB his vehementissimum Symptoma dolor est , cuius sequitiae non nullos sibi mortem consciente coegerit. De quo maxima quæstio de apud omnes est, à qua fiat causa, cuiusque potentiae sit quam nos in Philosophia examinauimus. Nunc tamen breuiter habe. Dolor tristis sensatio , ab intemperie , vel solutione continui (quamuis aliter ferè omnes sentiant , inaduertentes quod dum pus fit dolores fiunt , & solutio continua cum acuto facta , quantumvis sensim fiat , dolorem inducit , & continuo aliquem igni admoueas donec comburatur , quantumcumque sensim id fiat , nihilominus dolebit .) sensim vel affatim facta in corpore sensitivo , sed ab hac magis , ab illa minus . Cuius differentiae plurimæ sunt . A modo & motu doloris , pulsatilis , in magnis inflammationibus arteriarum , aut locorum vicinorum ; punctorius , in membranis : stupidus & torpidus in omnibus partibus : Perforans qui & fixus dicitur in intestinis , & rene aut vretere , sed hic fixus manet , & grauat , illic ferè mouetur & pungit : Grauans in inflammationibus aut tumoribus hepatis & pulmonis . Distendens , seu tensius , neruorum , venarum , & arteriarum . Latus , membranarum cuti subiacentium : Diuellens , aut vellicans , in membranis muscularum . A situ : Profundus , in membranis ossa circumvoluentibus : sublimis aut superficialis , in partibus superioribus eminentibusque : Internus , Externus . A Loco . Colicus , qui in colo intestino : Nephriticus qui in rene : Arthriticus , qui in articulis . Dolor aurium , Dentium , Cephalalgia , Cephalea , Hemicranea , capitis : Hemodia , dentium . A similitudine . Vlcerosus , qui similem dolorem ulceris facit dolori : Pruriginosus , qui similem pruriginis : formicans , qui in stupido crure aut pede dum mouetur pungentium formicarum similitudinem titillatione praefert continua mobilique . Contundens , in muscularis in quartanis febribus . A motu : Continuus , vel Intermittens : & hic vel ex longis , vel paruis interuallis rediens ; vel ordinatim , vel fine ordine : fixus vel currens : unius vel plurium partium : nobilium vel ignorabilium : Primario afficiens vel per Consensum : solus vel alteri complicatus morbo : ab externa vel interna causa , vel ambabus : parvus , magnus , vehementis & fortis , intensus , acutus , velox , tardus , subitus , paullatus : & plurimi alij exprimendi modi quibus vtitur vulgus , quos nec medicus nec ipsum vulgus intelligit , nec intelligere , nec exprimere potest , etiam dictioribus vterque viens quæ dolori aptari optimè

possunt, quantò minùs si Archigenis verbis vteremur? Magis in his prodest causæ cognitio, quæ differentiæ doloris.

Causæ, signa, curatiōque singulorum dicentur proprijs cuiusque locis. Communes sunt, Procatarticæ, quidquid intemperiem, aut continui solutionem inferre potest, ut Aér, ignis: contundens, frangens, scindens, pungens, distendens. Antecedentes, humor, vapor, flatus, intemperans, rodens, contundens que aut potius compriment, distendens. Continentes, intemperies, solutiōque continui. Capitis autem doloris in febre causa est, aut sanguis criticè expellendus, aut multus calor, aut vapor ab infernis ascendens.

Signa doloris nulla alia sunt præter ægri relationem. Causæ vero doloris internæ (nam externæ etiam ex ægri relatione, & conjectura colliguntur) signa sunt doloris species: præter currentem enim & mobilem vnūmque aut alterum qui per consensum fit (quorum causa vapor aut flatus est, aut simplex & purus partium consensus) omnes ferè ex humore fiunt, siue hic intemperiem solam inducat, quod rarius, siue uitatem soluat, quod frequentius est. Humorem autem peccantem ex proprijs cuiusque humoris cognosces signis, quæ in febribus habes. Feret tamen frigidum humorem sequitur contundens, obtusus, torpidus, fixus, ægrè solubilis, tardus, paulatinus, longus, distendens, latus, colicus, arthriticus, dentium, aurium, capitis dolor: Calidum verò acutus, perforans, pungens, pulsatilis, facile solubilis, velox, breuis, vellancs, ulcerosus, pruriginosus, subitūque. Reliquæ differentiæ communes sunt: solus Nephriticus à lapide fit. Capitis vero dolorem qui in febre fit, si à sanguine fiat criticè expellendo, cognosces ex eo quid maxillæ rubent, oculi tument, præcordia distenduntur, coram oculis atomi volant rubri, muscæ, & similia. Sanguinea febris corpùsque est, omnianque hæc circa diem criticum eueniunt: si verò vapor aut calor multus in causa sit, nil horum accidet, præterea accrescit dolor in exacerbatione, aut febris accessione, magisque in augmento, minuetur verò in declinatione, pulsabunt tempora, vehementior erit dolor, febrisque ex bilo erit flava, aut atra, corpùsque similiter biliosum.

Prognost. Commune est. Primariò afficiens dolor peior est: magnus paruo: longus, breui: tardus, veloci: repetens, non repetente: nobilis, eo qui ignobili assidet loco: ordinatus, inordinato: fixus, mobili: profundus, sublimi: plurimum, quæ vnius partis: morbo coniunctus, simplici: à calida causa, eo qui à frigida: interna, eo qui ab externa. Dolor capitis in febre à sanguine criticè expellendo excitatus melior est: secundo loco is qui à vaporibus, tertio is qui à summo calore fit.

Curatio communis est causæ ablatio, de qua proprijs capitibus. Sunt ramen quædam anodina propriè vocata quæ dolorem leniunt temperato calore, Anetum, Chamæmel. Cato pominorum, Oesippus, Butyr. ouittell. axungia humana, porci, vituli, gallinæ, & anatis: muliebre, ouiles, vaccinūmque lac, butyrum, Melilot. sem. lini, fœnugrecum & cetera.

semen olea Anet. chamæmel. amigd. dulc. lumbicorum, vulpin. è lini
 semine, è tritico, gelsemini, sambuci, liliorum alb. oliuarum commu-
 ne, ouorum, mica panis lacte imbuta, caricæ pingues, & passatæ vuæ,
 stereus bubulum, cepa cocta, radix liliorum alb. lana succida, malua,
 Althæ. viol. florum viol. liliorum, Buglo. ros. chamo. Anet. mucago
 ex semine Alth. mal. Cydonio. caricis, ius carnium pinguium, capitis,
 pedum, interancorum, hædi, arietisque decoctum. Atque ex his om-
 nibus possunt fieri iniectiones in interna, vt vesicam, vterum, intestina:
 vel simplicibus, vt lacte, oleo quocumque vel coctis, iuribusque. In
 externis verò fatus, illitus, vnguenta, cataplasmata, pultes. Sed cauen-
 dum ne grauantium cataplasmatum oppresione magis doleat pars si à
 multitudine dolor sit. In officina parata habentur vnguenta Dialthea,
 Pectorale, & resumptuum communi ratione anodina. Atque hæc om-
 nia quamvis quæcumque ex quacumque causa leniant dolorem, maxi-
 mè si à repletione sit, tamen et qui à frigida fit, magis conueniunt,
 quæ etiam si magna fuerit, fortioribus egit, siisque quæ in Arthritide
 ex frigida causa, & in colico dolore dicentur. Quod si à calore dolor fue-
 rit, frigidis curaturijs quæ hædem capitibus inuenies. A siccitate autem
 vix vñquam in corpore dolor fit, vt ab humore frequentissime, ferèque
 sine fluxione dolor non est. Proinde euacuatio abundantis molienda;
 sanguinis, venæfectione; alterius verò humoris, proprio cathartico.
 Quod si sœus adeo dolor sit vt nulli remediorum ex scriptis de-
 dat, veniendum est ad Narcotica, stupefacentia que, Anodina impro-
 priæ dicta; sunt verò ea quæcumque excedenti frigore partem semimor-
 tuam reddunt, caque ratione insensilem, & indolentem subiude, non
 verò, quod aliqui volunt, quia spissitudini viam præcludunt nervos ob-
 struentia; cur enim adstringentia fortissima non stupefaciunt, cùm me-
 lius obstruant? aut cur exterijs adhibita Narcotica internum dolorem
 sanant, cùm interna non obstruant? nec enim penetrarent si obstruerent?
 Mortificant ergo frigiditate, proinde suspecta nimis sunt; nec hisi ex Amat. lusit.
 tremæ necessitatibus adhibenda, tutioraque calidis quæ frigidis dolori- cent. 4. 6.
 bus sunt, tertijs extræ quæm intra admouentur, constantibus viribus, Gal. 12.
 post vniuersales euacuationes, parua mole, castigata, parua mora cùm
 in externis, ventriculo iejuno, nec recentia, cùm in internis, nec eden-
 dum post quinque horas sequentibusque diebus calidis aromatibus
 confortantibusque roboranda interna sumptis & admotis. Atque fre-
 quenter est medicamentorum horum in externis quæm in internis vsus; cui
 rei deseruunt Papau. Hyosciami, Mandragoræ, solani, semiperuui, cicutæ,
 cucumeris, cucurbitæ, citrulli, folia, fructus, semina, succus, aut ex
 his facta olea, vnguenta, cataplasmata. In officina paratum habetur
 Populneum vnguentum ex Narcoticis. Porro horum non est certa men-
 sura: Internorum verò maximè necessaria. Ferè solùm ad colicum do-
 lorem ingeruntur, quorum proinde modum ibi declarabimus. Nam
 ad sistendas calidas capitum fluxiones, aut ad conciliandum somnum

(ad quæ etiam Gal. cit. Narcotica usurpari dicit) nunc his non vñmur, solo syrupo de papauere, & si in pectus aliquid labatur Looch ex eodem confecto contenti, ex aquis aut decoctis herbarum frigidarum. Atque hæc de doloris communi curatione. Capitis verò dolor qui fe-

Gal. 1. ad Glaucio. brem comitatur si à sanguine fiat criticè exituro aut propter instantem etiam criticum vomitum, nullam exposcit curationem, nil mouendum circa ipsum caput, expectandaque crisis, nisi velis per brachium sanguinem extrahere, idque si natura non sat fortis videatur ad expellendum totum, aut ad expectandam crisim, sitque magna sanguinis copia, & morbi initium, tunc enim audacter aperienda vena. Si verò à vapore sursum ab infernis irrepens dolor fiat, frictiones in brachijs, & cruribus molienda, deinde in collo, & secundum dorsum, & spatulas, quibus etiam & occipiti admouenda eucubitulae siccæ. Vomendum, aut cathartico deiiciendus humor si in stomacho aliquis est à quo vapores ferantur, aut clysmate soluenda aliis si constricta fumos mittat sursum: capiti verò imbrocationes inundationesque facienda ex rosato omphacino, violaceo, è Nymph. cum modico aceto. Frontalia ex ros. viol. Caphur santal. semine Corian. & Plantag. Balaustio, similibique alijs. Cataplasmata ex ijsdem, & Plantag. Rubo, Myrtho, sydis, & alijs similis facultatis cum panis mica, lentium farina, hordei & fabarum. Atque hæc ferè reprimendis vaporibus sufficiunt à quemque causa, quæ, si febris mitior sit, & abundet pituita, hymene præsente, tepida admouenda sunt, addendumque aliquid mentæ, stechad. serpil. Croci, aut calidorum oleorum, vt Aneti. Camom. Malè Aetius feruori, Ocynti succum aut mentæ imperat, peiusque amigdalas amaras, & aloem sine distinctione. Quid verò Paulo dicas, qui pulsatili dolori, rutam, & mentam præscribit? Si verò feruor magnus adsit, bilis astuet, calida tempestate, non solum nil illorum addendnm, sed frigida omnia adhibenda, quorum materiam inuenies in Cephalea à calida causa, faciendaque ea quæ in curatione febrilis ardoris dicentur. Vitare verò debent omnes quibus caput dolet, solem, fumum, lucem multam, iram, vociationem, vehementer odorata, multam lectionem, meri potum, calorem frigusque nimia, Cepas, allia, & reliqua quæ inferni dicentur.

*DE HORROR E, RIGORE,**Tremore, & Palpitatione.**C A P. IV.*

QVIA hæc omnia maximè communicant, ideo & de omnibus *Gal. lib. proprio.* simul dicemus. Accidunt etiam sæpe omnia in febribus. Palpi- *Paul. lib. 2.* tatio tamen ut plurimùm, & tremor seorsim fiunt. Palpitatio, motus *c. 45.* est cuiuscumque partis inuoluntarius, ut plurimùm sub cute visitur, *Aet. Ser. 5.* quæ vicissim celeriter & attollitur & deprimitur: raro totum palpi- *c. 88.* tat membrum, ut brachium aut crus, solum cor ex organicis totum palpitare dicitur, de quo infrà. Tremor contrà, motus est inordinatus solius organicæ partis, ut capitis, brachij, mouere, aut sustinere se volentis: nec enim brachium super tabulam positum nec caput puluinari innixum, tremunt. Horror, leuiuscula est & inæqualis cutis agitatio, subcutanearūmqne partium. Rigor, violenta est totius corporis concussio, fortisque. Iam hi omnes aut sunt continui, aut intermitentes, aut in sanitate aut morbo, aut fortes aut mites, aut ab externa aut ab interna causa, aut vnius aut plurium partium, præter rigorem qui totius est corporis semper.

Causa palpitationis, fatus est crassus ventre aliquo aut arcto loco contentus, perspirationem non habens. Tremoris, debilitas virtutis partem mouentis, quæ aut defectu alimenti venit, aut defectu calidi innati, aut oppressione eiusdem; illud in Marafimo, Hectica febre, longis morbis; Istud in Syncope ex dissolutione, in Syncope ab eadem contingit: ad hunc etiam referri potest qui à partium multa frigiditate fit ut in hyeme contingit. Horroris verò, frigus externum, aut frigidus humor sub corporis habitu contentus. Malè *Gal. cit.* Rigoris causam videtur constituere calidi innati motum ad interiora, & exteriora, sequitur enim forsitan hic ad subitam naturæ commotionem quæ in rigore fit, non tamen hunc causat, nec enim est in omni rigore quod impedit motum caloris ad extra, quod *Gal.* requirit, ut in rigore ab horrendo spectaculo, aut admotione mordacis medicamenti ad vlcus: vnde & illud etiam videtur ab eo non bene dictum, scilicet requiri caloris natuvi vim, & constantiam ad rigorem concitandum, nec enim rigoris motus à nativo calore fit, quod ipse supponit, quod inde constat quia languentibus viribus rigor etiam accidat (quod tamen ipse negat dicens, *nec enim quando alimenti defectu caliditas, &c.* vel dicente in *Aphor. Hipp.* & eodem *Gal.* inferius his verbis, *Quamobrem*

qui ex rigore friget, ni rursus calefiat, malum, quod vista in duello sit caliditas, qua & vi cause latenter superatur, & quod nonnunquam imbecillitas: & inferius, unus profecto a potenti causa efficitur, perniciosus; at innalida virtute alius. Rigor in non intermittente febre, virtute iam innalida, lethalis. Hæc Gal. ex quibus sibi contrarius videtur. Fit ergo Rigor ut melius & latius idem Gal. inferius explicat & nos in Physiologia, partibus noxiis à se pellere conantibus, proindeque concutientibus se, ut vomitus, tussis, & similes alij motus, estque quidam quasi terræ motus. Rigoris denique causa est multa frigidis humoris copia, aut calidi etiam per omnes corporis partes, aut præcipuas, aut maximè sensiles afflatim irruens dolorēmque obscurè incitans, medicamentum etiam valde forte, aut mordicans bibitum, aut viceri exterius admotum, frigus & calor nimius externus, horrendarum etiam rerum auscultatio, aut spectaculum. Hi omnes affectus per se satis cognoscuntur, & per ea quæ dicta sunt, seorsim & inter se, proinde alijs non egent signis.

Prognost. Palpitatio leuis est & facile curatur. Tremor à senio, incurabilis est; à marcore, à defectu calidi innati, difficillimus; ab alijs, leuior. Horror leuis etiam affectio & facile solubilis. Rigor ab interna causa difficilis est, difficile arguit morbum, difficile soluitur.
Gal de Fal. tre. &c.
 4. Aph. 29. rigore non incalescere, malū. Quibus in febribus sexto die rigores sunt
 4. Aph. 46. difficile iudicium sequitur. Si rigor incidat, febre non deficiente, ægri iam
 5. Aph. 69. debili, lethale est. Rigores incipiunt, mulieribus quidē ex lūbis magis, &c.

Curatio. Palpitatio ex seipso curatur, nisi continuam habeat generationis causam, quæ cruditas est, proinde, si hæc adsit, amouenda; prospiciendum parti à qua fit, ut stomacho, hepati, ijs quæ propriis capitibus dicentur: vitanda omnia flatulenta, difficilisque digestionis, qualia cap. de Hypochondriaca melanchol. dicentur: vtendum calidissimum cibis tum potibus cinnamomo, moscata nuce, Caryoph. pipere, zingib. & ex hic factis Elect. Diacinnamo. Diacymin. Diagalang. Diarmarg. calid. Diatrionpiper. Conser. Anthos. Stechad. Cortic. citri cond. rad. Acori. Zingiberi cond. Mirobal. nuce iuglante & Myristica cond. bibendum merum, antiquum, odorum, album, Hippocraticum. Purgandum ex interuallis Pillu. Alephang. ex Aloe, Aggreg. & similibus. Admonenda parti palpitanti exterius ea quæ pro rigore & horrore dicentur. Tremor à frigore externo, ignis calore sanatur, si multis sit frigiditas, in sumum equinum vel columbinū, aut anatum usque ad cololum recondendus æger, aut in aluū recens cōfossi equi, muli, aut bouis immittendus, aut pellibus nuper maestatorū animaliū adhuc calentibus in uoluendus, faciéndaque reliqua quæ in palpitatione, bibenda Theriacę 51. vel ij. ex potēti vino. Si ex alimenti defecstu, si ex calidi innati, si ex Maralmo aut longis morbis, eodem modo curandus quo qui syncopim ex dissolutione patiuntur: si ex oppressione eiusdem calidi, remedij quæ contra syncopim ex eadem oppressione factam valent, agendum. Horror rigorque ab externo frigore, eo modo quo tremor ab eodem causatus, sanatur.

Qui sine febre ob cruditates fit, purgatione, abstinentia, quiete, balneo humido vel sicco, sudore denique curatur, iisque quæ in eo qui febris accessionem præcedit, dicentur. Qui ab acri medicamento ingesto, huius vomitione, aut contrarij alterius potionē, ut in venenis dicetur, qui ab admoto exterius ulceri, huius ablatione, appositioneque contrarij. Qui ab horrenda auditione aut spectaculo, delectabilium narratione *Paul. lib. 2. c. 45.* aut representatione. Qui crism præcedit, sinendus, nil mouendum, ne naturæ motum ignorans calorificisque agens, si humor per secessum ire debeat aut vomitum, Crism impediā. Qui februm accessiones antecedit, ubi cruditas maxima inest, morborum initijs aut augmento, ubi multa cacochymia, nullo alio iuuandus remedio quam superiniecta multa veste. Qui ad statum morbi accedit iam purgato corpore, præparataque materia, sic tractandus. Duabus tribusve antequam accedat horis nil edendum bibendumve: cum instat præsentiturque statim cubandum, multis stagulis calidisque cooperiendus æger, admouendaque exterius toto corpori, præcipueque pedum plantis, dorso, cruribus, brachisque siccâ foimenta ex sale, milio, arena, linteo inuolutis testis, utrivilis antiquo oleo, aut Anet. Chamæmel. Amigdâl. amar. Petroleo. rutac. Lauri. Costin. Irin. è Iunipero, è Spica, è Stirace. Nard. de Piper. de Euphorb. Cicion. Hyperico. & similibus. Hisque magis in quartana quotidianaque, quam calidioribus alijs febribus vtendum. Fricanda extrema sensim increscendo, dorsumque, interque fricandum vngendum aliquo ex superioribus oleis, addita etiam si velis Theriaca, Mithrid. Aurea Alexand. Pipere, Zingib. Sulphure, Nitro, Sagapen. Pæonia, vitcis semine, staphisag. Costo, sinapi, semine ruta, baccis lauri, Cinnamo. Piretro, aut Agrippæ vnguento, aut Marciat. aut Aragon. aut succis ruta, Artemis. Cucum. asinini. cum castoreo, croco, cera, vino antiquo, Calam. Pulegio, Saluia, Iride siccis, fiant vnguenta, illitusque, aut cataplasmata. Iuuat etiam & ex ijsdein siccis fricare: in calidum descendere oleum Archigenis consilio non multum probo, quid enim faciet æger si rigor in oleo præhendat? Spuma lebetum in balneis effervescit cum oleo, vt consultit Tralia. addendo etiam si velis myrram, aut styracem, inuncta iuuabit. Quod vero de aranea appendenda brachio sinistro ad quotidianas dicit, vanum videtur; melius *Diosc. tem Lib. 2. c. 62.* poribus aut fronti illinit, quod forsitan caliditate discutiat, qua ratione & à vulgu manuum carpis horminum vrticaque contusa hodie admouentur. Magis mireris eundem Tral. virum alias oculatissimum tantum superstitionibus fidere, cuiusmodi est illud quod de alligando ætite lapide corpori ad quotidianas prodit, magisque quod de inscribendis caratheribus illis, Ca. Roi. A. oliuæ folio ante solis ortum collecto, colloque appendendo. Ergo si nihilominus superueniat horror rigorve, non cessandum à supradictis: si perseveret, acienda remedia, vtendum fortioribus gradatim, dropacibus etiam, præcipue manuum carpis, & pedum malleolis. Vbi aliquantulum remiserit, statim danda ad vomitum

incidentia in frigidis vt decoct. raphan. origan. calamenti pulegij, semine vrtice, napi, cumi, anis. rad. petros. scen. apij, behē, semine atriplicis, elleboro, nuce vomica, radice cucum. asinini, sed his parcius & cautē vtendum, addendo oleum commune, oximel schylinum, & diureticum. In calidioribus ardentibūsque sufficit oxeleum, hydteleum, decoctum atriplicis, betæ, cum oximel. simpl. aut syrup. acetoso S. & C. de aceto.

Paul. citat. sitate citri, de limoni, de agresta, de acetosa, de ribes & similibus. Nec probo quod alij ante inuaisionem horroris aut rigoris vomitum præcipiunt, in ipso enim rigoris insultu humor per vomitum educendus ab interaneis vt hepate, mesenterioque, in stomachum fluit, nec ibi antea est, quod docet nausea eodem tempore superueniens, quam s̄pē comittatur vomitus. Potiones autem quæ materiam attenuēt, diuidantque & incident, quemadmodum & Pilulae Bolique, vt ea liquata facilius per vomitum, sudores, vrinas aut secessum abeat ante accessionem vna duabusve horis dare rationabile est, vt iubent omnes. Fiunt autem præcipue ex 3. j. vel ij. Theria. Mithrid. Aureæ Alexand. ex meraco, aut aromatico Hypocratico vino dicto; aut ex Belzoino, mosch. ambra, styrac. spica nar. celtica. cinnam. cypero, calamo arom. phu. cardamo. cumin. aniso. iunco odorato, galang. zedoar. cum vino optimo, aut succo melissa, serpilli, menth. aut absinth. fiant pilulae de quibus detur 3. j. cum vino albo: aut cuiuslibet seorsim datur 3. j. ex vino, aut decoctum serpilli, calamenti, additis aliquibus ex supradictis cyathi mensura datur. Atque his vt plurimum cedit frigus, horror, rigórque qui febrem antecedit.

DE ARDORE FEBRILI.

C A P. V.

AB his infestior est communiorque in febre calor, incendiumque maximum toto corpore dispersum, habitum resoluens, vires deiciens, sitim inducens, & vigilias, inquietudinemque pariens. Et quamquam calore humores fundantur, liquefuntur, dissipenturq; & euacuentur, quia tamen vires nimium deicunt multus calor, à biliosisque aut nimium assatis crassis humoribus talis prouenit, quorum curatio præcipua in contemplatione consistit, tum quia magnum incendium humores magis adurit, vnde nouam febri creat materiam, corporisque habitum nimis exsiccat, & in hecticam ducit, ideo omni modo reprimendum est quam primū, præcipue si calida nimis fuerit temporis constitutio, ægraque, & biliosa febris. Ergo leuibus tegatur stragulis, arceatur adstantium turbas, aperiantur fenestræ ad oriens, occidens, aut septentrionem sitæ, ventiletur flauello, absit à cubiculo ignis, inspergantur paumentis lectoque vitiis, falicis, oliuæ, cannarum, gladioli, acori vulgaris, myrthi, lentisci, plantagi-

nisque folia & siveculi, quin & horum ramis ornetur circum circa totum cubiculum, cubiculaque, subinde tamen mutatis ubi tabuerint, inspergantur insuper rosæ, violæ, flores nymphæ, portulaca, sempervivu. acetosa, plantago, folia cucurbitæ, cucum. melon. citrul. caphura, santali, acetum, rosa-cea aqua, violacea, è cichor. & superioribus: struantur aquarum riuuli leuiter ex alto in subiectum æneum vas eadentes. Arceatur à somno æger, quandoque frigida, aut rosacea aspergatur, præcipue facies thoraxque, addaturque aliquid aceti, hisque intincti panni eius manibus tractentur, carpis, temporibusque admoueantur; Iecori & cordi eadem vel epithe-mata ex ijs quæ in Caupo dicta sunt: concedenda etiam ex interuallis fri-gida largior potanda, pauca enim magis sitim acciet & ardorem: tenendi manibus flores supradicti & folia, olfaciendiq; fructus itē odori ut poma, persica mala, citria, mediea, cotonea, cucumeres, præcoccia, granata, cerasa, acida præcipue, ribes, pyra, vux, melopepones & similes, ex quibus non nihil etiam dari potest comedendum aqua rosacea & saccaro consper-sum. Tandemque si ingens sit calor ut nullo horum euincatur, præsen-tibus conditionibus in Synocho dictis, veniendum est ad largum frigidæ potum, aut, si homo assuetus sit, ad natationem in frigida, reliquis etiam quæ ad frigidæ potum requiruntur obseruatis.

DE SITI IN FEBRE.

CAP. VI.

Nec sitis, nec fames, nisi modum excedant, morbi sunt, nec medicam Gal. 1.
poscunt opem: si tamen modum excedant, licet symptomata sint, simp. canf.
morbis annumerantur, medicoque egent. Atque de superflua fame facult. nat.
videbis in stomachi morbis, licet & de siti quoque ibi dicendum foret: in Apho. 1.
sed cum ut plurimum immodica hæc siti febrem sequatur, ægrösque & 21. 2.
maxime torqueat, nec semper ab stomacho proueniat, ideo de eahic. & 19. &
Naturalis siti, appetitus est humidi moderatus. Decipiuntur qui na- 54. 4. &
turellem sitim frigidæ etiam appetitum dicunt, hyeme enim sitimus, nec 27. 5.
tamen frigidum expetimus, immo quandoque contraria, ideoigni admoue- Aeti. serm.
mus ut tepefacat, quod si id ratione temporis accidere dicas, non siti, 5. c. 119.
idem ego in astate de frigidæ potu dicam: ergo siti solum appetit hu- Paul. lib.
midum: tales appetitum voco, qui pro ratione corporis, cibi, temporis, 2. c. 52.
ætatis, motuumque, est: Innaturalis vero, humidi aut frigidæ aut vtriusque Triner. su-
que immoderata cupiditas: quamquam etiam sit aliqua vitiosa siti, in per Aphor.
qua, ut in citta & pica cibi, sic disparati & incongrui potus expetun-gitatos;

Causæ sitis præter naturam multæ sunt antecedentes, omnes tamen ad siccitatem, vel caliditatem vel vtranque simul stomachi, pectoris, vel vtriusque simul reducuntur; potentis vini potus meracus, piperatorum, salorum, acriūmque esus, aut potus, multa potus abstinenentia, vel cibi, vigilæ, æstas, biliosa constitutio, venena quædam & venenata ut Dyplos animal, rabidus canis, Cantharides, arsenicum, & similia: multa corporis vacuatio humorum, seri, vel sanguinis mictu, sudore, fecesse, hemorrhoidibus, vel per nares, natura, vel arte: biliosi vel falsi humoris in stomachum confluxus, calor multus febrilis qui aliquando stomachum exsiccans, aliquando cor & pulmonem multum calefaciens, situm per consensum accersit: hocque in continuis ardentibus, & in vigore accessionis intermittentium, nam quæ initio accessionis fit, à bilis fluxu in stomachum causatur: thabes & totius corporis consumptio, Hydrops, Diabetes, labor multis, cruditas quantumque plenitudo cibi. Atque hæ superfluxæ sitis causæ sunt: imminutæ autem omnino contraria: abunde denique, varius humorum in stomachum fluxus. Atque harum omnium alia diutina, alia breuis, alia magna, alia parua, alia ab externa, alia ab interna causa, alia continua, alia repetens, alia in sanitate, alia in morbo, alia noctu, alia interdiu affligit.

Signa cuiusque manifesta sunt ex interrogatione ægri, & cognitione temperaturarum, dominantium humorum, & morborum à quibus sitis pendet.

Curatio. Quæ pauca est, nec multum torquet, siue in fanis siue ægri, patienter ferenda, nam si biberis, vtrobique coctionem impedit, illic cibi, hic humorum, in ea, quæ ab ebrietate, aut cruditate aut Hydrope, etiam si magna sit, idem agendum, omnino abstinentum, dormiendum. Ea quæ à corporis consumptione, aut euacuatione sanguinis contingit humidorum nutritione curatur, iisque quæ in Syncope à dissolutione Hæticæ dicta sunt, & quæ in Thabe dicentur. Cùm à prauorum humorum euacuatione sitimus, nil agendum, solùm iure aliquo, & tenere carnis cibandum. Quæ à piperatis, salmis, & calidis assumptis excitatur, frigidæ potu largiori leuatur addendo aliquid aceti, aut vini: quæ à sola caliditate internorum fit, vigilia curatur: quæ à labore, æstuo sole, multa potus abstinentia, vigilæque causata est, melius nutrientibus humidis, quam sola aqua sanatur, ut temperato vino, iuscumisque, quod si in primis duobus frigidam bibere velis, non sudans, non nimis calidus, non largo hauriu, non nimis frigidam, non simplicem, sed postquam aliquantulum queueris, ingestu prins panis frustulo vino tinti aut condito cedonio, piro, cortice citri, stollone lactuce, aut cucurbitula substantia a simile alio, pura paucamque bipes, sin minis alii panis micâ diu mactrata, aut cadentia sepius coherciam, lacca rove aut penidijs, consipemam. Vix enim sunt plurimi ex subito frigidæ potu occubuisse. Quæ à venenatis excitatur sitis, horum curatione soluitur, de qua nos infra. Quæ initio accessionis febris accedit, vomitu iuuatur ut dictum est supra nec bibendum

bibendum, ne siccum corpus futura accessio reperiens magis exsiccat & ad bibendum cogat. Quæ à plenitudine cibi, modico temperati vini potu. Absurda sitis, & superflua à bile & falsis humoribus in stomachum fluentibus, vomitu, purgatione per catharticum conueniens, tandemque correctione partis à qua humor amandatur. Quæ in Diabete fit, huius curatione tollitur, interim tamen ijsdem quibus ea, de qua mox, iuuatur. Humidi inappetentia, quæ imminuta sitis dicitur, contrario omnino modo gubernanda, si ab humida corporis constitutione, si ab humidis in ventricum fluentibus humoribus à cerebro, ut sèpius contingit, proueniat, abstinentum, vigilandum, laborandum, purgandum pilulis calidis, vtendum aromaticis in cibo & extra: Denique ea agenda quæ in Lephco-phlegmatia, Catharro, & cibi inappetentia à frigida causa reperies. Quæ in febrium ardentiū vigore, calido aëre, calidaque aduenit corporis constitutione, sic tractanda. Primùm, quia plurimùm ob calidam expitationem inspirationēque pulmonem, fauces, & cor incendentem & exsiccantem accedit, moliendum vt aér cubiculi sit frigidus, ijs quæ superiori cap. dicta sunt, conandūmque vt ijs, quæ inferiùs vt ore continentur, describentur, falsus decipiatur appetitus. Idem etiam faciendum in ea quæ ab stomacho prouenit, si non nimis vrgeat, nam si multum torqueat, non carnificum quorundam medicorum modo ægri ad thabem & desperationem ducendi, sed ex interuallis addito saccaro aut pane agitata frigida largo haustu concedenda (nam quæ pauca pitissatur, magis sitim auget à febrili calore euicta incensaque, exemplo fabrorum, qui modicam aquam prunis inspergentes asperiorem reddunt ignem) sic enim recreata natura, roboratāque frigiditate, humorisque acrimonia retusa, citius coctionem perficit. Et quamvis coctio differretur & moribus, satius tamen est leuius diutiū ferre onus, quam graui semel opprimenti. Ne tamen continuò bibat æger, & si modica sitis sit, his deludendus. Caro aranciorum, citriorum, pomorum, cydoniorum, pyrorum, surculi lactucæ crudi aut conditi saccaro, cucurbitæ cortex eodem modo cucumérque, in rotulas digesta sola, aut aqua rosacea præmacerata & saccaro confpersa ore tenenda gustandaque, sèpius innouando. Eodem modo prosunt cerasa vtraque sed magis acida, punica mala, pruna, præcoccia, persica, vitis pampini, folia oxalidis, portulacæ, lactucæ, horúmque semina & cucumeris, & melonis, ribes aut berberis, agresta; vel horum succus expressus, colatúsque & ad placitum ægrotantis potui admixtus, aut syrupi ex ijsdem facti, aut viol. ros. de cichor. de endiu. simpl. & compos. de buglo. capill. ven. acetosus, Iulep Alexandrinus. Iuuat etiam conditum ex ijsdem factum cum saccaro ros. additis pulueribus Diamarg. frig. Diatragac. & manus Christi cum perlis. Iuuat & ex seminibus frigidis gummi tragacan. semine psylij cum huius mucagine, aut seminis cydoniorum, aut ouí albo, & saccaro ros. lupinares effingere pilulas quas teneat sub lingua; aut tabellas; aut ex ijsdem Looch formare liquidius additis syrups supradictis. Nec enim sacc. cand. nec

aliud, nēē glicirrizam, nec penidias per se probo dare, sitim enim magis augent; quantō minus mel, etiam si rosaceum sit, cum aqua calida concedam cum Aetio? Os etiam colluere sāpius conuenit, distillatijs aquis ex superioribus rebus factis, additis succis vel syrups earundem, aut decoctis ex ijsdem & hordeo, addendo mucagines & aceti modicum. Cæterum irrigatio olei rosati in caput, vt consult Aetius & Paulus, minus ad sitim extinguendam conferre videtur, quia si administretur, cauendum maximè est ne catharrus subsit, aut nimis frigidum debiléve cerebrum sit. Atque de siti satis.

DE LINGVÆ SCABRITIE.

C A P. VII.

Aeti. serm. *L*INGVAM in ardentibus febribus præcipue infestat siccitas, asperitas, scabrities, fissuræ, squalor, nigredo, fuligo, eandémque quandoque palatum lensor mucaginosus, & crustaceæ sordes, que omnia à viscerum inflammatione ortum habent. Quare sic agendum. Vbi siccitas asperitasque solūm acciderit, ijs quæ ore tenenda superiori cap. descripsimus, pugnandum, vitando multum acida: insuper oleo amigd. dulc. ex faccaro lambendum, mucago feminis frig. & mulso eorumdem, mucago sem. psyll. malu. altheæ, cydonio. ex aqua viola. extracta & vt Looch cum syrupo viol. aut de pomis surmenda, aut ex faccaro viol. in tabellas, aut pilulas redigenda, addito tragacanto, & succo portulacæ, cuius etiam folia per se mansa maximè iuuant. Os sāpe ex hydrælo, aut decocto maluæ, alth. & sem. supradictorum, addendo syr. viol. aut de buglos. cum ptisanæ cremore, abluendum. Butyro recenti, aqua ros. aut viol. sāpe loto inungenda lingua. Atque hæc omnia fissæ linguæ etiam commoda sunt. Iuuat etiam semine psylj, aut aliquo ex suprapositis, linteo tenui aut serico inuoluto & aqua ros. macerato linguam sāpius colluere. Vbi verò mucago aliqua & fuligo linguæ hæret, abstergentibus procedendum, gargarism. præcipue ex hordeo, passulis, prunis, sebest. ziziphis, gliciriza, faccaro cando, penidijs, melle ros. syrups. de liquir. de iuiub. Atque has oris collutiones, vbi abstergendum est, magis probo quām tabellas aut pilulas, præcipue ex mucaginibus & gummis: hæc enim visciditate linguæ squalorem forditerneque magis agglutinant & accumulant. Cæterum vbi simul humectandum leniendumque & abstergendum est, remedia miscere conuenit ex his quæ primò & quæ vltimò relata sunt pro affectus magnitudine. Vbi multæ sordes fuerint crassæque, post gargarizationem longam, & humectationem, paruo cocleari argenteo, vel cir-

cule ex calamo, aut flexili canna, aut simili materia facto, sensim depreßa lingua, abradenda, & iterum gargarizandum, idque sæpius faciendum donec nil mucci superfit. Quod si adeo crassæ fuerint ut hoc auelli non possint, vocandus chyrurgus qui idoneo instrumento extra-
hat leuiter.

DE EXANTHEMATIS.

C A P. VIII.

QUANQYAM hæc sine febre quandoque adueniant, quia tamen raro id contingit, ideo ea inter febrium symptomata annumerare libuit. Sunt horum varia nomina, & multa apud authores discordantia circa ea. Communiter hæc pro eodem sumuntur, Pustulæ, Papulæ, pituitæ eruptiones, variolæ, morbilli, exanthemata, ectymata; sed quisque variè describit, nec possit certitudinem habere. At nos rem cognoscamus primum, deinde nomine licebit vti quocumque volueris. Pueri ferè omnes (vix enim virus aut alter inuenitur quem non hæc præhenderint) citius alij, alij tardius morbo quodam corripiuntur, quem Hispani *Bexigas*, à vesica ducto nomine, Galli, *la petite Verole*, id est parua variola, Gascones, *Picotot*, vocant, hoc est puncturas, vocant narrat. enim homines lentiginosos, *Picotatz*, & eos quibus fossulæ plurimæ sunt in facie. Quandoque vniuersum eorum corpus paruulis tuberculis albis, nigris, aut liuidis, aliæ fabarum, aliæ cicérum magnitudine respersum est, nec est locus ullus quem non inuadant, & oculos, & gargarœonem, sed & tracheam, & cœphagum. Interiora enim his affecti verisimile non est, (quod tamen quidam cogitant ut Auic. & Gordo. citatis) cum ab internis ad externa trudatur materia. Est & similis alia variolarum inuasio, quam plurimi puerorum patiuntur, non tamen omnes, (quanquam stultum vulgus, & medicorum quidam ut Auenoar, Auerroes, Zoar, Rondel. tum primum illum quem iam descripsimus, tum hunc quem nunc describemus morbum necessariò seem in vita nec amplius unumquemque hominem inuadere debere assertant, utrumque tamen falso) in qua tumores quidem minores sunt, sed rubicundi & cum magno totius corporis calore, quique parum durant & facile ex se evanescunt solo calore, nil nocimenti adferentes, cum primi illi longius durent, sæpe ulcerentur, suppurenturque & foedissimas relinquant fossulas præcipue in facie, egentque propterea medicina ut nunc dicemus, atque hi duo genere diuersi non sunt, sed solùm humorum differentia, cum exanthemata sint ambo, sed primus à pitui- tolo sanguine, ultimus à solo sanguine efferuescente aut bilioso fiat: no-

Hip. 3. ep. com 51. Aphor. 20. & 21. Gal. Super Hip. citatis & 5. Met. 2. ad glauco. 1. Symp. caus. com. 3. in lib. de fract. 44. narrat. Aetius ser. 5. c. 129. Paul. lib. 4. c. 8. Tralia. lib. 1. c. 5. Celsus lib. 5. Auic. 4. 1. tract. 4. c. II. Ma- nard. epist. 2. 7. & 1. 8. c. de agresti olea. Trinerus super Aph. cit. Amat. centur. 3. cur. 15. & inde usque ad 21. Gor- don. part. 1. c. 12. & 25. Ronde.

Aeth. 5. c. mine tamen apud vulgum diuersi sunt, nam vltimū Hispani *Larampeli*
84. Guido. Galli, *Serapion*, vocant. Est aliud morbi genus, non tumorum sed
tratt. 6. punceturarum, quo totum corpus maculis quibusdam rotundis, par-
2. Alexand. uulis, milij amplitudine, aliàs rubris, aliàs nigris, conspergitur, non
bened. c. 2. absimile eis qui à pulicibus plurimis puncti sunt, quod in pestilentibus
lib. 1. de constitutionibus, febribus malignis, & in ardentibus biliosis conspicit
feb. *peſil.* saepe solet, & hoc vocant Hispani *Tabardillo*, Galli, *Pourpre*; quan-
Tagant.
lib. 1. *chyr.* quam etiam & superiores duæ species in ardentium febrium crisibus, &
c. 2. Fornel. pestilentibus temporibus accidentant, variæ tum colore tum magnitudi-
2. abd. *re-* ne, tum malitia, pro humorum à quibus sunt varietate. Ergo iam rem
rumcaus. cognoscis distincte, nūc voca vt libuerit, Gal. vocat omnia Exanthemata,
Hipp. Esthimata, sed in magna & parua distingunt, & ulcerata Exan-
themata Herpetes vocat Hipp. magnos. Plin. pituitæ eruptiones indife-
ranter vocat & papulas: Arabes primum genus vocant Variolas; secun-
dum, morbillos: Rhazes Eulogium. Alfaharauius Algidra & Alhasba.
Atque hæc de primo & secundo genere: tertium enim nondum ab ali-
quo perfectè descriptum est, nec nomen inuenit, proinde nos doctrinæ
gratia id pulicarem vocabimus puncturam vt & Amatus vocat citatis.

Amat *cit.* Causam cur ferè omnibus contingent pueris primum & secundum
Avic. *sen.* genus, referunt plurimi ad sanguinem menstruum, ex quo gigni aut
1. 4. tr. 4. nutriti puerum in ventre dicunt, sed male id probant cum Galeno 1. de
c. 6. Valeſ sympt. causis, ibi enim solum vitioso sanguine nutriti foetus aliquan-
lib. 7. c. 7. do docetur, non menstruo, minus verò hoc gigni afferit, nam Auenti-
Bertruc. bus menstruis conceptio non fit nisi admodum raro. Magis fallitur
tratt. 1. *Gordo.* citato, sanguinem menstruum in poris remanentem infantis va-
16. Amat. riolarum causam dicens, quomodo enim ibi tamdiu manere poterit?
tit. Nihilominus tamen non multum errant qui sanguinem menstruum va-
riolarum causam adstruunt, si vt nos nunc exponemus intelligent: ver-
bo decipiuntur, nam menstruum sanguinem solum eum vocamus qui
per singulos menses, vbi mulier foetu libera est, exit, atque hic à reli-
quo sanguine malitiâ solum differt, quam morā in utero contraxit;
cuius tot narrantur nocumenta, ita vt venenum habeatur, quamvis non
omnino verè. Vbi conceptio facta est, primis duobus mensibus, vt in-
quit Gal. parum attrahit sanguinis foetus adhuc pusillus, quare qui ad
vterum venerat maiori quantitate quām pro ratione foetus, ibi retentus
vitium acquirit, atque eo postea nutritur foetus iam grandior, at hic non
absolutè menstruus est, vitiosus tamen est, multoque magis si mulier
vitioso abundet sanguine, vitiosisque vtatur in impregnatione alimen-
tis vt saepe fit: Ecce primam & præcipuam Exanthematum causam: Se-
cunda est, quam eodem loco tetigit Gal. huius vitiosi sanguinis excre-
mēta quæ à foetu ad duas tunicas mittuntur, à quibus mala illi acquiritur
intēperies, addamus nos alia etiā excrementa vt vrinam & egestionē, quæ
toto gestationis tempore foetum circumdant. Foetus ergo cum exit totus
excrementosus est, vnde Epilepsia laborat, pediculis, apoplexia, scabie,

mille denique morbis afflictatur onere excrementorum grauatus , donec calor vires assumendo sensim per alias euacuationes exoneratus Ecclampsim , vt vocant Græci , nos excaudescientiam seu effulgescentiam , facit quandam , (qua etiam media Epilepsia soluitur in pueris , Hip. 2. Aphor. 45. & 6. Epid. com. 1.) citius , tardiūsue , pro materiae multitudine , vi- nūmque robore , totāmque inuadens materiam quacumque potest ex- trudit , sive exanthemata fiunt . Sed eurōmnes pueri non hæc patiuntur ? quia non omnes vitioso & que nutritur sanguine in utero , parum autem vitij natura sensim expurgat . Nec hoc infringitur ratione illius qui senes etiam exanthemata pati arguit , nam quæ in senibus & natu grandioribus proueniunt , non amplius ab excrementis in utero acquisi- *Foubert.*
tis fiunt , sed ab humore vitioso , pratio regimine coaceruato , qua etiam *Parad.*
ratione fiunt & quæ in febribus & quæ in pestilenti constitutione , tum etiam pulicaris morbus aut punctura . Fiunt ergo semper exanthemata à vitioso humore , sanguine pituitoso , melancholico , bilioso , atra bile , falso humore , & putrido , initijs febrium intermittentium paroxysmo- rum , aut fine (vt nos sæpe vidimus) ob materiae abundantiam ; initijs continentium , ob eandem rationem ; in fine morbi , ob Crisim . Pulica- ris punctura à bile solum & atra bile prouenit . Fiunt & ob sanguinis menstrui retentionem , aut hemorroidarum , aut assuetæ alterius euacua- tionis suppressionem .

Signa prædicens (vbi enim iam apparent , nullo egent signo nisi *Amar. cent.*
distinctio causa) in pueris , nam alios raro inuadunt , sunt , ca- *1. 6. 15.*
pitis & lumborum grauitas , vlcerosus dolor , formicatio per vniuersum corpus & punctura similis eis quibus crus obdormuit , sopor , oculorum rubedo & tumor , inanisque visio atomorum , oscitatio & frequens pan- diculatio , anhelitus difficultas , raucedo , tussis sicca , pruritus totius corporis præcipue narium , febris , faciei tumor , lassitudo , vomitus , nau- sea , sternutatio , tremores , Syncopes , singultus , lachrymæ inuolunta- riae , turbulentus somnus , tristiaque insomnia , dolor punctoriis discurrens , sanguinis à naribus fluxus quandoque . Quæ à sanguine fiunt , ro- tunda sunt , rubrae , indolorosæ : quæ à pituita , latæ , albæ , indolorosæ : quæ à melancholia , latæ , nigrae aut liuentes , indolorosæ , nisi nimis cor- ruptus sit humor , tunc enim dolent , pruriunt & vlcerantur : Quæ à bile , acutæ , subflauæ , prurientes , & si nimis putreat humor , dolentes & vl- cerosæ , & quandoque discurrentes . Pulicaris punctura nigra , à me- lancholia aut atra bile ; citrina , à flaua prouenit ; rubra , à bilioso san- guine .

Prognost. Variolæ multæ , magnæ , vleerosæ , affatim irrumptentes ; cum aliis fluxu , nigrae , flauæ , oculos & tracheam occupantes , debili vir- tute , tenera ætate , initio morborum , cum magno sopore aut anhelitus difficultate , malæ : Contrariae , contræ . Pulicaris morbus semper malus , nisi cum critico die constantibus virtutibus sit , & hoc rarum : tum illæ , tum hic , si Epidemica sint , mala .

Curatio. Vbi præsentitur morbus, si grandior ætas ferat statim convenienti pharmaco educendus noxius humor, deinde aperientia basiliæ ad sufficientem quantitatem, pueris venæ sectionem non ferentibus, sacrificandæ suræ, injicenda clysmata, continendique ne scalpant manibus exanthemata, cauitates enim inde foedæ remanent irreparabiles. Vbi iam apparuere exanthemata, nil superiorum moliendum (nisi si forsan tardè vocatus medicus tantam videat esse plenitudinem, ut cogatur aliquo modo evacuare, tuncque id parcè faciendum) ne ad interiora regrediens materia ægrum perdat, solum licet, si alius adstringa sit, leni clysteri mollire, conandumque omnimodo ut foras pellantur. Ergo continentio loco calido non auræ exposito, pannis bene cooperiti, quos vulgus rubros expetit, aliisque ægrós eis circumvoluunt, quod quidam improbant dicentes, pannos hos quia purpura tincti sint astringere, consuluntque subinde lectum his ornare, addentes coloris similitudine sanguinem foras educi medio visu. Sed quam adstringionem habeant rubri panni non video, saltim si sit, adeo est exigua ut nil nocere possit: secunda natio non plus habet virium, cur enim in biliosis morbis lutei panni non commendantur? Quanquam Gal. lib. de subfig. empiri. sanguinem excreantibus rubrum colorem nocere asserat, reliquis tamen morbis superacaneum dicit, id est nil habens momenti, quanquam & in his qui sanguinem excreant non multum virium habere crediderim: in morbis autem oculorum non eadem est ratio, color enim cum sit proprium visus obiectum, manifestè oculos immutat. Ergo parum his fidendum; permittamus tamen vulgo quos voluerit pannos quomodocumque adhibere, interim reliqua procuremus. Fricetur vniuersum eorum corpus leuiter increscendo calido lino, idemque foueatur siccis fomentis ex linteis calidissimis admotis, aut faceulis cum milio, furfure, sale, arena, aut tegulis & lateribus calidis: aut inuoluatur linteo madefacto decoctione vini & herbarum odoratarum ut melissæ, Chamed. Chauepit. stachys salui, rosmarin. foenic. apij & horum seminibus & floribus aliisque similibus. Manè ieuno stomacho propinanda coctio rad. petros. rubia, brusci, foenic. asparagi, smyrnij, milij, caricarum, cicerum rub. licet Amatus citatis eas reprobet sed excorticatas damnat ad inspissandam materiam datas: lentium integr. liquir. Passarum, hordei, pimpinel. stachad. cum facc. & modico cinnamom. & croci tantillo, aut aqua stillat. cardui benedicti, euphras. pimpinel. rubi tinct. foenic. betonic. cuiuslibet ad 3. x. aut lib. j. Aut fiant Iulepi ex ijsdem, additis ijs quæ humorem respiciant peccantem tum herbis, tum radicibus, & syrups, modò non putantia præscribas, vt si melancholia abundet, ea quæ cap. de Quartana si bilis, ea quæ cap. de Tertiana inuenies, & sic de alijs per tres aut quatuor auroras, eadem etiam longè à cena in introitu ad somnum præberi possunt, si somnus proruperit & sudor, abstergendi, fricandi, mutando indugia. Porro antequam prorumpant exanthemata, & initio appariotionis corum præcaendum est oculis, naribus, faucibus, & guttun:

Iam enim plurimi obiere , alij cœci facti sunt , alij rauci , alij aphoni id est inuocales , alij asthmatici ob incuriam harum partium : oculis per collyria ex albis trocif. Rhaz. de spodio , de camphor. de corall. de charab. cum tantillo croci , aqua ros. plantag. Euphras. fœnic. beton. chelidon. & melli ros. aut saccaro vbi nebula aliqua apparuerit , quod si oculi glutinentur & super eos aut intra Exanthemata nascantur , iam nullo modo adstringentibus agendum , sed souendi linteis madefactis decocto maluæ , altheæque rad. herbae , & semine tum lini , fœnug. citoniorumque feminine , rosis , viol. chamomil. meliloti . addito oleo viol. chamæmel. & modico croco . Per nares autem attrahitur aqua plantaginis , ros. aut hordei cum melle ros. col. aut modico aceto ros. quod etiam per se odoratur frequenter . Gutturi prosunt gargarizatus ex decoctis hordei , rosarum , plantag. rubi , ligustris , & similibus , additis caricis , passulis integ. liquiritia , & cum syr. acetos. simpl. aut compos. de ribes , de agresta , oximel. S. melle ros. col. vino granatorum acetosorum , succo arantiorum , limonum , aceto. diamor. dianucum , & saccaro aut ex his , cum aqua ros. viol. plantag. endiu. & similibus fiat gargarisma : Quod si in ore apparuerint Exanthemata , initio quidem repercutientia augebis , ad finem autem resolucentia . Tracheam autem & cesophagum deffendunt syrapi nunc nominati sensim deglutiti , aut ex his facta eclegmata , addendo gummi Arab. tragac. amyl. sem. berber. sem. ros. muccaginiæ psiflij , & sem. cydoniorum ex aqua plantag. extractas , & pulueres Elect. Diatragac. frig. & Diamarg. & Throchis. de spod. charab. coralio. & similia , cum sacc. ros. & penidijs hordeaceis fiat Looch , ut vocant . Porro Exanthematum maturationem accelerabimus , ea inungendo axungia porci , anatis , gallinæ , butyro , vnguento de Alth. aut resumptiō : vbi que maturata fuerint stylo ferreo , argenteōve , non æro , semel atque iterum , si necesse sit aperiemus , humorēaque comprimendo expunge- mus ; id toties faciendo donec ex toto dispareant : Quod si multæ fi- mul coniunctæ sint & crustam faciant , deponenda ea est lotione quam ad clausos oculos instituimus , & vncione , quam ad maturationem . Si ulcerentur & excoriata per corpus graftentur (id biliosæ faciunt & acutæ nimis) frigidis Iulepis & victu retundenda humoris acrimonia , exteriora autem ulcerata abluere oportet decocto ros. plantag. scariole. endi. hord. lactuc. viola. sem. frigidorum , myrthi , & similium ; inspergique puluere spodij aut antispodij , mytiloorum , ossis vsti , ceru- sa , sulphuris , lithargiri , argenti spumæ , ros. rub. sicc. bellaustio. ma- licorij sicc. farina fabarum , cicerum , orobi , lentium , orizæ , hor- dei tostorum , Thuris , mastich. sarcocol. & similibus , aut ex his fa-ctis vnguentis inungi , addito oleo ros. viol. melli. myrtill. vitellis ouï & cera rub. aut viridi , aut vnguentis quæ in officina parata habentur Albo Rhaz. Camphor. desiccat. rub. de Litharg. de Cerusa. nutritio , de plumbo , de pompholi. citrino , quæ omnia Exanthematibus om- nibus in fine conduceunt ad stigmata delenda , addendo aliquid eorum

Gat in lib.
de fractur.
Hipp. com.
3. narr. 44.

quæ in stigmatum curatione propria, aut ad mulierum ornatum & la-
tigines scripta inuenies. Cœterum omnia quæ ad victum spectant-
milia ac in febricitantibus molienda. Atque de Exanthematis hac-
nus. Reliqua quæ febres sequuntur Symptomata, in singularum partum
morbis reperies.

FINIS.

QVID?



FRANCISCI



FRANCISCI SANCHEZ.
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA
Professoris Regij.

DE VENENATIS
omnibus cum signis &
Remedijs,
LIBER.

CANTHARIDES (nota animalia) potæ erodunt omnia ab ore ad vesicam; resipiunt picem aut cedram: dextra præcordia inflamantur: vrinam ægrè reddunt, & cum lotio sanguinem emitunt. Strigmenta alio deferuntur dysentericis similia: fastidia vrgent: animo linquuntur, obortaque vertigine concidunt: postremè mente abalienantur.

REMEDIA.

Oleum epotum, aut vomitorium aliud detur; deinde vomant. **A**vomitu, halicæ, orizæ, tragi aut ptisanæ tremor, decoctū maluæ, seminis lini, aut foenug. aut. rad. altheæ clystere injiciatur. Nitrum ex hydromel. potandum datur. Aqua mulsa cum nitro in anum injicienda. Vinum, aut passum in quo nuclei pinei aut cucum. semina contrita sint,

N n

aut ex lacte aut mulsa, aut anserinus adeps in passo liquefactus injec-
da. Vinum dulce liberalius potum, thuris cortex, famia terra. Pota om-
nia cum passo. Pulegium ex aqua tritum, Irinum, rosaceum cum ruta
decocto. Recentes vitis ramuli cum passo triti. Antidota Theriaca &
mithrydat. potentissima.

Denique interius per superiora & inferiora danda sunt pinguia, frigida,
glutinantia: per exteriora fatus, vnguenta, Epitemata, cataplasma.
Sed hæc in fine. Balnea denique & infissiones ex frigidis lentisque.

PINORVM ERVCAE.

Nota etiam animalia, numero pedum insignia, eiusdem cum Can-
tharid. facultatis. Hausta dolorem in palato excitant, inflammationem
alui, linguæ, stomachi: fastidium. Corpus astutat, dolorque inte-
stina exerutiat ita ut pruriginē sentire videantur. Succurritur ijsdem qui-
bus Cantharidibus. Peculiariter pro simplici oleo & Irino, mellino
ytendum est.

BVTPRESTIS.

Animal Cantharidibus non absimile. Qui babit non absimile ni-
tro virus sapit. Stomachi ventrisque dolor vehemens, difflatürque
vtrumque, vt in hydrole, totumque contenditur corpus. Iisdem curan-
tur quibus Canthrides præsertim post vomitum & clysterem. Aridæsi-
cus prosunt, vel earum ex vino decoctum. Vbi pericula inclinantur, cibo
palmilarum aut earundem potu tritarum cum mulso. Pira quæcumque
& lac humanum comesta.

SALAMANDRA.

Notum & id animal. Qui hauserunt linguæ inflammationem sen-
tiunt: mens & sermo præpeditur. Tremor cum horrore aut torpo-
re ac exolutione oritur. Partes quædam corporis cum liuore suggillan-
tut, sæpeque diutiis immorante veneno putrescentes defluunt. Macu-
lae deinde totum corpus tenent albæ, deinde rubræ, tandem nigrae
ultimoque totum deglabant corpus. Eadem quæ Cantharidibus pro-
funt generalia scilicet cum Salaman. frig. ad 4. grad. Particulariter
resina pinus, aut galban. lincta ex melle atque decoctum in quo contriti
nuclei pini, vrticæ folia cum lilijs & oleo decocta: oua testudinis ma-
riæ aut terrestris cocta. Ranarum ius cui incocta eringij radix sit, sty-
rax, & omnia calida in summa.

STELLIO.

Ignoratus quid sit. Mathiol. videtur esse Terrantola lacertarum quodam genus in Italia. Iisdem curantur quibus salamandra. Priuatum vero demorsis locis imponuntur scorpiones triti.

EPHEMERVM.

COlchicum Ephemer. herba de qua Dioscorides lib. 4. c. 79. vno die interficit vnde illi nomen; ea est quam hodie Hermod. vocant, secundum Math. Sumpto eo, pruritus totum infestat corpus ac si vrtica id tetigisset aut schilla. Interna rosionem sentiunt, stomachus cum ingenti grauedine æstuat. Inualesceente morbo cruor strigmentis admixtus per aluum exigitur. Quibus statim dandum decoctum foliorum quercus, aut glandium, aut malicorij; lac, cui serpillum incoixerit. Succus sanguinalis herbæ, ramorum vitis, rubi, medullæ recentis ferulæ, myrti, singuli cum vino. Media castanearum tunicula cruda cum aliquo supradictorum succo. Baccæ myrt. tufæ triquetæ aqua maceratae, liquórumque hic ebitus. Origanum cum lixiuio potum. Optimum autem est & huic & calidis omnibus venenis lac asinum vel bubulum potare.

ANACARDIA.

Officinis noti fructus. Vrunt omnia, pota vel ingesta, paralysim que inducunt aliquibus membris, febrem, & maniam. Præmissis vniuersalibus dantur in potu oleum pineorum, amigd. dulc. lac quodcumque, butirum, & frigida, pinguiaque omnia. Atque eadem & accident & curant eos qui STAPHISAG, notum officinis medicamentum hauserunt. Iuuat tamen maximè vomitus motu excitatus.

DORTCNIVM.

Quid sit huc usque non constat, non tamen est solanum MANICVM; nec vesicularia illa cuius semen album cordis effigiem refert. Ille epotum lactis saporem præfert. Singultus ciet continentes, humor linguam vexat, sanguis confertim reiicitur. Mucosa ac dysentericis, alio egeruntur. Præter vomitum & clysimata remedio sunt utriusque aqua mulsa, lac asinini aut capril. dulce vinum, tepidè cum aniso bibitum, amigdalæ amaræ gallinacea pectora decocta, conchilia omnia cruda, tostaque, Locusta marina, & Gammari eorumque pota iuscula.

De Venenatis,
ACONITVM.

HErba nota cuius quatuor sunt species. *Diosc.* lib. 4. c. 72. 73. *fl.*
tim inter bibendum cum adstrictione dulcescit, tandemque amaret-
cit, vertigines inducit, lachrymas ciet, grauitatem pectori & praecor-
diis adfert, astringuntur maxilla, subsequuntur morsus & stomachi ero-
fiones, caligant oculi & suberuenti visuntur, oboriuntur tumores, cor-
pusque vniuersum intumescit. Post vomitum & clysmata propinuantur
Origa, Ruta, Marrub. Absynth. decocto que eorumdem, cum vino Ab-
synth. vel semperiuo Abroto, chamelea, Aiuga: Opobals. 3. j. cum
melle aut lacte, castorio, pipere, ruta & quis ponderibus ex vino. Coagu-
lum hædi, leporis, aut hinnuli cum aceto, Ferri stercus, vinum cui au-
rum, ferrum, argentumue restinguatur, potum: Lexiuia cum Gal. &
& vino cocta. Carnium bubul. pingui. iura cum vino sumpta, Aiugapi-
uatim cōuenit. Conciliator consulit 3. ij. terræ Lemnia ex calida bibere,
vomere. Deinde Theriac. 3. ij. cum vino cui cocta sit Gentiana bibere.
Longæ Arist. rad, antidotum putat. **SCILLA.** Sola nascens venenum est,
exulcerat omnia, vnde in visceribus punctiones oriuntur, dysenteria-
que. Laetis potus curat, cui Chalybs restinguitur post vniuersalia; quo-
rum vitella deuorata cocta in aceto, omnia denique pinguia & viscosa.
FLAMMVL. Nota arbor eadem præstat quæ superiora. cal. 4. gra. magnam
excitat sitim, omnia exulcerat, vnde sanguis cum vrina redditur, intole-
rabilis dolore. Iisdem curatur quibus superiora. Exterius jecori, cordi,
renib[us]que frigida admouendo. **VRTICAE** semen id quod lini semen re-
fert præfertim, præter aliorum signa si multum deuoretur, tussim excitat
continentem. Iisdem curatur. Præfertim prosunt semina Cydoniorum
contusa & ex calida aqua pota. **DRACUNCULI** semen potum adurit, lin-
guam, gingivam, dentesque vexat. Iisdem curatur. Precepit farina ho-
deacea cum Penidijs aut sacc. oleo amigd. aut recenti butiro in pullem
redacta. **MEL HERACLIAE.** Quia ad nos non defertur, prætermittitur.
Eadem illi cum superioribus communia.

CORIANDRVM.

LArgius sumptum vocem exasperat, insaniam adfert à temulentis
non abhorrentem, pudenda loquuntur, venenūmque odore referunt
qui sumpsere. Prodest vinum vel per se, vel ex absynth. potum: oleum,
oua ex oleo, vel liquefacta in muria sorbitaque. Ius falsum ex gallina &
ansere. Passum cum lixiuio sumptum.

PSYLLIVM.

EIus item semen; notum vtrumque, haustum toti corpori frigus, tor-
porem cum evolutione & mœrore adferunt. Anhelitus difficultas,
alii tumor, tantaque cordis anxietas est, ut oborto sudore frigido com-
moriantur. Iisdem curantur quibus qui Coriandrum hauserunt.

C I C V T A.

PO T A vertiginem excitat, caliginem, ita ut nūl videant, singultus, mentem turbat, gelat artus extemos, denique conuulsi strangulantur. Post vomitum & Clysmata iuuat meri potio sāpius iterata, lac asinīn. aut bubul. bibitum, passum longius potum, Absinth. piper. Caſtor. ruta, mentha, amom. Cardamo. Styrax. ſemen vrtic. lauri folia & grana, omnia cum vino. Apij ſemen, irid. radix ſefeli Maſſil. nitrum ex aqua potum, vehemens motus, theriaca 3. ij. ex decocto dictam. Gentianæ rad. ex vino verum antidotum.

T A X V S.

SY L A X Græcis, homines, boues, equosque coempta folia, vel fructus strangulant, sed & sub eius vmbra dormientes lœdit. Ijsdem quibus Cicuta curatur. Febrem excitant aluīque profluua fructus dulcedine tum acrimonia prædicti. Mathiol calidam putat. NERIUM. Græcis Rhododendrū, & Rhododaph. angustias ingestum excitat, intumescit alvus, inflamatürque vniuersum corpus, eius quoque vmbra nocet. Prodeſt ſenugr. decoct. palmulæ vitic. ſemen aut folia aut horum decoct. caricae, ex melle aut julepo, iuniperi baccæ, aut Diacaſtor. 3. ij. pota. AZADARACHT. Auic. Fen. 6. 4. quam falsò nostri ſicomorum vocant, haufta eadem quæ Nerium infert, ijsdémque curatur.

CARPASI SVC CVS.

QVid sit Carpasus ignoratur; Ijsdem quibus Cicuta curatur.

SARDONIA HERBA.

RAnnunculi species, Apium rīſus Maurit. comæſta abalienat, conuelliſt labia, vnde rīſus Sardonius in prouerbium venit. Iuuant aqua mulsa, & lac pota largius, vnc̄tio totius corporis medicamentis calidis, balneum olei & aquæ calidæ, ibique multa frictio & vnc̄tio. Vinum dulce potensque ad ebrietatem potum. Meliſſoph. ſuccus ex aceto. antidot. Parantur quoque balnea ex ſtoechad. hyſſop. ſalu. ruta, beton. chamep. amara. orig. calam. puleg. dictam. anthemi. fatureia. acoro. nardo vtraque. Vngere denique totam spinam oleo è caſtor. lumbri. coſti. hyperi. vulp. vnguentis quatuor cal.

HYROSCYAMVS.

INghestus abalienat, iactatur corpus cum distorsione, animi exolutio, oculorum rubor, pruritus, tremor, vocis diuersitas, Epilep. strangulatio. Iuuant mulsa copiosa, lac quodcumque, caricum decoctum, nuclei pinei, semen cucum. ex passo, vinum saltum cum adipe suillo & passo, vrticæ semen, nitrum, sinap. nasturti. radix, cœpa, alliū, singula cum vino. Theria. denique & mithrid. antidota sunt. Longum piper, pistaciæque largius manducata.

MANDRA GORA.

INgesta vel fructus vel radix, sopor statim sequitur, exolutio & veterinus profundus. Odor grauis, gustus amarus fructui. Post vniuersalia nitrum & absinth. ex vino dulci aut passo bibatur. Caput rosaceo & acto perfundatur. Excitentur olfactu cupatorij, piperis, sinapis, castori, rutæ, tritorum in aceto. Liquidæ picis, lucernarum extinctarum odor. Si reuocentur his, sternumenta mouere. Iuuat & coriand. sem. aut pulegio ex calida aqua. Si è somno non excitentur origanum ex frigida potatione, acetiq; olfactu cui admixtum sit castoreū. Antidotū est domestica radix triduo cum pane & sale deuorata. Comeduntur tamen matra eius poma detrac̄to semine à nonnullis citra molestiam, immatura minime. METELLAE nuces ingestæ, vertigines & faciei ruborem inducunt, oculorum calinges, temulentiam somnūmque profundum. Tandem frigidus sudor vicinæ mortis præsagium. Iuuat à vomitu, butyrum, menum, cum pipere, pyret. bacc. laur. cinnamom. castor. fokus extremotum calida aqua, frictiones, vnactiones, costini. exercitatio; Reliqua ut ipsi qui Meconium bibere.

MECONIUM ET CORNICVLatum Papaver.

Pota, veternum inducunt cum perfriktione & pruritu, ita ut eo excitetur. Opij odor per totum fertur corpus. Inferior maxilla laxatur, emescunt labra, singultus, distortus nasus, pallor, liuor vnguim, praecordiorum diuulsio, respiratio parua & frigida, oculorum obtusatio. Denique conuulsio. Iuuat post vomitus & acres clysteres, acetum mulsum cum sale potum, mel cum rosaceo calid. merum cum absinth. aut cinnamom. copiosum: acetum calidum per se. Nitrum ex aqua. Origanum cum lixiuio aut passo. rutæ filu. sem. cum pipere, vino & panace. Piper.

cum castor. & aceto mulso: vel cum satureia, aut origano decocto cum vino. Excitandi olfactibus, balneandi denique, & tandem pinguibus cibandi. Theria. multum commendatur, aut mithrid. Ultimò antidotum est Quinta Theria. essentia Mathio. PHARICVM. Quid sit ignoratur, proinde & curatio prætermittitur.

TOXICVM.

QVid & sit ignoratur. Vide Langium in Epistolis.

NAPELLVS.

HErba, de qua Mathiol. lib. 4. in Diosc. c. 73. Ingesta, labia inflammantur, adeoque intumescit lingua, vt ore contineri nequeat. Oculi intumescunt ita vt promineant. Vertigines, assidua deliquia, crura immobilia. corpus liuescit intumescitque totum. Illoco succurrendum. Pauci evadunt. Vomitus excitetur epoto Rapi aut napi semine. Butyrum deinde coctum & sapè ac largè cum vino sumptum: glandiū putaminū decoctum ex vino. Diamb. Diamosch. Ambra. Mosch. Terra Lemn. ex vino. Capparum rad. smaragdi puluis 3. ij. mus qui napelli radicibus vescitur. Denique oleum de scorpionibus Mathio. non solum huic sed omni veneno quod viscera non errodit, cuius descriptionem vide apud Mathio. in Praefatione lib. 6. Diosc.

F X I A.

LAchryma est quæ in Chamæleo. albi radicibus agglutinata reperitur. Gustata Ocymo similem saporem obtinet, linguam inflammat, mentem mouet, omnia supprimit excrements. Strepitum cum animi deliquio ciet. Latrant intestina nec aliquid egeritur. Post vniuerfalia, iuuat aqua cui absinthiū maduerit ex vino latrio aut aceto mulso pota. Rutę sylu. sem. Laferis rad. tragorig. decoct. cum aliquo superiorum, aut lacte, aut resina terebinth. aut nardo, aut castor. aut laserp. obolo. j. singuli. Iuglandes ex vino eum ref. cast. & ruta tutæ. An. 3. j. chameleæ, aut Thapsiæ, aut Absinth. succus cum aqua mulsa, & acetum calidè potum. Mathiol. Theria. Mitrid. ex decocto Absinth. Epithemata, conseruæ, rosaceum aceto mixtum & linteis cincipiti admotum. Non inueniuntur in chamel. nostro Ixia. Sed in rad. Carlinæ utriusque.

CHAMÆLEO NIGER.

Nota Planta Aetio & Paulo Venenata. Quâ potâ morsus ventri, lingua tumor, intestinorum rugitus, facies torquetur, vomitus purus, tremores, concussions, conuulsiones vniuersales, vocis intercepsio. Curantur ijsdem quibus fungi, præsertim Thlapsios & Betz sucesus, Triticeæ Ptizanæ tremor ex passo. Absinth. dilutum. Nitrum cum aceto mulso. Vbi vomuerint. Lac recens multoties bibitum. Præcōdijs fomenta & calfactoria.

CERVUS.

Colore proditur. Sumpta palatum, gingiuæ, lingua, & dentium commissuræ candore inficiuntur. Singultus, tussim, lingua auditatem, frigus extremonum, mentis alienationem, membrorum torporem inducit. Iuuant aqua mulsa, sicuum, maluæque decoctum, lac acidum, Sesamum ex vino, Lixiuum ex farmentis, Amaraci. oleum liniun, Persicorum ossa cum hordei decocto, Columbina oua cum Theria, aut prunis, vlni gummi, aut humor ab vlni folijs cum tepida aqua, Thapsiæ succus, aut Scammoniæ cum mulsa, quæque vrinam pellunt, Theria. Mithrid. cum vino, album vinum largius sumptum. Cauendi à somno.

FUNGJ.

Alij genere, copiâ alij lædunt. Omnes strangulant, animi deliquium, tremorem, vocis, pulsus, vrinæ, anhelitus interceptionem ferunt. Frigus frigidumque sudorem, & tandem mortem. Modus præcauendi est ut cum pirus præcipue silvestribus, vel nostris aperioribus, recētibus, vel succis, folijs, cortice, pirique surculis incoquuntur. Iuuant Lixiuum ex farmentis, aut pyrastris surculis (siquidem fungorum Antidota sunt pira) cum posca bibitum, sale, & nitro, oua gallinacea cum posca, & cum 3. j. Aristol. Absynthium cum vino melléque, Apiafrum ex nitro, Panacis radix & semen in vino, fæx vini cremata cum aqua, atramentum sutorium ex aceto, radix sinapis, nasturtij esu profund, organi & satureiæ decoctum, gallinaceorum firmus ex melle aut aceto, niphani sucesus, Rutæ folia. Theria. denique & Mithr. ex aceto, oxime aqua vitæ, Quintæ effentia Theria. Mathio. Confectiones omnes calide ut Diagal. Diacure. Diapip. &c. Vinum in quo se buerit piper, allium tandem crudum.

G R P S V M.

STrangulat. Eadem iuuant quæ Fungis, & Cerusæ. Peculiariter cogendi ad vomitum oleo & maluæ decocto pinguibûsque tum sumptis, tum clysmatis, oleo ex aqua mulsa, aut ficerum decocto, lixiuia è ficulneo cinere aut fermentis facta cum vino copios. Origa. Thym. cum lixiuia aut aceto, aut passo. Mithid. 3. ij. cum meraco. Antidotum est mustum stercus ex vino.

S A N G V I S T A V R I N V S.

CAlidè ebitibus strangulat citissimè: lingua, dentesque & eorum præcipue commissuræ rubent. Vomitus omnino vitandus. Dandi Grossi laetæ turgentes succo ex Posca. Nitrum, omne coagulum cum aceto, Laserpitij radix, aut Laserbrasicae semen, lixiuia è cinere ficulneo, Conizæ folia cum pipere, Rubi succus ex aceto, vngatio stomachi & alii, hordeacea farina ex aqua mulsa.

M E N S T R V V S.

SAnguis mulierum, præcipue biliosarum bibitus, amentiam inducit. Iuuat 3. j. Margar. ex aqua Melissop. tepidæ balneum, frequens coitus cum iuuenibus eiisque quæ raro coeunt. Theria. 3. j. quotidie cum vino, Troc. de vipera Margara. & Theria. An. 9. j. quotidie etiam.

P A R D I F E L.

Potum vomitum excitat, amarescit, post vomitum yniuersum flauescit corpus, denique omnia quæ à Napello & viperis accidentunt. Tribus perimit horis, ijsdem quibus illa curatur.

V I P E R Æ F E L.

CItissimè necat. Post vomitiones sæpius iteratas prodest Theria, & Mithrid. Quin oleum de scorpio. Mathiol.

C A N I S P I S C I S.

FEl comedunt lenti quantitate septem diebus perimit. Iuuant Butyr. bubul. cum Gentia. rad. Cinnamom. & lepor. coagulo potum. Vitus tenuis, corpus odoratis inungere expedit.

CATI CEREBRVM.

Consumptum vertigines mouet, amentiamque. Longo tempore curantur. Vomitus iuuat. Lemnia Sphrag. ter vel quater in mense. Singularis diebus iuuat Diamosc. quatuor horis ante cibum. Moschus Antid. est 3. fs. cum vino bibitus. Venenum etiam sunt eorum pili, respiratio; ut quae in Marasmm trahat. Quibusdam in Germania cum felibus talis est antipatia, ut olfactu eos praesentiant, animoque linquantur. Vide Matthiol. His omnibus eadem conferunt.

CERVI CAVDAE

Porraceus subiacet humor felleæ bili similis qui deuoratus venenum est, excitat angustias, Lypothimiam, & omnia quæ Napellus. Post vomitum simarag. puluis 3. fs. ex vino iuuat, Pistac. nuces largius sumptus Theria. 3. ij. inunctio totius corporis ex oleo citrij semenis.

SUDOR

Animalium quorundam, praesertim equi, asini, & muli, potus tumidam faciem reddit, sudorem excitat foetidum praesertim sub alii, perturbat aluum ventriculumque flatibus, si cum vino bibatur abalienat, vomitus cum larga tepida iuuat, deinde vinum cum rosaceo potum, thabarri 3. fs. cum modico sale fonsit. Theriaca Antidotum est.

CASTOREVM.

Vetus, putredineque nigrum, vel allatum è Ponto, ingestum maniam inducit, lingua tumescit febris vrget vehementissima, ita ut vno die perimat. Vomitiones butyro & oximel. toties excitandæ donec que ejiciantur non redoleant. Castor. deinde Diamor. potum, saceus limon. aut Arantio. cum faccaro. Antidotum est Coriandri semen tostum 3. ij. sumptum.

LAC COAGVLATUM.

Intra corpus (quod sit si cum coagulo mixtum statim sumatur, aut etiam si per se, nanciscatur autem temperaturam calidam & siccum, & ipsum sit crassius aut etiam à frigiditate, non verò si coagulatum iam comedatur) strangulat. Caue vomitum. Iuuat coagulum ex aceto saxe sumptum, Calamint. folia arida & succus, laserpitiij radix, aut laser cum posca, Thymus ex vino, lixiuum Pilopœorum. Vitandum sal omnino & salsa.

ARGENTI SPVMA.

P^Lumbi scobs, febri scobs, squamma & Recrementum omnia delectaria sunt trita & pota, nisi præparata sint. Omnia grauitatem ventri stomachoque cum torminibus adferunt, vulnerant quandoque pondere intestina, vrinam suppressimunt & aluum, articulorum ardor adeat, fermo præpeditur, sedis intestinum prominet, corpus intumet plumbeumque colorem induit, tandem suffocantur. Iuuat à vomitu semen Hormini filuestris myrræ 3. iij. Absynth. Hyssop. Apij semen, piper, ligustri flos, ex vino pota: aridum Palumbis fimum cum nardo & vino: Clysmata ex adipibus & oximel. Amigdalarum oleum potum: Caricæ cestæ: ventriculus inungendus Apij succo, alius butyro. Antidotum est Lathyris semen 3. j. Adferunt præterea hæc linguaæ scabritiem, intestinorum cruciatum, æstuationem totius corporis, capitis dolorem, Marasnum denique. Succurritur lacte sèpiùs poto donec sedetur dolor, butyrum, medicamenta Cathartica, caput oleo perfundatur rosaceo, violaceo, & è Nymphæa. Marasnum curatur balneis ex testudinibus, ranis, malua, & similibus: clysmatis etiam ex pinguisibus viscosisque, cibo ex ijsdem. Est & venenum MAGNES. haustum lunaticos efficit, maniam inducit. Prodest auri scobs tenuissima, smarag. Ramenta. 3. ss. ex vino, clysmata ex lacte, oleo amigdalarum & similibus. Denique smarag. ter nouem diebus sumptum tertio quoque die præfertur. ÆRIS quoque SQYAMAE lethiferæ sunt haustæ, alijs fluxiones mouent, vomitus, punctiones ventriculi. Iuuant vomitus, balnea capitum hyrcorum, aut cochlearum, menthæ succus bibitus, alium ventriculumque rosaceo inungere. Præfertur Acori rad. 3. iij. aut eius succi tantundem veri, sed liquor haberi non potest, nisi in Lituania, & Tartaria ybi plurimus inuenitur.

ARGENTVM VIUVM.

P^Otum simplex eadem quæ argenti spuma infert, ijsdemque curatur. At non minùs nocet SYBLIMATVM aut PRAECIPITATVM, aut CINNABARIS. Quæ omnia, præter ea quæ alia erodentia, inferunt etiam fœtorem ingentem anhelitus. Curantur ijsdem quibus Cantharides; epoto autem sublimato magna linguaæ fauciūmque inducitur asperitas. CALX. SANDARACHA. AVRIPIGMENTVM. ARSENICVM. SYBLIMATVM. ÆRVGO. RISAGALLVM. SAPONIS LIXIVIVM. AQVA FORTIS VVLGO DICTA. Eademi inferunt quæ Cantharides, aliaque erodentia; & ijsdem etiam curantur. Porro ærugo præter alia incomoda adeo spirandi meatus occludit ut citissime suffocet. Prodest post vomitus frequentes & Clysmata ex pinguisibus, in olei balneum ad ventriculum usque demittere. Antidotum est 3. ij. corall. rub. puluerati ex vino potæ.

LEPUS MARINUS

In gestus piscium putridorum odorem refert, aliis dolore afficit, vrina supprimitur, & si reddatur, sanguinea est; omne pisces genus avertantur: foetido ac graui sudore manat, biliosus vomitus, vertigo, Ictericia, marcor, facici liuor tumörque, pedum plantæ talorūmque ardor, spirandi difficultas, pectoris angustia, oculorum rubedo & concavitas, tussis siccæ, sputus cruentus, renum dolor, virilium inflammatio. Profundus vomitus, lac omne, passum, rad. foliorum maluæ decoct. Cyclam. rad. trita, aut verat. nig. aut scammo. 3. j. cum vino, mulsa, & malii punici acinis, cedra cum vino, anserinus sanguis tepidè bibitus, cancri fluviatiles poti cum vino. Pingua omnia & Theria. Diathes. tribus diebus pota.

RUBE TA.

Et palustris Rana adeo lethifera ut napellus; miętu saliuaque plantas inficit, quibus qui vescuntur eodem afficiuntur incommodo quo ab ea morderentur, vel animalia earum saliu vel miętu infecta ederent, vel si eius sanguinem aut totum corpus vorent. Tumores ciet, pallet corpus, calorique inficitur buxeo, spirandi difficultas, grauis halitus, singultus, gonorrhœa, faucium orisque siccitas & inflammatio, caligines, vertigines, conuulsiones, dysenteriae, fastidium, vomitus, delirium, lypothimia, edentulos etiam faciunt, homines etsi euadant. Post vomitus iuuant multa meri potio, Mithrid. Theria. tribus diebus ex vino, arundinis radicis 3. ij. Cyperi tantudem: Cogendi ad cursum; Testudinis marinae sanguis cum cumino, leporis coagulo & vino: Quinta essentia Mathio. Oleum item de scorpio. eiusdem smarag. 9. j. ex vino modò mulum aut asinum aut equum exenteratum recenter ingrediatur, mutando mulum. Stupha, balnea. Rhab. Diacurc. Dialac. lapis qui in earum capite reperitur Antidotum est earum.

HIRVDO.

CVm aqua deuorata succionis imaginem reddunt in loco cui hæc runt, cruentum expuitur, & præ timore melancholici fiunt. Videntur an ori ventriculi adhæreat, tunc enim iuuat muria leniter pota, Cyrenaicus succus, betæ, cum aceto, niuus glebula pota cum posca, lixiuum cum sale & aceto, Raphani domestici succus cum aceto, oleum crudum haustum, & quæ Lumbricos necant omnia. Si medio in gutture sit, garizarere acre lixiuum, aquam in qua alumen cum aceto feruerint, vel nitrū, vel calcant. vel muria cum lixiuio aceto & sinapi simul mixtissimis fauicibus hæreat, in calidâ aquam demissi ægri frigidam ore teneant, si sub lingua radicibus vel primis fauciū partibus hæsit, forcipibus extrahenda,

VERATRVM.

ALBVM. THAPSIA. ELATERIVM. AGARIC. NIGRVM. CYCLAMINVS.
VERATRVM NIGRVM. EUPHORBIVM. TURPETVM. TITYMALI OMNE
GENVS. SCAMMONIVM. COLOCYNTHIS. BRYONIA. LATHYRIS. RICI-
NVS. THYMELAEA. ET CHAMELAEA. Hæc omnia maiori quantitate aut
incorrecta sumpta, alii fluxus, tormina, strangulatus, angustias, animi
deliquium, sudorem frigidum, singultum, conuulsionem, & tandem,
nisi citò succurratur, suffocationem & mortem adferunt. Iuuant omni-
bus vomitiones sèpius repetitæ, clysmata. Antidota Thæria, & Mithrid.
Priuatim albo veratro confert aqua mulsa largius sumpta: cyclamino,
lauri baccæ 3. ij. cuius & nigrum piper 3. ij. antidotum est. Elaterio,
proprium remedium est Menthae succus. Thapsia & nigro Agarico, ea-
dem quæ albo veratro conueniunt. Nigrum veratrum præter alia hæc in-
ducit, cordis palpitationem, lingua arefactionem, dentium constrictio-
nem, ructus frequentes, totius corporis inflammationem, tremorem uni-
uersalem, inde mortem. Iuuat particulariter Absynth. ex vino, Cumini,
Anisi semen, Nardus, Castoreum, æquis ponderibus ex vino pota.
Vbi tumuerit venter apponendi saeculi fatus discentientes. Iuuat deni-
que priuatim nigro albóque veratro Nimpheæ flores. Cibandi autem
hi pinguibus lenib[us]que. Porrò Euphorbium guttur & fauces incendit
totumque corpus, ventriculum, intestinaque magno cum dolore erro-
dit, singultum excitat & continuas alui fluxiones; eadem etiam indu-
cunt Turpetum, Scammonium, Colocynthis, Bryonia, Tithymali om-
nes, Lathyris, & Ricinus; quanquam non tantum laedant. A Thyme-
laea & Chamelæa pituitosa spumantésque excitantur vomitiones, sitis
vehemens, eaque omnia quæ Euphorbiū. Iuuant ea quæ Euphorb. Anti-
dotum Theriaca, Mityrid. pinguia, frigidaque. Ut acidum lac, Ca-
phura ex rosacea pota, punicorum austeriorum vinum, Anguriæ, Cucu-
meris, cucurbitæ, & acidorum malorum succus, Hordei. Ptisana niue
vel glacie refrigerata: Sed Euphorbij antidotum est Citri semen ex vino
in quo Helenij radix inferbuerit potum; scammonij, lac à quo butyrum
demptum fuerit: malorum, Cothoneorum, Rhois, Ribisque succus.
Coloquintidis, bubulum lac & butyrum recens, Lemnia sphrag. smarag-
di puluis, pluries pota. Turpeti & Tithymalorum omnium Androma.
Theriaca pota ex vino cui incoherit Diætann. Cretens. Hæc contra vene-
norum vim. Accidentia verò reliqua curantur singula singulis remedijis,

DOMESTICA.

Nobis venena sunt, Aqua frigida, att[er] meracum, aut passum, abun-
dè pota, præcipue à motu, balneóque. Carnes piscesque cocti, fer-
uentésque humidis locis asseruati frigidique deuorati eadem pariunt

mala quæ Fungi , quamvis aliquando post duos trésue d̄ies manifestentur. Tostæ item carnes si calidæ inter duas suffocentur patinas , obvolumanturque linteis ne exalare possint. Morticinæ item carnes estatæ quemadmodum & eæ , quarum animalia aut à venenatis serpentibus aut rabidis animalibus , aut fulmine icta fuere. Quin & oua pīcīs barbatī copiosius sumantur. Conferunt omnibus vomitus & clysimata, Antidotāque alia.

CANIS RABIDI,

DEmorsorūmque ab eo signa hæc sunt. Agitur non solum canisrbicie per se magno æstu, vel frigore, vel esu putridarum carnium, mācescentisque earum sanguinis aut venenatarum , vel à venenatis demoriarum , vel fulmine ictarum, vel pestilentia: sed etiam rabidi sunt Equi, Muli, Lupi, Vulpes, Muscellæ , Viuerræ, Martes, Simiæque: sed hæc ratiūs. Canis signa sunt, escam & potum auersatur: largam spumam nāibus & ore proiecit: toruè & solito tristius intuetur; in omnes passim sine latratu irruit, æquè feras hominēsque, familiares ignotosque mordet: oculi illi rubent: cauda demissa est; gracilis siccusque corpore est; linguam exerit bile coloratam; lento incedit gradu, demissis auribus, absicisa voce, stupido capite. Ab eo demorsus nullam statim sentit noxam, post aliquod autem tempus alij post mensem, alij post septem menses, alij post annum, alij post septennium malum sentiunt. Nec solum demorsi, verū etiam spumâ rabidi canis infecti rabiosi sunt. Principio igitur meditatiui sunt, solliciti, tristes, solitarij, deinde inualecentem malo frequenter ijs noctu interrumptur somnus, pauore expurgantur, exinde cum ferino aspectu secum submurmurant, lucem & candida omnia oderunt, rubent quandoque facie, conuelluntur. Ultimò aquam expaescunt, siti vehementi tenentur, humorēmque desiderant quo curarentur si bibere possent, quem tamen ut vident fugiunt, clamant, exanimantur, canibusque similes latrant, tremunt, sudant, delirantque. His nulla salutis spes. Ergo statim demorsis nuces contritæ per totam noctem morso loco inungantur, manè gallinis gallisque in cica dentur, si enim rabidus erat canis, sequenti die morientur galli. Aliud signum est, si panis sanguine à vulnere manante imbutus cani alter edendus detur, si canis qui momordit rabidus erat, fugiet alter escam. Cognito igitur quod rabidus sit, statim amplificetur vulnus nouaculâ, ad moueatur cucurbitula səpiùs multa flamma, fiant circum vulnus profundæ scarificationes, vulneris labia circumcirca profundi nouaculacie absindantur, caroque remoueatur. Tunc admouenda loco probata Theriaca, eadēmque deuoranda 3. j. vel ij. singulis diebus per quadraginta dies. Antidotum autem securissimum est cinis cancerorum fluuiatilium paratus eo modo quo docet Gal. lib. ii. simpl. medic. cum Thure & Gentiana sumptus per quadraginta dies 3.j. pondere cum vino,

si à primo die quo iectus fuit homo incipiat; quod si post triduum, dupli-canda quantitas est. Iuuat etiam Alylos herba, sed non cognoscitur à nobis. Bitumen item Iudaicum, sed & idem non habetur. Acutus etiam Rumex primum coctus, coctioneque lotus locus demorsus, deinde idem impositus, tandemque comestus plures sanauit. Laudantur & marini Hypocampi. Potamogetum cum sale exteriùs illitum: caprifici cortex contusus & ex aqua potus: Absynthium; allium; Centaur. minus; Aristolo. Artemis. Scordi. Chamed. Bryon. Puleg. & Laser. tam exteriùs quam interiùs. Initio vitanda cathartica & sanguinis missio.

Vtio commendatur loci demorsi ferro, auro, aut argento carenti, si timeant ignem, fiat septicis, præcipiuimque est argentum sublimatum frigidis inuolutum vnguentis. Probatur hoc quod post duos dies crustam, sèpius tamen butyro inunctam, cadere facit: sit sat ampla vtio ne coeant ulceris labra ante quadragesimum & amplius diem; Escaræ tamen casus statim procuretur butyro calido inungendo. Aper-tum conseruatur vlcus allio filuestri, cepa, aut eorum succis, succo cy-renai, admotis, triticis granis mansis. Præ omnibus autem prodest puluis Præcipitatus dictus quotidie inspersus, vel vnguentis, emplastrisq; admixtus superimponendis. Quod si coeat vlcus, iterum aperiendum, circinandaque ulceris labra vt primùm, vsque ad debitum tempus. VICTVS Ratio demorsorum hæc est: vini meracioris potus, lactis, pagi, Allia, Porri, Cepæ, Theriaca, Mithridatium omniaque quæ aromatibus plurimis scatent, quæque vrinas mouent. Verùm fluuiatiles cancri si haberi possint præstantissimus est cibus in prandio, cœnaque. Hæc omnia in principio facienda sunt antequam ægri aquam metuant, vt enim metuere cœperunt, euadere nequeunt. Contingit autem quandoque vt etiam hi seruentur; cuius signum hoc est Auicennæ: Si intuentes se in speculo cognoscant scipios ægri, valeatque adhuc mens, hi sanari possunt. Tunc ergo alias curandi modus instituen-dus est: nec aliquid eorum quæ dicta sunt molienda sunt circa de-morsum locum. Expedit ergo tunc si vires ferant & sanguineus ho-mo sit, sanguinem mittere: deinde vti medicamentis purgantibus, in-ter quæ primas tenet elleborum album vel nigrum, adiectis ijs quæ eius fuorem retundunt, sèpius repetitum. Hiera Diacolocynt. Epi-thy. Sena. Fum. Mirob. Elateri. Agaric. Rhab. Centaur. minus, Ge-nitæ semen, Thapsia, consept. Hamec. Diaffene. Armenius lapis, Herculeusque aut Lazuli, Theria. Mithrid. Cancrorum cinis superiùs descriptus, syriacum bitumen frequentius ex aqua potum, Leporis, vulpis, & Capreoli coagulum: cibi fint acres, aperientes: potus me-taciores. Electaria omnia aromatibus referta, vrinam mouentia medi-camenta iuuant: balnea item frequentia ex calidis ante cibum & post: Dropacismi, finapisimique alternatim per totum corpus admouendi. Denique moliri omnimodo vt aquam bibant, hanc ne timeant longissi-mis tenuibusque metallicis fistulis ducenda erit è longinquo. Ätius

commendat ut coagulum ex aceto comedendum offeratur, statim enim aquam cupiunt & bibunt. Quin & cicer aquæ incoctum quia turbidam eam facit maximè ad incitandam appetentiam iuuat si bibant. Laudant alij vrentia cataplasmata occipiti & post aures admouenda. Cauent tamen ægri omni tempore ne ramos Corni arboris, aut sanguineæ virgæ vocatæ manu tractent, eos enim, si tamdiu teneantur donec incalcent, in rabiem agunt: Quod vidit Mathiol. Hæcque de Rabido cane satis.

Quæ communi ratione virulentis conueniunt ictibus hæc sunt. Suctio subita à quodam facta, sed perieulosum fugenti hoc. Vftio, scarificatio, amputatio, ventosæ, allia, Cepæ, Ranæ, Galli Gallinæque disiectæ & rotæ admotæ donec mitescat virus, vel nudatis plumis eorum sedibus ap- primè adaptantur, donec vltimus admotus non moriatur. Si extremum membris sit ut digitus, amputatio præsentaneum remedium: si locus sectionem non admittat, scarificatio, ventosæ: fomenti cinis aut fculneus cum lixiuio subactus impositusque: calx omnibus commodissime adhibetur præterquam ab aspide ictis, oleo & melle subacta: cinis lauri cum lixiuio: pix liquida cum sale trito & feruente illita saepius: Cedrus sumus caprarum ex vino coctus: lauare locum aceto calido, Calamintha in lotio, aqua maris, muria decocta: volatilium omne genus: & tendlorum quadrupedum disiectum admotumq[ue]. Theriaca, Mithridatum, Quinta essentia Theriacalis Mathiol. Oleum de scorpionibus eiusdem: Veratri nigri radix vulneri affixa: Porrum, Asphodeli, Dracunculique radix elixa: Irid. ari, Phu. Chamæleonis vtriusque, Lilij, Hemerocallis, Helenij, Fœniculi, Smyrnij, Gladioli, Scillæ, Sparganij, Cyclam, Bryoniae, Raphani vtriusque & Bulbaceorum omnium radices conciæ, coctæ, & illite. Bdelli. item syriac. bitum. Castor. Euphorb. sulphur, sal nitrum, taurinum fel, oleaceæ erucæ, vtrumque Laser. Galb. Sagp. Panaxis lachryma, Erica, Hyssop. Origa. Dictamn. Cret. & Italicum, calamint. Coniza, verbenaca, Halicaca, Ruta vtraque, sonchus vterque, sisymb. sinapi, Nasturt. Lepidi. Iberis. Thlaspi. omnia aut in emplastris, aut fomentis exteriùs adhibita. Hæc ad curationem spectant. Quæ vero comedit iuant hæc sunt. Intubus, Erica, Astragalus, cum aceto pota. Bitumen, Platani virentes, pilulæ diluto coctæ vino, Paliuri decoctum, radix Aristolo. & Eryng. lauri baccæ coctæ, piper largius comedit, Ruta, Aneth. Cyclami. coma porrorum ex pane, allium, cepæ, falsamenta quæque acerrima, Origani decoctum cum vino, Fœnic. Puleg. calam. Porrorumque succus cum melle desorbitus, medica mala & eorum semen: Echij, viticis, Ligustici, Pæoniæ, Hyacinthi, Juniperi baccæ, chamæd. scordium, chamæpit. Echini terrestris caro, Gallinærum & Gallinaceorum cerebrum. Leporis & Equi coagulum ex vino: Marinæ testudinis sanguis cum cimino. Centaurij maio. Gentianæ. Dictamni albi, & superior Gladioli radix, Thlaspi, Pulegium, Dictamnum Cretense, Elichrysii coma, ranæ oleo incoctæ & sale confitit, earundem

eatundem ius, oleo & sale adiectis, cerui genitale siccum & in puluere potum. Maximè cōmendatur radix serpentinæ de quā Mathiol. in Diosc. lib. 2. c. 123. contra mōrum, vel bibitum venenum, ita ut certum sit eius experimentum. Theriaca denique probata & Mithrid. Castoreum item, testes marinæ testudinis, mustela sale inueterata exenterata priùs 3. ij. cum vino. Profunt item quæ vrinam mouent & sudores. Prodest etiam Opij & Myrrhæ singuli oboli, piperis sicilicum, omnia melle excipiūt & fabæ magnitudine dantur cum vino. Item silvestris rutæ seminis, Gith. Cumini Æthiop. Aristolo. Galba. An. terantur & cum succo Eriçæ fiant troch. 3. j. dentur cum vino. Hæc in communi demorsis conueniunt. Cæterū quæ, etiam ijs qui venena hauserunt intrà lūpta conueniunt, hæc sunt, præter supradicta. Vinum vetus meracius, & largius potum: Lemnia Sphra. Agaric. Abroto. Aloe. Rhab. Napi, & Pastina. semen, ferulæ virentis medulla, succus Marrubij, glandes quernæ ex humano lacte potæ, quinquefol. radicis succus, lac canis ex prima fatatione, Cappar. radix, Apij decoctum, Polemoniæ radix, tribuli terrestris succus, smilacis asperæ corimbi, scord. Castaneæ, nuces, Mespila, Pistacia, Zedoar. Tormentil. Irid. Illyri. Haftulæ reg. Helenij, Millefol. radix, Hederæ corymb. Bolus. Armenic. Hypericum, sabina. Mumi. Pimpinell. Imperatoria, Angelica, verbenacæ succus, Filipend. Carpobalsa. Escorslonera. Muscus odoratus, Ambar. Os de corde cerui, cotnū cerui, monocerotisque, vrsi testes & arietis, sīnaragd. Lapis Bezahar, & Cardus benedictus. Hæc sunt quæ venenis omnibus intus & extrā profunt. Nunc ad particularia cuiusque.

VE S P A E

ET apes quando nocent cognoscuntur. Prodest aduersus vtriusque ictus malua illita, hordeacea farina cum aceto, fculneum lac in vulnus instillatum, & muriæ aut aquæ marinæ fots, lutum; stercus bubulum, illita cum posca: eimolia cum malua & posca. Sesamum cum posca. Et quodcumque numisma valenter impressum isto loco.

PHALANGIA.

PArtua animalia. Ætio sex sunt eorum genera. Ragium, Lupus, Formicarium, cranocolaptes, sclerocephalum, scolecum. Primum simile est acino vuæ, nigrum, rotundum, pedes ex vtraque parte breuissimos, & os iuxta medium ventrem habet. Secundum muscis pascitur, corpus habet latum volubiléque, partes circa collum incisæ sunt, os eius eminentias tres habet. Tertium formicæ simile est, corpus eius velut astris quibusdam insignitur maximè in dorso. Quartum sublongum est & viride, stimulūmque iuxta collum habet, locūmque circa caput inuadit. Quintum caput habet faxeum linamentaque per omne corpus similia

illis bestiolis quæ circa candelas volitant. Sextum sublongum est, submaculosum maximè circa caput. Nicandro aliæ sunt differentiæ, ut quodam crinitum totóque corpore asperum. Aliud rutilum vespis simile quod omnibus peius. Aliud denique scarabeis simile. Omnim signa simul hæc sunt. Morsus tenuis est, ita vt vix appareat; tumor liuidus vel rubicundus; frigiditas circa genua, lumbos & scapulas; totius corporis aggrauatio; dolor assiduus, tremor, pallor, vigilia; pudendi tentio; pruritus circa caput & suras, oculi humecti, lachrymantes, caui; ventris tumor inæqualis, totius item corporis tumor, faciei, præcipue partium circa linguam, inde balbutiunt: vrinæ difficultas cum pudendi dolore: aquosa vrina, si mingant, est, & quid simile aranearum telis habens: vomitus quoque similis. Quandoque per vomitum & ventrem talia excurrentur. Caligo, somnus, horror, tremor, deliquium, mors. In calidam aquam demissi dolore leuati sibi videntur, egressi verò balneo intentum dolet pudendum. Senioribus verò pudendum plurimum laxatur, ac minimè intenditur. Quos Cranocolaptes icit, caput magis dolent, vertigines, frigus continens, delirium, corporis iactatio, ventriculi punctiones. Prodest iictibus imponere ficalneum cinerem cum sale trito & vino: radicem siluestris puniceæ tritam: Aristolo. cum farina hordei & aceto subactam, proluere aqua maris vlcus, Apiastri decocto. Folia eiusdem lignire: trifolij decocto abluendum vlcus cum oleo, aceto item cum spongeis saepius fouendum: nullus pisces dissectus admotisque; aqua malu decocto lauare, iuncorum tenella folia admouere. Cataplasmata etiam admota bulbi, sanguinaria, Porri, furfuris, farine hordeaceæ, foliorum lassi, Ruta. Grossi, Capri. sterco. amaraci ruta sylvestris, Cyperi: hæc omnia cum vino, aceto, melle. Iuuant balnea, inunctionesque ex oleo & liquidiорibus vnguentis. Ingesta autem hæc prosunt. Abroto. sem. anis. Anistro. Cicer sylues. Cumin. Ætiop. Cedrides. Platani cortex, trifolij sem. An. 3. ij. per se quodque cum vino lib. j. Myrica fructus, Chamæpit. viridium cupressi baccarum decoctum cum vino: succus fluiatilis cancri expressus cum lacte & apij semine bibitus: baccarum Myrti succus ex vino potus; succus foliorum mori. Lixiuum è fici vel caprifisi cinere: Asparagi rad. decoctum: agrest. lactuca. coris sem. hederæ succus ex aceto potus, ruta ex vino, hieracium, dauci sem. melanthi. 3. j. ex aqua. aparine. Melissophil. & phalangium herba ex vino, Penthaphil. Hyacint. rad. sedū minus. Denique tam extrà quam intrà summe iuuat Theriacæ, & Mithrid.

TARANTVLÆ.

Phalangijs (quæ Mathiol. in Italia vidisse testatur lib. 2. in Diosc. c. 57.) annumerantur, à Taranto Apuliae ciuitate sic dictæ, lacertum species est, quas & vidit Mathiol. & omnia quæ sequntur testatur. Ab eis demorsi, alij canunt, alij rident, alij plorant, alij clamitant, alij dormiunt, alij vigilant, vomunt alij, saltant alij, sudant alij, tremunt alij.

pauent alij, denique varia patiuntur symptomata. Curatio in pulsatione musicorum instrumentorum sita est, saltant enim statim auditis tibis, quæ si cessent, concidunt ut antea; si prosequantur iterum saltant. Continuandum ergo donec sudore totum foras exeat virus.

SCOLEPENDRÆ.

Notum animal colore subrufo, innumeris munitum hinc inde pedibus; Plurium generum. Ex autem solùm venenatæ sunt quæ Ophioctonæ dicútur. Progreditur ea tam in anterius quam in posterius, nec tamen biceps proinde est ut Nicander existimat. Demorsis ab ea locus ictus per ambitum liuet & computrescit, quandoque rubet. A mortu exulceratur adeo locus ut curationem non recipiat, prurigo sentitur per totum corpus. Statim sal tritus tenuissimè ex aceto inspergendus, aut ruta silvestris imponenda: locus arida muria fouendus; dandaque in potu Aristol. cum vino, aut serpyle, aut calamint. aut ruta silvestris. cinis ex aceto illitus, scillaque. Denique eadem quæ muri araneo iuuant.

SCORPIO

Animal notum, cuius Nicander genera facit octo. Omnium verò indicia hæc sunt. Locus demorsus inflammatur statim, dolet, indurescit, rubet, friget, stupet: sudor toto corpore frigidus emanat, labor & angustia. Modicūm cessant mala, iterum luscitantur. Horror, tremor, extremitum frigiditas: inferiùs percussis, inguina: superiùs, alæ excitantur. Eruptio verrucarum formicarum circa labra, ardor ut in ambustis ita ut grandine se peti, credant; fatus per sedem exeunt, capilli eriguntur, pallent, punguntur ac acu: facies distorquetur, fortes circa oculos glutinosa, lachrymæ, durities articulorum, ani procidentia cum egerendi cupiditate, spuma circa os, singultus, conuulsiones. Præsens auxilium est fculnetum lac in vulnus instillare. Scorpio ipse per se, vel cum sale lini semine & althea, tritus impositusque, vel oleum de scorpio. Matthiol. sulphur. viu. therebint. exceptum in empl. admotum galban. calaminth. farina hord. in vino & decocto ruta parata, quælibet per se admota, semen trifol. admotum. Cochlea hortulana cum suo operimento trita & admota dolorē statim sedat. Vermes item terrestres codem modo. Verbenaca trita & admota. Amom. melle subactu. Fluuiatiles cohcleæ, mulus pisces, smarides muria asperuate, lacertæ diuulsæ, domestici mures concisi, tritici farina vino aut aceto subacta, sonchi & intubi succus, ocymum polenta admixtum, amaracum ex sale & aceto, hyerac. laferpitij lachryma. melissophil. Chamæpit. folia verbasci aurei floris. Leucoij aurei semen. Polemonia radix (cui maxima vis) hæc singula illita. Intus autem assumpta iuuant Aristol. 3. ij. cum vino. Gentia. tufa. Puleg. decoctum. Baccæ lauri tritæ. Calam. cum posca cui multum incoquat. Cupressus cū vino & ruta. Fculneum lac. Laferpit. Peucedani succus. Trifolij & ocymi semen potū.

Fluiatiles cancri triti & cum lacte asinino poti. Asinorum & equorum qui in pascuis degunt sumum in vino potum. Oxilapat. & Acetol. semen ex vino potum. agrestis lactucæ, Abrotoni hortens. Pastina. Hyacin. & vrti. semen: olusatr. Heliotropi. Cardamo. Myrrha. & vinum baccatum myrti. Elaphoboscus apprimè iuuat viridis comesta, sicca verò pota: verbenia. sicca pota: Cum. Melantho. & seminis viticis An. 3. j. cum vino. Denique valde iuuat iuge lauacrū, euocatus sudor, & dilutę vini potionē.

PASTINACA

MARINA, SCORPIO ET DRACO MARINVS, Si quem percusserunt, vulneris locus appetet, dolor, conuulsio, lassitudo, & imbecillitas, labatio mentis, oculorumque caligatio sequitur, muti fiunt. Percusus locus in ambitu stupet adeo ut nil sentiant, & si præmatur, atra, crassi, maléque olens fluit sanies. Denique omnia quæ viperarum morsus sequuntur. Iuantur externè calidis illitionibus. Furfures aceto incocti & admoti, acetumque ipsum in fotu: sulfur viuum: vrinaveteri subactū, Marub. folia lauri, Echi. rad. pana, saluia; maximè autem prodest fermentum cum liquida pice impositum. Anchus, folia quinquefol. flores rubi. zetiū, Oxal. Lycops. ordilum, chamæp. cort. fagi. Pastinacæ agrestis semen: Terebinti fructus, Phicus marinus, adiant. smyrni. Eryng. Libantis, Cachry, & vtrumque papau. Ipsa quoque dissecti vulneribꝫque impositi sui cuiusque ictus remedio sunt. Intus verò prosunt Absynthi. fabi. aut sulph. ex aceto pota: decoctum lauri, succus Cyrenai. cum myrra magnitudine fabæ & modico pipere trito ex vino: filiphi, laser exino, succi fici guttas v. cum tribus serpilli bibat granis: salvia decoctum pluribus diebus bibitum: scordium in puluere cū decocto eiusdem sitem verbenaca. Denique Theriac. Mithrid. & quinta essentia Theria. Mathiol.

MVS ARANEVS.

QVanquam Mathiolus afferat in Tridentino agro, nec scorpiones nec Murem Araneum aliquam adferre noxam, non tamen sic in alijs euenit locis ut idem testatur lib. 2. in Diosc. cap. xi. Percussis ergo vulnera manifesta fiunt quadridido ordine, circa morsum inflammatio in orbem exoritur, nigraque pustula primò sanguine manans puro si rumpatur, deinde sanie. Proxima liuent, si rumpatur pustula, ylus depascens subiacet fæculentum. Sequitur inflatio corporis, tormenta, difficultas vinta. Petunt autem hæc animalia testes præcipue, vel hominis, vel cuiuscumque alterius animalis. Iuant exterius Galban. vulneri admotum eum aceto subactum, hordeacea farina cum aceto mulso illita: ipsi mors dissectus & appositus: acini dulcis punici cocti & illiti; porri, alliaque contrita: calidæ aquæ fotus: Theria. & Mithrid. intus & extra: omniaque communia venenatis morsibus. Intus Abroto. decoct. ex vino potum: le-

pill. Galba. & Eruca vino madefacta: recentes cupres. pilulae cum aceto, & cyclami. ex aceto mulso, pyret. cum vino: Chameleo. rad. si ruptæ fucint bullæ, & vlcera aborta, muria abluatur locus, aspergatûrque puluere hord. vsti. In potu etiam conferunt, panax, Eruc. cort. Cappa. rad. Gentia. Verben. omnia vel bibita, vel etiam imposita in cataplasmate.

V I P E R A.

Notum animal, quos momordit, si mas sit duplici lœdit vulnere; si fœmina, quadruplici. Primum ex vulnere exit sanguis, deinde sanies sanguinolenta & pinguis: adeo tumor biliosus, feruidus, bullosus, subtuber, deinde liuidus, denigratus & proserpens: siccitas adeo, ardor, exolutio, frigidus horror, bilis vomitus, tormina, capitis grauitas, vertigo, pallor, singultus, febris, spiritus & anhelitus celus, color plumbeus, frigidus sudor, corporis tumor, ariditas, gingiuæ sanguine funduntur, sopor, tremor, vrinæque difficultas. Iuuat statim plurimum deuorare allij crudii, vinique meracioris, Theria. etiam statim pota & vulneri admota. Vipera etiam præparata, cocta & comesta: abscissum volfella caput iuxta ceruicem vulneri applicatum: scarificare locum profundè, cucurb. valde ignitas admouere, dissectas gallinas aliisque animalia calentia admouere: alium insuper vulneri additum: foliorum fraxini succus bibitus maximè commendatur, & folia eiusdem vulneri admota. Melissoph. folia & succus intus & extrà laudatur maximè. Melanth. 3. iiii. comestæ: melaphroditos herba, cancri fluuiatiles cum laetè triti & poti, vulnerique adhibiti. Ranæ coctæ comestæ, earumque iusculum: Nasturti. plurimum edere velex vino bibere: Testudinis sanguis exsiccatus & cum siluestri cumino potus laudatur. Communia etiam remedia superius præscripta iuuant: Anchusa radix & Heliotrop. ex vino: Hematites lapis: Raphani cisti & vomiti, deinde Theriacæ comesta. Post gallinarum applicationem vulneri infundendum sèpius trifol. bituminosi decoctum, nam si defistatur, peius est: Deinde porrum & panem cum sale illinire, allium cum aceto: itidem & allij vel fraxini cinis coctus & cum olco tritus: Hastulæ reg. aut Pycomo. cinis cum pane & aceto: Lauri folia tenera cum oleo cocta. Tota etiam Vipera contusa & admota vulneri. Echij succus potus, herbaque vulneri admota mirificè auxiliatur: simus capri. cum vino admotus: Erui farina cum vino: cortex raphani tusus: scilla tosta: Camomil. trita: leporis coagulum bibitum ternis oboli, succi porri hemina cum vino: foliorum apialtri succus, silvestrisque ruta cum vino: Item myrrhæ, piperis, castor. floris & seminis port. An. cum passo teruntur, ingerunturque: Gallinacea cerebella in vino pota: Semen brassicæ sat. tritum & acerabili mensurâ cum vino potum: vinum cum liquida pice: Item admota iuuant iuniperi & fraxini folia, tritici surfures ex ruta decocto omnia cocta: personatæ, Ebuli, & sambuci radices in vino elixæ. Intus autem Cassia odorata, Coft. Myrrh. semen Thamari. Pistacia. Cerui genitale ex-

siccatum tritum & potum : Condrill. Anagallidis succus : Ferula medulla Apari. Rubiae radicis, & terrest. Tribu. succus: Bryon. radix, serpentinæ radix laudatur : Quinta essentia Theria. Mathio. & oleum de scorpionibus eiusdem.

AMMODITES.

Animal viperæ simile, nisi quod latius habet caput maxillâsque, vîto mōque rostro superiori parte eminentiam habet verrucæ similes, vnde dicitur *Affido del corno* à circumforaneis ; In Italia, & Illyria inuenitur. Intra tres horas perimit. Sunt qui per tres dies, quin & per septem viuant. Iuuant communia, omniâque quæ viperæ morsis. Propriè autem mentha ex mulsa pota, Castor. Cassia, & Arthemis. succus cum aqua. Sed etiam inter viperas adnumerandus videtur, animal quibusdam simile lacertæ, alijs serpenti. Vtrumque tamen inueniri credit Mathiol. Ab ea percussis sanguis è vulnere manat, paulò post sanies grauè olens, tumor & dolor segnis est : affectæ partes dealbantur totumque corpus vitiligini, quæ Alphos nominatur, simili colore inficitur. Pili è toto corpore defluunt, & intra quatriduum moriuntur. Eadem quæ demorsis à viperæ conueniunt. Præterea portulaca plurima edenda, vinumque myrrites medicacum bibendum, spongia aceto imbuta calido vulneri admota, butyrum cum melle illinire, aut milium cum melle, aut paleas cum terra adherente eis admouere. Theriac. Mithrid. Quinta essentia Theria. oleum de scorpio. Mathiol.

ACONTIA.

Serpens duorum cubitorum, figura crassa in tenuem abeunte, colore vîtri, præsertim iuxta ventrem ut milium colore referat, vnde dicitur Cenchrias. Vibrat se veluti iaculum. Eadem quæ viperarum morsus sequuntur, grauiorâque, ita ut putrescentes defluant carnes. Iisdem etiam iuuantur remedij icti.

CÆCILIA,

ET A M P H I S B A E N A. Hanc bicipitem quidam esse falso putarunt, quin & Cæciliam, quia æquales toto corpore sunt quemadmodum vermes terrestres ita ut difficile sit iudicare quod sit eorum caput. Ab utraque demorsis obscurum contingit mortum esse veluti muscarum, inflammant vesparum modo, non tamen perimunt. Proinde omnia quæ illis conueniunt & viperis, etiam his.

D R Y I N V S.

Serpens duorum cubitorum, obesus, squamisque asperimus totus admodum foetidus, in quercuum radicibus habitat, nec latere quemquam potest ob foetorem. Vocatur etiam **Hydrus**, & **Chelydrus**. Percussis tumor fit nigricans, dolor vehemens, nomae, deliriū, corporis siccitas, singultus, biliolus vomitus, aut omnino simplex, vrinæ suppressio, tremor, interceptio vocis, stupor, scisura, mortificatio loci percussi. Conueniunt eadem quæ viperis, & communia omnia.

HÆMORHOVS.

Animal pedis magnitudine, stricto collo & cauda, alias candens, alias fuluis: Duo cornua super oculos imminent: oculorum albore locutis similis, oblique modicum ambulat: strepit incedens: squamis horret: foemina circa caudam firmatur incedens, reptatq; mas vero circa ventrem, extendens collum. Quem mas percussit per omnes meatus sanguinem ejicit, & per cicatrices si quæ adsint: per aures, nares, os, vrinam, aluum. Id utrum locum sequitur color cruentus, liuidus, niger ex quo nil initio fluit nisi quid aquosum. Statim dolet ventriculus, spiritus difficultas adest, angustia. Quos foemina icit, præter superiora oculorum anguli, dentium gingiuæ, & vnguium radices sanguine manant; excidunt dentes putrescuntque gingiuæ. **DIPSAS**. Animal viperæ simile, sed minus, notis fuluis & nigris. In Africa & Arabia solùm inuenitur. Præter ea que viperarum morsum sequuntur, hic tantam inducit situm, ut vel ea exsiccati pereant icti, vel multo potu disrumpantur. Vnde etiam nomen sortitus est, dicitur etiam **Prester**, **Causo**, **Anombates**, **Melanurus**. Horum duorum curatio difficilis admodum si vires acquisierit venenum. Communia profund & omnia quæ viperis, seictio, vstio, amputatio. Antidota. Hemorrhoo præcipue danda sunt quæ sanguinis eruptionem prohibeant. Ambobus prodest alliorum & vini meracioris multis usus antequam cruenta prodeat vrina. Cataplasmata insuper fortia vulneri admota.

N A T R I X.

Alias etiam **Hydrus** dictus, alias **Chersydrus**, animal aspidi simile, nisi quod hic ceruicem habet latiorem; in aquis degit, inde ad terram translatus nocentior fit. Eadem quæ viperarum morsum sequuntur, eadem etiam iuuant. Tota demorsorum cutis putrida fatiscit, à vulnere multa, foetidaque manat fantes: motus corporis inordinatus, & per ventrem quadam inordinatè feruntur. Moriuntur intra triduum icti.

C E N C H R V S.

Animal sic vocatum quia minimis maculis milij magnitudine & colori totum respersum sit. Cuius ictus viperino similis est, quem putridum ulcus sequitur, carnes praetumidat ut in Hydrop. defluunt. Letargo vexantur, visceraque omnia interna corrumpuntur. Auxiliantur communia omnia. Deinde lactucæ fructus cum lini semine illitus, sativa trita, ruta silvestris, serpyll. hastulæ reg. 3. ij. cum vino, Aristol. rad. Cardamom. Gentiana.

C E R A S T E S.

Animal cubiti magnitudine, binis in capite cornibus corpore m. nosa cauda desquamata, squamato ventre. In Africa provent solum. Demorsis locus attollitur, durus fit cum pustulis: sanies ab eo fluit nunc atra nunc pallida. Varicosus fit toto concretu, genitale tenditur, mens labat, oculi caligant: denique rigore conuulsis nervis moriuntur. Eadem quæ viperis conueniunt.

A S P I S.

Trium generum est, Phthys, ab eo quod in homines venenum spuit sic dicta: Chersæa, quod in mediterraneis semper degat; Chelidonia, quod hyrundini similis dorso nigricans, sub ventre vero albicans sit. Maior quinorum cubitorum reperitur. Mas binum ictum, femina quartum infligit. Tribus perimunt horis terrestres; Chelidonia subito. Cineritij coloris sunt & etiam virides. Eadem quæ viperinos consequuntur morsus, ijsdē propterea iuuantur auxilijs sed fortioribus. Præstantissimum est aceti accerrimi potus donec illud iuxta hepar sentiant, amittunt enim ibi sensum percussi. Signum si restaurari possint est, si epoto Centaurio cum vino non vomant, nam si vomant, morientur. Theriacapresentaneum est remedium & admota & epota. Est & in Italia Alpis dicta surda, cui eadem prosunt, & quinta essentia Mathiol.

B A S I L I S C V S.

Latinè Regulus animal paruum, de quo quod videntes aut audientes visu, sibiloque perimat, nil certi habetur: Eadem illi cum superioribus curatio.

Et hæc sunt vulgata venena, quæ cum notis curationibusq; huc transferre licuit à probatissimis authoribus, ut præstò ad manū essent, cum non inducias venena dent, vixque consilij capiendi moram faciant.

Q V I D?

FRANCISCI



FRANCISCI SANCHEZ,
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA
Professoris Regij.

DE PURGATIONE,

L I B E R.

C A P. I.

CVM inter præcipua Medicinæ instrumenta purgatio fit, de ead dicere libet, quid sit, quomodo fiat, per quæ medicamenta; quibus conueniat, quando, & denique qua: idque eo libentiū quo summos Phylosophos, Medicosque circa eam plurimū laborasse inuenimus. Purgare igitur propriè est purum & mundum efficere. Quare, quæcumque sanguinem & corpus nostrum mundant, ea omnia purgant, vt vomitus, excreatio, clyster, sudor, erhinum, balneæ, phlebotomia. Peculiariter autem & purgare, & medicari, iam solùm dicitur quùm sumpto per os medicamento aliquo (licet quâdoque etiam per anum indito, aut applicito præcordijs, idem contingat) prauus humor à corpore exit aut per idem os, aut per ventrem, aut per vtrumque. Et inde etiam medicamentum simpliciter prolatum, per excellentiam pro purgatiuo accipitur quamuis apud antiquos tam Græcos quam Latinos pro veneno fumeretur. Quomodo autem purgatio

5. Aphor.
8. & lib. 7.
75. & 67.
& lib. 4. 2.
3. 4. 5. &c.
& 1. viii.
acut. 23. &
lib. Quor.
Q. & Q.
Gal. com.
in Aphor. 2.

Qq

lib. 1. & 17. fiat; iam inde ab Hippocrate, a Gal. aliisque antiquioribus usque ad no-
 2. & 37. 2. stra tempora dubitatum est, dubitabiturq; in posterū. b Videtur censuisse
 & 36. & Hippocrates purgans medicamentum trahere certum humorem ad se.
 1. 4. & 1. pror. com. Quod confirmans idem Gal. c addit, tractionem illam fieri à similitudine
 2. 37. quadam totius substantiae medicamenti cum humore, non qualitatibus
 a Gal. de primis aut secundis elementaribus, vt magnes ferrum substantiae simi-
 Purg. med. litudine pellicit, & vegetabilia, & partes animalium succum sibi fami-
 fac. liarem. Improbant hoc alij multis rationibus: afferuntque tractum
 b Lib. de nat. hum. hunc fieri ab specie & forma medicamenti. Alij nec id admittentes, ad
 & de med. facultatem quandam occultam d& abditam cœlitus demissam purgatio-
 purg. nem referunt. e Hoc rursus dominantes alij, in solis manifestis qualita-
 c Gal. lib. tibus primis & secundis vim purgandi statuunt. Quidam non solum
 de Purg. quodlibet medicamentum proprietate sua proprium trahere humorem,
 med. facul. 3. simpl. 23. sed omnia communi quadam purgandi vi prædicta esse, qua obuium
 24. &c. quæq; si suus desit, aut post huc, trahit. inter quos Fernel. 3. Meth. 5. Non-
 Com. 1. in nulli nulla proprietate singulum medicamen sinuglū trahere humorem,
 lib. denat. sed communi quasi suetu obuium quemque, & proinde primò sequa-
 bū tex. 27. cissimum, deinde alios. Et inter eos med. fac. Gal. de purg. Arist. ipse
 & seq. lib. de natur. in incoetile medicamenti substantiam satis dubiè & perplexè vacuandi
 facult. lib. facultatē totā coniicit. g Nonnulli denique non trahere medicamentum,
 contra Iu. sed pellere huomorem & fugare contendunt. h Fuerunt etiam ineptiores,
 lian. 13. 5. qui catharticum non trahere, sed conuertere, gignere, & commutare
 simpl. 16. in venis eum quem excerni videmus humorem dixerint. A quibus non
 de Theria. valde dissidet Gal. ipse dum ait 3. simpl. 23. Si non sit mixtum, aliquid
 ad Piso. 5. 6. venenosum cathartico, excoqui id, & in humorem conuerti quem tra-
 d Mesue. here natum erat. Huius tantæ varietatis causa est humana ignorantia.
 e Puteanus Asserimus quisque hoc aut illud, tentantes & quasi palpantes; &
 Gratiōnō- quamvis verum dicamus, inscientes dicimus, vt cum cœcus rubram
 poli. hanc dicit esse vestem. Atque veritas ipsa quidem per se sola sufficit ut
 f Sect. 1. Probl. 42. cognoscatur sine rationum adminiculo, si subtilis esset mens. Nunc
 43 autem caliginosa nostra ingenia mendacio aut falsitati astrenua pluri-
 g Iouber- ma hinc inde congerunt testimonia & argumenta, quibus veritatis
 tus. herafstra- splendor obruitur. Litigandi, cauillandi nullus est finis. si ergo harum
 tus. omnium opinionū rationes, quibus quilibet suam stabilire, aliorūque
 Asclepia- euertere conatur, huc adferrem, prolixus & ingratus essem. Quare bre-
 des lib. de uiter expediendum, tum vel maximè quia inutilis medico videtur hac
 Ther. ad quæstio, vt contrà quæ sequuntur utiliores. Quæstio an sit, reliquas
 Piso. 5. & de nat. bū. præcedere debet, vt aiunt: vel potius, supponendum est rem esse ante
 com. 1. 27. quæm quæramus, quid, qualis, ob quid. Si ergo certum est dato elle-
 & lib. de boro debita quantitate vacuari solam melancholiā, dubitare tum licet
 purg. med. quo id fiat modo. Sed de primo nondum satis constat, nedum de ul-
 mo. Deiicit enim non solum elleborus, verum & quodlibet aliud sapo-
 i Diop. 1. 4. imo, nisi ego fallor, semper, non unum, sed plures humores. i Atque
 c. 145. 146. hinc magna est inter authores discordia, afferentibus his medicamen-

hoc hunc deicere humorem; alijs verò alium, aut duos. Quod neuti-
quam fieri posset, si à forma, proprietate, aut similitudine substantiæ
tractio fieret. Nec enim magnes vñquam aurum, aut chalybem, aut
quocumque aliud metallum, multoq[ue] minus duo trahet. At vt id
eludat Gal. & qui eum sequuntur, aiunt, fieri hoc in hypercatharsi,
& superpurgatione, vbi scilicet humor cathartico conueniens attra-
ctus est, superestque insuper cathartici vis, trahi sequaciorem, post
hunc minus labilem, tandem, persistente medicamento, sanguinem;
idque facta in vasis quæ ad ventrem pertinent mordicatione, vellica-
tione, irritatione, debilitatione, apertioneque maiore vel minori pro
medicamenti natura, medicatique. Hoc verò vt rationem videtur redi-
dere hypercatharseos, sic purgationis à tota substantia doctrinam (quod
tamen non intendebat) euertit. Vix enim, aut ne vix quidem, cathar-
ticum alicui propinare poteris, quin multos deiccas humores non so-
lum multis in deiectionibus, imò in vna cadémque. Credibile autem
non est semper fieri in omni purgatione hypercatharsim. Quod verò ait
Gal. si medicamen bilem deicciens propinaueris, bilem semper primam
exire, deinde alias, non ab omnibus conceditur: imò dicunt & ab ipso
b Hipp. aliud dici, si scilicet idem medicamentum æstate propinaueris,
multa biliosa proditura; si Hyeme, multa pituitosa; si Autumno, multa melancholica; & experientia contrarium comprobari sèpissime.
Ita vt iam experientia cum experientia pugnet. Maxima autem est in
bene captando experimento difficultas. Iam ergo quum non constet
quodlibet medicamentum vinum certum educere humorem, quod sen-
sibus percipi debet quomodo constabit qua ratione id fiat, quod dis-
cursu & ratione colligi solùm potest? Sed credamus nunc Galeno &
Hippocrati Medicinæ luminibus ita afferentibus, & sequamur Hippo-
cratem, qui totus in medendo intentus, quæstiones Logicas omittit,
qualis est hæc de modo quo fit purgatio. Non tamen Galenum facile
daminemus cum substantiæ suæ proprietate: imò dicamus, principale
agens in purgatione esse medicamenti formam, quæ vt omnes aliae, à
celo pendet: similitudinem vero substantiæ esse velut instrumentum.
Ceterum qui nolèt admittere factam hanc cum delectu tractionem, ha-
bet probabiles multas rationes vt credat, medicamentum, quia natu-
ra intensus est, eam irritando, stimulando, tristando, vasa ape-
riendo, debilitando, incitare & ad sui & ad humorum noxiiorum
excretionem expulsionemque: in qua incitatione conatûque ejicitur
quod propinquius est, quod abundantius, quod magis in via, quod
fluidius, & quod horum plura, aut fortiora obtinet. Id verò his ar-
gumentis suadetur. d Quemadmodum in alii perturbationibus & vo-
mitibus spontinis natura irritata à prauorum humorum copia, aut
noxia qualitate, aut vtroque eos segregat & seponit, sic etiam irri-
tata à cathartico. Veluti etiam in criticis insultibus nocentia pellit
ab ijs incitata, sic in artificiali purgatione. Tertiò multis cibus

149. 158.
159. 161.
162. 165.
166. 167.
168. 170.
171. 172.
174. &c.
a 3. simpl.
16. 27.

Lib. de
Nat. hum.

Lib. de
simpl. med.

1. Aphor.
3. nat. fac.
12. & seq.
Hip. lib. de
Med. purg.
Arist. I.

probl. 43. potusque vomitum copiosum & alui etiam fluorem sape excitat, ventriculum & naturam onerando: multò ergo magis medicamentum. Quartò multi solo medicamenti odore cuiuscumque in vomitum & alui fluorem incidunt: non ergo à tractione sed irritatione. Quintò admotis etiam in cataplasmate purgantibus umbilico soluitur aliud. Sextò quod in hypercatharsi contingit, quid impedit quominus

Hip. de semper contingat? Septimò manna, & cassia pauca in alimoniam *med. purg.* corporis facessunt, multa verò vacuant: a igitur irritando copiā, non *Gal. quos* trahendo similitudine, & proprietate: aliàs enim semper trahent, Q. & Q. 27. 3. simp. licet quum pauca, parum. Octauò venena omnia calida vomitum, 23. 24. 25. alui fluxum, & dysenteriam etiam excitant: b at non haec à proprie- b 3. simp. tate trahunt, sed interficiunt. c Nonò, fortia omnia cathartica de 20 2. 22. venenorū sunt genere. Decimo gestatio in rheda vomitum sape c *Mef. 1.* cano. mouet, per quem omnis generis humores ejiciuntur. Undecimo d 4. *Aph.* aér marinus inassuetis idem efficit, d & multò magis si quis nauem ascendet. Duo-decimo vini odore idem aliquibus obuenit: & in alijs aliarum rerum insuauium occursus & vomitum & alui fluxum peperit, licet illæ res natura sua bonæ sint. Decimo-tento g. *Meth. 5.* aqua tepida, hydraleon, raphani, & similiū decoctum & laxan- do, & stimulando vomitum, & aliquando etiam alui fluorem indu- 5. *Aph. 50.* cunt. Decimo-quartò, gelidæ multæ potus in Synocho idem efficit. Decimo-quintò, cerebri vulnus & contusio itidem. Decimo- sextò, à subito tristi nuncio, aut ira, aut metu, aut alio pathemate incidere multi in alui fluorem. Denique sunt multa quæ medicamenta cathartica à nullo iudicantur, quæ tamen idem quod cathartica efficiunt: vt inde colligere liceat vomitum & deiectionem ab his quæ cathartica dicuntur non fieri peculiari quadam trahendi vi, sed communi irritandi. Præter id quòd in multas se conjiciunt difficultates, qui tractionem hanc à proprietate adstruunt: quas videre est apud eos qui Galenum impugnant (nec enim nunc animus est in eum ullo modo inuichi, à quo tot habuimus bona) quásque nos omnes euadimus, si deiectionem ab irritatione sola fieri recipimus. Sed iam satis de Logica hac disputatione. Accedamus ad medicas magis utiiorésque.

C A P. II.

QUOMODO CVM QVE purgatio fiat siue trahendo siue irritando,
 est omne medicamentum catharticum naturae infensum, omne calidum,
 atque utrumque alias magis, alias minus. Minus infensa sunt, mi-
 nusque calida inter simplicia, quae benigna a nostris dicuntur: qualia
 sunt rhabarbarum, aloe, agaricus, polypodium, senna, mirobalani,
 cassia fistula, cartamus, serum lactis, manna, pruna, tamarindi, epi-
 thium, & nonnulla alia, de quibus Mesues & recentiores con-
 sulendi. Infensora & calidiora sunt scammonium, elleborus, thy-
 melaea, colochynthis, ricinus, esula & titymali omne genus, Lapis
 Cyanus, & Armenus, euphorbium, succus eucumeris agrest. Iridis,
 anthimonium, & nonnulla alia, quae in usum non veniunt. Inter
 composita vero benigniora sunt Looch de Cassia dictum, Diaprunum
 simplex, Electua. Leniti. S. & de manna Nicol. Alex. Syr. ros. sol. &
 viol. sol. syr. de Cichor. cum Rhab. syr. de fum. compos. & de Epi-
 thy. Catholicon, Hiera picra Gal. & ex pilulis Alephangi. Mastichi.
 Concilia. de aloe, de Hiera Gal. Assaieret, de Eupatoria. Mes. Hie-
 ra cum Agar. de Rhab. Mes. de tribus Russi Imperiales. Valentio-
 ra vero atque proinde noxia magis sunt Indum maius & minus,
 Diaprun. Compos. Lax. Nicol. Confect. Hamech. D. Mes. mai. &
 miu. Diaphoenic. D. Mes. in molli, & in solida forma, Diasena.
 D. Nicol. Bened. Lax. D. Nicol. Elect. de succo ros. D. Nicol. Dia-
 cartamni. Arnal. de Velano. Hieralogo. D. Nicol. ex pilulis autem
 Arabica D. N. Arthetica, de Agar. Aurea, Aggregat. Cochiæ, de
 Colocynth. de Euphorb. Foetidæ Mes. & Rhas. De Fumol. de Her-
 modact. Indæ, de Hiera compos. de Armeno, de Lazulo, Lucis vtræ-
 que, de sarcocol. sine quibus, de opopana. de s. mirobal. gen. de
 octo reb. seu Optomeræ, de Serapino, & aliæ quas non habet usus,
 quemadmodum nec multa alia medicamenta, quibus resterti sunt tum
 antiquorum, tum recentium libri. Porro inter hæc omnia tum pri-
 mi tum secundi generis tam simplicia, quam composita medicamen-
 ta ampla est maioris & minoris & in iuuando & in nocendo dif-
 ferentia, quam medicinæ studiosus exactè tenere debet, si quidem
 ijs debitè ut velit ad ægrorum salutem, artisque & sui gloriam. De
 quibus omnibus nos nunc generales quasdam regulas prescribe-
 mus.

C A P . I I I .

3. Aph. 37.
 4. Aph. 16.
 2. Aph. 36.
 9. Metbo. 5. sed phlebotomia. Sed quoniam raro solam plethoram sine cacoche
 de Phlebot. mia inuenias, ideo pauci sunt qui non aliquod ex benignis tolerare pos-
 Quos qui &
 sint, si male habeant, aut timeatur malum aliquod futurum. a Alias enim
 2. i. vici. ab omni medicamenti vsu semper abstinentium; & in male affectis etiam
 acut. 4. quam rarissimè fieri poterit ijs vtendum, ne aut ventriculi & præcordio-
 b. Hip. de rum vires ab ijs atterantur, aut propter b familiaritatem nimiam contem-
 medic. purg. nantur. c Macilenti à catharticis lœduntur: præcipue verò quibus pars
 c. 1. Aph. 16.
 & 4. Aph. ad ventrem spectantes contractæ sunt præ macie. Debiles etiam. Puci
 13. & senes eodem modo. d Longo morbo consumpti deiectiones non posse
 d. 7. Aph. 84. lant. Qui hec tæca febre laborant, à catharticis valde offenduntur. Inter-
 nis inflammationibus ut ventriculi, hepatis, alienis, intestinorum, re-
 num, vesicæ, vteri, lateris, pulmonum, tracheæ purgatio magis nocet
 5. Aph. 12. in quam prospicit: maximè vero in principio. Phtisi, empicumati, & alijs in-
 14. com. in apt. 1. ternis ulceribus abscessib[us]que parum aut nihil conductit nisi ad præcau-
 & 4. vic. tionem in principio, & ex benignis. Propterea neque in dysenteria ni-
 acut. 1. 2. fortasse in principio, & ex rheo in substantia adhibenda est. e Pregnant
 c. 4. Aph. 1. nec venæ sectionem nec purgationem admittunt nisi grauitate laborent:
 5. Aph. 29. & 31. 34. tuncque benignioribus solam locutus est, & à quarto tantum ad septimum
 mensem, ante & post nullo modo, sed multo minus post. f Non grauidas
 autem quibus menses sunt decolores, nec per idem tempus fluentes
 f. 5. Aph. 36. purgare opus est. g Quibus lubrica valde alijs est, & proinde in diarrhoea
 g. Hip. de me dic. purg. 4. aut lienteriam, aut dysenteriam pronis, præscribenda non sunt deiectioni-
 Aphor. 12. ria, maximè vero fortia: sed si opus sit, astringendo vacuantia imperanda
 h. Hip. de tantum. h Propter hoc ergo rogandi semper lunt ægroti, quomodo se ha-
 medic. purg. beant ad cathartica. i Qui adeo cacochemia onerantur & cruditatibus
 Quos qui. fæpe deficiant, purgationem non sunt ferendo. Quibus adhuc concocti
 & q. i. 12. Met. non est materia, purgandi non sunt nisi ea cocta, modò non turget; n
 3. 1. Aph. plurimum verò non turget. l Quibus stridæ nimis sunt viæ, & valde ob-
 22. Quos q. structa viscera, parum prodest hoc remedium. Quorum corpora siccata
 & q. sunt, hi cathartica respuit: m Qui inediā longā, aut labores, aut dolores
 1. Quos, q. & aut iracundia, aut sitiū, aut æstum, aut vigilias, aut sudores multos au-
 q. 2. Aph. 2. aut hemorrhagiam passi sunt, à catharticis offenduntur. Qui sumpto cathar-
 1. Aph. 2. tico in violentum trahuntur vomitum, aut dyarrheam, aut dysenteriam
 16. 7. Aph. aut syncopem, aut singultum, aut conuulsionem, aut ventriculi morbum
 2. 5. 41. aut grauia tortima, raro nec non nisi benignissimis, & cum præmedita-
 n. 5. Aph. 1. tio. c. purgandi. n Qui colliquante febre, aut ardentissima alia tenentur, à
 Hip. de me- ticit. c. purgandi. o Qui colliquante febre, aut ardentissima alia tenentur, à
 etc. purg. catharticis, maximè fortioribus, arcendi. Mulieres quibus instant, aut

am adiunt menstrua, purgari non debent: quibus verò de siere, præcipue si sufficienter non fuere euacuatæ, optimè. **a** Quibus imminent crisi, aut iam incœpit, deiectoria non sunt ex vsu. Qui ex alto ceciderunt, & sanguinem expuunt, non statim purgandi, sed cum post venæ sectio- nem conquuerit corpus. **b** Qui peste laborant, aut pestilenti febre, aut carbunculo, aut bubone, aut exanthematis & papulis pestilentibus, à ca- tharticis maxime lèduntur. Qui venereo bubone incipiente infestatur, & qui abscessu aliquo per febres foras erumpente, medicamentis non exagitandus. Qui venenum sumperunt, aut à venenatis morsi sunt, aut invenenata aura versantur purgandi non sunt. Qui cholicis cruciatibus torquentur, neque egerere quidquam possunt, catharticis in Ileos discrimen trahuntur. Quibus in intestinis tumor est aut quiduis aliud quod excrements transire non finit, deiectorium non propinandum. Quibus in scrotum ilia descendunt, medicatio valde obest, quinimo & clyster, præcipue cum premit dolor, & suppressa est omnino alius. Qui veneri proximè indulserunt, atque subinde recens nupti purgandi non sunt. Denique per quārā raro & cum præmeditatione catharticis ytendum, maxime verò malignioribus. Et quamvis multos nunc his interdixerimus, tamen neque omnino omnes eis abstinere debent, neque quibus purg. acut. deinceps permittemus, liberè præscribenda ea sunt, sed cum prudentia & solerti conjectura (quæ legitima est optimi medici regula) modò imperanda, modò inhibenda. Satius tamen semper est benignioribus vti, & infra debitam euacuationis mensuram consistere, quārā suprà. Illud vitt. acut. enim iterato medicamento reparari potest, hoc verò vix ylla ratione cor- rigi valet.

C A P. I V.

DI X I M V S quibus non competant purgationes, dicamus nunc quibus conueniant, quando, quæ, & qua; idque promiscuè: nec enim hæc separari inuicem possunt. Extremis morbis fortissima cathartica imperanda sunt. Quare & apoplecticis, & epilepticis, & paralyticis, & veterino, & melancholicis, & maniacis, & elephanticis, & carcinomati non ulcerato neque ex atrabile, & lui venereæ, & arthritidi & inueteratis capitis doloribus, & atrocibus etiam aliarum partium extremarum, & asthmati, orthopneaque, & conuulsionibus, & antiquæ tussi, & quartanæ febri, aliisque diuturnis, & ulceribus cæcethibus, & fædæ scabiei, & hydropi, & obliuiosis, & ophthalmiaæ grauiori, & cœcitati, & surditati, & stupori, & ephialti, & catalepticis, & strumosis, & lienosis, & varicosis, aliisque nonnullis valentiora medicamenta sunt ex vsu, qualia sunt ex secundo genere tum simplicia, cum composita. Videndum tamen semper est ne medicamenti vis naturam supereret, néue ita atteratur vel XI. Aph. 51.

1. Aph. 6.
Lib. Quos

q. & q. 2.

7. Aph. 5.

6. Aph. 38.

Quos q. &

7. 2.

6. Aph. 14.

& 7. Aph.

29.

6. Aph. 48.

1. Aph. 23.

& ph. 51.

6. Aph. 47. culis ut in maius incidat malum. Robusti æstate consistentes, hyeme, &
 1. Aph. 15.¹⁸ vere, & sub finem etiam autumni melius hæc ferent: contrarij conti-
 4. Aph. 5. & Circa canem quantum fieri poterit medicationibus abstinentium, & to-
 lib. de me- ta etiam æstate: aut si necessitas vrgeat, benigniora adhibenda. *a* In ma-
 dic. purg. ximis etiam frigoribus parum fœliciter succedunt purgationes, & qui
 2. 5. Aph. 17. gelati densatique sunt intra corpus humores, & quia coarctatae viz. In
 4. simpli. 1. 5. Aph. 20. principijs morborum acutorū, & in turgente materia e aut ubi tenuis ca-
 6. Epid. Cō. dem est, si opus sit, purgandum est; circa statum vero quiescendum.
 3. par. 14. *d* Quod si concocta iam aut arte, aut natura, aut vtroque materia, nil ta-
 b. 1. Aph. 24. men effatu dignum-excernatur, tunc purgatione vti licet, vt octavo, de-
 2. Aph. 29. cimo, duodecimo, decimo tertio, & alijs non criticis, eaque ex benigni-
 4. Aph. 10. c Quos, q. quæ semper in continuis febribus usurpari debet, & alijs in totum reieci-
 d. 1. Aph. 22. nisi parùm ex his pro calcari adiiciatur illis, maximè in pituitosis & fe-
 e. Hipp. de bribus, & hominibus, hyeme, & frigida regione, & aeris constitutione.
 medic. purg. Pilularum visus in febribus omnibus, calidiore siccioréque hominis &
 aëris constitutione suspectus semper est: vt contrà in humidis & frigidis
 & corporibus, & affectibus, & diuturnis morbis, & qui à capite pendent
 (vt fere omnes frigi pendunt) & qui à præcordijs longè absunt, vale
 utilis. Eadem fere est solidorum electiariorum ratio.

C A P. V.

1. Aph. 21. Q Vò natura vergit edducere oportet, modò per loca conuenientia.
 4. Aph. 4. 6. Proinde æstate per superiores, hyeme verò per inferiores partes ma-
 7. 8. 9. gis ducere oportet. *a* Graciles, & facilè vomentes, purgare superius, ca-
 Quos, q. & uentes hyemem. Vomentes verò difficulter, & mediocriter bene cano-
 q. s, per inferiora, cauentes æstatem. Tabidos verò, cauentes ad supe-
 a. 4. Aph. 2. riora purgationes. Melancholicos autem pleniùs per inferiora, eadem
 ratione contraria opposentes. Sine febre existenti cibi fastidium, & os
 ventriculi morsus, & vertigo, & os amarescens, medicamento sursum
 purgante opus habere significat. Dolores supra septum transuersum, qui
 purgatione opus habent, sursum versus purgatione indigere significant,
 qui verò infra, deorsum. Non febrentibus si fiat tormentum, & genum
 grauitas, & lumborum dolor, deorsum medicamento purgante opus
 habere significat. Atque his omnibus purgandum semper per loca con-
 1. Aph. 21. ferentia ostenditur. Vbi autem per loca non conferentia euacuatio fi-
 sistenda, aut in contrarium trahenda est, neque vñquam ad locum affi-
 etum ducenda, aut mittenda excrementa: nisi ad cutem tandem. Non
 4. Aph. 25. sunt autem loca conferentia aut natura aut accidente: natura, vt si ad
 principes partes materia feratur: accidente, vt si sanguis per os, aut vi-
 nam reieciatur, qui per nares & vterum secundum naturam optimè exi-
 & per ventrem etiam non nimis male. Et si vlcere in intestinis, aut
 abscessis

abscessu, aut phlegmone existente, biliosa aut acria multa per ea defruntur. Ergo vomitu premente deiectoria conueniunt, diarrhea autem aut dysenteria infestante vomitorij locus est. Vbi etiam in vijs vrinæ affectio est, purgatio, & vomitus sunt ex vsu, quemadmodum contrà vbi deiecto multa est, mictionem & sudorem procurare expedit. Denique qua purgandum sit ostendit morbi natura, pars affecta, humor, anni tempus, aëris coſtitutio, & tias & ſupra hæc omnia naturæ inclinatio. Si materia in primis eft vijs, aut circa hypochondria benignis extrahenda eft. Sietiam natura sequax, & cocta, etiam ſi in habitu corporis, iſdem deiici potest. Si verò contrà, fortioribus eget. Si quis purgatione egeat, morbum, qui cacoehymia laborat, qui certis temporibus morbis quibusdam conflictari ſolet, ut ſcabie, hemicrania, epilepsia, ophthalmia, febris, & alijs, ſedque ad præcautionem. Per vomitum euacuationes olim frequentes, nunc non temerè imperandæ, maximè verò ijs qui diſculter vomunt, qui debili ſunt ventriculo, quibus ſtrictum pectus, oblongumque eft collum, qui laborant capitidis dolore, ſuffuſione, ſpirandi diſcultate, hemopthoi, tabe, angina, imo nec etiam illis qui frequenter vomunt. In nouilunio & circa, diſficles ſunt medicationes: quare quantum fieri poterit, tempus id vitandum, & circa plenilunium purgandum, die ſereno, tepido, aut ſuauiter frigidiusculo. Prægnantes vomitu & quæ aut citius quām deiectione abortiū patiuntur.

C A P. VI.

IN accessionibus febrium intermittentium, exacerbationibꝫ ſque continuarum, in iuſtibus epilepticis, in grauiſſimis doloribus in menſtruorum purgatione, in histericis ſympotomatis, & in syncope, & extremo periculo, desperationeque, denique in maxima naturæ oppressione à quacumque cauſa, purgantia exhibenda non ſunt. Quod si neceſſitas cogat, melius eft ante accessionem, aut exacerbationem, quām post, exhibere, ea quæ per inferiora deiiciunt, b in principijs verò quæ per vomitum. Iis quibus calidum hepar, aſtrictaque valde eft alius tantum abeft, ut validè purgantia deiectionem moliantur, ut contrà aut nihil euacuent, aut cum maxima moleſtia, & deinceps duriorem efficiant ventrem: quare lenientia & humectantia ſæpius repētita magis hiſ proſunt. Atrabilatijs idei contingent, exasperatürque præterea illorum humor, qui vbi excanduit grauiora profert mala. Vnde bene dixit Hipp. 6. Aphor. 38. Cancros occultos melius eſſe non curare. &c. Quare benignis ſolum egent. Secus verò eft de humore melancholico non uito, cui quideſt prius præparato fortia cathartica conuenire poſſunt, & ſi quid ſup̄fit, iterum coquendum, rursusque deiiciendum. Coctio verò eius eft humebil. 9.

statio, incisio cum moderato calore, attenuatio: de quibus alibi. Sudor
 4. Aph. 41. multus ex somno citra manifestam causam fiens, corpus multo alimento
 vti significat. Si verò cibum non capienti hoc fiat, significat quod eu-
 ex Aphor. cuatione opus habet. Mictio multa noctu facta, nisi multo ex potu fa-
 vlt. 4. aut cum pauca egestione coniuncta sit, corpus egere purgatione signif-
 cat. Qui timpanite laborant, & à flatibus offenduntur, à cathartis
 4. Aph. 2. peius habent. Quæ peccant educenda sunt catharticis, non alia: qua-
 medic purg. ubi bilis noxia est, cholagoga adhibenda sunt, & sic de alijs. Experi-
 Quos. q. tiae autem de ijs credendum est. a Quibus in sebribus aures obfurdue-
 q. runt, nisi sanguis è naribus fluxerit, aut alius exturbata fuerit, purgatio
 a 4. Aph. 60. conuenit. b Sudor multus, calidus, aut frigidus, semper fluens humorē
 b7. Aph. 61. adducere oportere significat, forti quidem supernè, debili verò infernè.
 7. Aph. 64. Quibus alui egestiones, si stare permiseris & non moueris, subsistunt ve-
 luti ramenta: Si paucæ fuerint, modicus morbus est; si multæ multus.
 His confert subpurgare aluum. Si verò non subpurgata aluo sorbitio-
 nes dederis, lædes, & quantò plures dederis, magis lædes.

C A P. VII.

DI X I M V S in genere quos oporteat, quos non oporteat purgan-
 quibus, qua, & quando. In genere inquam, nec enim fieri potest
 vt aut in specie, multoque minus in individuo omnia exactè prægi-
 mus. Neque minus difficile est docere, quoties, quantis, & quantum
 purgandum sit. Pendent hæc vt & prædicta omnia ex prudentis medi-
 arbitrio, qui artis theorematis bene instructus, experientiaque solerti
 confirmatus diligenter omnia considerans metietur & vices & medica-
 menti modum. In genere tamen & vniversè satius est bis, terque, qua-
 3. Aph. 51. 6. Aph. 27. 6. Aph. 27. neque vñquam veniendum est ad animi deliquium, tum propter vitæ
 medic. purg. fin. ægroti, cum ob medici infamia discrimen. Duo tamen sunt quæ, vt ve-
 9. Met. 5. & seq. næ sectionem, ita & purgationem liberaliorem permittunt, magnitudi-
 scilicet n. orbi, & virium robur. Quibus adiungi debet sexus, atas, con-
 poris constitutio, hominis conditio, anni tempus, regio, aëris qualitas
 & anteacta vita: & quæ tamen omnia ad virium robur referri possunt.
 Si ergo omnia suadeant, semel & maiori medicamenti dosi tota materia
 exhausta poterit: si minus partite & minori quantitate. Huc verò etiam
 addere oportet si materia sequax est, cocta, pauca, propinqua ventri, u-
 nius, viæ patentes, ægerque facile mobilis; aut contraria contumax, cruda
 multa, longè diffusa, crassa, viscida, arcta & obstructa viæ, homoque
 difficulte mobilis. Quorum primis existentibus paruum sufficiet cathar-
 ticum: secundis vero non solum magnum, sed nec semel. Denique
 re omnia quæ de forti violentoque medicamento dicta sunt, ea mag-

licet benigno accommodari possunt: & quæ de benigno, paruo: aucta enim benigni quantitas id malignum efficit. Quod si pugna sit inter indicationes, conferendæ illæ sunt, ponderandæque æqua lance, & cum fortioribus standum: in re verò dubia parcis semper purgandum, memores dicti illius Hip. Quæ paulatim fiunt, securius fiunt. Particularēm ^{2. Aph. 51.} autem cuiusque medicamenti tūm simplicis tum compositi dosim aliunde petere licet. Hic enim vniuersalem tantum doctrinam instituimus.

C A P. VIII.

VT fœliciter succedat purgatio, præparatio aliqua adhibenda est. *Lib. Quæ*
Hanc Hip. vult coctionem humorum, viarum apertione, cor- ^{9. & 9. 3.}
porum fluxibilitatem, & impinguationem esse. *b Coctio* quidem pro- ^{a 1. Aph. 22.}
pria opus est naturæ in alimenti conuersione, impropriè verò etiam ad ^{1. Aph. 9.}
humores non naturales transfertur, quorum etiam coctio ad naturam ^{4. Aph. 13.}
speciat, quemadmodum etiam viarum apertio, fluxibilitasque: arte ve- ^{b 1. Ep. 60.}
rò etiam iuuatur. Sunt enim multa quæ tenuitate partium, alia quæ
calore, alia que vtroque penetrant ad intima corporis, sicque vias ape-
riunt, infarcta liberant, viscida incidunt, crassa attenuant; & hoc est coque-
re, & corpora fluida facere. Quod enim quidam somniarunt biliofa & *Auct.*
subtilia nimis, incrassanda, merum est delirium. Neque valet simili-
litudo ducta ab sputo ad cathartica. Excreatio namque cum fiat aëre su-
bleuante sputum, nisi id modicè sit crassum & corpulentum, non potest
facile pelli, sed difflit, & eludit impetum impellentis spiritus. Purga-
tio autem nihil habet simile: imò quo humor tenuior, eo aptior fluxui.
Proinde ad purgationem coctio fit attenuando. Ex illis verò quæ ita con-
coquunt, fiunt aut iusecula, aut decocta quædam apozemata vocata, aut
Iulepi ex aquis distillatitijs cum syrupis quibusdam proposito accom-
modatis. His ergo vtcumque coquentibus (vera enim coctio est redu-
& materia ad commodum naturæ statum à nativo calore) vtimur post ^{2. vici acu.}
expurgatam primam regionem leni aliquo cathartico: ne illorum tenui- ^{44.}
tate impuritas in penitiora ducatur. Vbi verò tribus aut quatuor diebus
paratum fuerit quod longius abest, tandem educitur conuenienti medi-
camento: idque toties fit donec tota sentina exhausta fuerit. Neque val-
dè aliena est methodus hæc ab Hip. vsu, vt qui multa similia præscribat, ^{6. epid.}
& fomenta quoque & balneum ad coquendum, & fluida facienda cor- ^{com. 5. 29.}
pora. Impinguatio autem, quam ille quoque exposcit, non est nunc nec ^{& lib. de}
in vsu, nec necessaria: cùm veratro, ad cuius refrenandum impetum ille ^{Int. affect.}
humectationem hanc cibo factam prescribebat, nullus inter medicamen-
ta nostræ sæculi relietus sit locus. Neque tamen propterea nunquam cu-
randum non est, vt cùm fortioribus ex his quæ nostra usurpat artas ^{v.}
corpora sint satis enutrita & robusta.

C A P. IX.

HÆc ante purgationem obseruanda. In ipso verò purgationis tempore, quæ sequuntur. Si quidem corporis dispositio permittat, captandum est idoneum tempus vernum, aut autumnale, circa plenilunium. Si verò morbus premat, quocumque tempore adhibenda remedia sunt. Vtrobique autem sic agendum. Vbi pilulis deiectorijs opus erit, cœnandum liberalius, ad complendum Hip. præcepum, si 4. Aph. 13. pilulae sint ex valentioribus: sin minus parcius: deinde dormendum vsque ad mediam noctem aut circiter: tunc voranda pilule & superdormiendum quoad vsque alius moueri cœperit: à quo tempore vigilandum. Quod si segniter procedat purgatio, 4. Aph. 14. gendum deambulandumque iuxta eiusdem Hip. consilium: si verò 15. paulò abundantius fluat venter, non solum quiescendum, sed etiam dormiendum, si fieri possit: idque non solum in pilularum acceptio- **Arie. 2. 1.** ne, sed etiam in omni cathartico: somnus enim omnes euacuationes Doc. 2. 13. fistit, præter sudorem. Octaua ab acceptance pilularum hora sumen- & Gal. 2. dum erit iuscum modicè falsum ex gallina aut capo benè cocto. Nam **Vic. acut.** 55. & 4. quod ex ferè crudo, insulsimumque præberi solet, ventriculum subuenti, **Aph. 14.** vomitumque ciet & deiectionem impedit: præter id quod ingrato suo 35. sapore magis ægros offendit quam ipsum catharticum. Neque obstat quod aiunt, dari nunc iuscum id tenue, quemadmodum olim Hip. dabat hordei decoctum, ad extergendas reliquias medicamenti tantum, non ad nutriendum: quod si detur ius perfectum, id neque ablueret ut decet, neque inquinatum medicamento probè nutrire. Nam (præ- **De viii.** ter id quod Hip. dabat hordei puliculam statim post ebibitum medi- acut com. 1. camentum, non verò post inceptam purgationem vt nos facimus nunc 12. Gal. ius nostrum, dabatque parua quantitate, vt adhærentes reliquias ca- Quos, q. & thartici gulæ & œsophago deduceret ad fundum ventriculi, non extra 2. eundem, quod nos nunc conamur) decoctum pulli perfectum robo- rando ventriculum plus nimis deiectum vi pharmaci plus prodest, quam obsit, residuum medicamenti secum abducendo. Neque timendum est ne natura in attractione iuscui non secerat medicamentum, relinquatque in intestinis, quæ immixtos sanguini humores percisi- sim ab eodem sanguine elicit, seponitque & haustum ius retinet, ejicitque humorem contentum in ventriculo: & quamuis cum iure in venas illaborentur reliquiae cathartici, non metuendum est ne noceat, cum contrà si Aristot. credendum est, imò & si Gal. medicamentum in tenues particulas redactum, & ad venas delatum, humorem sibi familiarem allicit. At verò id semper obseruandum, si medicamentū conuenienter dñe sit, offerendum esse iuscum medio tempore, si vehementius agat, Quos, q. & citius: si autem debilius, tardius. Experienciam enim longè didicimus,

oblato alimento purgationem sisti, aut saltem segniorem multò fieri. & q. vicit.
 Neque tamen propterea differendum est corpus nutrire, quod inepti acut. com.
 quidam faciunt, donec medicamentum incēperit alluum turbare; cūm 2. 12.
 sape ante noctem nihil egeratur, imò & quandoque usque ad sequen-
 tem diem; maximè si benignum sit catharticum & qui purgatur robu-
 stior. In pilulis verò id non admodum conspicitur. In potionē autem
 deiectoria propinanda obseruandum est, vt sub auroram detur, non su-
 perdormiatur, (nisi tota superiori nocte, & multò magis superioribus,
 nihil omnino dormierit: tunc enim licet per horam circiter dormire)
 non edatur, nec bibatur usque ad tres horas, aut paulò plus, quo tem-
 pore bibendum iuseculum est. Sumptis autem siue pilulis, siue deiecto-
 ria potionē, conandum omni arte ne reuomantur, & vt cito in actum
 educantur. Admouenda igitur quamprimum linctea calida ventriculo;
 nec tantum semel, sed plures; abluendū os aqua, aut vino, aut utroque
 mixto, oxirato, adhibendum acetum naribus, & si vrgeat nimis vomitus,
 ebibendum tantillum vini meracioris, nisi impedit febris, mandendum
 acidum pomum, pyrum, cydonium malum, granatum, limonium, au-
 reum, affundenda frigida faciei, admouenda cucurbitula ori superiori
 ventriculi. Quòd si post aliquod tempus vi crumpat catharticum, quod
 sape contingit, maximè cùm primum alius soluitur, vomendum auda-
 cter est. Neque enim minus deiicitur post vomitum, imò sape magis: &
 vomitus æquè prodest atque deiectio; & quandoque eò repentem natu-
 ram compescuisse magni mali causa fuit. Tribus horis ab ebibito ca-
 thartico, aut paulò tardius, dandum erit iuseculum prædictum: & inter-
 posita hora prandendum. Quòd si vigiliæ ægrum antea diuexarint, dua-
 bus à prandio horis dormiendum per horam; inde vigilandum. Tandem
 etenandum hora solita, sed aliquantò parciūs: quod & ipsum obseruan-
 dum quoque est in prandio.

C A P. X.

QUEMADMODVM in Arithmetica sunt regulæ quædam, quibus
 cognoscas an rectè secusue operatus fueris, sic etiam in purgatione
 sunt signa & indicia, quibus probes fuisse illam ex arte institutam, aut
 non. Atque vt in alijs omnibus rebus, sic & hic utilis & inutilis purga-
 tio potest esse parum multumue. Utilis omnino absolutaque est, quæ ta- 1. Apb. 2.
 lia deiicit, qualia deiicere oportebat, omniaque. Ad quod necessariò 4. Apb. 2.
 sequitur ægrum leuiter ferre, & melius habere, aut omnino benè: & si 3.
 æger non sit, sed aut propensus in morbum, aut symptomate aliquo di-
 uexus, utroque liberari. Quomodo ergo dixit Hippoc. Deiectiones
 non multitudine æstimandas? Id dixit, vt tolleret errorem vulgarem, quæ 1. Apb. 3.
 maior pars non solum idiotarum, sed etiam medicorum tenetur, qui

nullum probant catharticum , nisi multum vacuarit, nulla habita ratione qualitatis : cùm sàpe vacuentur alias à se plus , quàm vacuari oportet. Qualitas ergo præcipue obseruanda, deinde etiam quantitas. Qualitatem autem ostendent morbi natura, ægroti temperies, ætas, vitæque confuetudo , anni tempus , & regio. Quantitatem verò facilis tolerantia tantum. Neque tamen si non statim à purgatione melius habeat æger, neque si dñi purgatur aliquod patiatur incommodum, vitiosa censenda purgatio quemadmodum contrà etiam si mox à leui purgatione æger faciliter morbum toleret, non illico laudabilis illa est. In bonis enim & in malis

2. Aph. 17. expectandum semper est, & ut quæ cum ratione eueniunt certa sunt hæc utilia, siue contrà, ita ea quæ citra candem, parum fida. Ergo optima est purgatio, quæ citra vomitum, tormina, cardialgiam, morsuna, lassitudinem, capitis dolorem, febre, animi affectiones, aliisque symptomata nec citò nimis, nec valde multa, nec sanguinem, nec ramenta dejet, & postquam æger optimè habet: & sitit si non sitiebat, aut contrà si sitiebat.
4. Aph. 19. non sitit: inutilis, quæ huic contraria: media, quæ medio modo. Atque hæc de purgatione in genere satis dicta videntur.

C A P. X I.

DXIMVS in genere quos, quibus, qua, quando, & denique quomodo purgare oporteat; nunc conandum docere in particuli quomodo hæc omnia exequi oporteat, quantum id fieri poterit. Nec enim de indiuiduis scientia est. Atque in hoc sequemur vulgatam apud nos methodum, nobisque probatam: quam tamen immutare licebit pro regionum, morumque varietate. Ergo iij quos purgare volumus, vel actu ægrotant, vel non: & si ægrotant, aut febre laborant, aut expertes sunt febris: & si non ægrotant, aut obnoxij sunt morbis, aut non. Hæc autem omnia & genus, & formam, & quantitatem quoque euariant, tum præparantis tum purgantis remedij. Quibus adiungere licet sexum purgandi, ætatem, constitutionem, vitæ genus, anni tempus, aëris statum, humorem peccanteum, & denique vires. Actu namque ægrotantem, præcipue si laboret febre continua, non solemus purgare solemini purgatione per quatuor aut quinque dies continuos, ut alios qui non febriunt, aut qui febribus intermittentibus detinetur. Sic etiam illis pilulas non praticimus, his raro, non ægrotantibus verò frequenter. Idem quoque de remediorum viribus dicendum: ægrotanti enim debiliora, non ægrotati verò fortiora debentur: neutrīs aut decadentia, aut conualescētia, mediocria; quod & in quantitate medicamenti obseruandum. Eadem quoque ratione pueris, senibus, foeminis, æstate, languidis, macilentiis, iuueniis: iuuenibus, bene habitis, vere, maribus bene nutritis, secundis medijs media. Nos igitur primò non ægrotantes, sed propensos in mor-

bum purgabimus, eosque satis validos, deinde ægrotantes: atque utrosque vel biliosos, vel pituitosos, vel melancholicos. Eosdem quoque ad purgationem præparabimus.

CAP. XII.

SIMPLICI uno medicamento ad purgandum raro utimur, sed vel duobus vel pluribus simul mixtis, vel arte compositis & in officinis ad id affruatis, vel utrisque, idque non sine retione. Nam præter id ^{3. simplici. 13.} contra ^{14.} quod omnes medicamentum simplex ferè dupli & quandoque inter se qualitate prædictum est, & saepe etiam noxia, & instituto nostro aduersa, quam alterius admixtione corrigere oportet, vix etiam inuenire est corpus in quo non plures peccent humores, quamvis unus excellat. Proinde etiam omnes opiatæ, tabellæ, pilulæque ferè ex catharticis constant quæ omnes deiiciunt humores, quamvis in hoc præualet cholagogum, in illo phlegmagogum medicamentum. Et licet Mesues multa in suis simplicibus describat purgantia, & multò plura Musa Brasavolus in suo de simplicibus & compoñitis catharticis, tamen quia multa ex illis non censentur cathartica, alia non probantur, plurima non sunt in usu, ideo nos ea solùm quibus utimur referemus, reliqua qui volet ab his petat authoribus. Ergo simplicibus solùm utimur manna, rhabarbaro, aloë, cassia, sero lactis, semine ebuli. Manna est Aphrotrum inuentum, Graijs inauditum, quod est ros cœlestis aut aëreus: unde appetit rori tali vim inesse purgativam. Nam & rosæ, & yuæ nocturno rore aspersæ comedæ manè aluum manifestè soluunt. Manna damus his qui aliquo pectoris vitio laborant, ut pleuritide, peripneumonia, tussi, dispnea: & maioribus quidem ad $\frac{3}{2}$. ij. minoribus infra, hoc modo.

Y. *Manna Calabria* $\frac{3}{2}$. ij. capiat manè cum tenui iure pulli sine sale. Pueris vero $\frac{3}{2}$. j. Repetitur aliquando semel aut bis in menie rheumaticis, suspriosisque & est valde innocens & familiare medicamentum, nisi adulteretur, quod fere fit admixta scamonea, tuncque plurimum deiicit, cum alias vix aluum moueat.

C A P. XIII.

RHABARBARO frequentius utimur. Est enim valde domesticum remedium, quod & leniter præcipue bilem euacuat, & infartus liberat, & ventriculum roborat. Pollet enim duplice contraria facultate, præter deiectoriam, una amara aperiente, alia astrictoria fistente. Propterea ubi volumus solùm laxare, damus eius infusionem; ubi cohibere, ut in dysentericis, præbemus in substantia, ut primis.

U. Rhabar. infusi decocto gram. end. hord. passal. & florum 3. cord. 3. aut 3. iij. aut 3. j. ss. aut ad summum. 3. ij. Expressionem capiat manè cum codem decocto. Secundis verò.

U. Rhab. electi tenuissimè triti (tritura enim forti dissoluitur pars purgantis vis) 3. j. aut 3. iij. aut in fortioribus. 3. j. ss. capiat manè cum tenuissimo pulli absque sale, aut cum decocto hord. & ros. Datur etiam puens vel in infusione, vel in substantia, ubi suspicio est vermium, 3. j. cum codem iure, aut decocto. Neque solùm semel damus in initio dysenteria, sed etiam procedente morbo, bis & ter etiam ubi rebellis est affectus, & signa adsunt multæ cacockymiaæ. Sunt etiam qui id mandunt singulis alternis aut alijs diebus, deglutiuntque manè, pondere semidrachma, idque longo tempore; quibus scilicet est valde obstructum hepaticum, pallidumque totum corpus. Valet enim plurimum ad hoc affectus.

C A P. XIV.

ALOE censetur etiam valde utile medicamentum, præcipue ventriculo. Sed tantæ est amaritudinis, ut nullus ea nunc utatur soluta, sed in pilulas redacta: quanquam sint in Hispania multi qui eam bibant in liquore aliquo. Nos verò hac in Tolosana ciuitate vix unquam eam solam præscribimus, immo nec in pilulis. Potest tamen sumi ad 3. j. circa medianam noctem in sex aut septem pilulas redacta, aut ad 3. ss. horâ vni ante cœnam hoc modo.

U. Aloes succotrina aut hepatica. 3. j. cum syr. ros. sol. formentur pilulae vij. aut viij. in auro turqueas quas capiat post leuem cœnam, & primum somnum superdormiendo; idque bis aut ter in mense. Aut.

U. Aloes electa. 3. ss. cum syr. de absinthio formentur pilulae 3. quatuor auratas deglutiatis hora una ante cœnam bis in hebdomade.

Abluitur etiam quandoque aloë, ubi plus volumus roborare, minus verò laxare, præcipue cum sumenda est ante cœnam. Fit autem ea ablutione cum aqua

cum aqua scabios. aut buglos. aut hyssopi in morbis thoracis ; aut cum aqua chicorij, & endiuiae, aut agrimon. in morbis hepatis ; aut cum aqua bethon. & saluiæ in morbis cerebri ; aut cum aqua absinthij, aut menthae, aut decocto cinnam macis , caryophyllorum, in morbis ventriculi. Sed hæ vltimæ sunt iam vtcumque compositæ quales sunt Alephanginæ.

C A P. X V.

ES etiam Cassia fistula, seu Ægyptia, Arabum inuentum, antiquioribus Græcis incognita. Quæ enim his Cassia est, nobis canela vulgo dicitur longè à cassia fistula diuersa. Confert hæc morbis pectoris, & renum, leviterque admodum euacuat, & nisi paulò post eam sumptam, cibum capiat purgandus, transit omnino in alimentum, nec quidquam mouet. Eam aliqui sumunt simplicem & nullâ arte permixtam, manè, paulatim ipsi cultello medullam deradendo, comedendōq; ad arbitrium, feréque ad 3. j. Sed hi sunt morosiores. Nos communiter sic præscribimus.

2. *Pulpa Cassie recenter à canna extracta* 3. j. *cum saccaro fiat bolus*: detur manè, hora una ante prandium. Vbi verò magis purgare volumus, addimus 3. ss. Rhab. & quandoque 3. j. aliquando etiam rhab. & pulu. liquiritia. An. 3. ss. aut 3. j. aut 3. ij. pro vario scopo.

C A P. XVI.

SERVUM lactis est etiam medicamentum valdè innoxium, & proinde setiam parùm laxans, idque vt videtur, magis tenuitate substantiæ & abstersione, quam peculiari purgandi facultate, quod etiam Gal. videtur innuere 10. simpl. 8. id tantum in clysteri præscribens ad aluum abstergendam. Quapropter damus id delicatulis qui alia medicamenta refpuunt, aut etiam robustioribus, post vsum aliorum, vbi morbus pertinax est & longus, idque ad vsum multorum dierum. Quantitas est varia pro viribus & atate ægrotantis : vulgaris est 3. vj. vt etiam vult Mesues , majoribus verò paulò plus : vix autem vsque ad libram extenditur. Datur manè ieiunis , calidè, admixto etiam saccharo pro morofisi. Præcipuus eius vſus est vere. Aliquando etiam iubemus vt fumariæ, aut etiam luppen cymæ per noctem in eo macerentur, expressumque manè sumatur: sed tunc iam videtur compositum, non simplex. Confert præcipue hepaticis , deinde lienosis. Semen verò eboli, maximè hydropicis, idque post vniueriales purgationes. Datur ad 3. j. aut 3. j. ss. aut ad summum in robustioribus ad 3. ij. infusum in vino albo , expressumque ; & rep-

tur octauo aut decimo-quinto quoque die, donec venter detumeat: de-
iicit enim potenter aquas, licet Gal. 6. simpl. 20. facultatem hanc non
cognoverit, nec ei nec sambuco tribuat, sed siccandi, conglutinandi, mo-
dicéque digerendi. Atque hæc ferè sunt simplicia purgantia, quibus ci-
tra aliorum mixtionem utimur; quamuis & hæc quandoque alijs admis-
ceamus. Iam ad compositas purgationum formas accedamus; primòque
purgemus eos qui febre non laborant, & inter eos priùs biliolos, deinde
pituitosos, tandem melancholicos. Post hos autem omnes, purgabimus
& præparabimus eos qui febre detinentur, eōsque primūm biliolos, deinde
pituitosos, denique melancholicos. Hunc enim ferè ordinem seruant
humores in deiectionibus, vt primi exeat biliosi, deinde reliqui.

C A P. XVII.

PRINCIPIO cùm aliquem purgare volumus integrè, solemus, nifi
aluus valde liber fluat, incipere à clystere, ne si excrementa intima
occupent, impedian actionem cathartici, tormináque excitent; prouide
biliofis hic erit idoneus clyster.

*L. Althea cum rad. malua, mercurial. pariet. cicla, viol. & acanth. An.
M. j. Hord. integ. furfur. macri. & violarum. An P. j. Prun. Par. in.
Coquantur: nec opus est adere, in aqua, vt aliqui faciunt. Omnis enim
coctio medica simpliciter prolata, fit in aqua, eaque fluuiali perspicua
aut fontana, Colatura lib. j. aut pro grandioribus lib. j. fs. adde Cassia cum
Jacc. & Diaprun. S. An. 3. j. olei comm. 3. ij. aut 3. iiij. Misce, siu Enema,
detur ante cœnam.*

*L. Rhab. infusi aqua endi. aut chicor. aut buglossi, aut decocto end. horrig.
hord. passul. mund. & florum. 3. cord. & expressi 3. j. aut 3. j. fs. Cathol.
& syr. ros. sol. An. 3. vij. aut 3. j. cum eodem decocto far porio: capi ap-
stridie manè cum custodia & reg. artis. Sequenti die si opus sit, mititur
sanguis. Sin minùs, sic procedendum. Si multa sit cachochymia, vt fer-
esse solet Vere, aut Autumno, quibus præcipue temporibus solemni vi-
mum purgatione, aut alijs vbi opus est, solemus apozemata quædam
præscribere similia his quæ ab antiquis siebant, vocabántque r̄uas
τρυπόμετα, ἀπόζεματα, ὑδεα, αφέλιμα, id est potiones, propinationes, seruasti
fauaria, utilia, quorum exempla sunt apud Gal. 6. local. & Oribal. An.
Paul. Tral. In hoc tamen apozemata nostra differunt ab antiquorum
quod nostra sunt purgantia & alterantia simul, antiquorum verò erant
alterantia tantum, qualia sunt quæ nos nunc Iulapia ex decoctione para-
mus. Et quamvis videatur præter rationem, & contra sententiam Hip-
pocratis simul purgare & coquere, eaque ratione in Hispania, Italiisque
incognita sint & reprobata hæc apozem. tamen nil impedit post expung-
tam primā regionem leui cathartico, aperire obstructa, incidere & at-
nuare humores, & quod singulis diebus paratum erit, extrahere. Vix enim*

aliter multam faburram sustuleris: videmusque quotidiana experientia plurimum prodesse apozemata haec. Fiunt autem ex decocto radicum, corticum, herbarum, fructuum, seminum; florumque humoris peccanti accommodorum: quibus addimus ut plurimum purgantia, quae omnes humores eliciant, cum vix unus solum humor abundet in corporibus nostris, & quandoque aliis abundet quam putemus. Id tamen obseruamus ut maiori dosi prescribamus catharticum humoris excedenti debitum, ut in bilioso, de quo nunc agimus, post superius minorans tale describimus apozema.

U. Rad. gram. asparagi, & rufi. An. 3. j. Folio. borrag. end. buglos. cichor. agrimon. acetosa, adianthi, dentis leon. & fum. An. M. j. Polypod. quer. contus. & senna Orient. mund. An. 3. ij. Agar. troch. & liquiritiae ras. pulpa tamarindo. & passul. mund. An. 3. ss. Florum 3. cord. An. P. j. fiat coctio ad lib. j. Col. adde sacc. albi. 3. iiiij. Rhabarbari seorsum infusi in parte decoctionis & expressi. 3. ij. Misce fiat Apoz. clarificatum & prouiditibus, aromatisatum. 3. j. trium fantal. pro 3. dos. manu. Adde ultima dos, elect. de succo ros. 3. ij. Syr. ros. lax. aut, nisi addiderimus rhabarbarum apozemate, syr. de Cichor. cum rhab. 3. j. capiat manu cum custodia, & reg. artis. Aliquando post purgationes prescribimus bolum aliquem cardiacum, ad roborandum ventriculum labefactatum vi catharticorum, ut in biliosis.

U. Conser. oxal. aut florum borrag. aut violar. aut ros. aut rad. buglos. 3. ls. Confect. Alcherm. aut pulu. Diamargari. frig. 3. ss. aut utriusque An. 3. j. cum sacc. fiat bolus: capiat postridie ab ultima potionem, duabus horis ante cibum.

C A P. X VII I.

VB i humor pituitosus in vitio est, sic agendum.

U. Malva, althea, mercurial. cicla. An. M. j. Calam. origani, pulegi. An. M. ss. Florum chamael. melilo, anethi, & ssopita sit virtus, centaur. minor. An. P. j. sem. fanic. 3. j. fiat coctio. In col. lib. j. ss. dissolue Diaprun. S. & mell. anthos. An. 3. j. Hiera pic. Gal. 3. ss. olei comm. & chamael. An. 3. j. ss. Misce, fiat Clyster detur ante coenam.

U. Agar. troch. 3. j. Rhab. 3. ss. cinnam. & macis An. gra. iiiij. Infunde in aquis betho. & scabios. aut in decocto scabios. borrag. passul. liquir. anisi, & thymi. In col. expressa dissolute eleet. Ind. maior. aut Diaphoen. aut Diacarth. & Cathol. An. drach. iiij. syr. Ros. sol. 3. j. cum eodem decocto fiat. Potio, capiat postridie manu ut artis est.

U. Rad. s. aperiti. An. 3. j. Folio. bethon. scabios. buglos. borrag. agrimon. Iua art. chamadre. hyssopi, adianthi, & melissophyl. An. M. j. Polypodi querc. & senna orient. mund. An. 3. ij. turbit, agar. in lig. liquir. & medulla sem. Carthami. An. 3. ss. sem. anisi. 3. j. Thymi, epith. florum

stœchad. & salvia. An. P. j. Coque ad hb. j. Col. addesacc. Q. S. p. s.
cinnam. 3. j. Misce, fiat Apozema clarum pro 3. dos. manè.

Adde ultima dosi, Diacarth. aut ind. maio. aut Diaphœn. 3. s. i. aut
multa sit cacockymia, & laboret caput, aut artus, absolutis tribus apote-
matis, præscribimus pilulas, vt

2. Massa pilula. cochiar. aut de Agar. aut sine quibus 3. j. aut An.
D. j. cum syr. de stœcha. formentur pilul. viij. inaurenturque quas capiat post
leuem cœnam, & primum somnum, superdormiendo. Tandem damus bals.
Aut.

2. Theriacæ antiq. aut mithrid. singulorum 3. j. aut utriusque An. 3.
ss. Capiat cum tantillo vino diluto, post finitas purgationes, manè quatuor
horis ante cibum. Aut.

2. Conser. anthos, aut florum salviae. 3. ij. Pulu. elect. Aromat. ro. 3. s.
cum sacc. fiat bolus, capiat horis duabus ante cibum.

C A P. XIX.

IN humore melacholico educendo fortioribus opus est, primò ergo
italis describitur clyster.

2. Althea cum rad. malva pariet. mercurial. cicla, viol. acanthi. An.
M. j. arthemis. buglos. borrag. An. M. ss. Prunorum par. vj. sem. fani.
& secaleos. An. 3. j. florum chamæmel. anethi, centaur. mino. & bord. &
furfur. An. P. j. fiat coctio. In col. lib. j. ss. dissolute cassie cum sacc. &
Diaprun. compos. An. 3. j. olei comm. & chamæmel. aut aneth. An. 3. j.
ss. Misce, fiat Clyster detur hora commoda.

2. Rhab. & mirobal. emblic. & indo. An. 3. j. cinnam. & caryophylle.
An. gra. iiiij. Infundantur in decocto buglos. borrag. passul. mund. liquit.
florum cord. & 3. ij. senna. In col. expressa dissolute Diazena sol. aut confit.
Hamech. & Cathol. An. 3. ij. syr. ros. sol. 3. j. cum eodem decocto fiat
Potio, capiat postridie manè cum custodia, & regimine.

2. Rad. 5. aperiti, infusarum in vino albo An. 3. j. cort. rad. cappar.
& mediani tamaricis An. 3. ss. buglos. cum radici. agrimon. borrag. lupini
fum. adiant. scolopend. politri. cichor. bethon. melissophyl. Iua art. chame-
dre. & foliorum tamaric. An. M. j. Maiora. thymi, epith. florum 3. cord.
tamaric. esbry, & cuzcuta. An. P. j. senna orien. mund. & polypod. que-
contus. An. 3. ij. ss. passular. purgat. & medulla sem. carth. An. 3. j. li-
gnir. ras. & agar. troch. An. 3. v. Turbith. 3. ij. sem. anisi & fœnic. An.
3. j. fiat coctio secundum artem. In col. quarta. v. dissolute sacc. albi 3. iii.
cinnam. drach. j. Misce, fiat apoz. clarum pro 3. dos. manè.

Adde ultima dosi rhab. infusi in parte eiusdem & expressi. drach. j. Cur-
fect. Hamech. drach. iiiij.

Tandem datur theriaca , aut Mithridatium , aur Aurea Alexandr. ut supra ad 3. j. cum vino manè , aut 3. ls. Pulu. lætic. Gal. aut Diamoschi dulc. aut rosatæ nouellæ cum conser. florum saluiæ , aut ros. mar. aut borrag. aut rad. buglos. aut violarum , & sacc. Atque his videntur absolutæ purgationes solemnes omnium humorum, citra febrem, saltem continuam , (in intermittentibus enim aliquando eas etiam præscribimus, cauendo diem paroxysmi, si hic incidat in matutinum tempus) iam nunc videamus quomodo in continua febre iuxta vniuersitatem humoris naturam purgandum sit.

C A P. XX.

In febribus omnibus abundat calor , & proinde bilis ; & quamuis ante febrem non adsit, tamen in ea semper utrumque superuenit, calor qui- dem necessariò, bilis verò consequenter , illo humores adurente : maxi- mè verò in continuis febribus. Quare non licet herbis calidioribus , nec catharticis fortioribus in his vti ; sed semper frigida catharticis admis- cenda , & magis præparantibus quam purgantibus insistendum. In febre ergò biliosa nisi liberè fluat venter , detur talis clyster.

U. Malva viol. buglos. acanthi , & lact. An. M. j. Hord. ros. viola. & furfur. An. P. j. sem. melon. 3. ij. fiat coctio. In col. lib. j. ls. Dissolue Looch cassia cum sacc. & mellis ros. col. An. 3. j. Olei viol. 3. ij. fiat Clyster de- tur hora commoda. Sequenti verò die detur talis potio.

U. Rhab. infusi aqua endi , aut cichor. aut buglos. aut acetosa, aut lact. aut duabus ex his , aut decocto gram. endi. hord. passul. & florum cord. & ex- pressi 3. j. ls. Cathol. & syr. ros. sol. An. 3. vij. aut fortioribus , An. 3. j. cum eodem decocto fiat Potio , detur ut artis est.

Postridiè si opus sit , mittitur sanguis , & ad præparationem aut con- coctionem humorum præscribuntur Iulapia dicta. Fiunt autem hæc du- plici modo , aut ex aquis destillatijs cum syrupis conuenientibus ad- mixtis, qui mos est Monspeliensibus, Italis , & Hispanis frequentissi- mus ; aut ex decocto ut apozemata , citra purgantia tamen , cum ijsdem syrupis aut saccharo , quibus nos frequenter utimur , quamvis & illa aliquando usurpemus , sed ferè ad unam dosim solūm , vt.

U. Aque endi. & buglos. aut lact. ant oxal. aut borrag. An. 3. ij. syr. Capillorum ven. aut limonum , aut de succo endi. S. aut de acetosa 3. j. aut duorum , aut etiam trium. An. 3. ls. Misce, fiat Iulep. pro una dosi , ca- piat manè , aut hora somni. aut pro 3. diebus.

U. Aquarum endi buglos. oxal. An. 3. iiiij. syr. viol. capill. ven. & de agresta, aut acetosa citrii. An. 3. j. aut 3. j. ls. Misce, fiat Iulep in tres do- ses matutinas. Aut.

U. Rad. gram. & rufi. An. 3. j. Endi. buglos. acetosa. An. M. j.

Hord. & *passul.* mund. *florum* 3. *cord.* *An.* *P. j.* *sem.* *acetosa*, aut *endi*,
aut *melon.* mund. 3. *j.* *fiat coctio ad lib. j.* *In col.* *dissolue sacc. albi* 3. *ij.*
aut *syr.* *de succo endi.* *S.* & *capillorum ven.* *An.* *Z. ij.* *Misce,* *fiat Iulap pro*
3. dos. *mane*, & *diuitibus* *quidem* *poteſt clarificari*, & *aromatizari*,
3. j. *trium* *santalorum*, aut *3. ss.* *pulu.* *Diamargari.* *frig.* aut *Diarthod.*
Abba. *pauperibus* *autem* *sufficit* *si clarificetur*: *quamuis cum Iulapi*
tum apozemata *minus* *habent virium clarificata*, *quam non clarificata*,
1. Aph. 17. *sed condonandum* *aliquid ægrotis*, & *consuetudini*: *omnes enim* *nunc*
clarificata volunt. *Finitis Iulapijs* *si opus sit purgatione*, *poteſt prescribi*
talis *potio.*

U. *Rhab.* *elect.* *3. iiiij.* *infunde in decocto endi.* *hord.* *passul.* & *florum*
cord. *in col.* *expressa* *dissolue catho.* & *elect.* *de succo ros.* *An.* *3. ij.* *syr. ros.*
sol. *Z. j.* *cum eodem decocto fiat potio.* Atque hæc ferè fiunt ante septimum.
Quòd si febris perseveret, extendaturque usque ad decimum quartum,
aut vigesimum, non fluente alio, clysteribus utendum singulis, aut si
id recusat ægrotus, alternis saltem diebus: abluenda enim semper est
fentina hæc ventris, quæ non potest non inficere infestarque totum cor-
pus tetris vaporibus, febrémque fouere. Atque iterum humores coquen-
ti similibus, aut parùm dissimilibus Iulapijs, ne videamur semper ean-
dem cantilenam cantare, & inopes esse medicamentorum: rursusque
expurgare. Sed id interpositis aliquibus diebus, quibus & vires recreen-
tur, & expectemus an natura per se exonerari velit. Sed hæc iam ad cu-
ratiuam methodum spectant. In febribus ergo continuis biliosis ita &
præparandi, & expurgandi sunt humores; neque multò dissimilius agen-
dum in intermittentibus, nisi quòd cauendum est quantum fieri possit,
ne catharticum incidat in diem paroxysmi, imò & ne Iulapium quidem,
si matutinis horis hic ingruat: & præter id si suspicio sit abundare præter
ibilem, pituitolum quoque humorem ut saepe fit, aut melancholicum
(vix enim inuenias exquisitas febres, maximè intermittentes) admis-
cere licebit præparantibus, & purgantibus simplicia quæ eum respiciant
humorem, & composita etiam; de quibus proprijs capitibus agetur, &
actum est.

C A P. XXI.

*S*i febris sit pituitosa, fiat primò talis clyster.

U. *Malua*, *viol.* *pariet.* *cicla*, *mercurial.* *An.* *M. j.* *calam.* *M. i.*
Sumita. *Anethi.* *florum chamael.* *melilo.* & *hord.* *An.* *P. j.* *sem.* *fasci.*
& *anisi.* *An.* *3. j.* *fiat coctio ad lib. j. ss. in col.* *dissolue mellis anthos.* & *Di-*
dryas. *S.* *An.* *Z. j.* *Cathol.* *Z. ss.* *Olei com.* & *chamael.* *An.* *Z. j.* *I.* *Mis-*
ce fiat clyster, *detur hora commoda.* Sequenti die potest dari potio supens
descripta in humore pituitoso expurgando citra febreū, aut talis,

U. Buglos. utrinque, & bethoni. **An.** M. j. **Hord.** & passul. mund. flor. m. cord. & hyssopi. **An.** P. j. **Agar.** troch. & sem. anisi. **An.** 3. j. **Liquir.** 3. ij. fiat coctio ad 3. iiiij. **Col.** expressa adde elect. Indi maior. & Diaphen. **An.** 3. ij. **Cathol.** & syr. ros. sel. **An.** 3. ss. fiat potio. Ex eadē etiam decoctione ad lib. j. addito sacc. ad 3. iiiij. aut syrupis capill. ven. solo, aut cum aqua fac. portione, aut cum subquadrupla syrup. de hyssopo, aut de stœchade, fient Iulapia danda deinde tribus diebus, aromatizando. 3. ss. pulu. Aromat. ros. aut Diarrhod. abba. aut lætitia Gal. aut Diatamaron. Quibus finitis, si purgatione opus fit, repeti potest superior potio, aut similis alia, vel fiant Iulapia hoc modo.

U. Rad grām. & petros. **An.** 3. j. folio. borrag. agrimen. & adianthi. **An.** M. j. florū borrag. & stœchad. absinth. **Pent.** **An.** P. j. sem. anisi & acetosa. **An.** 3. j. Liquirita & passul. mund. **An.** 3. ij. fiat coctio ad lib. j. **Col.** adde syr. Capill. ven. & de succo endi. simpl. **An.** 3. ij. pulu. elect. Diarrhod. Abba. drach. j. fiat Iulep clarificatum pro 3. dos. manē.

His vero absolutis, nisi minuatur affectus, & subsit adhuc impuritas, potest talis describi potio.

U. Agar. troch. recenter 3. j. Rhab. electi 3. ss. spica nard. gra. iiij. Infunde decocto asparagi, cichor. stœcad. florū cord. passul. & liquir. Col. expressa adde syr. ros. lax. 3. j. Diacarth. & cathol. **An.** 3. ij. cum eodem decocto fiat Potio. Quod si post hæc omnia duret morbus, nihil obstat quo minus repeatantur Iulapia, atque etiam purgatio.

C A P. XXII.

ME LANCHOLICA febris continua raro reperitur, intermittens ^{z.} **Dif. feb.** verò, frequenter, quartana scilicet, quæ non solū multos menses, ^{z.} sed annos quoque durat. In hac ergo in principio eadem ferè conueniūt, quæ præscripta sunt antè pro humore melancholio absque febre, præterterquam quod à calidioribus abstinentum, nisi circa finem vbi materia concocta est. Tunc enim ad eius omnimodam discussionem & euacuationem, calidiora & fortissima quæque etiam in die paroxysmi imperantur. Sed hæc iam ad curatiū methodum spestant. In continua autem melancholica, si ita contingat sic agendum.

U. Althea cum rad. pariet. maluæ, viol. mercurial. cicla, acanthi, & borrag. **An.** M. j. **Hord.** & furfur. macri in lig. florū 3. cord. **An.** P. j. Prunorum Par. iiij. sem. maluæ & melon. **An.** 3. j. fiat coctio. In col. lib. j. ss. dissolute Cassia cum sacc. & mel. ros. **An.** 3. j. Cathol. 3. ss. Olei com. & chamomel. aut viol. **An.** 3. j. ss. fiat clyster detur hora commoda.

U. Mirobala. belleric. & Emblic. confriticarum oleo amigd. dulci. **An.** 3. j. Polypod. quer. 3. ij. buglos. endiuia, & borrag. **An.** M. ss. Passul. purg. & florū cord. **An.** P. j. Coque. In 3. iiij. dissolute Cathol. & syr.

tichor. cum rhab. aut ros. sol. An. 3. j. Misce, fiat potio. Cupiat postridiū manē ut artis est.

Postridie, si opus sit venæ sectione, fiat, deinde præparentur humores sequenti decocto.

2. Buglo. cum rad. endi. borrag. & oxal. An. M. j. Hord. & paſſul. mund. florum. 3. cord. An. P. j. liquir. ras. 3. ls. fiat coctio ad lib. j. In col. dissolue syr. Capil. ven. & viol. An. 3. ij. aut de buglos. & pomis S. am de pomis saboris, aut de borrag. tantumdem, pulu. Santal. cit. 3. j. Misce, fiat Iulep clarificatum pro 3. dos. manē. His verò finitis, si opus sit purgatione, iteretur potio vltimō descripta, aut talis.

2. Rhab. infusi in parte decocti superioris & expressi 3. iiiij. Cathol. & confect. Hamec. aut Diaſena sol. An. 3. ij. syr. ros. sol. 3. j. ls. cum eadem decocto fiat potio. Quod si aut hic aut quiuis ex superioribus, potionē vñ nolit, præponatque bolum, tunc bilioso talis describatur.

2. Pulpa Cassia recenter à canna extracta 3. j. Rhab. elect. 3. ij. aut 3. j. cum sacc. fiat bolus, Aut.

2. Pulpa Cassia 3. ls. Cathol. & indi.maior. An. 3. ij. cum sacc. fiat bolus. In pituitosa febre.

2. Indi.maior. aut Diaphœn. & Catho. An. drach. iiij. cum sacc. fiat bolus. In melancholica.

2. Cassia cum decocto buglos. & borrag. extracta, & Cathol. An. drach. iiij. Confect. Hamech. drach. ij. cum sacc. fiat bolus. Aut.

2. Pul.mirobal. Indo. & Chebulo. An. drach. j. Rhab. & liquir. An. drach. ls. Cassia extracta ut suprà. 3. ls. cum sacc. fiat bolus. Atque hæc de purgatione satis sint, veniamus nunc ad venæctionem.

Q V I D ?

FRANCISI



FRANCISCI SANCHEZ.
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA
Professoris Regij.

DE PHLEBOTOMIA,
L I B E R
EXORDIVM.

RO MANVM militem ad bella procedentem tripliç armorum genere instruetum, antiquorum monumens consignatum habemus, beneuoli auditores, Pilo scilicet, ense, & bipenni, quibus hostem eminùs cominùsque ferire posset, & tandem subactum viuum captiuum ducere, si minùs obstinatè renitentem obtruncare. Quem imitati aliquatenus pedites nostri, ense, sica, igniuomóque instrumento, aut spiculo: cataphracti verò hasta, acinace, clauáque succinguntur. Eadem prorsus ratione Medicum, qui nō tanquam miles solum, sed tanquam Imperator, ait Gal. inexpiable bellum cum morbo gerit, tribus perpetuò fortissimis telis armatum esse expedit, victus ratione scilicet aut diæta, qua longa obfessione cinctum hostem, omnique interclusum commeatu auxiliisque ad deditiōnem cogat: medicamentis, quibus tanquam arietibus ad murum applicitis, eum quatiens euertat, manuque hosti iniecta, vi extrudat, vrbemque eti laceram, & semidirutam in potestatem suam redigat: Chirurgia denique, ferro & igne, quibus rebellantem hostem neque primis cedentem armis, agrorum populatione facta, excursione,

irruptione, domorum incendio, & complanatione, totaque vastata cunctate, inermem tandem omnique propugnaculo destitutum punctum cunctum feriat, membratim discerpit, confodiat, iuguletque. Neque vero putetis me hyperbolice loqui dum haec dico. Qui enim lanceola venam aperit, nonne punctum hostem perfodit, iugulatque? Galenus cum sanguine ad animi deliquium usque missus, hominem a continua febre liberum reddidisset, febrem iugulasse dictus est. Et quid est tam crudelis quod hostis in hostem viatum exerceat, quod non Chirurgus exequatur?

s. Meth. 4. Iniectis vinculis quasi alter tortor apoplecticum, somnolentumque ardore constringit, alapas infligit, vellit aures, nares, capillos. Sed parum id est, plagas multas profundasque usque ad ossa adigit, ubi grangeret metus est; quod si ea iam processerit, aut cancer, aut carbunculus, aut vipera mortui partem occuparit, tunc velut carnifex quidam, aut quasi alter hercules in Lerneam Hydram membratim miserum discerpit agrotantem, cudentibusque adurit ferramentis. Atque haec omnia ita necessaria sunt, ut nisi fiant, nulla sit salutis spes. Quod occasionem dedit Poeta dicendi

Et immedicabile vulnus.

Ense rescindendum est, ne pars sincera trahatur.

Cum ergo nos superiori anno, ut bonum ludimagistrum decet, purgatoria medicamenta, secundum, praeципuumque medicinæ telum, vos dertere tractare, quantum in nobis fuit, docuerimus: consequens est hoc anno qua ratione, quâe arte tertio, chirurgia scilicet ferroque, appositis prudenterque vti possitis, vobis commonstremus. Prima autem, frequentissima, communissima, utilissima, & maximè omnium necessaria chirurgia actio est venæ incisio. Cuius tot tantaque sunt in arte medica commoda, ut si cam tollas, totam sustuleris Medicinam, aut quasi capite manibusque truncam inutile effeceris monstrum. Quamuis non defuerint quidam, qui eius usum damnarint, eo argumento ducti, quod sanguis, cum sit natura thesaurus, non debeat effundi. Quasi vero non aliquando etiam opes nos trahant ad interitum & pernitium, & ubi naufragij metus est, non faciendus sit iactus prætiosissimarum quarumcumque rerum ut salvamneat vita. Sed de his inferius plura dicemus. Nunc vero institutum nostrum prosequamur. Tractarunt quidem multi de hoc remedij genere & docte, & copiosè, in primis autem Gal. alterum medicinæ lumen: Nec ego spero me quidquam his addere posse, quæ ab eis dicta sunt. Sed tamen eadem ipsa explicabimus, faciemusque planiora, & firmiora. In scientijs plurimum valet confirmatio. Sunt præterea quædam nondum satis statuta circa rem hanc, quæ discussione egent. Tum denique multorum sententiæ variâque de eadem re iudicia mentem exacuant & ad inquirendam veritatem stimulant. Iam igitur mihi animum attendite, auditores, & omnia quæ circa venæctionem scitu digna sunt inquirenti, ostenderique quanta cum facilitate, breuitate, methodo, industria que fieri potest, benevolam, attentam, assiduamque, ut soletis, præstate mentem. Itaque fieri: ut nec vos nec me pœnitate suscepisti laboris.

C A P. I.

CVM duo sint plurimorum maximorumque morborum præcipua familiarissimaque remedia, purgatio scilicet & Phlebotomia; & de purgatione dixerimus proximè elapso anno; non abs re fore visum fuit consequenter de venæsectione agere, quid scilicet ea sit, an administranda, quibus conueniat, quantum, quando, quā, & quomodo instituenda. Et quamvis Gal. tractatum de hac peculiariter considerit, & post eum quidam alij: tamen nos tum ab eo, cùm ab Hipp. tum denique ab alijs commodiora quæque colligentes felicitatesque, in congruam methodum ordinemque digeremus, quò nihil huic materiae aut desit, aut superfluat. Est ergo phlebotomia, sanguinis præcipue, & eorum qui cum sanguine in venis continentur, humorum, per sectam quandam arte venam, facta euacuatio. Vnde iugulatio, vulnus, scarificatioque extra venæsectionis censum reperiuntur. Non sunt enim aut vnius venæ, aut arte factæ sanguinis euacuationes. Quemadmodum neque hypercatharsis, venæsectione dicenda est, quamvis per eam & sanguis etiam cum multis humoribus à venis educatur; non enim id fit sectâ venâ. Constat etiam venæsectionem vniuersale remedium esse, vt quod & vniuersos humores euacuet, & ab vniuerso corpore. Apertâ enim venâ, qui in ea humores continentur partim quia liquidi cùm sint, non possunt non per patens foramen effluere, partim quia calore & spiritu mobiles, qui proximi sunt vulneri foras erumpunt, quos continuitate & successione reliqui sequuntur, non aliter quam vbi lithargyrum abluturi pharmacopœi laneam ligulam vase aqua semipleno ita aptant, vt cius pars vna aquam contingat, alia extra vas propendeat, vnde fit vt aqua in imo posita laneæ ligulae siccæ se insinuat sursum per eam ascendens, non à siccitate tracta, sed siccum humectatura, quoisque totam humectari ligulam, vnde postea grauitate deorsum fluit, quam sequitur continuitate tota reliqua aqua, ita vt nihil amplius in vase remaneat: sic etiam sanguis, & humores qui in vase continentur, omnes continuatione feruntur, totique effluent, nisi occluseris vulnus, propter communitatem vasorum omnium inter se, & corporis totius transpirationem, con spirationemque & consensum in vnum. Propter quod etiam non solum venæsectione humores qui in venis sunt euacuantur, sed etiam qui extra easdem continentur, vt in pleuritide & alijs inflammationibus appetit, a vt infra dicetur. Non est ergo quod ad dolorem à vulnere illatum, aut facultatem venatum expultricem, sanguinis in venæsectione fluxionem referamus. Multò minus etiam existimandum per eam plus vnum quam alium fluere, bonū quam malum, tenuem quam crassum: nec enim id patitur humorum permixtio, nec temporis breuitas, nec denique naturæ impotentia in tali fluxu, & successione. Non tamen propterea damnandus est Auic. cùm ait cauendum esse ne venæsectione ex grā ad vnu ex duobus incōmodis deducas, aut biliosorū effervescentiam,

*An sang. in**art. ad**Erasiftra.**& Eras. 6.**v sup. 2. vic.**acut. 10.**Hip. lib de**Alimen.**a de vitt.**acut. com.**2. 10.*

aut pituitosorum cruditatem, etiam si nulli sint extra venas noxijs humores, vt doctissimus Fernel. facit; qualiscumque enim sanguis sit, semper in vasis suis à potiore sui parte, quæ est sanguis humor simplex peculiariter sanguis dictus, adiutus, reliquos humores cohibet, regitque, & si sunt crudi, concoquit, si feroce domat: vnde semper, siue crudior, siue calidior sanguis sit, eius nimia euacuatio nocet, propter meliorem illam sanguinis partem euacuatam, etiam si parua illa sit quantitate cum reliquis collata. Multò verò magis, si in reliquo corpore & extra vas, bilis aut pituita abundant: quemadmodum qui tesseris (*damas* Galli dicunt) ludunt, vbi quis verbi causa sex habet, alter verò tres tantum, primus nil aliud cupit quām tessera permutare, imò duarum pro una iacturam facere, sicque tandem vincit, nisi alter prælium vitet; sic etiam imminutus bonus sanguis nimium, ab alijs humoribus facilis, etiam eadem proportione manentibus, vincitur, corruptiturque.

C A P. II.

VONIAM Erasistratus eorumque sectatores, aduersus quos vros que Gal. libros condidit, & nonnulli etiam hac in Tolosana ciuitate nimirum sanguinis missionem, reformidant, operæ pretium est videtur num venæfectio laudabile sit remedium, vt Gal. omnésque post eum, & ante eum Hippoc. & alij censuerunt, an contrà vitandum, vt Erasistrato Devenef. 5. perito medico placuisse videtur. Sanguinem quidem constat esse natura 2. Nat. fac. thesaurum caloris natui, vitæque somitem, & fundamentum: eaque 8. 1. san. ratione non temerè fundendum esse, imò si fieri posset, nullo modo funtu. I. Quod. ani. dendum. a Propterea dixit Hippoc. *Sanguis sursum quidem qualiscumque mo. 7. 2. fuerit, malus est.* & alibi, *Quibus in febribus sanguinis fluxerit multitudine, Elem. 2. de sem. 26. quacumque ex parte, cum reficiuntur, alii his humectantur;* & iterum b aduers. Ly. *Menstruis largius fluentibus, morbi eveniunt:* & alio in loco addita distinctionem, c. *quicunque euomunt sanguinem, si sine febre quidem salutare: sive a 4. Ap. 15. rō cum febre, malum.* Vbi per salutare, non intelligendum est, quod sanguinem vomere sit vlo modo salubre, vt innuit Gal. in commento, b 5. Ap. 57. sed quod minus periculose, si sine febre, quām si cum febre: sem. c 7. Ap. 37. d 3. Symp. ergo audacter afferere, nullam sanguinis euacuationem per se lassabilem esse: cūm sanguis natura sua sit alendo corpori desinatur, neque debeat exire. Ex accidenti verò sanguinis euacuatio 9. Metb. 11. 6. Epid. 4. laudatur, vbi exuperat, vt in feminis non vtero getentibus, & 24. alijs sanitatis tempore; aut vbi minus est laudatus, vt in ijsdem feminis male habentibus, & hominibus per ægritudines alias. Atque hoc est quod Erasistratum decepit, si quidem verum est quod Gal. afferit, cum ~~anno~~ à venæfectione abstinuisse, decipitque Tolosates nostros hemaphobos. Si enim sanguis modū in quantitate, & qualitate seruaret, neque

in aliquam partē decubitus timeretur, nunquam aut à natura, aut ab arte profunderetur. Quia autem sāpe in aliquo horū peccat, sāpe etiam in pluribus, & natura & arte maximo cum mortalium commodo foras mittitur. Quemadmodum ius carnium, vbi ob nimium ferorem effunditur, quantumcumque sit laudatum, imminuimus, & vinum mustum, & oleum aut seum quod lucernam extinguit. Neque verò validius est aliquod argumentum mittendi sanguinis arte, quām ipsa natura, quā arti initium, progressum, finēmque dat, quāmque vnicam tanquam certissimum ducem 1. Ap. I. 2. medicus eius minister semper benè agentem sectari, imitarique debet, vt 2. Aph. 21. & fecit Hippoc. Gal. celeberrimique quique medici, imò & Erasistratus ipse, qui eam summis extollens laudibus, vt ait Gal. a eam tamen non 15. in hoc imitatur. Hæc ergo multis modis nobis venæctionem suadet, 9. Plac. 15. præmonstratque, vt Gal. b ostendit, vt in mulieribus benè habentibus, 6. Aph. 6. nec vtero gerentibus, singulis mensibus per vterum sat magna copia re- a de Venas ad Eras. 5. iecto sanguine: qui quidem ex se non nisi c quantitate abundat. Abun- b ad Eras. 6. dat autem, quia cùm ad fœtus d nutritionē à naturā destinatus sit, vbi hic 7. in vtero nullus est, necesse est vt effluat. Indicio autem est ad hunc finem c. 3. Caus. sympt. 2. institutum esse eius in vterum illapsum, quod nunquam eò fertur, nisi d. 5. Aph. cùm iam matura virgo concipere potest; nec concipit, quin prius appa- 60. ruerint menstrua, vnde communī dicitur adagio, non posse mulierem fru-
ctum ferre, ni prius flores proferat, vocantque propterea vulgariter men-
strua flores. Vnde constat ianguinem qui ad vteros fluit, nutriti fœtus
causa fluere, & ob id in fœmina abundare. Quandiu enim in vtero fœtus
est, hunc alit, nec exit: vbi puer natus est, ad eiusdem alimoniam ad mam-
mas conuertitur, nec exit per vterum: vbi non potest amplius concipere
mulier, nec fluunt menstrua, nec adeat lac: & quæ animalia concipere
non valent, nec habent etiam lac; & quæ lactant, superuenientibus men-
struis, lacte destituuntur; & quæ vtero gerunt, si vena eis aperiatur, abor-
sum patiuntur, priuato scilicet fœtu alimonia. Hic ergo est solus naturæ Gal. ad
scopus, dum sanguinem ad vteros mittit, & hac de causa efficit vt fœ- Eras. 7.
mina plus sanguinis & conficeret & coaceruaret quām in sui alimoniam Hip. 5.
opus haberet, vt scilicet fœtum vnum, aut plures aleret: qui vbi non ad- Aph. 31.
funt, aut non lactantur, necesse est sanguinem foras exire, nisi noxas ab eo
abundante sentire mulierem velimus, quas sentit vbi non probè expurga-
tur. Quemadmodum & homo cui brachium aut crux abscissa sunt. Quare
non videtur sat attentè rem infexisse Gal. alias summus vir, cùm ait ad-
uersus Erasistrat muliebre genus quod domi ageret, neque vehementibus cap. 7.
laboribus exerceretur, aut sub claro sole viueret, ac ob vtraque hæc multi-
tudinem humorū coaceruaret, ipsam euacuationē plenitudinis, tanquam
remedium naturale obtinere opus habere: & alibi, quia frigidæ & humi-
& nimis essent plus sanguinis gignere quām conficeret valeant, quare
menstrua euacuatione indigere. Poterat enim efficere Deus & natura vt
mulieres sicut & viri, sicciores fuissent, neque tantum conficeret sanguinem,
quantum conficiunt; nisi rationem habuisset nutricionis fœtus;

idque melius fuisset, præcavere sanguinis abundantiam, quām ei inducere remedium per euacuationem adhibere. Quod enim ad otium, & moram domi in umbra spectat, non habet locum nisi in delicatulis nostris, nobilibus, urbanisque mulieribus. Rusticæ namque omnes nostrates, artificum uxores, Indæque omnes, Ægyptiæ, Æthiopes, Americanæ, Peruanæ, Mexicanae, & multæ aliae mulieres nō minùs sub aperto cœlo semper sunt, durosque sustinent labores quām viri, neque tamen propterea definiunt nutrire infantes, expurgarique æquè ac nostræ desidiosæ. Adiuuant quidem sanguinis copiam otium & multus cibus, (vnde & quæ plurimum laborant, parcéque nutriuntur, rariū etiam parciūsque expurgantur, ut superiores) sed non sunt vlo modo prima menstruorum causa: imò prima & præcipua ratio quare sanguis ad vterum confluit, est ad nutrientum foetus; ad quam sequitur necessariò, ut si foetus extrà iam processerit, recurrat idem sanguis ad mammas ad eundem effectionem: quod si nec nutritat mulier, consequens est ut foras mittatur, ne nimia multitudine offendat. Vnde & illud quoque manifestum est, sanguinem qui ad vteros confluit, æque elaboratum esse, laudatūmque atque reliquum mulieris, subindeque & eum qui menstruo circuitu effluit: nisi fortasse tantulâ morâ, aut humorum aliorum admixtione aliquo modo vitetur. Id autem rarum est, & fortuitum, accidentariumque. Ex quo Plinij & aliorum error redarguitur, qui menstruum sanguinem tam fœdis calumnis onerarunt: non autem crediderint Aristotelem huius fuisse opinonis, licet aliquid simile videatur dixisse 3. Hist. an. 19. loquitur enim de immodico fluxu, profluvio dicto, quod ex vitioso sanguine ferè semper fit. Sed hæc de menstruo sanguine sufficiant. Consequens est ut persequamur institutum de venæfectione à naturâ indicata. Hæc ergo abundantem & vitiosum sanguinem manifestè & in sanitate & in morbo deponit. Diximus in mulieribus non habentibus in vtero, neque lactantibus. Eadem in puerperio, toto gestationis tempore coaceruatum in vtero residuum sanguinem à pueri alimonia, commodissimè foras ejicit; alias plurima induciturum mala, ut quotidiana experientia attestatur. Ea ipsa regulari menstrui sanguinis euacuatione, mulieres à multis morbis immunes reddit nondum affectas, aut iam occupatas liberat, ut à podagra, hydrope, melancholia, mania, epilepsia, vteri strangulatu, ophthalmia, dispince, pica, malachia, vomitu sanguinis, aut sputo, & multis alijs: in quæ omnia prona magis est, si non bene expurgetur. Non tamen omnino afferendum, ut

A. Enraf. facit Gal. eas quæ benè expurgantur, non obnoxias esse vlo modo superius enarratis affectibus, ut nec pleuritidi, peripneumoniae, lethargo, tremoribus, conuulsionibus, similibusque: cum nos quotidie videamus his aliisque malis corripi multas, quibus probè fluunt menses. Satis ergo est, eas non tam facilè in ea incidere, atq; alias, quæ non tam liberè euacuantur; quia per tritam hanc viam feruntur ex accidenti praui humores, si qui in corpore sunt. Abutitur enim natura vtero ad superflorum euacuationem, quemadmodum & ventre, & vesica, per quæ multa alia quām quoti-

diana coctionum naturalium excrementa saepius deponuntur. Vnde etiam fit ut saepe a morbis continuis, & acutis, magna per uterum superueniente euacuatione, liberentur felicissime. Idem quoque maribus contingit in ardentibus febris, phrenitide, pleuritide, peripneumonia, sanguinis sputo, vehementi capitum dolore, & nonnullis alijs, a quibus larga sanguinis narum profusione superueniente, manifestissime eripiuntur. Idem etiam sanguis nunc vomitione, nunc fecessu, nunc per urinas, nunc per hemorrhoidas, aut sedis venas extrusus multos utriusque sexus a faucibus orci vindicavit. Iuuenes autem nonne naturae motu, maximè vero euaschi, floridique, toto quandoque vere, & singulis diebus, multum per nares effundunt sanguinem? Quod si non fiat, in crudelissimos incident capitis dolores, acutissimosque morbos: quibus etiam defunguntur, superueniente eadem hemorrhagia. Ergo necesse est aut haec omnia experientia tot sacerulis a tot doctissimis viris visa, confirmataque negare, aut concedere sanguinis missione necessariam omnino esse in arte medica. Omitto nunc rationes, quæ ad id probandum adferri possunt, ne altercationi locus ullus relinquatur. Hanc solum adducam, negari nullo modo posse, sanguinem quandoque debitam quantitatem, quandoque temperiem amittere. At hoc concessso, ubi abundarit sanguis, nullum praesentius est remedium venæsecione; ut interim de vitioso sanguine taceam. Quamvis autem mittendum sanguinem afferimus, tamen id cum magnâ cautione & moderatione faciendum decernimus; ne in aliam contrarietatem incidamus cum Gallis quibusdam, Italibus, Hispanisque, qui plus quam par sit hoc remedio abutuntur. Neque tamen propterea remedium improbandum est, si quis id male adhibeat, sed prescribenda cautions, conditionesque, quibus instructus solers medicus eius usum iuuetur, quibusq; directus haud longe a mediocritate aberrare possit, neque cum Tolosatis & Erafistrateis eam adeo timere, neque cum Parisiensibus, Italibus, & Hispanis, immo & Gal. ipso, tam audacter licenterque eam celebrare.

C A P. III.

POSSITO quod vena secunda est aliquibus, videndum est secundò, quibus. In qua re magis laborandum. Neque enim facile est in genere omnes quibus opus est, ostendere, & quibus non opus: cum multa sint ad hoc remedium optimè instituendum necessaria, quæ particularibus & locis, & temporibus, & temperaturis, & denique subiectis immuntantur; quorum non est certa scientia. Individuorum enim nulla est. At medicus Socratem & Aristotelem curat, non hominem in genere. Dicendum tamen quam certissime fieri poterit. Cum morbi qui ex repletiōne sunt, euacuatione carentur; & sanguinis missio euacuatio sit, a De const. ea primò plenitudini debetur. Est autem plenitudo duplex, a ad yasa, & ar. 24. lib. ad yires: item & alia generalis, alia particularis: alia etiam laudati sanguinis, alia vitiosi. In his omnibus necessaria est venæsecatio siue sani sint, de plen. & de sag. mis. c. 4. 5. 6. de Ven. 6.

6. Aph. 47. siue neutri decidentiæ, siue etiam ægroti. De duobus quidem ultimis
 1. Aph. 3. nulli dubium: de sanis autem, quod minus credi posset, asserit Hipp. manifestè, imo cōsulit accelerare, & Gal. de const. artic. citato. Non ergo non potest omni plenitudini cōgruere evenæ sectio, maior, minor, rursum sed nō omnia.
- De const.* nis plenitudo venæ sectione sola curatur, sed etiam purgatione, in media sectione articulata. Cionibus, balneis: neque etiam venæ sectione soli plenitudini debetur, sed
6. Aph. 47. sunt etiam multa alia quæ eam & desiderant, & ea maximè iuvantur de Phlebo.
- ad Erasist.* Quæ omnia Gal. ad unum sat industrie reducit, licet non sat scientificæ.
14. 15. scilicet ad morbi magnitudinem, nempe aut præsentis, aut impendente devenientis. Quod quidem quamuis saepè verum sit, tamen non semper; lithias.
- secl. 6. sis enim magnus est morbus, & ischuria à pituita, aut fabulo, & intestinorum perforatio à vermis facta, quam saepè sequitur conuulsio, & morbus & conuoluulus à conuoluto intestino, & hec tica febris, & pestis, & hydrocephalus.
- ad Erasif.* drops, (quamuis Gal. nonnullos aqua intercute laborantes venæ sectione curasse asserat,) & colicus dolor à vitrea pituita, & frequens syncope, & multus in toto corpore collectus crudus humor, aut ex eo nata febris de Veneris & quidam alij, quibus nullo modo competere potest sanguinis missio.
- secl. 6. & Cūm ergo hic scopus solus nutaret, Gal. sequutus auctoren lib. de Ven. 12. Met. 3. ditione victus in acutis, cum alio suffulcire conatur, addens ad magnitudinem morbi, virium robur. Sed nec id satis est. Nam primò virium robur non indicat per se, neque venæ sectionem, neque purgationem, sed
- tex. 19. acut. 45. permittit utrumque, aut aliud quodvis, idque audaciūs, & liberalius fieri posse ostendit: proindeque optimè à medicis vires non indicate venæ sectionem, sed contraria indicare dicuntur, quia eam prohibeant si sint debiles, vt ait Gal. Secundò in calculo rerum aut vesicæ, Ischuria, conuulsiones, hec tica febris principio, & alijs, nonnunquam satis constant vires, & tamen venæ sectione non est ex usu ullo modo. Tertiò non semper expectandum est, vt magnitudo morbi aut adsit, aut timeatur; nam in medicis etiam morbis Phlebotomia plurimum conductit, & laudanda est. Nec ergo magnitudo morbi primò & per se venæ sectionem indicat, neque particulare aliquod remedium, sed magnum remedium, iuxta illud Hipp. Extremis morbis extrema remedia exquisitè adhibenda sunt, sed quia sanguinis missio magnum est remedium, ea ratione magnis morbis conuenit, sed non omnibus. Aliquibus enim magnis conuenit purgatio, non venæ sectione, dicente Gal. ex Hippocratis sententia 4. Meth. 6. Neque virium robur remedium hoc aut illud suadet, sed permittit magnum; idè & venæ sectionem si ea opus sit. Atque his duobus scopis contentus est Gal. hac una addita exceptione, vt scilicet pueris non mitatur sanguis, etiam si adsint magnitudo morbi, & virium robur: quod quidem robur, quidquid nonnulli dicant medici, in ipsis pueris, inueniri tradit, nunquam autem in senibus; proindeque male ab authore ultima partis lib. de Ratio. viet. in M. A. adiectionem esse ætatis notionem ad duos primos scopos: quamvis idem Gal. 4. vic. acu. 19. melius esse asserat, si ad duos primos scopos ætatem addas. Sed haec omnia, sicut & multa alia in re medica

re medica, non sunt adeo firma, & stata, vt nunquam mutentur. Pueri enim sape sanguinis missionem ferre & possunt, & poscunt; & quidam etiam senes adeo sunt vegeto corpore, vt multo facilius phlebotomiam tolerent, quam ex iuuenibus nonnulli: quod & dixit Celsius, & asserunt l. 2. c. 10. multi alij. Quare non absolute pronuntiandum, senes excludi à venæsecione secundo scopo, quia in illis non est virium robur: neque omnino damnandus author ille, qui florente etate desiderat eum: cui secunda vena; sub ea enim comprehendit omnes prater primam & ultimam, quod & Gal. agnoscit ibi; nec vlla est que magis venæsecionem ferre possit, quam florens artas.

• C A P. I V.

Rrss itaque repetentes sic dicamus. Si magnitudo morbi non indicat primò & per se venæsecionem, nec virium robur, nec ambo simul, an ergo inutiles hi sunt scopi, aut qui certiores? Nane non indicant directè & immediatè, vt dictum est, sed contingit hic idem quod in definitionibus. In his enim si essentialis differentia nobis innotesceret, eam tantum ad genus apponere sufficeret; sed cum illam ignoremus, cogitatur proprietatibus quam proximè ab ea fluentibus pro ea vti. Sic etiam hic prima & legitima venæsecionis indicatio est copia sanguinis laudati: de Venef. secunda vero illaudati. Sed quia ea copia, nisi adeo exuperet, vt vnicui- 6. que manifesta sit, non satis est perspicua; ideo cogimur per morbi magnitudinem eam inuestigare hoc modo, & his colligere rationibus, quia scilicet sanguis in corpore nostro præcipuus est, & copiosissimus omnium humorum; & vt plurimum propter ingluuiem potius abundat quam deficit, facileque ob sui copiam & temperamentum putrescit: vnde maior morborum pars ab eo pendet, & grauiores, vt febres inflammationesque cum internæ, tum externæ, quas comitantur etiam febres, propterea que dixit Hip. sunt autem acutissimi, & maximi, ac grauissimi morbi, & maxime lethales, in continua febre: & denique quia quamuis non sit plethora, tamen si pars aliqua doleat, aut percussa sit, aut concalefcat, aut alijs aliter affecta sit, cum venis omnia sint plena sanguisque calidus sit, & spiritu plenus, mobilis, & in quamcumque partem fluidus naturæque maximum instrumentum, statim illuc & fertur, & mittitur, multasque parit noxas: propter has inquam causas omnes, morbi magnitudo vt plurimum sanguinem mittendum suadet secundariò; cum magnitudo morbi figura, sit abundantis, aut præcalidi sanguinis: qui quamuis non abundet in toto, tamen si in affectam partem decumbat, ibi abundabit. Nec enim solùm de Venef. ad curationem, sed & ad præcautionem imperatur venæsecio, vt mox 8. 9. dicitur, & quamuis non cadat in partem aliquam, tamen quia intentus est, ea ratione abundat, & eget correctione, quæ maximè fit eu-

1. Epid.
com. . .

7. Aph. 1.

2. Aph. 19.

tilatione : hanc autem Phlebotomia procurat. Quia autem non satis est scire quod remedium cui morbo conueniat , nisi etiam noscas an æger id ferre possit , ideo non solùm ad venæsectionem virium robur est obseruandum , sed ad purgationem , balneum , membra amputationem , paracentesim in hydropicis , vſtionem & sectionem empirorum , & deinde ad quodcumque paulò fortius remedium : ita ut virium robur non sit venæsectioni proprius & peculiaris scopus : satis autem erit duos hos mittendi sanguinis scopos præ oculis habere , magnitudinem scilicet morbi , à sanguine non nimirum crudo verisimiliter prouenientis , & virium robur ; nec ætatem , nec aliud addere neceſſe erit . Sub hoc enim virium robore facile est intelligere ætatem , anni tempus , locum , aëris constitutionem , ante aëtam vitam , sexum , & corporis habitum . Quæ omnia aut suadent , aut dissuadent venæsectionem quatenus languent cum aliquibus vires , cum alijs verò valent . Ut verò quandam quasi speciem adumbremus doctrinæ venæsectionem indicantis , aut prohibentis , non erit abs re sindromen signorum illud

de Vene- aut hoc insinuantium hic recensere : quam licet Gal. alicubi non mul-
sect. 9. 8. tum probare videatur , magisque sanguinis mittendi quantitatem , quam
4. Meth. 6. ipsam venæsectionem ostendere dicat , tamen alibi contrarium dicit,
a de Venæf. & sanè simdrone illa ad utrumque facit , neque damnanda est maior
6. cautela , neque superflui visi vnquam sunt multi , qui viam indicent ,
cespites , & qui veritatem patefaciant , testes . Esto ergo iuuenis quidam
quadrato corpore , carnosus , amplis venis , rubicunda facie , reliquo
corpo , aut ad nigrum vergente , ingeniosus , mobilis , hirsutus , densa cute , duro habitu , validus , laboriosus , magno pulsu , qui
semper bene nutritur , mero indulgens , quique cùm antea solitus es-
set multùm exerceri , iam ab aliquot diebus desidiosè viuit , cuique cùm
multus per nares aut sedis venas fluere sanguis consuecerit . iam à multis
mensibus nihil fluxerit , aut si mulier sit , restiterint illi menstrua , ini-
tio veris , in Gallia , aut circumiacinis regnis , tepente aëre , aut paulò
calidiore ; hic inquam iam pigrè mouetur , sentit quandam tensio-
nis sensum , pulsationēmque circa tempora , & reliquo corpore . Huic
ergo , etiam si temperans sit , neque in morbos incidere assuetus , neque
dum ægrotus , protinus subiecto clystere , eiectoque , sanguinem mit-
tes ; memor dicti illius Hippocratis . *Habitus athletarum* , qui ad sum-
mum bonitatis peruererit malus , &c. Vbi soluendum esse statim in-
bet , neque differendum . Quamuis enim temperans sit homo , dicto
de Venæ- que obediens , vt vult Galen . non tamen própter ea expectandum ut
sect. 9. frictionibus , balneis , inedia , inunctionibꝫque plenitudo tollatur ,
longa , laboriosa , periculosaque via , quod breui , facili tutaque per
venæsectionem fieri potest . Namque ut homo iniunctam longam ferat
abstinentiam , (quamuis id valde difficile sit lautè viuere assueto , &
ventriculi , iecoris , aliarumque partium nutritioni inferuentium , ro-
bore prædicto) reliquaque timor tamen est ne frictionibus , inunctionibus

multoque magis balneis, atque etiam sine his, proprio motu, aut quacumque oblata occasione, humores prius quam exhausti sint, in aliquam ex principibus partem irruant, aut naturalem suffocent calorem. A venæctione autem in tali constitutione nullum imminet periculum. Multo verò audacius sanguinem mittes, si alicui morbo obnoxius est; ad præcautionem scilicet; cùm eadem quæ ad curationem faciunt, ad præcautiohem etiam conferant, imò melius sit morbum impedire, quam curare Hipp. de venæf. 8. & adhuc magis si iam laborare cœperit: & denique maximè, si magno morbo. Id interim obseruandum, vt superiùs tetigimus, in magnis solùm morbis mitten-dum sanguinem esse, qui à sanguine originem trahunt, aut ab eo fo-ueri, aut augeri possunt. Et quamvis Galen. tria tantum magnorum morborum genera statuat, propter partis excellentiam, vt est cordis vulnus; propter magnitudinem in suo genere, vt pedale vulnus, aut magna inflammatio; & propter cachoitem, vt pestis; tamen sunt etiam alij magni symptomatum vi, vt punctura nerui ob conuulsionem, quæ sequitur; aut partis actionis necessitate, vt calculus vesicæ, intestini vlcus. In quibus ultimis, & hectica, & hydrope incipientibus, & punctura ventriculi à vermibus, & mosfu canis rabidi, basilisci, aliorūque venenatorum, sæpe in principio vires constant, nullo tamen modo sanguinis missio conuenit. Quod si verò quis omnino contraria omnia habeat superioribus notis, nulli dubium, quin sanguinis missionem ferre nullo modo possit. Rursus verò & ille multam feret sanguinis euacuationem, hic ultimus nullam, qui verò inter hos medij erunt, mediocrem. Medij autem hi sunt adeo multi, vt vix eos, ac ne vix quidem certo numero, aut determinatis notis circumscribere possis. Maioris enim & minoris in ægroti temperie, habitu, ætate, humoribus, vietu, exercitijs, temperie aëris, loci, temporis anni, morbo, virib[us]que magna est latitudo, & infiniti gradus, qui sub scientiam non cadunt, vt nec quidquam aliud particulare. Quare numeratis his qui venæctionem ferre nequeunt, qui sunt multò pauciores, facilius patebit qui sunt illi qui candem tolerare valeant. Inter eos ergo qui sanguinis missio-
nem ferre nequeunt præter superiùs dictos numeratūr hi qui plurimo crudo succo abundant non solùm in venis, sed etiam in toto corporis habitu;
qui etiam si non exciperentur, tamen virium languore satis excluduntur.
Eodem etiam languore cōtinentur qui fluore alui, qui longis vigilijs, sudoribus, inedia, labore, mero, hemorragia, longo morbo, studio, dolorēque confliguntur, aut confligati proximè fuere, aut erunt: proindeque venæctionem ferre nequeunt. De muliere autem grauida, quamvis dixerit Hip. 5. Aph. 30. vena secta eam abortire, tamen nonnulli in magna plethora, aut graui aliquo morbo, constatibus viribus, à quarto ad se-
ptimum mensē fieri debere contendunt. Quod & Celsius vult: nec mihi displicet sententia. Ut enim fœtus periclitetur (quod tamen cōtrā eueniet, leuata scilicet matre premente malo) tamen satius est matrem saluā fieri,

de venæct.

9. 6

12. Meth.

Fernel. 27

Meth. 12.

quām vtrumque interire. Tolosā tamen non patiuntur vt vena incidatur prægnanti. Atque hi ferē sunt qui Phlebotomiam ferre nequeūt. Qui autem melancholico sanguine referti sunt, quia viribus magis constant, mediocrem sanguinis euacuationem tolerare valent; modò non admodum terrestris sit; & morbis illi sint obnoxij. Quemadmodum enim præsente phlethora, quamvis non manifestè impendeat morbus, aut iam adsit, tamen nil impedit quominus sanguinem mittamus, ad præcautionem, & maiorem securitatem: sic contrā vbi sanguis non abundant, & virium robur ambiguum est, etiam præsente morbo, aut ciuendum est à venæsectione, aut parciūs ea vtendum. Vnde etiam sequitur, vt in febribus mediocribus, & ophtalmijs, & inflammationibus externis, & capitis doloribus, & sanguinis fluore, & alijs moderatis affectibus, modò vires non repugnant, mediocris Phlebotomia conueniat, licet morbus non sit magnus. Denique, vt finem huic parti imponamus, pauci admodum sunt morbi, qui, modò vires permittant, nec frigus obstet magnum, nec frigidi multi humores, nec ingens æstus, non venæsectionem exposcant; siue ad præcautionem, siue ad curationem; siue ad intemperie corrigendam, siue ad reuelendum, siue ad euacuandum: siue vniuersales, siue particulares sint morbi; siue ex intemperie simplici, siue humorali; siue à conformatiōne viatiata, quam effecerit humor, aut souere possit; siue denique à solutioñe continui, quam idem humor aut peperit, aut sustineat. Quomodo autem virium robur cognoscatur, aliunde petendum est, quemadmodum & quibus signis Plethora deprehendantur: uno tamen verbo virium robur in firmitudine actionum naturalium, vitalium, & animalium spectatur: sed præcipue pulsu dijudicatur, qui magnus magnas, paruuſ paruas, mediocris medias ostendit vires.

C A P. V.

POstroq; a m: vtcumque constitutum est, quibus conueniat venæsector, videndum nunc est, quantum sanguinis detrahendum. In quo non minus quām in illo laborandum est, imò magis, quantò difficultius est scientificæ methodo particularia complecti. Atque hoc maximè & conjecturalem artem facit, & peritum medicum ostendit, 3. Metb. quantitas scilicet offerendorum, auferendorūmque, & occasio. In 3. quantitate autem sanguinis præscribenda duo obseruanda, primum quantum sanguinis, deinde quo vicibus. Libram enim unam poteris aut semel, aut iteratis vicibus exaurire: idque plurimum interest scire. Nam quidam sunt, qui tribus euacuationibus cotyla-

vnius iacturam ferre possint, quibus si vno impetu detrahere velis, concident, aut grauissimè afficiantur. Sanguinis autem mittendi quantitatem summe omnium præcipue ostendunt vires, quamadmodum & medicamenti cathartici quantitatem, & vim. Non autem solum attendendum est ad præsentes vires, sed & coniectandum quoque de futuris, & ita dispensanda, vt morbi longitudinem tolerare valeant, quod & Hipp. de victu annotauit. Hoc autem præceptum ante omnia cordi ^{i.} Aph. 9 habendum est, vt parcus potius detrahamus, quam liberalius, & infra debitam consistamus quantitatem, quam supra: facilius enim est iterum detrahere, quam nimis imminutum reponere. Qua ratione dixit etiam ^{i.} Aph. 52 Hipp. satius esse in paulo pleniore victu errare, quam in paulo tenuiore.

Vnde & illud sequitur, nunquam nos sanguinem mittere debere vsque ad animi deliquium. Quod tamen dictum sit bona cum venia Hipp. & ^{i.} Aph. 23. Gal. quibus in arte peritissimis, & exquisitissimis rerum æstimatoribus facile erat, & circa periculum ægrotum ad syncopem vsque deducere. ^{De venas. 11. 14.} ^{9. Meth. 4.} Nos autem & indocti & rudes, ægros ad necem impelleremus, quemadmodum tres illi medici, de quibus Gal. refert. Memores ergo dicti illi. ^{De venas. 11. 1. Epid. 10. 2. 50.} lius Hippocratis, te ad hoc exerceto, morbis vt prosis, aut ne quid no- ceas: & eorum quæ ibi addit in cōmento Gal. & quæ 12. Metho. c. 1. satius esse longiori tempore sanare, modò tutò, quam breui, cum periculo. Et ^{i.} Aph. 3. quæ Hipp. sic & euacuationes quæ ad extremum deducunt, periculosa; & 2. Aph. 4. alibi, nec aliud quidquam quod naturæ modum exceferit, bonum; & rursus ^{2. Aph. 51.} alibi plurimum atque repente euacuare &c. periculosum: quia omne ni- mium naturæ inimicum, sed quod paulatim fit, tutum est: & rursus ^{14. Met. 13.} Gal. optimæ curationis tres esse rationes, scilicet vt tutò fiat, citò, & ci- tra dolorem: memores inquam dictorum istorum, nunquam in venæsec- tione, aut purgatione, aut alijs medicis operationibus perueniemus vsque ad animi defectum, quantum in nobis erit; & quantumcumque grauis sit morbus, validæque vires. Dixi, quantum in nobis erit, quia sunt nonnulli adeo pusillanimes vt auditio venæsectionis nomine, aut initio eiusdem, animo linquantur. Quos tamen eadem ratione aut non tun- des, aut parum detrahes. Vnde bene consulebat Gal. manum carpo ad- ^{De venas. 11. 12. 20.} mouere, vt virium tenor cognosceretur: & nos idem facere possumus, licet non ad animi vsque defectum detrahendum sit: quamvis ex ægroti facie & loqua facile sit eius vires captare. Non tamen alterum Hippo- ^{De vic. acu. com. 2. 10.} cratis signum adeo est certum, mutatione scilicet coloris in sanguine. Prä- terquam enim quodd difficile est hanc mutationem in fluente sanguine adnotare; & quodd sanguis non ostendit quod in se continet, nisi post- ^{De venas. 12.} quam coagulatus est, durum est expectare vt totus sanguis qui inter vul- nus & inflamatam partem intercedit, exhauriatur; & tandem qui in Phlegmone continetur, fluat. Ut interim omissitam hoc solum locum habere posse in particularibus inflammationibus, non autem in solis arden- tibus febribus, aut putridis: nec adhuc in omnibus particularibus inflam- mationibus, sed in sola fortasse Pleuritide. Quis enim credit in Peripne-

monia, Angina, Phrenitide, aliisque distantibus Phlegmonibus, sanguineum tumorem committentem per brachij venam exire? Quod autem ad venæctionem attinet, Tolosæ hæc obtinuit consuetudo, ut nunquam nisi ad vincas quatuor, etiam robustissimis, imperetur: quas tamè chyrurgus ad arbitrii extedit. Rarissime etiam iteratur sanguinis missio, quamquam saepissime ea opus habeat æger: tantù abest ut ad animi deliquiū, aut septies, plurius, ut Parisijs, in Hispania, Italiāque fit, eandem celebrent. Quis autem modus scrundus sit, non est facile constituere in tanta morborum locorum, temporum, corporum, morum, viriumque diuersitate. In maximis tamè affectibus, ut Apoplexia, Phrenitide, Lethargo, Epilepsia, Angina, Peripneumonia, Pleuritide, inflamatione septi transuersi, Hepatis, vetriculi, & iactu, casu ex alto, aliisque, præsente virium robore, iuxta sindromen superius descriptam, non aberrabit, qui vincias duodecim, aut etiam viginti prima vice detrahet. Si autem nimis premat affectio, à prandio tantundem detrahi potest, aut sequenti die. Exinde non licet amplius Tolosæ ventundere, sed perseverante morbo admoueri possunt cucurbitula scapulis cum scarificatione, præcipue si in capite malum sit: si vero in thorac sit, applicari possunt lumbis, & clunibus, sed hic etiam raro scarificantur.

De venef. 9. Nunquam vero suras scarificant, quod tamen Gal. plurimum ludat, & Hispani saepè factitant, maximè pueris, qui venæctionem non facilè admittunt ob superius dictas causas. Vbi tantus non fuerit morbus, nec tam magna plethora, reliquaque sindromis supradictæ pauciores, aut minores conditiones, sufficiet vincias sex, aut octo prima vice detrahere, secunda vero sequenti die aut totidem, aut paulò minus, noli iniminitus sit affectus: alias enim non est secundò tentanda Plebotomia, sed reliquum cathartico, inediāque absumentum est. Quod si febris perseveret, neque postynam aut alteram hebdomadam soluat, sed ad naturam chronicorum morborum transeat, nihil impedit etiam tunc iterato sanguinem mittere & expurgare. Neque enim adamus sum scire licet quantum in quoque corpore peccat: & saepè secunda hæc euacatio morbum obtruncavit, qui alias in longum tempus productus esset. Hac quidem Tolosæ ego sic ago, & paulò audacius quam vulgi fert mos & opinio, minus vero quam ægrorum utilitas exposceret. Sed nolunt enim consulas. Cæterum alibi, vbi tantus non est sanguinis paup, maiorque medicis habetur fides, non erit extra rem tertio, quartoque ventundere, idque habita virium ratione; imò multò melius est etiam ex Galeni sententia, quam totum simul extrahere velle. Non tamen facilè probarim ut septies, duodecies, plurius sanguis mittatur, donec in totum sublatus sit morbus, quod alicubi in Hispania fieri audio. Id enim est omnino inartificiosum, rusticum, crudelèque, & qui id agunt, ignari omnino, nobilis diutinemque medicinæ artem ad solam Phlebotomiā contrahunt, miserisque ægrotos iugulant, nescientes quot & quantas noxas inferat larga sanguinis effusio. Si enim dixit Gal. lib. de Hirud. reuuls. &c. 4. venam incidere saepius in anno, comodum no-

De venef. 20. 14. iterato sanguinem mittere & expurgare. Neque enim adamus sum scire licet quantum in quoque corpore peccat: & saepè secunda hæc euacatio morbum obtruncavit, qui alias in longum tempus productus esset. Hac quidem Tolosæ ego sic ago, & paulò audacius quam vulgi fert mos & opinio, minus vero quam ægrorum utilitas exposceret. Sed nolunt enim consulas. Cæterum alibi, vbi tantus non est sanguinis paup, maiorque medicis habetur fides, non erit extra rem tertio, quartoque ventundere, idque habita virium ratione; imò multò melius est etiam ex Galeni sententia, quam totum simul extrahere velle. Non tamen facilè probarim ut septies, duodecies, plurius sanguis mittatur, donec in totum sublatus sit morbus, quod alicubi in Hispania fieri audio. Id enim est omnino inartificiosum, rusticum, crudelèque, & qui id agunt, ignari omnino, nobilis diutinemque medicinæ artem ad solam Phlebotomiā contrahunt, miserisque ægrotos iugulant, nescientes quot & quantas noxas inferat larga sanguinis effusio. Si enim dixit Gal. lib. de Hirud. reuuls. &c. 4. venam incidere saepius in anno, comodum no-

De venef. 14. iterato sanguinem mittere & expurgare. Neque enim adamus sum scire licet quantum in quoque corpore peccat: & saepè secunda hæc euacatio morbum obtruncavit, qui alias in longum tempus productus esset. Hac quidem Tolosæ ego sic ago, & paulò audacius quam vulgi fert mos & opinio, minus vero quam ægrorum utilitas exposceret. Sed nolunt enim consulas. Cæterum alibi, vbi tantus non est sanguinis paup, maiorque medicis habetur fides, non erit extra rem tertio, quartoque ventundere, idque habita virium ratione; imò multò melius est etiam ex Galeni sententia, quam totum simul extrahere velle. Non tamen facilè probarim ut septies, duodecies, plurius sanguis mittatur, donec in totum sublatus sit morbus, quod alicubi in Hispania fieri audio. Id enim est omnino inartificiosum, rusticum, crudelèque, & qui id agunt, ignari omnino, nobilis diutinemque medicinæ artem ad solam Phlebotomiā contrahunt, miserisque ægrotos iugulant, nescientes quot & quantas noxas inferat larga sanguinis effusio. Si enim dixit Gal. lib. de Hirud. reuuls. &c. 4. venam incidere saepius in anno, comodum no-

esse, quia cum sanguine vitalis spiritus excernitur, quo frequentius consumpto, tota corporis moles perfrigeratur, & omnia animalia opera peius fiunt, quanto magis id dici potest in eodem morbo, & intra quatuor dies? Atque haec de præcipua venæsectione dicta sint, quæ ad euacuationem instituitur totius. Quæ verò ad particularem attinent, haec sunt. Vbi Angina suffocat, linguaque valdetumet, ut ore vix continetur, post vniuersalem illam euacuationem ex brachio, potest aliquid per venas sub lingua fitas educi: quamuis mihi quidem in hac euacuatione parum sit fidei. Cùm autem ad reuulsionem potius quam euacuationem, venam incidimus, quod fit vbi languinis adest ab aliqua parte fluxus, sapius iteranda est Phlebotomia sed interpositis diebus, & par-
cè singulis vicibus extrahendum, frequentérque admouendus est vulne-
ri digitus, quotiescumque sanguis mittitur. *Quòd si verò multum iam sanguinis per hæmorrhagiam exierit, non consulerem venam aperire, sed cucurbitulis vti, frictionibus, & ligaturis contrariæ partis. Vbi etiam magis vrget sanguinis caliditas quam copia, vt in biliosis febribus, satiùs est bis sed parciùs, sanguinem mittere, quam semel totum. Spiritus enim feruidi apertâ venâ effluunt, aërisque frigidus intus illabitur magis, itera- ta venæsectione, nec tantum deperit sanguinis; unde fit vt corporis ha- bitus refrigeretur euentileturque potentius, virélique recreentur. Atque haec de quantitate mittendi sanguinis dici poterant. Iam ad tempus quo*
mitti debeat, accedamus.

C A P. VI.

TEMPVS in venæsectione obseruandum, quadruplex est; anni tem-
pus, mensis tempus, diei tempus, morbi tempus. Sub anni tem-
pore continentur quatuor anni notabiles partes Ver, Æstas, Autum-
nus, Hyems: aut aëris constitutio. Vbi ergo timentur morbi, ad præ-
cautionem vere & autumno mittendus sanguis, iuxta Hip. & Gal. con-
siliū, si liceat eligere tempus. Tunc enim, præcipue vere, & magis
ingruunt morbi, & fluidior est sanguis & aëris temperatio sanguini-
que simillimus. *Quòd si aut haec tempora naturalem constitutionem*
non seruent, aut morbi ægrotum æstate aut hyeme potius infestent,
ita vt ad præcautionem paulò ante inuasionem venæsectione opus sit,
eligendus est dies temperie respondens Veri, quantum fieri possit. Si au-
tem talis non contingat, arte comparandus, vt in frigidissimis regionib[us]
aut hyeme, reposito viro in calido cubiculo, lectoque, & succenso igne;
æstate verò, aut in æstuante prouincia, cōtrā in frigida diæta, adaperta ma-
xime ad septentrionē, & occalum, egrōque aut nudo, aut leuissimè induito,

*s. Apb. 47.
9. Metb. 7.*

Vbi autem actu premit affectio, nec eligendi tempus datur, tunc quoque

4. Aph. 5. conandum est aeris temperiem arte ad mediocritatem reducere, & va-

cuationem moderari, praecipue aestate, qua vires valde languent. Vnde

De venef. 13. dixit optimè Hipp. Sub Cane & ante Canem difficiles esse medicationes.

Quod ad venæsectionem quoque transferendum est. Ex his etiam ferè

constat, quo & mensis, & diei tempore sanguis mittendus. Ad præcautio-

Guid. Caul. nem enim instituta venæsecção debet exerceri circa plenilunium (quid in

De Phleb. mentem venerit Arnaldo Vilano. dum in plenilunio venam secare pro-

hibeat, non video) quo tempore ob lunæ vires corpus nostrum vegetius

Gal. 3. Die. est, humorésque fluxibiliores, & copiosiores: & circa tertiam diei horam

Dctr. 1. 2. 3. iuxta antiquorum morem, duabus a circiter horis ab orto sole, qua hora

a Devenef. dominatur sanguis. Quod si verò affectus alio tempore quam circa ple-

nilunium infestet, egeatque venæsecção, tunc quidem mittendus est

sanguis, sed parciūs, maximè autem in lunæ coitu; quod tempus & in

purgationibus, & in venæsecção vitandum est quoad eius fieri possit;

quia tunc destituti calore, quem nobis sol per lunam impertire solet, lan-

guemus, effetiique sumus. Aliam autem astrologicam obseruationem

inutilē, imò potius superstitionem, fallacem, perniciosaque credi-

mus: quod tamen dictum sit cum bona via Galeni lib. Die. Decret. &

De venef. aliorum doctorum. Si etiam paroxismus aut exacerbatio febris matu-

9. & 10. num occupent tempus, tunc & sub vesperam, atque etiam noctu cele-

9. Metb. 5. brari potest venæsecção, licet hoc rariūs, quia tunc ob circumfulas tene-

bras, solis absentiam, retractionēmque caloris ad interna, non tam felici-

ter fluit sanguis. Sed vbi morbus venæsecctionem expostulat, neque man-

I. Aph. 11. hæc celebrari potest, propter exacerbationem, in qua neque cibū, neque

11. Quos, q. medicamentum exhibere conuenit, tunc satius est vespertinum tempus

& q. eligere, quam remedium prætermittere. Atque hæc de tempore anni,

Introd. 25. mensis, dieique huius remedij in genere dicta sint. De tempore autem

Hip. de med. morbi sic habendum. Quocumque die accesserit medicus, b etiam si vi-

purg. 1. vic. acut. 46. de gesimus aut trigesimus fit à morbi initio, modò venæsecchio necessaria-

venef. 20. lit, & vires ferant, ea celebranda est. Si verò primis diebus vocetur me-

bde ver. 20. dicus, dubium est inter authores, & medicos huius temporis, an statim

Fern. 4. 1. tundenda sit vena. Nonnulli, sequi, vt videtur, Auicennam, nolunt

cap. 20. sanguinem mittere, nisi post concoctam materiam. Auicennæ autem sen-

2. Met. 12. tentiam refellit Fernel. Sed eundem excusat Guido Caulia, dicens il-

T. de Phle. lum intellexisse de venæsecctione euacuatua, quæ fit per partem, nec fit

nisi tandem: non de reuulsiva, quæ fit à contrario, & in initio. Alij, vt

plerique omnes qui nunc medicinam facitant, nunquam sanguinem mit-

tunt, quin priùs medicamentum aliquod purgans dederint; causati crudi-

dos prauisque humores in prima regione contentos, quos nisi detubu-

ris cathartico, tracti venæsecctione in venas subibunt, reliquaque insi-

cient sanguinem. Alij, qui moderatiū agunt, nunquam venam apen-

tent, nisi iniecto priùs clystere, reiectoque, quo alii fœces eluantur, ne

in vacuas venas illibantur. Omnes autem ferè ultra sextum morbi diem

sanguinem

sanguinem non mittunt. Vnicuique autem videtur fauere Gal. alicubi. Maximè verò his qui non vltra sextum diem mitti debere afferunt lib. de sang. miss. c. 11. vbi ad quartum usque diem solum extendit & 3. Epid. 3. 81. Vbi dicit, tempore Hipp. medicos quasi certa lege vltra quartum diem venam non secare solitos, ideoque Hipp. in Anaxione meminisse octaua diei, quasi insoliti. Verùm enim eniuero omnes in eo erant, qui non vltra sextum diem sanguinem mitti debere contendunt, ^{de venae.} 20. vt suprà dictum est ex Gal. sententia. Satius enim est aliquando, quām nunquam. Et præterea sunt aliqui morbi adeo rebelles, vt vltra centesimum diem protendantur; quibus cur non etiam trigesimo die sanguis detrahatur, si prius non licuit? cùm totum id tempus sit principij. Acuti etiam morbi quatuordecim diebus durant, & nonnulli etiam vinti, in quibus decimo potest optimè vena tundi. Anaxioni Hip. cùm 3. Epid. com. 3. 81. pleuritide laboraret, octauo die sanguinem misit vt nunc dicebamus. Si autem fieri potest, benè est vt ante septimum sanguis minuatur: quia cùm septimus sit criticorum rex, satius est antè iuuare naturam leuando parte oneris, vt illa alacrius in reliquim insurgat die laudato, & vincat: Quod non faceret fortasse totā materiā obruta. Atque huc spectant loca Gal. quæ ante septimum sanguinem mitti suadent. Summè autem omnium falluntur medici nostrates, qui nunquam venam aperiunt, nisi prius propinato leui cathartico, sequi, vt videtur, Zoar. lib. 1. tract. 8. cap. 18. & Auerro. 7. col. 1. Contrà enim omnino stat Hip. & Gal. authoritas, & ratio. Hippocrates quidem manifestè 1. Aphor. 3. athletarum bonum habitum soluere statim præcipit. In his autem abundant solum boni humores, vt ostendit Gal. in commento. Quare nullus relinquit purgationi locus, sed à Phlebotomia inchoandum. Idipsum etiam ostendit. Gal. expressis verbis 9. Metho. 5. & c. 95. Art. par. & rursus Hip. 2. vict. acut. 10. & 4. vict. acut. 73. 74. vbi nulla præmissa purgatione, imò ne clystere quidem, quem Phlebotomiæ postponit, sanguinem ad animi vlique deliquium mitti iubet. Quòd si dicas, paucos esse qui laborent prima plethora laudati sanguinis, & quibus non subfit aliiquid excrementorum in prima regione, tibi obsistet Gal. qui in ipso statim initio morbi, post sex elapsas solum horas, aut paulò plus, quibus expectabat vt reliquiæ cibi præteriti excoctæ essent, sanguinem mittebat, consultusque ita agere, vbi necessitas premit: & sanè ita faciendum est vt plurimum. Quia autem res est magni momenti, lubet hic locum Gal. recensere est de venæ. c. 11. vbi sic habetur. *Vbi ergo multa evacuatione est opus, verum vires sunt imbecilliores, in his evacuationem partiri expedit, uti nimirum & me fecisse vidissis in ys, quibus crudorum inerat humorum copia. Nam pauculo sanguine detracto, prout aquam mulsum exhibeo probè coctam cum attenuantium medicaminum quopiam, velut hyssopo, origano, & interim etiam nepita, aut pulegio, aut certè cum aqua mulsa, acerum mulsum, aut acetum mulsum dulce, ac sic rursum sanguinem minuo, vel ipso eodem nonnunquam die, interdum die*

„ postero; in quo rursum exhibito propositorum medicamentorum quopiam,
 „ iterum de sanguine quid aufero, ac rursum tertio die similiter bis. Cett
 „ rūm ubi feruescentis inest sanguinis plenitudo, acutissimam accendens fi
 „ brom, aceruatim euacuare expedit, eāmque inanire tentandum, vel ad
 „ animi deliquium usque, virium modo inspecto robore. Itaque memini quā
 „ busdam sex deictas protinus cotylas, aut postridie, aut tertio, quartio,
 „ quibusdam primo etiam die; cūm febris principio noctis excepisset, aut mi
 „ dio, ac qua pridie comedenter, probè fuissent concocta. Nonnullis autem
 „ pridie inegalitatem, aut sudorem aut capititis alteriusue alicuius partis
 „ dolorem causantibus, ac proinde parcè estantibus, ubi febris prece
 „ dente inuasisset nocte, primo etiam die me sanguinem detraxisse memini.
 „ Nam in quibus tibi sanguinis feruentis copia appetet, quam oxyssimē ut
 „ vacuare conator priusquam in aliquam principem partem ingruat. Quam
 „ obrem nec per noctem sanguinem mittere verearis. Hactenus Gal. Ex qui
 bus constat cum solūm expectare donec vltimus cibus excoctus sit, vt
 sanguinem mittat, nec in simplici tantum plethora, sed ubi crudi sunt
 humores, quod magis est, & ubi multa adestant effervescentis sanguinis
 copia: denique ubi necessitas urget, non differt solūm ad matutinum
 tempus Phlebotomiam, quamuis hoc sit legitimū eius tempus, sed
 eadem nocte iubet sanguinem mitti, nedium expectare vult ut catharticū
 prius propinetur. Quod quidem catharticū si ex usu esset, maxi
 mē videretur conuenire in crudis humorib⁹, neque solūm semel, sed
 saepius. At verò ille tantum abest vt saepius id prescribat, vt nulla cui
 facta mentione, solūm in concoquentibus, & Phlebotomia curationem
 omnimodam constituat, & nulla urgente necessitate, à Phlebotomia
 inchoet, eāmque repeatat eodem die, & sequentibus diebus bis in die.
 Huic verò similis est alter locus eodem lib. c. 20. in hæc verba. Alii
 „ detrahere festinant, quibus sanguinis detractionem ex usu esse staturint,
 „ transfluente etiamnum eo, ac ubi necdum firmiter in parte superfluitatem
 „ recipiente inhaberit, unum modo considerantes, num corruptio aliqua cib⁹
 „ in ventre concoquendi sit facta, aut tarda concoctio, aut etiam cibi in eo con
 „ tineantur. Ergo quod maturandum sit, in quibus vacuatio ex usu est, nis
 „ prius concoqui aut cibos, aut in primis venis contentos semicoctos succorosop
 „ teat, rectissimē pricipiunt, habendaque fides. Hæc ille, superioribus om
 nibus consona; tantum enim expectare iubet concoctionem eorum qui
 in ventriculo continentur, aut semicoctorum succorum in primis venis.
 Quod tamen vltimum non adeo facile est expiscari, atque primum: & it
 cognoscatur, tamen hoc est expectare donec reliquia vltimi aut penulti
 mi cibi concocta sint, non autem purgare: quod quidem quatuor aut let
 horis efficit Gal. decocto suo ex hyssopo, aut origano, vt supra vidimus in
 erudorum humorum copia, nec id impedit quominus eodem die bis san
 guinem minuat. Ipsomet quoque Gal. 6. Epid. com. 1. 6. etiam in caco
 chymia venæfectionem purgationi præmittit; tantum abest vt à purgatio
 ne auspicetur, quomodo nostri volunt. Ait autem, Quod si viro que ausi

Ilo ipse homo indigeat (loquitur de purgatione & Phlebotomia) à venesectione incipientum esse , notissimum est . Atque hæc de Galeni autoritate . Eius vero sententia ratio hæc est euidentissima , quam idem Gal . in ijsdē locis adserit , vt scilicet quamdiu sanguis est in motu , necdum in aliquam principē partem decubuit & firmatus est , cum euacuare præoccupemus , quo quid est rationabilius ? Quid manifestius ? nonne hoc est quod dixit Hipp . occasio autem præcepit , & quod a alibi inculcauit , in plethorica constitutione soluendum statim esse : & alibi , b In morbis acutis si quid videtur mouendum , statim in principio mouendum esse , in his enim differre , malum .
 Præcipue vero id nos facere nunc debemus , quia neque primo , neque secundo , imò neque tertio die accersimur ad ægrotum . Quod si tunc catharticum prescribamus , quid opus erit venælectione , postquam sanguis aut resederit , aut in aliquam principem partem decubuerit ? Atqui quando cum morbo perpetuum bellum gerimus , sumendum est ab incolytis Imperatoribus exemplum . Hi enim vbi primū hostis arma explicuit , ei obuiam statim eunt , & antequam in ditionem suam impetum faciat , cum eo congregiuntur , neque expectant ut in intima regni penetreret : Si vero iam ille raptim urbem aliquam occupauit , nulla interiecta mora , cum omni machinarū genere oppugnant , prius quam tractu temporis firmetur , virésque acquirat . Vnde fit ut uno die eadem urbs bis terte capiatur . Quod si diutius immoreiris , actum est de ciuitate , vix eam recuperabis . Sic etiam vbi sanguis vexilla ostendit , fluitat , discurrītque hoc & illuc per corpus , quod fit primo morbi die statim minuendus est : alias enim vel pleuritidem , vel peripnefmoniam , vel phrenitidem , vel anginam , vel peius aliquod malū pariet , quod vix domari tunc queat . Quod si obijcas , quid ergo prodest si quinto , septimo , aut alio posteriori die voceris , statim sanguinem mittere ? cum hic iam resederit , aut partem aliquam occuparit : respōdeo , etiam tunc accelerandum esse euacuare , quia temper peccans sanguis morbum augeat , quod impediendum est ; idque præcipue fieri debet in putridis febribus , vbi nulla est peculiaris inflamatio . Et quomodo cumque res habeat , si sanguis mitti debeat , satiūs est citō , si tardè voceris , quam tardè mittere . Denique , ut colophonem huic questioni imponamus , ut plurimū incipientibus morbis vel ipso primo die si vocemur , sin minus quam primū ad ægrum accesserimus , modò reliquæ præcedentis cibi cōcoctæ sint , (quod ostendit ventriculi levitas , absque vlla nausea , ruetu , oppressionēque) quam ocissimè mittendus est sanguis , si ex vsu id sit , nullo præmisso cathartico . Et quamvis impuritas aliqua in primis venis hæreat , quæ in interiora successione illabatur , tamē minus hinc impendet incommodum , quam ex tempestiuā sanguinis euacuatione coimmodum . Facile enim erit pacato sanguine , & non amplius tumultuante , dato cathartico cacochymia exaurire : maximè cum venæsectorio hac ratione deobstruat ; ad quod consequitur ut corpus melius difletur , putrefactioque subinde fistatur , meatūsque & viæ aperiantur tum subituro cathartico , cum subsequutis humoribus . Quod si vero non flu-

1. Aphor. 1.

a 1. Ap. 3.

b 4. Ap. 10.

Etsus sanguis, neque turget, tunc licebit primam viam leui cathartico expurgare, deinde sanguinem tutò mittere. Hoc autem rarius est. Quid autem Zoar, Auerroi, & alijs qui purgandum ante venæsectionem suadent, faciemus? Respondeamus hos emolliendam alluum dicere, quod clystere fit, non cathartico : & licet aliter diccerent, intelligendum, vbi inducias dat morbus, neque valde vrget. An ergo pr-

i. Feb. 16. ponendus semper est clyster venæsectioni ? non necesse est. Gal. ali-

4. Acut. 75. quando citra clysterem sanguinem mittit. Hipp. etiam post Phlebotomiam enema desiderat, sed Gal. in commento exponit, modò non deiecerit alius antè. Ita ut Galeno non videatur placere vlo modo, dari clysterem ante Phlebotomiam, si alius primò per se deiecerit, inò nec

21. quarti b Thö. Rod. post eandem, quamuis non deiecerit, sed expectandum, vt sponte se à veiga co. cedat. *a* Auicenna autem etiam prohibet dari clysterem ante Phlebotomiam ; quod *b* quidam exponunt de acri ; ne eodem tempore duæ contraselt. *7. 5.* riæ euacuationes fiant, ab externis ad interna per clymum, & ab internam *ut omnis* ad externa per Phlebotomiam. Et quamvis ita non exponeretur:ta-

nia. men de quocumque intelligi potest : videtur enim natura non posse

3. viii. acut. eodem tempore clysterem & Phlebotomiam ferre. Vnde Hip. validam

45. requirit virtutem, & florentem ætatem, vt clystina iniiciatur quocumque, nisi descenderint excrementa: aliás enim facile concedit. Neque mirum, cum singulis diebus videamus multos etiam sanos animolinguī dum clysterem reiiciunt. Ergo si vires ferant, neque excrementa descenderint, neque in ventriculo aut intestinis contineantur cibi reliquæ, longè ab ultimo pastu, potest subiici enema commune: hota verò vnâ aut alterâ post idem reiectum, tundi vena. Si verò aliquod superiorum adfuerint, non opus est clystere: proindeque optima cum ratione mittitur sanguis matutinis horis, quia tunc, præter id quod sanguis viget, magna est coniectura concoctam esse cœnam, & vt plenum exonerata est alius, sin minus potest dari clyster tutius, neque tantus timor est ne incoetum cibum à ventriculo auellat, quemadmodum quacumque alia diei hora. Proinde etiam, si ægrotus possit, aut sanus sit, non est abs re, si prius quam ei vena tundatur, paululum se exerceat,

De venef. quid & excrementa descendant, & sanguis foras cieatur; facilisque fluat.

20. Quod & aliquando fecit Gal. Atque haec de tempore morbi generali dicta sint. De particulari autem dictum est etiam aliquatenus; scilicet in paroxysmis, & exasperationibus non mittendum esse sanguinem: addendum nunc eadem ratione, neque in accessionibus morborum, qui per tempora recurrent, vt epilepsia, hemicrania, melancholia; neque

de venef. in forti dolore, neque denique in magnitudine, & violentia, summoque vigore Phlegmones, aut cuiuscumque alterius affectus, qui venæsectione egeat, celebrandam eam esse. Sed hoc etiam ad generale tempus ip-

20. Aph. 29. Etare potest, pendetque ab eo theoremate, quo in morborum vigore aliquid magnum moliri prohibemur: & sub viribus etiam comprehendit potest, quæ tunc valde sunt oppressæ.

C A P. VII.

DIXIMVS quo tempore sanguinem mittere oporteat; nunc dicendum qua ex parte. Et quamuis in opere faciendo non multum hic laboremus, (vix enim aliam venam quam basilicam, & aliquando medium, carius humeralem, alterutrius brachij, rarissime malleolo adrequentem & sub lingua sitas tundimus) tamen quia res ardua est, digna scitu, & plurimum in scholis agitata, operæ pretium est eam excutere. Vbi multus in corpore toto abundat humor, si is laudatus sit, optimè Phlebotomia minuitur; si verò vitiosus, cathartico propriè, sed etiam secatà venas, si in venis contineatur, ut sàpe continetur: modò non sit multus pituitosus naturam valde aggrauans. In talibus autem, si nulla pars priuatim affecta est, nec affici assueta, nec sanguis in aliquam impetum minetur, basilica dextri brachij tundenda est, quia hæc cum hepate sanguinis officina inter omnes alias maximè communicat, plurimum elucet, propinquior est; quibus omnibus de causis promptissimè, facilimèque sanginem exhaustit. Quamuis Gal. hoc in casu dicat liberum esse eligere quamcumque velis venam, inò etiam si arthriticus est ægrotus, hoc est, si omnium articulorum, non vnius solùm, dolore afficitur. Si verò priuata aliqua pars laborat, aut laboratura timetur, tres a quidam hic distingūt casus, quæ malè vocant tempora: primum quamdiu in parte non est supra naturam plenitudo, siue corpore adhuc sano, sed in quo ob consuetudinem timetur partis affectio aliqua ex plenitudine, siue iam ægro, incipientèque ad partem fluxione, sed nondum ita obsidente partem, ut abundantia in parte ipsa iam indicia appareant. Secundum vbi impactus est parti humor, qui negotium facit, simplex tamen est affectus, non iunctus defluxioni; siue quoniā paulatim increvit, nulla defluxione prævia; siue quia præcessit quidem, sed cessauit. Tertium quando pars plenior est quam secundum naturam, corpùsque etiam & id plenius ad eam demandat, eiisque plenitudinem auget. Atque hi tres casus satis methodicè dispositi ita sunt: præter quamquid in primo vix potest intelligi, incipere fluxionem in partem fieri, nec tamen in eadem parte apparet abundantia signa: quomodo enim cognoscam fluxionem fieri? Quæcumque enim fluxionem in parte fieri indicant, eadem & in parte abundantiam ostendunt, paruam magnamue pro magnitudine fluxionis. Ergo primus casus fit, quando pleno existente corpore, nihil adhuc sentitur in parte, quæ alias fluxione, dolore, inflammatione, aut alio affectu infestari solita est, propterea que timemus nunc meritò ne infestetur; aut si iam aliqualem dolorem, calorēmque, non tamen manifestum, aut saltem valde paruum tumorem patitur: in quorum primo propriè conuenit præcautio, in secundo verò curatio suo modo. Iuxta ergo hos tres casus:

magna est difficultas, unde mittendus sit sanguis, (si quidem venæsecus ne opus sit : nunc enim de alijs euacuationibus non agimus) tantaque diuersitas cum in eodem Gal. tum in alijs, Græcis, Arabibus, Latinis, vix sit generaliter statuere quam venam tundere debeas, in omni morbo. Et ferè satius esset sigillatum in quolibet affectu venam præfigere. Tamen ut nos antiquorum vestigijs insistamus, Galeni, & aliorum sententias prius proponemus : deinde difficultates circa has ostendemus :

lib. de vñct. lib. de vñct. dem vero quid nobis faciendum videatur adiungemus. In primo itaque privat. cō. casu Gal. distantissimum locum videtur eligere, vt vertigini & epilepsia
15. de Nat. subditos, per crura euacuat ; podagra vero, per brachia, vt materia affluens. *19.* cat alio ferri, prouocata dolore vulneris, & euacuatione. Sed id non perpetuum est. Præter id enim quod crura nunc non secamus, non videamus multiuin profutura inde venæsecchio capiti, nisi à crure aut pede ascendat epilepsia causa, vt sœpe facit : si vero in ipso capite malum sit, & eius causa, frustra ad crura configiemus : Quod si etiam ad distantissimum reuelendum est, non ad crura, sed ad pedes, per saphenam, trahendum videtur. In podagra autem dissimilis ratio est, descendit enim ab hepate ad pedes materia morbi, quæ proinde optimè per brachia viciniora summa subducitur. Sed demus in manum fieri solitam defluxionem sub finem veris, ibique excitare ingentem phlegmonem erisipelatorem, fugitivum veris initio ad crura, aut ad pedes ? Non videtur. Quid si in faciem ruat ? Tudemusne poplitem, aut malleolum ? Non multum videtur profuturum : eoque magis quod, vt infra videbimus, maximabunda est ratio originis defluxionis ; à crure autem non ascendit ad caput affectio communiter. Sic ergo videtur statuendum. Cum tres sint euacuationum species, reuulsiva, deriuativa, & per partem euacuativa, prima quidem nondum incipiente fluxione, nec multa existente plenitudine, à distantissima fluxionis venturæ origine fieri potest, modo pars ad quam reuelliuntur non sit nobilior ea in quam influxurus est humor. Vbi vero incipit tantum fluxus, & magna est plenitudo, non ad distantissimum simpliciter, sed ad distantissimum, iunctum cum scaturagine, satis amplum, vt quod sufficienter exhaustire, inhibereque possit influxum, retrahendum est. Quod si maxima pars humoris in partem decubuit, tunc seruatâ fluentis humoris via, paulo ab origine remotius, partique affectus proprius, exhaustiendum. Si denique parum iam fluxit id ad proxima deriuandum ; & tandem quod in parte continetur, per candem euacuandum, si commodè id fieri possit, sin minus, per proximam ; quemadmodum contraria vbi parum superest quod influit, id etiam per candem partem affectum extrahi potest. Sed hæc in sequentibus

de Vene-
scit. 18. 19. melius explicabuntur. In secundo ergo casu, vt institutum persequit. mut, per affectam partem vacuandum, idque aut phlebotomo, vt in fine ophthalmæ Galen. venam quæ per magnum decurrit angulum fecat, in inueteratis capitibz doloribus, eam quæ in fronte est, infuscum & arteriæ inflammationibus, eam quæ sub lingua ; aut scarifica-

tionē, ut in ijsdem capitī dolorib⁹, appositā ad cœrūicem⁹, & ad scapulas cucurbitulā, incisāque, aut etiam ipsi capiti, ut faciunt Germani, & quidam alij; & vbi gangrenæ, aut carbunculi metus est. Non est autem quod hic agamus de appositis fotibus, cataplasmatiſ, aliisque digerentibus, cūm solum de sanguinis missione differamus. Multò verò minus de alijs euacuationib⁹, vt vomitionib⁹, deiectionib⁹ ſusque, in quibus cauet Gal. ne ſi per partem affectam fiant, noui fluxus cauſa ſint, proindéque vbi afficiuntur lingua, aut oculi, vitat vomitoria, deiectoria verò probat: & contrà in priapismo, nephritide, sciatica, & podagra vomitoria präficit catharticis. Quæ etiam omnia remedia, cūm ſint universalia, & ad euacuandum vniuersum corpus instituantur, non conueniunt vlo modo caſui noſtro, in quo nos totum corpus exinanitum eſſe ſupponimus, ſolumque ſuperereſſe in parte quod euacuetur. Quod & iſipſum ſi commode per eandem partem educi non queat, per proximam fieri debet: propterea non facilè probarim inciſionem venæ oculatris, nec eius quæ per frontem excurrit, malleumque humerali prius tuſa, cucurbitulas colliradici admouere cum ſcarificatu, aut etiam eafdem parti capitī dolenti, aut ſanguifugas, & retro aures. Sed accedamus iam ad tertium caſum, in quo plus eſt laboris.

13. Meth.
9. 4. Meth.
6. 2. Glauco.
2.
2. 6. Epid.
sec. 2. 7.
14. Meth.
7. 8.
10. ſeo. loco.
2.

C A P. VIII.

Viſiam partem aliquam plenitudo exercet, eaque à toro etiam ple-
no fouetur, Gal. aliquando ſimpliciter diſtantissimum à parte af-
fecta locum euacuationi ſeligit, aliquando ſequutus Hip. obſeruari iubet
reclitudinem, quod ille κατ ἕξ dicit, & communitatem venæ tuſæ cum
vena quæ partem affectam alit. In quorum vtroque maximæ ſunt diſſi-
cultates: proindéque de quolibet ſeorsum dicendum. Reclitudo ſe-
cundum corporis longitudinem ſpectatur, deducta linea à capitis ver-
tice per spinam & vmbilicum ad media pudenda; ſicque in dextris
affectibus, dextra tundenda venæ: in ſinistris, ſinistra. Cūm autem
non omnes venæ cum omnibus communitatem habeant, ſed humera-
ria cum capitī venis, basilica cum lateris, cruris verò & pedis cum fu-
perioribus vſque ad renes, ſequitur in pleuritide ſecundam eſſe eiusdem
lateris basilicam, non alterius, neque eam quæ in poplite eiusdem late-
ris: multò verò minus quæ in poplite lateris alterius. Et hoc erat quod
Avic. prohibebat, ne duas diametros tranſiremus in reuulſionib⁹, fin-
gens felicet vnam diametrum quam finximus linēam à vertice ad bis ſia.
anum, aliam decuſſatiū aut tranſuſerē hanc ſecantem per medium a Quartar
vmbilicum. In quo quamuis benè dicat, tamen male ab aliquibus
improbatur. Qui enim negat in reuulſionib⁹ tranſeundas eſſe duas
diametros, concedit quidem poſſe tranſiri vnam, vt ſi dolor latus ſi-
nistrum obſideat, à brachio dextro, (ſicque longa diameter ſeca-
bitur) aut à crure ſinistro (ſicque tranſuſerſa) mittendum ſanguinem,

de venas. sec.
15. 16. 18.
13. Meth.
18.
5. Meth.
1. Prorrh.
sec. 3. 53.
de Palpit.
5.

Hip. de in-
ter. af. med.
2. Epid.
sec. 3. med.
1. de Mor-
gens ſeis. ^a Quartar

non autem à dextrò crure , in quo duæ diametri transcutuntur : non tamen negat quin in eadem quadra possit reuulsio fieri . Quamuis , si verum fateri velimus , & Galenum ipsum sequi , vix in eadem quadra reuulsionis de cœcurb. exerceri possit . Hic enim reuulsionem ad contraria fieri vult , contraria s. Meth. 3. autem superum inferum , dextrum sinistrum , anterius posterius , propriè s. Aph. 68. dicit esse : & licet a alibi adjiciat interius & exterius , tamen ijdem ipsi a de Reu. b A veiga b qui Auicénam redarguunt , adjiciunt ita interius & exterius reuulsionem vbi suprā. constituere , si momentaneum sit interuallum inter affectam & secundam partem ; aliás enim nulla esset venæsectio non reuulsoria , quoniam omnis trahit ab internis ad externa . Atque hoc etiam modo vena secunda in fronte , non facit reuulsionem ab occidente , licet manifesta ibi adsit contrarietas anterioris & posterioris , sed potius euacuationem , proindeque in antiquis capitis doloribus consulitur ab Hip . Vt hinc colligas quād parum firma amplaque sint circa hanc rem medicorum dogmata : quod & in sequentibus magis patebit . Hinc enim originem habuit disseptio de sanguinis missione in pleuritide ; conantibus scilicet Arabibus iusta reuulsionis rationem initio pleuritidis à cōtrario latere retrahere , deinde inhibito influxu , ab eodem latere euacuare : alijs autem cum Gracis statim ab eodem latere . Sed hæc alibi commodiūs . Nunc vero ad propostum reuertentes dicamus in transitu , euacuationem hanc , quæ fit in eadem quadra vix posse dici reuulsionem tantum , sed iunctam cum euacuatione , hoc est influentis solum humoris retractionem , sed influxi quoque eductionem : atque obseruantiam hanc quæ fit rectitudinis , & communitalis , vt est multis implexa difficultatibus , ita raro in opus tranposse ; quod iam ostendamus .

C A P . I X .

14. vñsp. 7. **A**Qua existente vasis communitate , seruata tamen lateris rectitudine , multò melius procedere euacuationem , quād si ex aduersitate fiat , experimentis his probare nituntur . Primò vteri pars calidior est sinistra , ideoque mares dextra , foeminas sinistra format . Eadem ratione dexter & sinister testis se habent . Quorum causa est rectitudo hepatis , cùm vasorum communitas eadem sit . Secundò , paralysis corporis medietatē sāpe præcisè inuadit secundum longitudinem , reliqua omnino integra manente , cùm tamen humor à tertio & quarto cerebri ventriculis in spinam illabatur , qui communes utriusque ex æquo sunt partes . Tertiò , si hepate phlefone obsesto sanguis per dextram narem abundantanter fluat , iuuatur manifestè ægrotus ; si verò à sinistra , læditur potius *vñdecima.* & contrà , si afficiatur lien : cùm tamen una solum sit vena , quæ ad partes terminatur . Quartò , apertâ sinistrâ basilicâ , exinanitur sinister cordis ventriculus , sinistrâque pleura ; quæ dextræ venæsectioni non obediunt .

& tamen

& tamen lœua non nisi medio iecore à lœuis trahunt. Quintò, per rectum fieri morborum permutationes, crises & abscessus, dixit Hip. vt 6. Epid. affecto hepate dextra manus pésque laborant, dolent, exulcerantur; liene sec. 2. 12. contrà lœua: nihilominus tamen lien nullam his venam mittit, nisi medio hepate. Si caput ex vtero dolet, vertice dolet, quoniam è regione 6. Epid. 2. recta superponitur vtero: si ex ventriculo, frons: si ex hepate, dextrum latuſ; si ex liene, ſinistrum; ex renibus, occiput, brachia, crura. Sextò denique partes omnes dextrae calidiores ſunt, maiores, robustiorēſque ſinistris, idque propter hepatis rectitudinem. Atque hæc ad persuadendum plurimum valere ad euacuationem rectitudinem, adducuntur. Quæ verò eorum fit cauſa, non conſentiant authores. Quidam putant, rectarum fibrarum ratione id fieri, quibus ſanguis trahitur: quemadmodum magnetis viſ per vnam ad plures acuſ per cūſpides ſe tangentes diffunditur, r. loc. aff. eaque ſuſpendit, non autem ad latus; ſic ſanguis qui in dextro eſt, à re- vlt, etiſ ſui lateris fibris attrahitur, non autem à ſinistro ad rectum latus duci potest, deficiente fibrarum rectitudine. Alij autem ad ſitum ſanguinis in trunco magno caue rationem referunt; vt quomodo in flumine aqua quæ ex vna parte fluit, ſuum feruat iter rectum, & que ex altera etiam ſuum deorū ſum, nec ab vna ad alteram ripam transuersa agitur; ſic & ſanguis, qui ſecundū ſum latus dextrum venæ fluit, apertā ex eodem latere venā effluit, non autem ſi tundatur lœua. Nonnulli ſanguinem aiunt igne abu- dare: ignis autem naturam eam eſt ut recta ſursum feratur; & ſanguinem ergo recta & non transuersim ferri. Alij denique aiunt, per corpus noſtrum multos rectos meatus ſecundū corporis longitudinem ferri, non verò adeo transuersim, per quos veriſimile eſt promptum eſſe ſursum deorū ſumque eorum quæ in corpore continentur, commeatum. Id hiſce rationib⁹ probant. Sollicita natura durationis noſtræ, in duo quaſi ani- malia dextrum ſinistrumque nos diuifit, ne facile affectiones ſibi mutuò communicarent, & ſic magis durarent: communicat autem latus vnum partibus ſuis in directum. Secundò, in testibus, & cerebro manifesti ſunt hi canales tenues rectique, ſanguine pleni; qui tamen non ſunt vasa, vt quidam putarunt: & ligna in longum facile finduntur, difficulter verò per transuersum. Tertiò, ſæpe repente que à brachio aut humero dextro fit in dextrum pedem, aut è contrà transmutatio, non autem in ſinistra. Non ſunt verò manifesta aliqua vasa, per quæ fluat hæc materia: ſunt ergo du- chus illi recti, occultique.

C A P. : X.

DI X I M V S hačtenus quæ de communitate vasorum, & rectitudine ſeruanda à Doctoribus traduntur. Dicamus nunc quæ circa hæc duo confurgant difficultates. Primò quo ad communitatem multæ ſunt partes quæ ambigūt vtrā in partem vergāt, dextrā aut ſinistrā, (quemadmodum

Y y

de Venef. Gal. de renibus ait, an ad superas, an ad inferas reduci debeant) vt sunt
 17. collum, pulmo, ventriculus, uterus, vesica, septum transuersum, mediastinum, in quibus dubites meritò à quo latere sanguinem mittas. Quod & ipsum etiam ad rectitudinem quoque spectat. Idem de capitis inflammationibus, aliisque eius affectibus aut id totum occupantibus, aut medium circa centrum partem, dicendum: cùm ad caput venæ ferantur & per dextrum, & per sinistrum latus, omnésque ab uno eodemque trunco venæ cauæ exent. Deinde Pleuritides sinistri lateris inferiorum costarum, videntur exposcere venæ sectionem à dextro latere; cùm vena Azigos, qua nutruntur inferiores nouem costæ tam dextræ quam sinistri, sita sit in dextro latere. Hoc autem cum rectitudine omnino pugnat: immo rectitudo ut plurimum cum communitate pugnat, & utrumque cum reuulsione, ut vix uno in morbo conuenire possit, ut reuellas per rectum, & communem venam. Propterea etiam non videtur Hipp. communitatis meminisse, sed solùm rectitudinis. Gal. autem nonnunquam rectitudinem negligit, ut cùm dolente crure uno alterum secari iubet, nonnunquam communitatem, ut cùm podagricos ex cubito, comitiales verò & vertiginosos ex cruribus euacuat. Eandem & quoque communitatem videntur neglexisse, aut etiam, si velis, originem fluxionis, & morbi, (quam obseruandam quoque consultit alibi, ut infra videbimus) cùm ijs quirepletione laborant, febrilibusque morbis astiuo tempore vexari solent, aut etiam arthritide vniuersali, Vere venam secare iubet, à quacumque corporis parte velis; & què enim iuuare. Videtur namque contrà rationi maximè consentaneum, ut in hisce sanguis à basilica dextri brachij detrahatur; ut quæ cùm iecori maximè communicet, proximaque omnium, & amplior existat, per eam id inaniatur citissimè, securissimèque, quod est tanquam fons & scaturigo vtriusque mali. Si enim in arthritico venam poplitis aperueris, repleto corpore, nonne aut coxendicem, aut genu, aut pedem, directè, fluxione repleueris? Quod si dicas, te simul trahendo vacuare, non constat quidem te totum vacuasse, quod traxisti: constat tamen traxisse. Februm autem materia nonne omnis ab hepate pendet, & ferè circa id stabulatur? & quamuis febrem nondum committat, nonne satius est eam promptissimè per basilicam depone-re, quam ad pedem, si ita lubet, longè viâ, reliquoque sanguini admiscendo, difficulter exinanire? Neque est quod te expediās, dicens, dum adhuc non adest febris, sparsam esse per vniuersum corpus materiam, proindeque liberum esse vnde cumque velis eximere: præsente autem febre, quia hæc in corde, & præcordijs sedem habet præcipue, caloris ratione à basilica tunc commodius minus: nam materia magis semper circa viscera hæret, & hæc obstrunctiones parit, & ea quoque ratione febres accendit, ut vtrōq; modo per basilicam dextram semper utilius ad præcautionem quemadmodum ad curationem, deponatur. Atque hæc nunc circa communitatem sufficient, quæ melius adhuc explicabuntur, vbi de reuulsione, & alijs quæ sequuntur, agemus.

C A P . X I .

QUOD verò ad rectitudinem attinet, quamvis experimenta & rationes adlatæ suadere videantur, pluriū valere ad curationem, rectitudinem affecti loci cum eo per quem fit euacuatio, tamen quomodo id iuuet, non adeo perium est. Qui fibrarum rectitudinem causantur, conuelli videntur aliquibus, quod cùm omnes venæ ab hepate procedant, in eo cessat rectitudo: non ergo lienis affectus (quia infra hepar est) magis per sinistrum, quam per dextrum brachium iuuabuntur. Sed responderi potest huic obiectioni, rectitudinem fibrarum ultra hepar extendi per omnes venas; ita ut exhausto hepate sinistro per brachium sinistrum, fibrasque lieni respondentibus, exhaustur tandem lien. Quod autem adducunt huius opinionis authores de magnete & acubus, falsum est: admota enim acus acui secundum latus, etiam adhæret, trahiturque, non solum per cuspides. Quod verò ad sanguinis situm in venis, quemadmodum aquæ in fluminibus, obijcitur, situm hunc cessare in hepate, quemadmodum de fibris dictum est: Idem etiam quod & illic responderi potest situm quoque seruari per totum hepar, & ultra ipsum. Qui verò sanguinem aiunt sursum rectâ ferri, quia igne abundat, errant manifestè: superat enim & in eo, & in omni ferè mixto, terra: & sanguis non caderet si in eo ignis abundaret; & non descenderet ad pedes, ad eorum nutritiōnem, & in sectione malleoli, & poplitis, & in menstruis, & hemorrhoidibus. Quamvis non ignorem posse te dicere, in nutritione non descendere eum, sed mitti à superioribus, trahi verò ab inferioribus: in venæ sectione autem inferiorum partium, sequi vi, ne vacuum detur. Sed cùm grauis aperte sit, non est quod hæc commentemur. Iam verò qui rectitudinem meatuum secundum corporis longitudinem adferunt, quamvis ingeniosè id quidem, & satis probabiliter, tamen non etra omnem dubitationem. Ut enim concedamus totum corpus nostrum transfluxile esse & perium, non tamen adeo manifestum est, ductus hos magis secundum rectum, quam transuersim ferri. Nam primò ostendit nutritio extimorum partium transuersim ferri humores & quæ ac rectè: imò transuersim perutæ perforatae sunt venæ, ut ijs poris effluat sanguis ad alimoniam vicinatum; & ossa ipsa per latera, non solum per capita nutritionem accipiunt; & denique musculi, & omnes corporis partes. Idem probat quoque sudor: idem tumores, & vlcera externa. Verum quidem est humores, quia graues sunt, naturâ suâ rectâ ferri deorsum, non verò in transuersum: fed cùm quaqua uersum patere corpus oporteret, & ad nutritiōnem, & ad excretionem excrementorum, & ad promptam & expeditam facultatum, & spirituum, earum instrumentorum, communicationem, delationemque; ideo in omnes partes facti sunt pori, sursum, deorsum,

Thom. à
veiga, cit.

Thom. à
veiga, cit.

à veiga, cit.

hinc & inde, per quos ferrentur humores non vi propria, nisi solùm deorsum, (exceptis biliosis, qui calore innato sursum aliquo modo fe-
 4. Aph. 4. runtur, vnde Hipp. dixit, Æstate per superiora purgandum esse) sed partim pulsū, partim tracti, partium propriā energiā. Quod etiam de-
 6. Aph. 25. monstrat recursus tumorum ab externis ad interna iuxta illud Hip. Eri-
 sipelas extra ferri, bonum, intrò verò, malum; & repercussio corun-
 a veiga. dem per medicamenta; & confirmat etiam author horum ductuum,
 dum probat humores qui iam extra venas effusi sunt, posse in easdem
 7. Aph. 55. regredi, & pus per ossa media transfire, Galeni authoritate, & pleuri-
 tidem in peripneumoniam, & è contrà mutari, & sanguinem per he-
 patis substantiam à vena Porta in Cauam, & pus per pulmonum sub-
 stantiam & bronchia in pleuriticis, peripneumonicis, & empijs.
 Quòd si verò ductus illos etiam in rectum concedamus, non tamen
 videntur multum conferre posse in venæsectione. Nam si sit tumor
 in aure, aut tempore, aut oculo, aut fronte, aut mento, & mittatur sanguis ex brachio directè affecto loco subdito, humerariaque
 eiusdem, iuxta Hippoc. & Galen. decreta, neceſſe erit humores re-
 Etā in humerum cadere per aërem, quod est ridiculum, aut trans-
 fuersim ad interiora capitis remeare, venásque subire, quæ cum ſecta
 communicent, vt per eas fluant, quod probabilius eſt; quare & du-
 ctus illi recti nihil proderunt; imò magis transuersi. Quòd si inflam-
 matio ſit in hepate, aut liene, mittatúrque sanguis ex curuatura bra-
 chij è directo, ſiquidem recti illi meatus admittantur, oportebit
 humorem in hepate aut liene contentum, ſeptum transuersum, pleu-
 ra, pulmones, & denique humerum, aut iugulum penetrare, vt in
 basilicam ſe ingerat; quo quid facetius? Si verò sanguinem, quiſo-
 ramini propior eſt, alter qui remotior eſt in eadem vena, & in continua
 communi, conſequentiā exeunte premat (quæ ratio eſt fluentis
 sanguinis tuſa venā, & communitatis ſeruandæ) certè ductus illi ſe-
 cundūm rectum extensi parum, aut nihil in venæsectione proderunt;
 quin potius transuersi in venis, vt per eos, ſi fieri id potest fluente
 per venas sanguine, introducantur humores peccantes, educantur
 que cum sanguine. Eſt & alia ratio, multò rectior eſt vena popli-
 tis cum hepate & cum liene, quam brachij; melius ergo per eam exo-
 nerarentur inflammatae illæ partes, ſi recti ductus tantum habem
 momenti.

C A P. XII.

PROPTER rationum momenta , quæ aliquando fallaces sunt , non oportet experimenta deferere. Propterea quando Hip. Gal. aliisque celebres authores , euacuationes quæ secundum rectitudinem fiunt , plurimum prodesse testantur , idque experientia docti , credendum illis est , etiam si quomodo id fiat non intelligamus. Certè & fibrarum vasorum rectitudo , & situs humorum in venis , & meatus quoque ductusque recti , omnia probabilitatem habent. Concludamus ergo , in venælectione , tertioque casu , vbi iam inflammatio partem aliquam obsidet , corpùsque repletione laborat , quæ genitum affectum fouet , retrahendum primò ad contraria , non absolute distantissima , sed quæ secundum rectum sita sint , & communitatem habeant vasorum cum affecta parte , & cito exhaustant , originemque mali intercipiant. Quod si hæc omnia non possint simul adesse , standum est cum fortioribus , pluribuscque , seruandaque semper rectitudo , & prompta & secura exinanitio. Exinde si adhuc fluat materia , propius parti euacuandum , idque toties donec non amplius creseat affectio. Tandem vbi constiterit nil accedere ad partem , per eam ipsam euacuandum quod in ea continetur. Rationibus autem quæ aduersus rectos ductus meatusque ultimò allatae sunt , respondendum : & rectos & transuersos omnes zuare , quod etiam à Veiga non negat , sed rectos magis , quod experientia confirmat , & humorum motus , qui cùm sint corpora elementata , non possunt per se transuersim fieri , sed recto motu sursum aut deorsum .


C A P. XIII.

VAE ad Medicum spectant , omnia dicta sunt hactenus , quæ verò sequuntur , magis chirurgum tangunt. Expedit autem etiam hæc scire medicum , vt ea chirurgum doceat , si quidem contingat parum expertum habere , vt sèpe solet. Ergo hyeme foculum inferre lecto oportet , ne sanguis frigore densatus non liberè exeat ; brachium satis fricare ad trahendū illuc sanguinem , fluidūque reddendum ; ligare satis arctè , ne venaelidat ictū ; mediocri vulnere eam tundere , ne si nimis amplio , plus & quo fluat sanguis & spiritus , egrēque coalescat , nimis arcto , percoletur sanguis , longōque tadio & grū torqueat. Denique seruandum post apertam venam brachiū in eadem figura qua vulneratū est , neque eadem ratione soluenda ligatura , aut parum soluenda ; alias enim superinducitur adeps , & cutis foramini venæ , impediturque omnino exitus sanguinis , & fit echymosis in loco , dolor , & tumor. Quod si æger animo linquatur , claudenda paulisper yena , donec restituatur , iniicienda frigida faciei , dandūque

tantillum vini gilui parum diluti, tum demum absoluendum opus, si id commodè fieri possit, sin minus, dimittendum. Occludendum tandem vulnus puluino lineo frigida imbuto, moderatè ligandum, ne nimis arcta ligatura dolorem inferat, laxa verò vulnus aperiat, admouendūque brachium pectori, & conseruandum eadem in figura duodecim saltem horis. Post horæ dimidium cibari potest æger liquidis, & parch & post horam à cibo dormire, non antè: quemadmodum etiam non debet nisi longè à cibo, si fieri possit, phlebotomari ut superius dictum est, nisi in picrocholis & extenuatis quibus paulò antè modicum quid dari debet, imò & in ipsa operatione parum vini, ne deficiant. Non etiam est statim dormiendum, sed post cibum cæptum horā unā. Atque hæc sunt quæ circa venæctionem dicenda videbantur.

QVID?

Laus Deo virginique Marie.





FRANCISCI SANCHEZ,
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA
Professoris Regij.

DE LOCIS IN HOMINE.
LIBER.

QVO PHARMACOPÆI DOCEN-
tur rectam applicandorum topicorum medi-
camentorum methodum.

Locus in homine vocamus, cum Gal. & priscis ^{i. Loc. off. I.} Medicis, partes corporis humani. Cum autem sæpiissimè topica remedia exterius (quæ tamen non externis, quas tangunt, sed internis quibus incumbunt, auxilio futura sunt) à Medico adhiberi impen- rentur; expedit Myropolam internarum partium si- tum probè mente tenere, ut illis pro Medici voto au- xilia aptet. Id verò consequi ex corporis humani anatome facile est. Sed non omnibus Pharmacopœis datur corporis dis- fectioni interesse: & quamuis aliquando interfuerint, labitur tamen mem-oria. Ommitto quod etiam nondum constat inter Medicos de nonnullis partibus, qua regione eis exterius consulendum sit. Ergo nos Phar-


macopeum his omnibus difficultatibus leuare nitimus, & in admoendis extra remedijs promptum, peritumque reddere. Primum itaque capiti (si quidem ab eo ut à primo præcipuoque , exordiri consentaneum est) emplastra & Imbrochæ admouentur. Et Imbrochæ quidem abralo prius Brechmati , sublato ad sublime fronte, quatuor supra frontem digitis, quo loco sagittalis cum coronali committitur sutura, in posteriora illidi debent. Sic enim facilius in interiora per commissuras obrepunt. Sed quoquo modo id efficias, semper in reliquum caput liquor distribuitur. Emplastra verò quidam ad figuram suturarum configi volunt ; sed differunt, quod alij oblonga, ad finem bifurcata, quod Lambdoidi ; alij, ad initium ad modum T, quod coronali aptetur. At vterque errat. Nec enim solum ab internis per suturas eliciendus humor est, sed per reliquam crani substantiam, per quam & cerebrum quoque expurgatur : & tota capitinis cutis excrementa suscipit, quibus grauatur. Ergo securius est rotundum fingere emplastrum, quod & qui per suturas exhalat humor, & qui reliqua cui continentur, absorbeatur : præcipue cùm locus suturarum adeo exactè dignosci non possit. Cordi admouentur extra Epithemata & Sacculi. Sed adeo est ignara dissectionis Pharmacopolarum turba, adeoque inualuit consuetudo apud imperitum vulgum (qui cogitat ibi esse cor) sub sinistra mamma medicamina admouere : vt qui aliter tentet, aut pro ignaro habeatur, aut operam perdat. Sed satius est aliquando refipisci, quam semper errare : posthabitaque vulgi opinione , hominum salvi prospicere. Cor itaque basim habet in medio thorace exactè, & secundum longitudinem, & secundum latitudinem, & secundum profunditatem, è directo quinta thoracis vertebræ , mediæque ossis pectoris longitudinis. Hinc ad anteriora thoracis sinistræque fertur : ita ut mucro è directo sit sextæ & septimæ costarum cartilaginum , qua hæ illis committuntur, quatuor ferè sub papilla digitis. Vnde constat, mucroni tantum adhiberi à vulgo medicamina : cùm tamen ignobilior hæc sit totius cordis pars ; incendiūmque maximum in febris, cui compescendo præcipue epithemata instituimus, circa cordis ventriculos sit. Amouenda ergo deinceps sunt remedia decussatim à media sterni longitudine, qui cartilaginibus costarum connectitur, è directo sinistram papillæ, usque ad locum mucroni superioris assignatum. Cum panno verò aut serico coctyno id efficere, & in cordis figuram efformato, superstiosum potius ei quam utile. Accedamus nunc ad naturalia : ubi maior labor. Hactenus enim facile fuit locum medicamini designare, quia una, aut duæ solum partes in quoque ventre continentur ; ut in capite cerebrum, in thorace cor & pulmo. In inferiori autem ventre plurimæ, confusæque. Ventriculo itaque antè remedia adhibentur sub Xyphoïde cartilagine, vnguentâ, emplastra. Et hæc quidem ad inuersi scuti imaginem: sanè ut spatium quod à mucronata cartilagine inter utrarumque costarum cartilagines medium iacet, ab emplastro occupetur. Rectè id quidem, si ventriculus immediatè subiaceret. Sed cùm totus ferè ab incumbente hic hepate costisque

costisque & septo transuerso à sinistris obtegatur, parum ei conferre ad-
mita medicamina possunt. Imò, quod peius est, cùm s̄xpe contraria
exoptent remedia ventriculus & hepar; quæ ventriculo profutura hīc ad-
mouebuntur, ei non proderunt, & hepatici nocebunt. Et quamuis semper
conqueratur vulgus de dolore oris ventriculi, (cor vocant indocta plebs,
vt & quondam nonnulli Græci, vnde Cardialgia dicitur, dolor huius par-
tis qui ad Lipothymiam ducit) locum supradictum manu indicans, com-
pressioque & attractatio ibi dolorem excitet: id tamen non sit, quod os
ventriculi ibi extet; sed quia hepar obstructionibus, aut tumore quodam,
aut cacochymia turgens, subditum ventriculum premit. Neque verò
propterea probandi sunt, qui retrò ad vndecimam thoracis vertebram, è
cuius regione ad anteriora emergit (nec enim ei insidet, vt illi volunt)
superius ventriculi orificium, medicamenta applicant. Quomodo enim
pertantam musculorum dorsi, vertebrarūmque crassitatem, ad ventricu-
lum pertinget vis medicamenti? Ergo satius est per anteriora, quando
aliter non licet, magis tamen fidendum est ijs quæ per os sumuntur. Hepa-
ti quidem consulendum est exterius sub cartilaginibus costarum spu-
riarum dextri lateris, à cartilagine ferè mucronata sinuatim usque ad ul-
timam costam. Lieni, sub vndecima & decima sinistri lateris spurijs co-
stis. Vanum autem est eius figuram in emplastris imitari velle. Quis enim
cuius ad vnguem situm exterius describere possit? Tutius itaque est ro-
tundum satisque grande formare emplastrum, quod totum viscus ample-
ctatur. Quod si plus æquo intumuerit, (solet enim quandoque ultra
vmbilicum deorsum, dextrosque extendi) secundum tumoris du-
ctum iuuandum erit. Renibus autem in Iilibus, sub ultimis costis im-
mediatè, nonnihil etiam duodecimæ costæ (cui unusquisque à latere
suo incumbit) complectendo, prospiciendum est, iuxta dorsalem spinam.
In colico dolore admouere oportet remedia supra vmbilicum, ab
Ilio dextro usque ad finistrum procedendo; deinde à finistro deorsum ad
os Ilium eiusdem lateris: Hic enim est colicis intestini positus. In Ileo &
alijs intestinorum tenui affectibus, supra totum reliquum ventrem ad-
mouere remedia oportet. Recto intestino per interiora tantum succurri
potest. Vesicae supra pubem, & in Interfæminio. De vtero maior est diffi-
cultas. Nec scio quām bene in eius affectibus, fatus, vnguenta, cata-
plasmata, emplastra, quidam ad Ilia, alij ad Inguina, nonnulli sub vmbili-
culo adhibere imperent: cùm totus vterus, in non prægnantibus, inter
vesicam & rectum intestinum abscondatur, desuperque reliquis intesti-
nis obruatur. Ergo, nisi turget, morbo, aut foetu, omnino ab externis
abstinendum; Clysmatisque per anum, & eiusdem vteri collum, & per
idem suffitibus, Pesso, Semicupio, & Incessu utendum. Si verò aut foetu
tumeat, aut loco motus sit, ubi fuerit (quod ægra etiam sentit) ad-
mouenda medicamina, & ea quidein in rotundum. Securior enim est ybi-
que sphærica figura: si ab inferioribus retrahendus sit, cucurbitula, aut
attrahentia alia remedia imis Iilibus hinc inde ad dorsalem spinam appli-

canda; si à supernis, ad duo inguina. His enim locis validis adnectit
ligamentis. Si sanguis ab eo nimius fluat, non sub mammis; ut haec
nus facit tant nonnulli, falsò credentes communem ab his ad illum ferri
venam: sed supra hepar, lienemque admouendæ eucurbitæ. Hæc habui
qua de admouendis exterius remedijs Pharmaciæ Medicinæ tyrones
monerem.

QVID?

Laus Deo virginique Maria.





FRANCISCI SANCHEZ.
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA
Professoris Regij.

OBSERVATIONES
in Praxi.

L I B E R.

NV A S I T mulierem 25. annis natam febris cum frigore, oppressione thoracis, defecitu, vomitu, variolis per totum corpus, leui delirio. Statim vena secca, cucurbitæ scapulis adhibita deinceps purgata. Secundo die remisit febris. Tertio eodem modo exacerbata, omnia peiora, fluxus alui superuenit, primum niger, deinde liquidus croceusque, vermum insuper per os reiecit viuam. Quarto omnia leuiora, & sic deinceps. Exhibito cathartico nihil aut parum deiecit. Tamen nullo alio superueniente simptomate nec motu sensim liberata est. Munniera Sau-
reti vxor erat. Ergo nec deiectiones nigrae initio vbiique lethales. Nec in quo morbo somnus laborem facit, mortale semper est. Hæc enim à somno, & delirare, & flere, & maximè plangere cœpit. Nec oculi concaui, collapsa tempora &c. statim lethiferum; hæc enim omnia passa est mulier hæc, quin & tota oculi cauitas liuida conspiciebatur prima die. Nec vermis initio apparens, semper malus.

Iuuenem corripuit febris cum frigore, à sex horis iterum inhorruit. Tertio die, etiam secunda venâ, & sumpto cathartico, præter rationem ridebat multum, fatua proferebat: statim dentes omnino siccii, præcipue superiores apparebant, plumbeique, & inter eos veluti muccago nigra

*Ap. 21. lib. 4.
Ap. 1. lib. 2.
Prog. 1. lib. 1.*

Aph. 53.
lib. 4.

obsepiebatur. Quæ tria signa quædam sunt Phrenitidis manifesta præter ea quæ ab authoribus notantur. Tertiū Hipp. fortes notare febres dixit. At in hoc no tanta febris erat, quantus circa caput ardor ob meningis inflammationem, lingua enim madebat, temperatusque calor vbique sentiebatur, nec vrgebat sitis. Nullo adiutus remedio, et si plurimis adhibitis, perpetuò ridens, clamans, canens, flens, sequere huc illuc iactans, hincque & inde concutiens, vigilans omnino obiit decimotertio die: vocatione Castelli, annos natus 25.

Torquebat alium iuuenem annos natū circiter 20. obstructio maxima narium circa superiorem partem, ita vt continuo cum maximo nimis mucum à naribus in cassum excutere tentaret, sapissimèque ob vehementiam sanguis è naribus flueret, mucus autem non nisi longis interuallis, post multum conatum, & hic crassus admodum albúsque vt pus, æstate difficultius exibat, peiusque habebat omnino, laborabatque fectorum narium ex ea causa. Tenuerat eum iam morbus per tres annos; scolaris cum esset, literis nullo modo vacare poterat solùm per horam, quin statim mente vacillaret. Coniectans ego ob nimium calorem capitis id fieri, potum præscripsi frigidam, liquida Errhina institui item frigida, post corporis vniuersalem purgationem, præmissamque Phlebotomiam, sic que intra paucos dies liberatus est importuno illo morbo. Nomen illi erat Coacy. Idem perpetuo stertore laborabat, aëre crassum mucum per transitum fortè concutiente, ita vt quasi sibilum ederet, sed demissio rem.

Dolori dentium plurimum confert oleum caryophyllorum instillatum denti. Extrahitur autem per ascensum cum aqua vita: vel per descensum per se, vel cum modico eiusdem aquæ vita.

Fissuris mammarum confert vnguentum ex oleo communi, vel Chamom. Anet. sambuc. & similibus, cerâ virgineâ, adipe porcino, & thure. Expertum.

Dolores ventris promptissimè sedat aqua vita fomentata. Expertum.

Verrucas citissimè soluit aqua fortis descriptionis Ioannis de Vigo: eadem & cimices à lepto pellit, inuncta ei. Expertum.

Hemorrhoidas sanat aqua semper uiui minoris pota singulis matutinis, superbibendo cyathum iuris gallinæ calidi. Expertum.

Aqua vita ulceri instillata putredinem coercet. Expertum.

Colicum vehementissimum dolorem soluit potio ex granis duobus opij, 9. iiiij. Theriacæ, & vino albo. Expertum.

Opium dolenti denti superimpositum, dolorem statim soluit. Expertum.

Nicotiana mammarum fissuras sanat solùm superimposita integra, sed lac coercet. Expertum.

Therebinthinam si velis in puluerem reducere vt des calculosis (si non in bolo cum saccaro sumere voluerint) coque diu in aqua. Expertum.

Dentium dolorem soluit, si in cavitatem instillaueris dolentis dentis, gutta aquæ vita.

Ventris intensem dolorem leuat hoc. Aurantium pertunde, puluere caryophil. imbuē etiam carnem eiusdem mali, calidis cineribus submitte, extractum contunde & admoue. Expertum.

Vir 40. annos natus, obesus, sedentarius, solida deuorare non poterat, liquidioribus solum alebatur, hæc cum affatim biberet, vt ad medium œsophagum perueniebat, transitu prohibita vel iterum sursum redibant, vel maximo conatu, simili eis ratione qui ructum trahere vi contendunt, ad stomachum per vices descendebant. Huic malo superuenit aliud: per integrum annum foetidissima, purulenta, crassa, multaque cum tussi ejiciebat. Tandem febre correpus interijt. Primi affectus causa eos latuit qui eius curam habebant: nos credimus tumorem in œsophago esse, illumque forsan schirrosum ex catharro factum, à quo etiam tussis proueniebat & excreatio illa foetida; obstruente porro tumorœ œsophagum sicca alimenta transire nequibant, humida verò si affatim irruerent, quod erat spacijs medium inter tumorē & aduersum œsophagi parietem etiam obstruebant, ita vt nil transire posset, donec quasi eructatione facta, meatus aliquomodo aperiret, simili ratione atque in vrceis stricti oris contingit, si humorem in eos immittere velis, aut si pleni humore sint indeque eum simul trahere coneris. Porro quanta humorum corruptio eorum qui in peccus cadebant in hoc fuerit per tantum tempus mirabile est, cum tamen nec pleuriticus antea, nec Peripneumonicus, nec denique Phtysicus extiterit, à quibus pus in thorace colligi solet: nec enim sputit vñquam sanguinem, nec aërem difficulter trahebat; id etiam mirum, quod tanto tempore nullum illorum contigerit, tanta existente humorum copia, vt singulis diebus plusquam lib. vii. quandoque etiam plus quam x. excretione aut vomitu ejiceret, parte etiam catharri in stomachum decumbente, tanto foetore vt in cubiculo, in quo hic immorabatur, persistere nullus posset, nec minor erat halitus graueolentia quam excretorum: Alias nunquam omnino lecto decubuit, sed domo propter verecundiam honestatemque se continebat, aliquando etiam ad hortum extra urbis muros exibat. Erat huic nomen Antonius Lopez, in Valencia ultima Lusitanie vrbe ad Minium fluvium sita commorabatur cui nupta erat amita mea.

Fœmina 30. annos nata, Epilepsia s̄aepē laborabat: ad quam curandam vocati medici consuluerunt causticum medicamentum, (ruptorium vocant à rumpendo) brachio admoueret, quod ipsa exequuta est. Post aliquot dies aperto semper manente vlcere ex caustico facto in dextro brachio, bibere non poterat: nam vt ipsa referebat, statim ac liquorem ori admouebat, tracto eo aliquantulum deglutiebat, statim verò aditus claudebatur ita vt reliquum foras emittere cogeretur. Hocque alias grauius eam premebat ita vt nil omnino liquidi bibere posset; alias minus, ita vt nonnihil liberius traheret: sed nunquam pro sitis necessitate aut pro libito; comedebat autem optimè, & arida deglutiebat. Huius causam nos cum perscrutaremur diu, tandem in mentem venit humorem il-

lum qui temporis spacio coarceruatus in cerebro, in ventriculos eius irruens (ut est medicorum sententia) Epilepsiam committebat, facta per ruptiorum reuulsione in palatum sensim excidere, vbi glandulas ad linguæ radicem sitas offendens eas imbuiebat & tumere faciebat; accidente vero liquore quem bibere conabatur, magis eadem distendebatur, spongiarum modo ab eo impletæ, unde sequebatur transitus obstrutio, talis enim glandulis his natura est qualis spongijs ut ex Anatome constat. Arida autem tantum abest ut transitum impedit, ut potius aperirent, trahendo aliquid humiditatis eius qua strumæ imbuta erant. Cogita tu aliud melius. Erat autem hæc vxor Domini Duarte Paulo Vlisiponensis qui Romæ habitabat nobis consanguineus, vbi nos eam vidimus.

Mulier 24. annos nata per annum sanguinis maximam quantitatem emisit ad 3. fere lib. viælua erat, sanguine plena, ociofa. Vocatus ad eam quod an fluant menstrua, negat: Ergo coniectans sanguinem menstruum ad annum diuertisse, statim venam basilicam dextri brachij ad 3. viii. aperte iubeo, quo statim sanguinis fluxus cessauit. Sequenti vero die cum eam iterum inuiserem, de dolore capitis, stomachique oppressione conquisi cœpit: Cogitans itaque sanguinem reuulsione facta ad stomachum & caput vergere, ex sinistra basilica tantundem sanguinis extrahere iubeo timens ne aut lethargum, aut Phrenitidem, aut Apoplexiam, aut similem aliquam affectionem excitaret: quo facto, libera statim & sana evasit. Erat hæc vxor Domini de Assas olim Doctoris Regentis Montispessuli. Mirabantur tamen tunc reliqui medici, assidentesque quod bis sanguinem misserem in tanta quantitate, cum omnes qui Narbonensem Galliam, Aquitaniamque incolunt medici nunquam ultra 3. vii. sanguinis mittente cōsueuerint in quoconque quantūcumque; magno morbo, bis autem venam aperire nunquam audent et si Athleta fuerit sanguinique turpanatur venæ: Quod quantum antiquorum recentiorumque medicorum decreta & consilijs aduersetur, nouerunt qui vel minimum in eorum lectione versati sunt. Malleoli autem venas ne per somnium incident multoque minus surarum scarifications in pueris, quarum solum nec nouerunt quidem. Et si quando has imperent, (raro admodum) curbitulas paruas plurimas affigunt cruribus absque necessitate: cum sola ligatura sub genu facta, adhibitaque frictione asperiori linteo, & aqua calida post scarificationem factam admota, vlcusculisque amplioribus profundioribusque cum nouacula factis, tantum sanguinis quantum libeat extrahere poteris. Memini autem parentem meum Antonium Sanchez artis nostræ peritissimum Burdegalenses medicos increpare solitum dum apud eos commoraretur, quod ultimum hoc remedium & à malleolo sanguinis extractionem neglicerent, quod utrumque ille felicissimo successu expertus erat sapissime, primusque Burdegalam ingressus, in praximque trahere docuit, ipsique quotidie exercebat.

AQVA PRO FACIE EXPERTA.

¶ Sublimati 3. ss. *Virid. aris* 3. ij. *Borracis.* 3. ss. *Tartari vstis*
Myrrha, Therebinh. Rad. lily, Cardui bened. Corticis rad. Althea, Pa-
paueris albi, Lupinorum, Cicerum rubrorum, Fabarum, Saccari albi An.
3. j. Thunis 3. ij. Mastich. 3. ss. Alquitira 3. ij. Tere terenda, contunde
alia expone soli in aestate infusa in lib. xij. aqua vitreo vase ad consumptio-
nem quarta partis aqua. Sin minus, coque in balneo Maria ad eandem con-
sumptionem. Si ad solem fiat, moue singulis diebus quater cum bacculo fcul-
ne vel quoquis alio. Quocumque modo fiat, cola per pannum, injice in aliam
ampullam, adde albumina ouorum iij. agitaque fortiter. Adde si velis suc-
ci Limonum 3. ij. Caphure 3. ss. sin minus misce hac cum vitellis ouorum &
addita aqua Q. S. infundat residua superioris decoctionis & fieri aqua similis
priori. Si vero velis lucidam facere faciem. Adde superioribus omnibus limaces
vij. & confice ad solem non ad ignem. Si acris nimis prima sit, adde aliquid
succi refrigerantis ut limonum, aurantiorum, mulfionis hordei & semin. frig-
ant amyli & laetis, aut mulfionis amigdalorum dulcium, aut oles earundem.

Puella septem annos nata febri corripi cœpit continua, quinto die sanguinem per nares misit, quem, cum multum fluere iudicarent ignari assidentes cognati, admotis fronti & temporibus frigidis & repercutientibus, sisterunt. Vocatus ego postridie intellectis omnibus moliebar catharticum propinare (sanguis enim missionem, et si competere videbam, nec nominare quidem ausus fui propter puellæ ætatem, timent enim admodum Aquitanici venæ apertione in pueritia) apparuere tamen exanthemata per totum corpus, quæ cum morbum solutura non sperarem, videremque caput valde repletum & tussim siccam, timens ne si in thoracem caderet humor, ægram suffocaret, præcipue debili iam virtute & nulla ex parte imminuta febre, immò accrescente, cogitabam de propinando pharmaco ut humor ad intestina traheretur, etiamsi in exanthematis propinari regulariter non debeat. Assidentes vero recusarunt, dicentes exanthemata non egere medicamine vlo. Sic naturæ commissum fuit totum negocium. Interim humor in thoracem decubuit, conabamurque tunc & vnguentis & eclegmatis eum expurgare, expectabamusque sudorem, qui quidem criticis diebus tantillus circa thoracem solum & collum apparebat, nec propterea febris imminuebatur; tuncque desperare cœpimus. Prognosticóque adhibito, in reliquum optimo regimine vsi, sputum prouocabamus linctibus, sudorem, & euacuationem humoris vnguentis thoraci adhibitis & syrups quibusdā, quemadmodum & lenibus clysteribus ex iure pulli & facc. aluum singulis diebus molliebamus. Decimo-tertio die spuere cœpit crassa, alba, viscida, sed pauca, deficiebant enim vires. Tandem 17. circa octauam diei horam, quæ est secunda pomeridiana obiit, cum quatuor horis antea sine clysteri leuem.

alui fluxum passa esset, quo à morbo liberatam iri assidentes crederent; cùm contrà fluxus symptomatus esset. Aperire autem post mortem iussumus puellam, nihilque criminis in visceribus inuentum est, nisi multa in thoracace collecta serosa humiditas similis hydropum aquæ. Erat hæc filia Domini Mingaut mercatoris Tolosani. Ergo duo hic notanda. Primum, motum naturæ non impediendum cùm per loca conferentia die critico, moderatèque euacuationem molitur. Nam si sanguinis natrum fluorem non repressissent, non in thoracem lapsus fuisset humor, à quo mors subsequuta est. Secundum est, in morbis thoracis, alui fluxum languentibus viribus superuenientem, in malis habendum esse; Quod nos etiam in *Antonio Sanchez parente nostro colendissimo*, medicinæ professore eximio, *Patruóque Adamo Francisco*, obseruauimus, qui ambo simili morbo præhensi, scilicet catharro, humore in pectus lapsi, indeque orta febre, pridie quām moreretur vterque alui fluorem passus est, sequentique nocte quæ erat ante 17. obiere, Burdegalæ.

Mulier nata annos 25. in Autumno, Quartana febre correpta fuit, ouz nullo adhibito remedio, cùm etiam eadem horâ semper repesteret febrem, post tres aut quatuor accessiones à febre libera euasit sine manifesta aliqua euacuatione: erat autem temperatura eius biliosa ad atram vergens, unde coniectare licet ex bile per æstatem superaffata genitam fuisse febrem, propterea tam breui solutam fuisse tempore. Nec ergo necessaria est Aphoristica sententia quæcumque, sed ab eo quod plurimum contingit, nec falsa. Quia de singularibus non est perfecta scientia. Sunt autem huic historiæ aduersi Aphor. 30. 4. & 25. 2.

Lupiam, quam vocant, in quacumque corporis parte sit, vnicè curat frictio manè facta modica sed aliquantulum longa, manu, aut linteo, compressiōque eiusdem cum digitis, quasi si aliquid exprimere velis eam attricans. Et hoc toties faciendum donec omnino euanescat. Expertum.

Sanguinis fluorem per narres sifit vnicè hoc quod sequitur: sanguinem fluxum vre in patella, donec in puluerem reduci possit, pulueratum vino dissolute, & bibendum da ægroto. Expertum.

Crurum tumorem sanat pellis canis suffocati laqueo cruri inuoluta gestatæque diutius. Ut autem maduerit vna, alia inuoluenda est, interim illa exsiccanda admouendaque vicissim dum alia exsiccatur. Expertum.

Vrinæ difficultati remedio est lac quodcumque, cui commixti sint viu pediculi, per Cathetherem in penem intromitterem. Expertum.

Oleum de Tartaro sic fit. Vas fictile candardibus prunis impone, media oris eius parte prius tecta, aut ferè toto ore, dimissa solū aperta quadam per quam sensim tartarum immittas ad quantum volueris quantitatem, ignem continuò fouendo, augendóque donec tartarum perfecte vistum sit: quod cognosces si perfectè album fuerit. Tunc vas quod id habet ita ignitum in locum frigidum transferes. Ibi enī statim tartarum in liquorem

in liquorēm soluetur, quod oleum vocant. Expertum.

Vnguentum pro contumacibus vlceribus & pustulis malignis, inuen-
tionis ERVDITISSIMI PATRIS MEI.

U. Butyri recent. 3. j. succi limon. succi aurancio. An. 3. ss. Therebinth.
3. l. Trahantur per hora quartam. Postea adde Alumin. vsti 3. j. Cernse
3. ij. Sublimati 3. l. succi solani 3. ij. trahantur per hora dimidium. In
fine adde vitellum oni. j. trahantur & fiat vnguentum. Expertum.

Ad reprimendum lac.


U. Vini albi quantum velis, cui admisce sal ad libitum, ferueſiantq; simul
quo ad optimè imbatum sale videbitur vinum: Cui canabinæ stupæ immegran-
tur, extractæque exprimantur optimè & linteo inuolutæ quantum fieri poterit
calidè mammis imponantur. Idque iteretur donec detumescant mammae, bis
aut ter solum in die. Expertum.

Si velis terebinthinam soluere, & in potu liquidam dare, cum tan-
tillo croccioi agita, deinde liquori quem volueris admisce. Ex-
pertum.

Fœmina Domini Pelabric Tolosatis, nata annos 35. in vteri cauitate,
& collo etiam vlcera habebat, cum vteri prolapsu in coxam sinistram: ex
quibus ingentem perpetuò patiebatur dolorem. Pro quibus extirpandis
malis plurima per integrum annum moliti sunt medici & Chyrurgi.
Tandem cum nos accerfiri curasset, moliti etiam & nos sumus satis multa
tum intus, tum extra, sed frustra. Adeo enim vlcera depasta erant matri-
cem, ut putrefacto etiam recto intestino, per vulvam stercora ejiceret.
Proindeq; citò mortua est.

Franciscus Rousset medicus Gallus, libello cui titulus est de Hyste-
rotomotokia, id est partu Cæsareo, censet in extrema necessitate, vbi
aut mortuus foetus, aut viuus nullo modo exire potest, aperiendum esse
faminæ latus alterutrum quatuor digitis aut quinque ad latus umbilici,
extra musculos rectos inde deorsum tendendo scindendum esse ad me-
dium pedem, quidquid subiacet, musculos, peritoneum, tandem vterum,
cauendo à vasis spermaticis, secundum longitudinem, satis ample fora-
mine, leuiter, & rasoio cuius cuspidem tegat globulus plumbeus, aut
buxus, si infans viuus sit, sin minus quocumque alio: inde eximendus
foetus cum secundina. Quo facto, subsidet vterus; sed eius vulneris la-
bra spongia lauisinâ, aut lino calida aliqua decoctione confortantique
imbuto, appriméque expressio, abstergenda, quemadmodum & abdomi-
nis, vulneris sanguinem sic exsiccare oportet. Tunc vterum dimittere,
& peritoneum subsidere, nec gastroraphiam Galeni more exquisitè exer-
cere enit oportet: sed solum externam abdominis cutem cum aliquan-
ta subiectorum muscularum parte earnis, quinque aut sex punctis con-
sueuer. Quod vt rectius fiat, priusquam sectionem moliamur, ex atra-
mento lineas ducemus, vnam secundum longitudinem, iuxta quam in-
incisio fiat, alias sex decussatim supra hanc, quò labra iuste aptentur,

Aaa



permittendūmque est vt atramentum exsiccatur, ne sanguine fluente dissoluatur. Secundūm transuersas ergo lineas puncta ducenda sunt. Reliqua vt in vulneribus alijs peragenda. In pudendum verò iniiciendi clysteres ad abstergendum sanguinem & pus ab utero fluens, & intrmittenda cannula argentea aut alia, vt liber illi pateat exitus. Hac sectione foeminam non interire, nec infœcundam reddi, quod his historijs, præter rationes multas, probat: licet hernia, seu ramex in secta parte maneat, sed facile tolerabilis, si fascijs coérceatur.

Vxor Godart sex pueros viuos hac sectione habuit, chyrurgo Nicolao Giullet, diuersis vicibus. Alij apud Merinuille, tres tribus vicibus eodem modo extracti.

Vxor Ioannis de Marais Chyrurgi, à marito incisa fuit hoc modo, eductusque puer, qui vixit; illaque iterum concepit & peperit naturaliter.

Pelion medicus idem de simili operatione testatur. Alij, quam vidit author, foetus hoc modo eductus.

Bernardæ Arnoul idem contigit, & concepit deinceps, peperitque naturaliter.

Collette Beranger decimo mense, iamdiu extincto embrione sic seca fuit, iterum deinde concepit, peperitque vt alia: & tertio.

Antoinete André, à simili sectione, concepit, peperitque.

Ioanna Michel, decimo mense, iamdiu mortuo foetu, brachioque eiusdem per vuluam exerto, amputato, cum reliquum hâc educi non posset, secca fuit: concepit inde bis & peperit naturaliter.

Ganeo hydropticus, adacto cultro in ventrem, sanatur.

Cui intestina in scrotum per ramicem illapſa, remitti non poterant, & ileo iam moribundus tenebatur, dissecto abdomine amplio foramine, retracta sunt ilia, & restituta salus.

Franco quidam vesicæ calculus per epygastrium eduxit. Id quoque deinceps fieri consulit Roussel.

Au Franc archer de Meudon, vt describit Monstrelet, qui capite damnatus erat, cum antea calculum in rene haberet, Prætoris permisso, & rei etiam, à rene per sectionem eductus est lapis, & superuixit, credit Roussel, latus illi anteriori parte apertum fuisse ad ilia inde renem.

Carolus Trahardi longo tempore nephritide infestatus, tandem dolorem ad anteriora descendere sensit, quâ vrerer ad vesicam tendit: vbi tumore oborto, apertoque, eductus est calculus fabæ magnitudine, cum vrina, & pure. Sed semper deinceps vrina per foramen illud, cui aptabatur ob id spongia, fluebat. Meiebat tamen nihilominus per penem; alio scilicet rene vrinam ad vesicam mandante.

Domina Ferrariae Dux Nephritide vrgentissima s̄æpe infestabatur, sanguinem, & pus mingebat. Ea à viuis defecta, aperta fuit: ciùsque in rene inuentus fuit lapillus, & circa eum in rene cicatrix perfecta medi⁹ digiti longitudinis.

Mulieri quæ graui Nephritide torquebatur, abscessus ad renem apparuit: quo candardi ferro aperto, maxima sanie quantitas effluxit. Cæterum 26. integris annis ibidem fistula mansit, per quam intromissa argentea cannula fluebat quasi pus, aut sanies, cessabatque hæc in urinæ videri, & dolor vrgere: quæ duo repetebant simul ac emissarium illud cludebatur.

Idem, & eodem modo contigit iuueni 21. annorum à *Guignonneille en Beause.*

Cœur de Chesne, hospes, prope umbilicum sicca percussus, per vulnus urinam mittebat 19. diebus. A quibus, immisla per aliquot dies per penem fistulâ in vesicam, ibique retentâ, per eam urinæ fluere incœpit, sanitasque sequuta est; contra sententiam Aphor. 18. secl. 7.

Lonyse Pouppard grauida facta, inscia tamen, ob morbum (qui lienis schirrus putabatur) purgata, & sanguine secta vena, immunita, tandem foetus intra uterum extinxit. Cuius molles partes resolutæ putredine, ossaverò eis nudata uterum versus rectum intestinum, & hoc quoque perforarunt, per anumque reddebantur; inter alia erat cruris os integrum. Denique eā mortuā, dissectaque, nil intus inuentum est præter ossa plurima semiputrentia, maximè verò capitis ossa.

Catherine des Fiefs cùm grauida esset, ignoraret tamen, incidit in morbum, curatāque est omni genere remediorum, etiam sudorificâ diætâ. Nono gestationis mense, instantibus partus doloribus, parere nequivuit, extinctusque est intra uterum fœtus: nec tamen adhuc grauida putabatur. Moliores ergo embrionis partes putrefactæ per vuluam emittebantur, idque spatio 17. mensium, aderatque tumor ad latus sinistrum, qui lienis schirrus putabatur. Obiit tandem, eaque dissecta uterus non inuentus est, sed eius loco plurima sanie, ossa omnia vnius pueri, quædāque ex eis semiputrida. Inter alia autem, os vnum clavicula peritonæum cum musculis abdominis iā perforarat, eā parte qua tumor cōspiciebatur.

Vxor Ausme, chyrurgi, mortuum embrionem gestas, plurima eius frustata per pudendum eiecit; sed maiora cùm exire non possent, discessit è viuis. Dissectæ, pueri reliquiae in utero repertæ sunt.

Grauida quæ parere non potuit, post eductum ferro per vuluam frustatum fœtum, tumorem in inferiori ventre magnum ostendebat. Quo cauterio aperto, magna sanie quantitas effluxit tum per vulnus, tum per vuluam, sat longo tempore: sanataque est.

Collette Simon cùm parere non posset, ferreis instrumentis fœtus extactus ei est, sine secundarum tamen, & sanguinis eductione. Vnde paulò post in imo ventre ingens tumor obortus est: qui candardi ferro iectus ex uno latere fuit, plurimumque coagulati sanguinis manibus edu-

Etum. Sed alio latere non subsidente, idem opus fuit aperire, secundā nāmque hāc auferre, sed non sine periculo. Iacuit inde in lecto totum triennium, à quo sanata facta, iterum concepit.

Domina de Piles cūm in infimo ventre maximum haberet tumorem, eo carenti instrumento, usque ad cauitatem vteri vulnerato, sanie plus quām septem libras cūm per foramen, tum per os vulvæ emisit. Adhībito speculo matrici, vlcus in eadem ingens apparebat. Sexto à secto tumore mense conualuit, & concepit.

Briffeti vxor eodem modo habens, eadem methodo intra tres menses sanata est, & pluries deinceps concepit, & peperit.

Mathias Cornax asserit Hosptitem Cancri Rubri Viennæ Austriz, quatuor annis mortuum foētum gestasse, qui vteri corpus corrumpens, exiēnsque, tumorem in ventrē faciebat; quo secto eductus est embrio non valde corruptus, ut qui adhuc masculum sexum ostenderet. Mater iterum concepit. Sed cūm non posset parere, mortua est.

Alia elapsō partus tempore, emortuum embrionem integrum annum gestauit, qui tandem tumorem sinistro in latere efficiens, cūm vterum perforasset, frustatim à chyrurgo illāc extractus est: mulierque concepit iterum & peperit.

Alia cūm parere nequiuisset, per vulvam molles emortui foētus partes putrefactas sensim reiecit, manentibus sub epigastrio ossibus, vero, ut credere par est, perforato: (tactu enim adacta crepitabant) ibidēque per tredecim annos persistērunt. Nec tamen mulierem à consuetis negotijs retrahēbant, nec sanies per vterum fluebat, sed ordinata ibant menstrua.

Quibusdam, qui vulnera sinistro latere acceperant, lien omnino avulsus est, aut dissectus. Alijs maximi omenti pars. Omnes autem convaluerē.

Bibliopola apud Cornacem, lōgo tempore leui hypothymia sape prehendebatur. Quo mortuo, maximum in corde aposthema inuentum est, medium eius partem occupans.

Alius Venetus apud Massam, in eodem corde aposthema habebat dimidijs ouī magnitudine.

Quidam, teste Roussel, accepto in corde vulnere, quod duobus digitis altum cordis substantiam penetrabat, duodecim igit̄ superuixit diebus. Quod idem in alterius cerebro contigit; sed neutri ad ventriculos peniebat vulnus.

Albacasis asserit foēminæ cuidam mortuum fuisse in vtero infantem concepisse nihilominus. Secundo etiam in vtero extincto, apparuit ad umbilicum tumor, quo dissecto extracta sunt ossa plurima, & sanata mulier; residuante tamen semper ab vlcere humore aliquo.

Alexander Benedictus similem refert historiam.

Margareta Preuost, cūm grauida esset, parere non potuit illo modo. Vnde ægrotauit, tota tumida facta in ventre. Nono ægritudinis mense

ad vmbilicum apparuit ingens tumor. Quo, cauterio aperto, post multam puris copiana, secundo die educta fuit integra puella. Sanata est mulier, vixitque inde 27. annis.

Hollerius recenset, fœtum quindecim diebus ante partum, per matris vmbilicum brachium exertum habuisse, superuixisseque utrumque.

Alia cum longo tempore mortuum gestasset fœtum, ægrotaré que, apparet ad vmbilicum tumore aperto, eductum fuit pueri cadauer; & supersuit diu sana mater.

Fœminæ cuidam in Lunæ, amputata fuit matrix tota, cum alia remedia non iuuassent, & superuixit.

Alij, cui ob difficultem partum vterus præcipitatus erat, nec restituiri poterat, ligatus, sectus, carentique ferro adustus fuit, incio marito: cum quo tamen postea rem habebat, sed voluptatem non sentiebat.

A veiga Hispanus narrat tractatu *de vteri lapsu*, se vterum fœminæ præcidi iussisse, & sanatam fuisse.

Carpus in Anatome, pluribus dissectas à patre, & à se matrices assedit, omnésque euasisse.

Philiberta Louyson, sanguinis menstrui fluxum perpessa 18. continuos menses, cum grauitate ad collum matricis, subito vterum extræ prolabi sensit, pendebâque illi ad coxas usque. Quem cum restituere nullo modo posset, post quatriidum vocauit chyrurgos. Hi scindere non ausi, ligauerunt in collo supra vrinarium meatum, (cum tamen securius sit, ut putat Rousset, tum scindere, tum ligare ultra interius matricis foramen, quod eius ceruix dicitur) mansitque ea ligatura immota per octo dies. A quibus adueniens Rousset, ligaturam ibidem renouare, sed strictionem iussit: quæ anteriori parte usque ad cavitatem vterum fecans, maximam puris copiam in vteri semi-corrupti interna tunc, alias externa, infimâque cavitate contenti viam patefecit. Deinceps decies ex interuallis constricta eadem ligatura, cecidit tandem vterus; fuitque curationis tempus mensis unus, & valet nunc optimè mulier.

Domina de Blancafort, cum multo tempore vteri præcipitatione torqueretur, tandem remittere non potuit. Cumque iam corrumperetur vterus, perrexit ad medicum per aliquot milliaria. Sed mirum, cecidit illi in via omnino vterus à corpore auulsus: nec propterea ab incepto defitit itinere; cum à vicino chyrurgo locus pudendi decocto vini & rosarum lotus fuisset: qui chyrurgus pro matrice solùm cavitatem quandam perspexit. Vixit hæc postea sana. An credendum?

Perrine Boucher, iam anus, ob multos difficiles partus valde vteri lapsu torquebatur, ita ut iam eum remittere nequiret. Quare gangrenâ præhensus, ex se excidit, dum illa vrinam reddere putaret. Vixitque deinde sana, non propterea lecto discumbens. Sentiebat autem frigus vacuo in loco matricis, & colico afficiebatur dolore, nisi pannis loca ea muniret. Posteius mortem dissecata fuit, nihilque inuentum inter vesicam & re-

Etum intestinum, præter vacuum quoddam spacium cicatrice vndique obductum, per quod rasoij ampli capulus liberè sine obstaculo aliquo transmeabat: hácque aér ingrediebatur qui frigus & colicum dolorum illi conciliabat. Nec ab vteri casu sanies inde fluxit.

Quæ vteri procidentiam patiebantur mulieres, vt vidisse se refet Roussel, rotundâ glande satis amplâ, ex suberis cortice factâ, & tali obductâ, in intimâmque vteri cavitatem intromissâ, ab affectionibz liberabantur. Nec propterea glans cadebat, nec extrahebatur, nec corrumpebatur, cùm tamen in vtero maneret etiam per 40. annos. Et quod magis mirum est, coit mulier, concipit, gestatque eo intus manent. Quod Clemence Herandie ter experta est in seipso. Exibat emmotum tempore partus, ante foetum: quarto à foetus die, butyro idem emmotum obliniebatur, antè tamen optimè abstersum, intromittebaturque iterum in matricem, quam proinde à casu liberabat, non cessantibus propterea mensibus, nec impeditâ nouâ conceptione. Id ipsum pluribus exemplis confirmat idem Roussel. Inter cœtera, cuidam, quæ intra vterum conceperat, tribus ante partum hebdomadis sponte emmotum excidit, quod per quatuor gestarat annos: & deinceps sine eo sanas vteri prolapsu perseuerauit.

Canibus fænillis tota matrix absconditur, ne coçant, futurâque adhuc bitâ sanantur. Idem fit ouibus, gallinis, vt Roussel expertus est.

Cuidam mulieri dissectæ ab obitu inuenta sunt plurima etereogene corpora intra eius vteri substantiam contenta, velut sanies, membranæ, tendines, gummi forma quædam, ossium, & similia colore & odore diuersa, quæ trium annorum spacio congesferat, ita vt vterus medicinalia pondo quinquaginta tria cum putrilagine illa penderet: cùm tamen usque antea doleret, nec ab assuetis munijs desisteret.

Quidam amoris vehementiâ se in latrinam demersit, vbi rasoij vercunda sibi quampenitissimè amputauit. Sed extractus inde sanatus fuit, vt vidisse testatur Roussel.

In Xenodochio, mulieri, quæ diutina febre laborauit, ab obitu dissectæ inuenta sunt spermatica vasa obdurata lapidis in modum, testiculisque putrefacti, sanie pleni.

Ille qui in Nosocomio quartana febre diu torquebatur, cuique lauum hyppocondrium prætumidum & prædurum erat, multis diebus sanguinis fluxum per nares passus est. Vnde tandem obiit. Exenterato inuentus est lien. ingentissimus, carnis prædura & schirrosa colore, ponderis librarum sex circiter. Contingebat autem huic hæmorrhagia ob sanguinis crudi tenuitatem, ob retentricis imbecillitatem, & ob partium inferiorum compressionem; quod præcipuum erat.

Qui Dissuria laborabat in Tolosano Xenodochio post obitum dissectus, altero rene caruit: alterum verò prægrandem, sed schirrhosum, & pure refertum habuit.

Puella quæ anno carebat in Nosocomio, dum lacte nutriebatur via:

sed per pudendum egerebat. Ante exactum tamen annum obiit.

Qui ex casu paralyticum incurserunt, omnes insanati permanerunt.

Femina quae hydrope laborabat, ad umbilicum tumere coepit: aperaque vomicata plurimum puris, multumque aqua eiecit: sanataque est. At mansit perpetuo apertum foramen: per quod semper aliquid distillabat. Si quando occludatur, tumet venter, angustias patitur & deliquia. Inde aperitur sponte, effluitque foecida fantes multa, seruimque.

Ille, cui per brechma vincus ad cerebri usque medullam penitus adactus est, huiusque portiuncula foras progrediens exacta est, conualuit.

Longus lumbricus viuus a puero per secessum eiectus, cum searetur ab alijs pueris, maximam copiam tenuium vermium viuorum eiusdem formarum per vulnus eiecit.

Ille cui vulnus sub mammam sinistram inflictum est, statim obmutuit, nec vocem usque ad mortem recuperavit. Vulnus autem siccum per 9. dies mansit, ita ut nec aliquid ab eo exiret, nec exuflaret. Adherat tamen febris ardentissima, lingua ariditas & nigrities, iugis vigilia, tussis, sanguinis sputum, dispnea, incumbebat autem vulnus costae. Coniectabimus porrò, ferrum ut costam offendit, deorsum secundum costam descendisse, in cavitatemque thoracis illapsum esse, non tamen pulmonem tetigisse. Paruum enim erat vulnus. Aer autem per vulnus non exhibat (quod saepius admotam manu, candelaque accensam deprehendebamus) quia postquam multum sanguinis a vulnera in thoracis vacuum irrepit, eiusdem grumus foramen obstruxit. Declivitas quoque etiam flexus eiusdem vulneris, costa vulneri opposita, impediebat aeris exitum. Cum ergo contenderet chyrurgus, saepius immisso specillo, non penetra- te in thoracem vulnus, proindeque consolidandum id esse: nos contra usque ad 9. dies restitimus. Nono autem die ecce ut aegrum inuisimus, ablata turunda, subito maxima foecidi puris quantitas cum sibilo exultatione erupit: deincepsque per singulos dies multa effluerebat: cum per catetherem abstergentia lauaca in thoracem injiceremus. Ex puris autem copia tandem arguebamus laesum fuisse pulmonem. Obiit tamen die 20.

Ad nos venit aeger 35. annorum, cuius arteriae, omnes maximè vescolli, Carotides dictæ, tam vehementer agitantur, ut arcus cordeum, australis tensæ, cum laxatur, esse dices, ita ut & collum, & caput, & humeros conuellerent, concuterentque in diastole adeo vehementer, ut nulla vi posset ille caput continere. Contingebat id maximè post festinationem; aut ascensum acclivioris cuiusdam loci. Erat lienosus homo, melancholicus, maestus, inappetens, sine febre. Premebat ergo lien septum transuersum, cogebaturque cor ad palpitationem, & violentum motu (admotus enim regioni cordis manus imò solo viu impetuosum eius motum deprehendebamus) subindeque arterias. Præterea crassus, teter, & infestus vapor cor & eius ventres subiens,

id ladebat, & ad expulsionem excitabat; per arteriasque delatus, spirituum & caloris influentis transitum prohibebat: vnde conatus, conflitus, impetus. Curatio fuit purgatio per melanogoga, discussio flatuum, deobstructio lienis, exhilaratio omnibus modis quæsita.

Qui ad Nosocomium Tolosanum venit, ante quinque annos de telo delapius, subscudem, peracutum lignum teretemque, quo contignationes trabium firmantur, in casu mediâ viâ offendens, ad inguen dextrum confossus fuit; vnumque ex tenuioribus intestinis omnino dissectum; omniaque extra ventrem prolapsa. Accitis chyrurgis remittuntur intesta; suspenditur æger per pedes de trabe; procuratur dissecti intestini agglutinatio: sed frustra. Ab eo tempore manet vulnus apertum, per quod exit superior pars execti intestini, spithamæ magnitudine, & per id incrementa: quæ continuò egerit. Ingentia sæpe patitur tornina, maxime in frigore. Comedit tamen. Sed aliquando incoctum emitit cibum. Et incedit, quia robustus est & in florida aetate. Sed ut plurimum recumbit & ægrotat. Sanè mirabilia sunt opera Dei. Et verè scientia nostra, studia est apud Deum.

Iuuenis ille Chyrurgus, dictus Abbas, ætatis 20. annorum, subiecto vomitu præhensus est. Eo perseuerante, venter nil egerebat, dolor nulus aderat, nîque in hippochondrijs tactu sentiebatur, nisi durities quædam ad latus xiphoidis cartilaginis. Dubitauit ego statim de schirro: sed in qua parte esset, non constabat: putabamque vel esse in caua hepatis parte, quâ ventriculum operit, eiisque inferius orificium compressione occludere; vel in eiusdem orificij catu contineri, transitumque impedire. Adhibita ergo sunt remedia nonnulla. Schirro emolliendo, tollendisque. Quæ cum nil prodeffent, perseueraretque vomitus, & alii astricis de salute desperauit; consuluique calidas sulphureasque naturales aquas Caussianas adire, biberéque. Ille verè laboris pertulit, alium consuluit Medicum; qui ei innumera præscripsit remedia. Tandem post tertium mensem macie obiit. Eo itaque dissecto, inuentum est totum inferius ventriculi orificium, quatuor digitorum latitudine circumquaque prædurum, adeoque incrassatum, vt dux spissitudinem superaret, totumque ductum præcluderet; ita ut ne specillum quidem admitteret.

Franciscus Besognes, acicularius faber, ad Xenodochium Diui Iacobi ætatis 36. annorum, cum nausea præmeretur, ad vomendum se compulsi, cumque valde adniteretur, crepitum sensit ad ventriculum, qualis corporis quod abrumperetur. Ab eo tempore maximo ventriculi dolore infibulabatur, nec poterat aliquid solidi comedere, immo ne liquidi quidem quin maximum in fundo ventriculi patretur dolorem, ferre usque ad deliquium; quo usque ingestus cibus descenderet ad intestina. Caruit tandem febre primo die: exinde febris. Obiit tandem septimo: dissectumque ventriculum ostendit, quatuor digitorum lititudine ab inferiori orificio, abruptum interiori tantum tunica, pollicis amplitudine.

Pharmacopæi cuiusdā vxor, nata 22. annos, lue venerea infestari cepit.

Erant in pudendo sinu vlcera cacoethia; dolor acerbis omnium corporis partium, vomitus, impotentia & veluti paraly sis brachiorum & crurum; ita ut stare nullo modo posset, sed cogeretur perpetuo recumbe re: frequentes lipothymiae, vrinæ ardor, pustularum eruptio, ventris magna siccitas & egerendi difficultas: sed nullus in eo tumor, nec impregnationis suspicio. Ad curationem ergo omnia harum passionum, post multa enemata, frictiones, & leuia cathartica ex interuallis exhibita, cum non leuaretur, purgata fuit per quinque dies, venaque ei secta: cumque nec id iuaret, post mensem repetita eadem purgatio, & venæfictio; & præter id, vnguento ex hydrargiro per quinque dies fortissime fortissime vincta est. Quæ omnia cum pertulisset, à morbo omnino convaluit, & post quinque menses puerum peperit, qui viuit, & valet. Ut inde colligas, tam auidè vterum, conceptum diu optatum seimen (erat enim nuper nupta) amplexum esse, retinuisseque, ut nullis tormentis ab eo nec morborum, nec remediorum exciti potuerit.

Vidua 45. annos nata hemorrhoidibus cœcis laborare cœpit, quæ quandoque fluebant, quandoque non. Conquærebatur præterea de egerendi difficultate. Ad quæ colibenda malâ, saepius catharticis, venæfictione, balneis, fotibus, vnguentis, clysteribus, & alijs remediorum formulis usum. Nec tamen hæc proderant, sed perpetuo circa anum magna erat grauitas, dolor, & calor, qui ad anteriores usque pudendi partes pertingebat, deiiciendique labor, impotentia denique standi, sedendis cubandi. Febris ex interuallis cam tenebat: alias sine febre degebat, sed non sine cruciatu & anxietate. Tandem nihil omnino dei cire poterat, febrisque continua eam apprehendit: vnde post paucos dies obiit; dissecca ostendit intestini crassi terminum sex digitorum amplitudine usque ad anum schirro ita induratum, ut nullo modo ne tantillum quidem extendi posset, subindéque excrementorum viam ferre præclaram.

Vxor Geraudi Bartholomei, globulorum, quibus vestes nectuntur, artificis, febre laborauit per menses plus quam quinque: quo tempore plurima, variisque passa est symptomata. Inter alia vcrò, cum Dyarrœa torqueretur, bis, sed longis interuallis, vermem quem vocant latum, aut fasciam, ciecit. Erat id quidem corpus album, latumque, & longum plures palmos, omnino denique simile gracili intestino vacuo: proinde que ab assidentibus credebatur esse intestini pars. Cæterum immobilis omnino erat, nec ullam vermis aut animalis alterius effigiem pra se ferrebat. Obiit tandem ægra.

Vnguentum pro scabie expertum: Accipe sulphur viuum, oleum, & acetum acerrium; misce in vnguentum, quo inunge solum palmas aut manum volas, & plantas pedum duobus matutinis calide, & super fuda.

Puer natus annos 10. percussus à sodali per iocum cubito ad regionem cordis, statim laborare cœpit febre & oppressione thoracis. Vnde obiit

octauo die: eisque dissecto inuentum est pericardium pure refertum, & extima cordis superficies adeo pure defœdata, vt ac si tota in pus dissolueretur, ita quasi musco pureo obducta esset.

Puer natus 4. annos filius, D. C. Praefidis Tolosani senatus, laborare ceperit febre. Non egerebat, non appetebat cibum, non difficulter spinbat, vomuit aliquando, tussiebat valde raro: septimo die subiecto enim ate deicxit quater, & bene habere visus est, & expers febris. Sub fine tamen eiusdem, angi incepit, & post modicum subito loquens obiit. Dissectusque ostendit thoracem ingenti copia seri similis putissime aquæ refertum, pericardiumque eadem adeo distentum, vt ferè rumpatur: cetera membra erant inculpata. Videtur autem naturam voluisse die illo critico materiam illam à venis foras aut per ventrem, aut perudores, aut per vrinas deicere: sed fortasse copiâ pressam, aut errore dum depositisse in thoracem, unde sequuta est repentina cordis, & calor natiui oppressio, & subinde mors.

Mulier quædam ad Tolofanum Xenodochium venit, quæ ante annum cùm tumorem ad imum ventrem paulò supra inguen dextrum haberet, post longum tempus, nullâ adhibitâ curâ, aperta est vomica, pér que vclus exiere fœces, exindéque semper exeunt, sed non omnes. Maior enim pars descendit ad anum. Nec solum sterlus istac per vlcus fluit, verum etiam frequenter teretes lumbrici viui, & multum serosi humoris vna similis. Et paruum vlcus, rotundumque fistulae simile: fitque aliquando magis inflammatione circa id oborta, purèque per id effluente. Dolor ut plurimum locum infestat. Ambulat tamen ægra, consuetaque exercet opera.

Ioannes Bartholomæus cingulorum & balteorum consector, circa medium Augustum, non morsus à rabido aliquo cane aut alio animali, incidit in Hydrophobiam. Nec enim poterat bibere vinum, nec aquam, nec ius, nec quidlibet aliud potulentum. Quamuis namque admiceretur bibere (quippe ipsomet dicebat, se non posse viuere nisi biberet, poindéque se ad id cogebat) tamen ubi potum aut ius ore sumpsisset, tanta eum cordis angustia premebat, tantus tremor, tanta corporis totius concussio, vt cogeretur liquorem foras ejicere, ne guttula quidem hastâ. Et quod magis mirum, neque manus abluere audebat: cùmque nobis iubentibus id admisisset, quamprimum aqua manus tetigit, eadem anxietas eum prehendit, ut ferè animo linqueretur. Obiit ergo quarto morbi die, cùm nos eum solum semel, pridiem quam moreretur, vidissemus.

Verrucas tollit succus agrimoniæ cum omphacio extractus, addito deinde sale, quo liquore, scalptæ aut nouaculâ primùm leuiter dissecuntur abluuntur sæpe.

Hemorrhoidum dolorem mitigat aqua plantaginis sapientia applicata. Filius D. M. Regij Quæstoris annos natus 12. ingeniosus, laborare cœpit febre ardente, capititis dolore, vomitu, Diarrhæa. Secundo die apparet

morbilli intermixtis exanthematis subliuidis; Tertio omnia exasperata. Quarto omnia, præter Diarrhæam, imminuta: superuenit tamen sanguinis mictio cruenta copiosaque. Quinto mortuus est.

Eodem morbi genere, & eodem symptomate superueniente, scilicet sanguinis mictione, interijt eodem tempore, eadem ferme ætate Gaspar de Nouaut, sed tardius obiit, duodecimo scilicet die.

Petrus *de Sancto Pay.* patronus natus 25. annos, biliosis, mense Maio, post mœrorem, & ardorem solis, quem biduo iter faciendo tulerat, incidit in febrem continuam, & Hydrophobiam, non morsus tamen ab aliquo cane, nec alio animali. Delirabat aliqualiter, sed tamen respondebat appositè, non poterat ferre aspercionem aquæ, neque potum eiusdem, aut vini, aut iuscularum, conuelleretur fæpe collo, & persuasus ut biberet, poscebat aquam, agnoscebat se non posse viuere nisi biberet, sed ubi scyphum ori admouebat, tantus eum horror & concussio apprehendebat, ut totus contremiseret, sudaret, conuelleretur, tamen manu propriâ & se ipse cogebat, & impulsu astantiū in os impingebarunt aquæ, quam tamen statim expuebat, aut si contra niteretur & deglutiret, mox vomebat cum pituitâ, sudore, & angustiâ. Obiit quinto die. Credibile ergo est Hydrophobiam posse in hominæ gigni à sole imediatè, sine mortu canis rabidi, ubi temperies & humores similes caninis in homine inueniuntur.

Vxor *de Sole's* custodia carceris Vicarij Tolosatis sumpto cathartico ejiciebat per anum vermicem longum, qui cùm non posset exire, prehensus manu famuli extractus est longitudine sexdecim pedum, abruptisque vi trahentis, cùm non totus existet, ostensus est nobis tenuis, candidus, latitudinis minimi digiti, in segmina quedam distinctus qualia sunt erucarum, & similium aliorum insectorum, quorum quodlibet erat longitudine figuraque simile semini cucurbitæ integro, habens in latere paruum eminentiam ut hic videtur,




ita ut simile quid esset multis cucurbitæ seminibus per capita copulatis coherentibusque, refrebaturque ægræ sentire maximum frigus in anno dum extraheretur, licet fasculus qui extrahebat assereret esse calidum, extractumque palpitare. Vnde colligere licet hunc esse latum vermem Fasciam dictum, cuius particulae sint cucurbitini vermes vocati, qui diuulsi à toto, speciem diuersam efficiunt.

Dominus De C. P. Senatus Tolosani cùm multis annis torqueretur vrinæ difficultate, obijssetque ex apoplexia, inuenti sunt in eius vesica calculi sex maiores columbinis ouis fluitantes, nec unquam tamen illi in totum suppressa est vrina.

Eius verò filio trimo, cùm laborasset febre continua, quæ exasperbatur alternis diebus circa vesperam, cum pulsu inæquali, cuius tres aut quatuor iictus erant frequentes, plures autem tardi, & post septimum diem sopor vigilans, & frequentes circa faciem rubores, & tandem duodecimo mortuus esset, aperto capite inuenti sunt cerebri ventriculi & basis multâ aquâ repleti, cùm per morbum lethargo eum laborare praedixissemus.

QVID?

Laus Deo virginique Maria.





FRANCISCI SANCHEZ,
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA

Professoris Regij.

DE FORMVLIS PRÆSCRI-
bendi medicamenta ad Tyrones
Medicos.

L I B E R.

PRÆLOQUITIO.

MEDICINAM inexpiable bellum esse, aut artem
saltem quæ omnem apparatum subministrat ei bello,
quod natura Medico adiuta contra morbum infensissi-
mum hostem capitaliter gerit, primus Hippocrates
omnium bonorum inuentor memoriae prodidit, &
post eum Galenus, & qui eos sub sequuti sunt nobis-
lissimi quique medici. Quemadmodū enim in bello
vñus est Imperator, quem precipue querunt hostes, vt interimant; sic
in hoc bello Natura est quam morbus impetit, vt euertat. Quomodo
etiam Ducibus fidis, militibus, auxiliarijs copijs, armis, commeatu, om-
nique ad vincendum instrumento instructus Imperator prouidus ad

382 De formulis prescribendi medicamenta,

pugnam procedit, sic etiam Natura prudenti medico tanquam fio Achate, facultatibus omnibus corporis, natu quoque calore tanquam militibus, subsidiariisque copijs, alimentis, medicamentis, ferro, igne, que, pro commeatu & armis vtens, ad bellum progreditur, cum rugitudineque consilit. Denique veluti generosus, invictus, bellicosus Imperator ipse semper in acie primus stat, congregiturque, neque quod faciunt desides, ignavi, imbellisque, per duces alios a puluere longe remotus pugnas committit, sic Natura prima semper, immo quandoque sola morbum oppugnat, quandoque vero, vbi fidelem nata est medicum, eo comite, ab eodemque suppeditatis armis commeatu ornata in hostem invenitur, quamque superat, nunquam vero totum medicos, aut assidentibus quantumcumque strenuis negotium commedit.

s. epid.
com. 51.

Natura morborum medicatrices, ait venerandus senex. Ab huius ergo naturae nutu, tanquam protidi, strenui, prudentissimique Imperatoris pendere debet fidus Medicus, tesseram petere, quocumque iussit, in arma, vi etiisque, talia, tot, & tanta suggerere qualia, quot, & quanto illi opus erunt, indicaueritque. Vnde illud Hippocratis, Quod natura vergit, eo duc; & illud, Neque solum seipsum prestat oportet opportunamente, & reliqua secundum Naturam fiant. Natura in operibus est. Operis actione quid illa velit connectandum est. Offici. Chirug. med. Similesque aliæ sententiae, quæ ad victimum & ad medicamenta oportuniè administranda pertinent. Cum itaque solers & prudens Medicus sufficiente congruoque commeatu victimaque primum iuuare naturam debeat, deinde vero idoneis armis, quæ sunt medicamenta; horumque alia sint simplicia, alia composita; componendorum medicamentorum rectam methodum à me postulastris, Auditores: felicet qua ratione singula medicamentorum compositorum genera aptè describantur. Quorum ego & voluntati & studijs omni modo gratificari cupiens, omnes, quarum visus nunc est compositionum species, earumque describendarum vulgatam rectamque rationem in pauca concessi capita; quibus praeter id, & tempus, & rectum videnti modum adieci, ne ieuina omnino & sterilis foret medicamentorum prescriptio. Agite ergo, Auditores, infudate, laborate, euigilate, ut tandem aliquando cum decore & laude salutiferam hanc artem totius humani genitris commodo exerceatis. Nos vestris conatibus aderimus, immo omni ope laboreque nitemur, ut neque diligentiam, neque studium nostrum in adiuuandis promouendisque commodis vel desideretis. Dixi.

BPP 3

C A P. I.

CVm Medicina vna sit ex practicis scientijs, frustra cius theorematum didisceris, nisi ea ad opus redegeris. Hic est enim ultimus Medicorum finis & terminus, qui in eius manu situs est. Nam sanitas quidem primus in intentione Medici medicinæque finis & scopus est: ultimus autem in adceptione. Sed hic à fortunæ arbitrio magis pendet, neque in Medicorum potestate est. Ad eum autem obtainendum plurimum momenti adfert ultimus ille, qui totus medico debetur; recta scilicet remedium præscriptio, adhibitiōque. Hanc nos libello hoc docere conabitur. Cùm autem remedia ad corpus humanum collata, & ad certum morbum, talia dicantur, nos quidem ea quæ ad temperiem morbōsque spectant nunc dimittimus: neque cui morbo quæ remedia competit dicemus: sed solum in genere ostendemus, qua ratione medicus scitè & ex arte præscribere possit quām cūque compositi medicamenti speciem, quorum hodie usus est, quo ad proportionem scilicet medicamentorum inter se, materiam, quantitatem cuiusque, omniumque simul, & denique formam totius: idque quām succinctè dilucidēque fieri possit. Neque vero dicere attinet quantam opus hoc allaturum sit utilitatem & ægri, & medico, & huic ultimo honorem etiam: cùm fieri non possit ut aliquid laude dignum in arte consequatur ille, qui sufficienter hac parte instructus non sit: prater quām quod pharmacopœorum ludibrio exponitur, qui incongrue medicamentum aliquod præscribit, aut quod tali, aut tantâ materiali, aut tali formâ constare non possit.

C A P. II.

EX his quæ in usu sunt hodie, medicamentis compositis, alia in officiis semper parata habentur, alia ex tempore parantur. Rursus alia intus in corpus assumentur, alia exterius admouentur. Nos omnia sic digeremus, ut ea quæ in corpus ingeruntur, primum doceamus, deinde ea quæ foris adhibentur; in omnibusque habita craseos & consistentiaratione, à liquidioribus sensim ad crassiora & duriora veniamus. Et quamvis sint quædam ambigua, quæ intus & extra applicantur, tamen nos communioris usus occasionem sequemur. Quæ in corpus ergo recipiuntur sunt julepi, syrapi, potiones cardiacæ, potiones catharticæ, potiones somnifera, potiones vomitoria, apozemata, gargarismata, clysmata in aures, anum, vterum, vesicam, liquida erthina, collyria etiam liquida,

eclegmata, opiatæ, boli, pulueres, condita, masticatoria, pasta regia, matritus panis, morselli, pignolatum, trochischi, tabellæ, pilulae, dentifricia, pessus, nodulus, balanus. Quæ exterius admouentur sunt balnea, semicupia, lotiones, fatus humidi, fatus sicci, infessus, suffitus, embrochæ, epithemata, olea, linimenta, vnguenta, pultes, cataplasmatæ, dropaces, synapsim, cerata, emplastras, apones, poma odorata, sacculi, frontalia, cuculi & lemicuculae.

DE JVLEPIIS, ET SYRVPIS.

C A P. III.

VL E P I ad præparandos humores præscribuntur, temperandum ad rem febrilem, & quandoque ad somnum conciliandum. Dantur autem summo mane; aliquando etiam in ingressu lecti, longè à cena: quandoque utroque tempore simul; raro alio tempore: ut plurimum per tres dies, aut quatuor, sed id rarius. Fiebant olim ex aquis stillatijis, & nunc etiam in Hispania, & Italia, admixta subdupla syrporum portione, hoc modo.

U. Aquarum end. & buglos. An. 3. ij. syr. capill. V. en. & limon. An. 3. j. ant. An. 3. ls. ant 3. vij. fiat Iulep, pro una dosi: itereturque per tri dies mane.

Nunc verò Tolosæ (vulgarem hic medicinæ praxim his ostendemus scriptis) fiunt ut plurimum ex decoctis addito saccharo aut syrups, hoc modo.

U. Rad. gram. 3. ij. folio. end. buglos. & adian. An. M. j. Hord. rs. & passul. mund. An. P. j. liquir. 3. ij. fiat coctio S. A. In. lib. j. col. dis. solue sacc. 3. iiiij. aut syrup. de succo end. & capill. V. An. 3. ij. Misce, fiat Iulep ut suprà. Quod si velis gratius efficere, clarificetur, & aromatizetur 3. j. pulueris alicuius conuenientis, ut elect. Diatrionsant, aut sanctali citri, aut cinnam, nisi febris magna obstet. Si in quatuor doses cupias imperare, nescipies de col. quart. quinque, addésque nihilominus sacc. aut syruporum 3. iiiij. Habenda tamen semper est ratio ætatis, ut pro pueris præscribantur. Iolium decocti 3. viij. syrporum 3. ij. pro 3. dol. & pro minoribus, decocti 3. vij. aut iiiij. & syrupi ad proportionem. Iulep porro isti facti sunt ad similitudinem eorum, quos Actuari. & Symeon ultimi Graecorum medicorum zulapias vel byzantos, & Mesues Iuleb, & Iulep, & Iulapium vocavit. Sed differunt in hoc, quod Zulapia illorum semper in officinis parata habentur, fiunt semper ex saccharo, & ex infusione, auf coctione simplicis vnius medicamenti tantum, crassiori consistenti, quam syrupo nostra autem Zulapia paratur ex tempore, ali quando

quando cum melle, quandoque cum syrups, semper ex coctione plurium rerum. Inter syrups, quoque & Zulapia antiquorum id interest, quod in lib. j. Iulapij, non maneat nisi ȝ. ij. infusi aut decocti, in syrupo vero ȝ. iiiij. quamuis Sylvius in suo Mesue aliter omnino censerit, ductus auctoritate Christophori de Honestis commento in eiusdem Mesuei Antidotarium, sed id parum refert. Ex his autem antiqui Zulapijs, admixta duplice, aut triplice aquâ, potionis quasdam ægrotis conficiebant in præsentem usum, similes nostris Iulapijs, quas vocabant. Πηρόπουλα, quasi dicas præpotiones. Ab his nostris Zulapijs differunt syrpi consistentia. Coquuntur enim amplius ut durare possint, seruanturque in officinis per integrum annum: neque enim amplius custodiri debent, nec possunt, cum excogitati sint ad conseruandos succos, quos semper habere non possumus. Fiunt aliquando ex aqua destillatitia, quandoque ex succo, aut infusione, aut vtroque, vnius, aut plurium simplicium ad iustam consistentiam, cum saccharo, aut melle. Iusta autem consistencia est, quando ex alto instillatus continuo hæret filo, aut sursum retrahitur rupto filo, aut vngui aut marmori impositus non difficit. Sunt quidam inter hos purgantes, alij alterantes solum. Ut plurimum autem facit lib. j. additur succi depurati tantundem aut ȝ. xv. infusi vero aut decocti lib. ij. aut lib. j. ss. Coquunturque lento igne, clarificanturque, antequam perfectè coctum sit totum. Sed haec ad pharmacopœum spectant. Ad medicum autem attinet scire, purgantibus nos solum ut matutinis horis: alterantibus vero quocumque tempore. Horum usus est cum aqua extra pastus, tempore sitis, aut per se ex cochleari, ut in morbis pectoris. Ut plurimum vero præscribuntur ad ȝ. iiiij. aut vj. raro autem nunc syrump ex professo paramus, sed paratis utimur: nisi purgantem aliquem in longum tempus prescribere velimus, cuius parandi modum docebimus infra, cum de apozematis erit sermo. Est autem syrpi & nomen & inuentio tota Arabica: quamuis apud Gal. 6. Medic. loc. Oriens. Aeti. Paul. & Tralian. syrups, aut potius Iulapijs, quædam similes extant potiones quas illi vocant πόμπατα, προπόμπατα, ἡδεις, φρέιλημα, hoc est potiones, propinationes, suaves, utiles, ut suprà tetigimus.

DE POTIONIBVS CARDIACIS & Catharticis.

C A P. IV.

A Roborando corde nomenclaturam habuit Cardiaca potio. Fit vero communiter ex aquis stillatitijs, quibus additur vinum aliquando, confessioque aliqua aromatica, ut Alchermes, de Hyacynth. aut puluis

Ccc

386 De Formulis praescribendi medicamenta;

elec^t. Diamargarit. frig. aut Rosat^x nouel. aut cuiusvis alterius, ut Theriacæ, Mithridatiue in pestilenti affectione, aut veneni suspicione. Admiseretur etiam conueniens syrups vnu, aut plures. Quantitas aquarum est ad 3. iij. syrups 3. j. aut 3. j. ss. aut ij. Pulucris aut confect. 3. j. aut 3. j. ss. aut ad summum 3. ij. Sed hoc raro, nec uno haustu sumendum, sed ex cochleari, & longis interuallis. Dantur Cardiacæ potioncs quocumque tempore, modò longè à cibo, & quandoque etiam prope, ubi necessitas vrget. Sit hoc exemplum cardiacæ potionis communis.

L. Aquarum buglos. & end. An 3. ij. syr. de buglos. 3. j. Confec^t. Alchermes, & pulu. Diamargarit. frig. An. 3. ss. Misce, fiat Potus, quo via uia ex cochleari inter pastus. Aut.

L. Puln. Diatrionsantal. 3. j. syr. viol. & de limon. An. 3. ss. aqua borrag. & laet. An. 3. ij. fiat potus, capiat hora somni uno haustu. Quod singilia urgeant addatur syrup. de Nymphaea 3. ss. aut syrup. de Papau. tandem, ubi somni maior penuria. Iam potioncs hæ ab Afris originem sumpserunt, superfluitatis medicamentorum authoribus. Græcis enim nec pulueres, nec opiatæ hæ cardiacæ in vsu fuerunt. Plus habent villatatis Catharticæ. Fiunt autem hæ ex infusione simplicium quorundam coctione aliorum; admixtis insuper opiatis, & syrupis, que in officinis parata habentur. Quandoque etiam ex solo uno medicamento, liquore aliquo dissoluto, vt in dyfenteriâ, & vermium suspicione, ex 3. j. Rhei pulucratum iure pulli, aut aqua gram. aut portul. & ex 3. ij. manna granata in iure pulli, aut decocto passularum, & liquiritiæ ad tuſſim. Aliæ vero sic fiunt.

L. Rhab. electi infusi aqua end. & expressi. 3. j. aut si plus purgandum 3. ss. aut 3. ij. Cathol. & syrupi ros. sol. An. 3. j. &, si magis desiderandum, elect. de succo ros. 3. ij. Decocti aectosa, endius. hord. & ros. Q. S. fiat Potio: capiat ex arte. Hæ erit commoda ad humorem biliosum. Quæ sequitur, ad pituitosum.

L. Rhab. 3. ss. Agar. recent. troch. 3. j. cinnam. & spica nard. An. gra. ij. infundantur in decocto petrosel. rad. maiora. Thymi, anisi, passif. & liquir. Col. expressa adde elect. Indi. maior. aut Diaphœn. 3. ss. Cathol. & syr. ros. sol. An. 3. j. cum eodem decocto fiat potio: capiat cum custodia & reg. artis. Pro melancholico vero succo paretur tale.

L. Senne & polypod. mund. An. 3. ij. Thymi, epith. florum borrag. An. P. j. buglos. M. j. Passul. mund. Par. iiij. fiat coctio. In colat. 3. viii. dissolue Confec^t. Hamech. 3. ij. aut elect. Diasena sol. tantundem. Cathol. & syr. ros. sol. An. 3. j. Misce, fiat Potio. Aliquando prescripta catharticorum dosis addit medicus, cum decocto communi medicine fiat pain: propterea describendum id decoctum: est enim varium & incertum, efferturque etiam nomine decocti fructuum & florum. Nobis igitur tale videtur pharmacopeis imperandum, quod illi exequantur ubi opus est, quod habet.

L. Berrag. bugl. cichor. An. M. j. Prunorū paria iiij. Passul. & Herba

mund. florū viol. ros. & buglos. An. P. j. Liquir. 3. ij. fiat collis ex arte.

Circa Catharticæ potionis quantitatam idem est aduertendum quod circa Iulapia. Majoribus maiores, minoribus minores exhibendas. Dantur semper manè, nisi aliquid impedit, ieiunéque. Cauendum omnimodo ne vomantur, superuigilandum usque ad meridiem, nisi superiori nocte, & multo magis si superioribus noctibus peruigil extiterit ægrotus. Post tres aut circiter horas sumendum ius gallinæ semicoctum, modice salsum, inde prandendum post horam. Post duas aut tres à prandio horas licet paululum dormire, si somnus premat, sin minus, abstinentium. Fiant & Catharticæ potiones ex iure galli veteris farti cum polypodio, scina, prunis, passulis, tamarindis, & similibus; sed id valde raro. Fiant quoque ex compositione aliqua sola, ut Diaphœn, Indo maio, Catholic. Diacart, elect. de succo ros., cum decocto superiori dissoluto. Ex simplicibus quoque, ut videre est apud Dioscor. Gal. & ex neotericis Ant. Mus. Brafaio. Sed talis euacuatio semper incommoda est, ex incorrectis scilicet simplicibus, & immixtis procedens.

DE POTIONIBVS SV DORIFI cis, somniferis, & Vomitorys.

C A P. V.

PVRGATO corpore opus est aliquando uti sudorifico decocto, ut in lue venerea pricipue, longis distillationibus, cachexia, scabies, arthritide, & multis alijs à superflua humiditate pendentibus malis. Fiant autem decocta hæc varie pro vario & morbo, & temperamento, & atate. Nostro vero ab India aduecta sunt tria ligna ex quibus decocta hæc conficiuntur, Guaiacum scilicet, Salsa Parilia, & China, quæ aliquibus Apios Diocordis creditur. De quibus omnibus multi multa scripsere: nobis satis nunc erit dicere, primo tanquam validiori utendum esse in grauiori affectu fortiorique corpore: secundo in medijs: tertio vero in minimis. In lue ergo veherea, aut grauiori distillatione sic ferè prescribimus.

1. Rasha Guaaci & cortic. eiusdem An. 3. ib. Infunde per xy. her ras in lib. vij. aquæ electæ. Coque deinde ad medias. De Colat. bibat circiter lib. i. singulis matutinis, supersudando.

2. Fæces superior. decocti. Aqua lib. xy. Coque ad sextæ partis consumptiorem, addendo in fine, liquir. 3. ij. & in delicatioribus, in unam. 5. ij. & saccharum ad placitum. Colatura utatur loco vini in potu. Continuet hoc decoctum, & tenuem dietam per quindecim dies, aut plures, si morbus continuax fuerit. In mediocri vero malo & corpore, 3. lib. iij. Opere indo insup-

3. Rasa salsa Parilia minutum concise 3. iiij. Aqua lib. ij. Infunde per

383 De formulis prescribendi medicamenta;

sex horas. Coque ad quartā part. consumpt. de colat. bibat 3. ix. & sudando ut suprà.

2. Feces superior. decocti aqua lib. vij. Coque ad sextā part. consumpt. addendo ut suprà, liquir. &c. Colat. utatur loco vini.

Decocatum verò hoc non diu asseruatur, post vnum enim aut alterum diem acescit; quare alternis saltem diebus parari debet. Denique pro delicateulis.

2. Rad. China, aut Apios 3. ij. Aqua electa lib. iiiij. Coque ad milia. De colat. bibat 3. vij. singulis matut. ut suprà, sudando.

2. Feces decocti superior. Aqua lib. viij. Coque ad quartā part. consumpt. addendo sacc. & reliqua. Colat. utatur pro vino.

Quandoque etiam vbi ægroti sunt morosi, relieto primo decocto, secundum tantum paramus, quibus vinum diluunt, idque longo tempore, ut longitudine temporis, tenuitatem medicamenti compensemus. Sunt multi qui cathartica sudorificis his decoctis admiscent; quod mihi non probatur. Quomodo enim simul & semel humores, & ad cutem pelli, & ad ventrem trahi possunt? Ceterum toto tempore sudorifici decoctus continendus est ægrotus calido cubiculo, cibandus tenuiter biscocto pane, aut ad ignem exsiccato, bis in die, tantilla affa carne, sine iuscule, additis strobilis, aut caricis, aut vuis passis, aut bellatijs aliquibus, idque moderatè. Quia autem ob sudorem induratur alius, subducenda est clymo quarto quoque die. Sed iam de hoc satis.

Diximus ferè in Iulapijs de potionibus somniferis. Non debent prescribi, nisi in ultima necessitate, tuncque cum maxima moderatione, propter multa quæ singulis diebus contingunt incommoda. Apud nos communis usus est tantum harum.

2. Aqua lact. & endiu. aut portul. aut buglos. An. 3. ij. syr. viol. & de Nymphæa An. 3. ss. Misce: Aut si magis premant vigilia, & cum hac non dormierit, addere aquis, syr. de Nymphæa 3. j. Quod si nec sic dormierit, addere tertia nocte aquis, syr. de Nymphæa, & de papau. An. 3. ss. Tandem verò si nec id profit, & vires constent, dissolue in aqua syr. de papau. 3. j. capiatque tribus aut quatuor horis à cena. Confectiones autem illas narcoticas Philonij Roma. Philo. mesf. Philo. Galen. & Aegin. & Perfici. Requiei Nicol. Diaolibann. Nicol. Mutz Eneæ Mesf. Tryphera mag. Nicol. & alterius Triphera mino, nomine tantum cognoscimus, neque his, neque opio ipso ad bibendum unquam utimur, raroque externis admouemus. Iam vomitorias potio-

nes a antiqui medici frequenter imperabant certis temporibus ad totum corpus exonerandum, quomodo nos nunc Vere & Autumno purgamus catharticis. Et nescio an bene talia imperarent remedia. b Vomiti. vlt. & tus enim videtur contra naturam quæ nunquam nisi coacta vomat. 3. sympt. Atque propterea plurimas adfert noxas, paucioribusque confert, quam obsit. Obest autem ijs, quibus oblongum est collum, aliud humeri, arctum pectus, anhelosis, caput, oculosque dolentibus, re-

maticis, qui ulcerosâ laborant laffitudine, aut lypothymia, aut ventriculi cruditate, imbecillitate, aut hypochondrij aliquius inflammatione, anginosis, vertiginosis, epilepticis, vtero gerentibus, hemoptoicis, tabidis, veternosis, histericis, vomere non assuetis. Ergo aut raro imperandus, aut nunquam, saltem ad euacandum vniuersum corpus. Vbi autem in ventriculo aut praui humores, aut lumbrici, aut venenatum aliquid continetur, tunc præscribere possumus, si motus humoris, & tempus adiuuent. Matutinum tempus, & iejunus ventriculus vomitui conueniunt, nisi vbi cum cibo ingestum est quod rejci debeat. Mouetur vomitus inditis in os digitis, aut pennis oleo tintatis, etiam absque potionem: & vbi hausta potio non exit. Duplex harum est modus. Aliæ leues, alia fortiores sunt. Primæ fiunt ad leuia quoque mala ex aqua tepida, aut oleo, aut vtroque, aut addito oximel. S. Aut scylli. Aut ex hydromel, aut vino, vbi non est febris, aut mulsa, aut aquis destillatis, additis syrups conuenientibus, aut ex decoctis radicum, seminum, herbarum, petros. apij, fœnic. rusci, raphani, hyssopi, puleg. origa. atripi. cumini, anisi, dauci, carui, asari, ciceribus rub. addito semper oleo, aut butyro, aut pinguedine porci, anseris, anatis, gallinæ vt.

U. Radic. Petros. & fœnic. An. 3 ss. Origani, hyssopi An. M. ss. Rapha. dissecti 3. ij. sem. cumini 3. ij. Coque in aqua. Col. lib. j. adde olei 3. ij. Capiat tepide.

Fortis fiunt ex ijsdem, & ex gingib. sinapi, nastur. cucum. angui. aut eius radic. aristolo. galanga, cardamo. turbith, agar. floribus genistæ, semine been, & nuce metel seu vomica, & vtriusque ellebori. Sed duobus his vltimis parcius vtendum est, vt

U. Rad. ellebo. nig. 3. ss. Transfigatur ea raphanus ut solent gallina lardo, coquatur deinde raphanus sub cineribus, abicyantur ellebori radicula, coquatur raphanus in lib. j. aquæ. Colato adde olei 3. ij. Aut.

U. Nuces metel duas, origani. M. j. anisi 3. j. Coque, & fac vt supra.

Adduntur aliquando opiatæ, vbi humor ventriculo nimium hæserit, sed id rarius.

DE APOZEMATIS ET Syrupis magistralibus.

C A P. VI.

DICUNTUR Apozemata ab ἀποζέω Græco; quod est feruefacio, sūntque decocta magis composita quam zulapia, ad præparandos humores, & quandoque etiam deiçendos. Non multum differunt à de-

390 De Formulis praescribendi medicamenta,

coetis quibusdam Hippocratis , Galeni , aliorumque & Græcorum & Arabum : nec diu est quod in Gallia usurpari cœperunt : in Italia enim & Hispania nullus horum est usus : neque videtur valde commodus . Est enim alienum ab arte , simul præparare , & educere . Præter id quodvidetur hæc apozemata in ignarorum gratiam excogitata , qui inopes consilij , & absque methodo omnia permiscent calida , frigida , humida , secca , attenuantia , incrasstantia , nullum sibi præfigentes scopum , nec scientes quem petant , nec quibus . Antiqui verò decocto vnius tantum simplicis medicamenti ad rem accommodati utebantur . Ergo si ea apozemata imperanda sint , cauentum saltem est ne contraria inter se componantur , & ex paucioribus , morbóque tempori , etati , habitui , & temperamento congruis , fiant . Ad præparandum itaque , & post leue minorans , leuiter depellendum biliosum humorem , ubi non erit febris continua (in hac enim quemadmodum neque in intermittenti , ubi paroxismus incidit in tempus matutinum , nunquam purgantibus apozematis tribus continua diebus utendum censeo) tale videtur describendū .

¶ 2. Radic. gram. & rufci. An. 3. j. Buglos. integ. borrag. Endi. cichor. acetosæ , agrimon. hepat. adiant. & primule ver. An. M. j. Prunorū par. x. Tamarind. mund. & Agar. troch. liquir. ras. An. 3. ls. Sebesten. bord. florū viol. & buglos. An. P. j. fiat coctio S. A. In col. lib. j. disolue sace. Q. 3. Misce , fiat Apoz. clarum pro 3. dos. mane , aromatizeturq; 3. j. Pulu. eleet. Diatrionsantal. Ut plurimum autem siue in tres , siue in quatuor dozes præscribatur additur aliquid ultimæ dosi , hoc modo . Additæ ultimæ dosi expressionem 3. j. Rhab. infusi in parte eiusdem per noctem & srr. ros. sol. 3. j. Cathol. 3. ls. aut eleet. de succo ros. 3. iiij. fiat potio , datur vi artis est . Ad humorē autem pituitosum .

¶ 2. Radic. fænic. & petros. apij. An. 3. j. (Quidam infundunt aceto aut vino albo , ut magis incident . Sed nisi infusio addatur apozematumendum est ne plus virium à radicibus transeat in vinum , quam ab hoc in illas Folior. pimpinel. agrimon. beton. Iuæ art. chamedre. politri. saluie minor. buglos. fum. & hyssopi An. M. j. Polypod. & passul. mund. An. 3. ij. Agar. recen. troch. & medulla sem. cart. turbith. & liquir. An. 3. ls. sem. anisi. fænic. & dauci. An. 3. j. Thymi. flor. stœcha rosmar. & calami arom. An. P. j. Coquantur in suff. aqua electa . In quartaria 5. Col. disolue sace. 3. iiiij. cinnam. 3. j. fiat apoz. clarific. pro quatuor dos. mai. Ultima dosi addi potest elect. Diaphœn. aut Indi maior. aut Diacart. 3. ls. Si verò humorē melancholicum educere velis .

¶ 2. Rad. fænic. & aspara. An. 3. j. Cort. rad. cappar. & media tameric. An. 3. ls. Buglos. cum toto , borrag. ceterach. politri. adiant. agrimon. lupuli. cichor. beton. Iuæ art. tamaricis. & fænic. An. M. j. Sumita. menth. hyssopi. & maiora. An. M. ss. Polypod. senna. & passul. mund. An. 3. Prunor. Par. vj. Thymi. epith. cuscutæ. flor. genista & sambuci An. P. j. Agar. rec. troch. & liquir. An. 3. vj. sem. anisi & fænic. An. 3. v. fiat

collio in aqua electa ad quartaria 5. In colat. dissolute sacc. 3. iiiij. cinnam. 3. j. fiat apoz. clar pro 4. dos. manè Ultima dosis potest addi elect. Diaſenæ ſol. 3. iij. aut syr. de epib. comp. 3. j. aut confeſt. Hamech. 3. v. plus minūſue pro agri viribus. Iam hæc apozemata non feruantur parata, ſed imperantur in ptaſteine rem. His verò ſimiles fiunt ſyrupi quidam Magiftrales di-cti, neque diſferunt niſi cocturā. Hi enim coquuntur ad ſyrupi coniſten-tiā quæ multò crassior eſt quā apozematis, feruanturque in totum annum, quemadmodum & alij ſyrupi purgantes in officinis, ita hi apud xgrotos, qui eis vtuntur capiendo circiter 3. ij. cum iuſculo pulli ſemel aut bis in mense. Qui ergo velit ex ſuperiori decocto ſyrupum parare purgantem, coctioni lib. j. aut lib. j. ſſ. addat ſacc. 3. vij. & fiat ſyrupus perfecte coctus ut artis eſt.

DE GARGARISMATIS, & Clyſteribus.

C A P. VII.

GARGARISMATA, Gargarismi, ſeu Gargarifatus ſunt medica-menta quæ hiante ore retenta, ſpiritu per trachæam irrumpe[n]te, in palatum illiduntur, indéque delapſa, rursusque impulſa, ſonitum edunt gar, gar, gar, vnde confictum videtur nomen. Præſcribuntur hæc ad oris fauciūmque affectus, fiūntque ex liquoribus quibuscumque, aquis, decoctis herbarum, fructuum, florū, additis ſuccis, ſyrupis, ſapa, ſacc. melle, Diamoron, Dianucum, pulueribus thuris, myrræ, fantalorum, ſale, alumine, aliisque, & quandoque etiam vnguentis, ſed id rarō, & cauendo deglutitionem, & ne noxia metallica recipiant. Parantur omnia ex tempore, corūmque uſus eſt ut plurimū ante paſtus, neque unquam statim à cibo, tepide, ſepiuſ iterando. Cauere oportet eos, qui-bus in pectus diſtillationes fiunt, & quibus maximam in cerebro humo-rum copiam ſubelle ſuſpicamur, ne tota affatim concuſſa decidat, quos inſuper in pectus ſubtilis exercet fluxio, orthopneos, ſuffocationique pa-ratos, ex qua cumque cauſa impedita ſit respiratio. Gargarismi quantitas eſt lib. j. aut ij. In acri & incipiente defluxione talis parari potest.

2. Aquarum plantag. peculi ros. & portul. An. 3. iiiij. Syr. de ros. ſic. 3. j. Misce, Aut.

2. Decotti plantag. caprifol. ros. balauſtio. & ſem. endi. lib. j. ſſ. Dia-moron. 3. j. Misce. Vbi vero diſtillatione opus eſt.

2. Abſimil. pont. caprifol. & ſaluia mino. An. M. ſſ. Ros. bord. & paſſul, comus, flor. ſtracha. An. P. j. Liquir. 3. iiij. Coque in ſuff. aqua. In Col. lib. j. Iſ. Diſſolute mellis ros. 3. ij. Misce.

Iam de clyſteribus agendū. Sunt hi iniectiones, (id enim E'mpha Græcis ſonat, quod in Latinum uſum nos iam recepimus) in interiora corporis

392 De Formulis prescribendi medicamenta,

factæ. Et quia hæ vt plurimū in anum infunduntur, ad abluenda inteflinorum recrementa, ideo κλυσίς, aut κλυσία, quasi ablutionem dicas, à κλύειν quod est abluere, ab ijsdem Grais nominantur: quamvis tamen in alias etiam corporis cauitates clysmata indantur, vt in aures, vesicam, vterum, ad varios harum partium affectus. Ab Ibi autem Egypciaca aue originem traxisse clysteriorum usum volunt, quod illa iniecit rostro in anum aquâ, aluum purgare dicatur. Multiplex est eorum materia pro multiplici necessitate. Vulgata usitatissimâque est quæ sequitur forma.

L. Althea cum rad. malua, pariet. betæ, mercurial. & acanthi, vislaria An. M. j. Furfur. macris in nodulo, bord. flor. chamamelii, & melilo. An. P. j. Prunor. par. vij. fiat coct. in aqua. In col. lib. j. s. dissolut cassiae cum sacc. & mellis ros. An. Z. j. Olei com. Z. iiij. Salis Z. j. fiat clyster. detur ante, aut longè à cibo, recumbente ægo in latus sinistrum, aut saltet, si minus tunc possit, in id se statim conuertente, aut in dorsum, cætioribus existentibus cùnibus; retineatque per semihoram, aut paulò plus. Nec enim probandi, qui quantum poterit ægrotus, continere clymum iubent. Sæpe namque contingit, vt postquam foras erumpentis enematis primos impetus æger sustinuerit, enema retrorsum recurrens aut magnas molestias ventriculo & toti ventri inferat, aut in interiora subiens, non amplius exeat, nisi alio iniecto, aut etiam, quod peius, iam in opere existentibus intestinis, peruerso motu, sursum trudatur, per oblique reieciatur. Id vero de purgantibus intelligendum. Quæ enim aindina præscribuntur aut in dysenteria, ad cohibendum fluxum, abstergendum, leniendūmque, contineri debent quamdiu fieri possit. Potest autem aliquando tota nocte. Proptereaque his suscepis, neque à cibo, neque à sommo abstinendum: quod in diectorijs non licet. Fiunt ut plurimū clysteres ex decocto omnis generis plantarum, partiūmque earum: sed etiam aliquando ex lacte, vino, oleis, & olim etiam muria. Adiunguntur succi, olea, mella, saccarum, opietæ, syrapi, axungia, vnguenti pulueres, ouorum vitelli. Ut in dysenteria.

L. Lattis chalybeati, aut ustulati ignitis calculis lib. j. sacc. Z. ij. Volum cui. j. fiat clyster. In cholico dolore.

L. Vini generosi lib. j. Inieciatur. Aut.

L. Oleiruta, & aneth. An. Z. iiij. Aquæ vita Z. j. Misce, & inde. Iam quantitas clysteris variatur pro xstate, & affectione: pueri sufficit lib. s. decocti. Eadem quoque quantitas sat est ijs quibus valde turaret venter; aut flatibus, aut excrementis repletus est, & quibus diu immorari clysmum consilium est. In reliquias etiam corporis partes injectiones fiunt, vt dictum est, sed non vna vice tantum, imo sapienter proindeque non certa est horum quantitas. Possunt tamen libri vni præscribi, quæ, vbi opus fuerit, iterabitur, vt ad penis, & vñca vñcera.

L. Decoc. Plantag. bord. & ros. lib. j. Mell. ros. Z. j. Misce, & inde.

3. simp.
caus. 14

iniecio per Catheterem sape.

Eodem quoque modo, aut ex decocto aliarum rerum fieri potest ad utrius affectus, ut in vlcere colli, aut cauitatis eiusdem.

U. Plantag. M. j. Cort. malis. gran. 3. ij. Ros. P. ij. absinth. M. fr. Hord. integ. P. j. Coque in lib. ij. aqua. In Col. lib. j. Dissolue mellis ros. 3. ij. Misce, & iniice bis aut ter una quoque vice, tepide, aut non nimis calide. Vbi verò absterfum fuerit vlcus, & cicatrice obducendum, superioribus addere licet pulu. thuris 3. ij. aut cadmia & cerusæ An. 3. j. Si verò non satis mundum fuerit, ante hæc, immiscere oportet pulu. Iridis flor. aut aloes 3. j. fr. sed de his satis. Spectant enim hæc iana ad methodum Therapeuticam.

DE ERRHINIS LIQUIDIS, *Collyrijs liquidis, & Eclegmatis.*

CAP. VIII.

RRHINUM dictio est Græca ἔπος τῶν πνεύμων id est à naribus deriuata. Est autem medicamentum naribus inditum ad earum, aut cerebri affectus. Vocantur & Nasalia, à naso, & caput purgatia, ab effectu excoxitata dictione. Quadruplici fiunt forma, liquida scilicet, solida, media, & puluerulenta. Liquida fiunt ex aquis stillatitijs, succis, decoctionibus, vino, aceto, melle, hydromel, vino mulso, oximel, additis etiam pulueribus, vbi opus est, vt ad expurgandum cerebrum pituita.

U. Succi Anagallidis, & maiora. extracti vino albo An. 3. ij. vini alb. lib. j. Misce, Aut.

U. Aqua sampsuc. & salvia An. 3. iiiij. Aqua fænic. & chelydon. An. 3. ij. Misce, Aut.

U. Beton. & maiora. An. M. j. flor. salvia, & stach. An. P. j. Agar. trich. 3. j. Turbith. 3. i. Coquuntur in aqua & vino. De Col. cape lib. j. & vtere, Aut.

U. Mirobal. belleri. & citrin. An. 3. j. Cubebatum, anisi, & zingib. An. 3. ls. Suntia, rorifmar. thymi, & satureia: An. P. j. Coque ut supra. In vlcere narium adde superiori decocto, hord. & ros. An. P. j. mel. ros. & tandem thus, myrrham, Iridem, Pompholigem, vt in uterinis clysmis dictum est. Horum porro usus talis est, hauriuntur per nares, eis admota, cùmque attractio spiritu introducta, occluso prius ore: inde apprehensis manu naribus, ore expirandum, pauloque post apertis naribus sinendum est effluere quidquid eis continetur; iteratoque, terriò, quartone idem efficiendum calide, ieuno ventriculo, aut longè à cibo. Cauendum

Ddd

autem ne quibus in nares acris fluxio descendit, aut in oculos, aut labi, haec medicamenti species praescribatur. Aduertendum quoque ne acris nimis, aut fortia metallica immisceantur, aut saltem tunc prius frigidæ, aut rosaccâ implendum os, & tunc trahendum per nares, continentique spiritus quamdiu fieri possit, ne quid in tracheam illabatur, tandem aperiendum simul os nasusque, excreandum, abluendum, emungendum, iterumque hauriendum. Atque haec magis in vsu quotidiano habentur. Solida autem fiunt pyramidali figurâ aut ex simplici materia, rad. thymel. rapha. pyreth. zingib. brioniæ, caule nasturcij, ellebori, tymeleaf & similibus: aut ex liquidis coactis cerâ in ceratum, aut melle excocto ut in suppositorio, aut terebinthina, gummique: aut ex pulueribus piperis, sinapi, nasturtij, zingib. staphisagr. cardamo. exceptis gumi: aut denique facto emmoto aut linamento ex attrito linteo, carpè pexaque lanâ, aut goffipio, liquidoque medicamine imbuto, & naribus indito. Denique ex emplastris quæ in officina seruantur, ubi morâ opes est, vt in malignis ulceribus, vt.

U. Massa emplastris. Gratia Dei, & Diapalma. An. 3. j. malaxato oleo ros. & formentur emplastra quatuor piramidalis figura rotunda, quorum bina qualibet admoneantur naribus, si utraque nares male habent, & alia alternatim, gestenturque semper, aut saltem noctu. Mollia Errhina fiunt ex succis, pulueribusque melle, terebinthina, gummique exceptis vnguenti aut opiatæ crassi, quibus digito, aut pennâ nares imbuntur, vt.

U. Succi anagall. & nasturt. An. 3. j. Pulu. Zingib. & cardamomi An. 3. j. Castorei. & assa foeti. An. 3. ss. Misce, Aut.

U. Sem. nasturt. & cardamo. An. 3. j. Sinapi 3. ss. cum melle fiat mala mixtura. Quod si pulueres aut digitis intromittantur, aut calamo inflentur, fiet tertia Errhinorum forma: & si hi sint acriores, ita ut sternamenta cieant, fient sternutatoria Latinis, οὐδεποτὲ Gracis nuncupata à πθάση, sternuto: quorum usus est in soporiferis affectibus, vt.

U. Pulu. ellebori albi 3. j. Insuffletur in nares ex interuallis, Aut.

U. Pulu. Euphorb. 3. ss. Aut.

U. Pulu. Pyreth. & struthij. An. 3. ss. Quod si his nimia excitentur sternumenta, aut sanguis eliciatur, ut sape solet, hauriatur aqua, aut rosacea, aut lac naribus, aut butyrum intromittatur.

Iam de Collyrijs. Sunt haec medicamenta ocularia: dictioque ipsa Graeca est, quam quasi κολυραὶ θύραι, id est mutilata cauda, dictam putat

Def. Med. Gorrœus, quia olim ad instar caudæ muris, aut magdaleonis, aut babini, aut piramidalis dentifricij, solida Collyria serubantur ad multos usus, non tantum ad oculos. Nunc vero solum que oculis aptantur media, hoc nomen habent. Triplici autem praescribuntur forma, liquidâ, molli, puluerulentâ. Liquida fiunt ex lacte, succis, aquis stillatibus decoctis, additis aliquando pulueribus morbo commodis, eâ proportione ut pro 3. iiiij. liquoris, misceatur 3. j. aut 3. j. ss. pulueris, ut in inter-

piente Ophthalmia.

U. Lactis ouilli, aut vaccini 3. iiiij. tepidum instilletur in oculos horâ somni, & manè. Aut.

U. Aqua peculi ros. & plantag. An. 3. ij. Sacci plantag. 3. ss. Misce, & cum linteo impone oculo: Nec enim solùm remedia in oculum intromittuntur, sed etiam clausis palpebris applicantur. Aliud procedente Ophthalmia.

*U. Absint. M. j. Ros. P. j. sem. fænic. 3. j. Coque. In Col. 3. vi. Dis-
solue sacc. cand. & Pulu. troch. albo. Rhaz. An. 3. j. Misce, ad usum. In
hic vero eiusdem Ophthalmix.*

*U. Aqua fænic. & chelydon. maio. aut euphras. aut beton. An. 3. ij.
Pulu. myrrha electa, & pompholig. An. 3. ss. Misce. Obseruandum au-
tem est in omni Collyrio quod in oculum intromittitur, ut pulueres ad
extremam tenuitatem lauoréique terantur, quod Arabes dicunt vt Al-
cohol, quo nomine volitantes in aëre atomos illi indicant; eadémque
ratione si ex decocto collyrium fiat, panneo colo debet transmitti li-
quor, ne quid aspergi, arenosiue, in medicamentum transeat. Nihil enim
admittit oculus rude, imò ne aërem ipsum vehementius impulsu, aut
alteratum. Quā ratione etiam collyria alterius formæ non valde proba-
nero, vt non multū sunt quoque visitata: mollia scilicet, quæ fiunt ex
succis, liquoribus, pulueribūisque, addito melle ad opiatæ aut vin-
guenti consistentiam, adhibenturque apertis oculis plumā aut penicillo:
& puluerulenta, quæ in puluere eisdem insufflantur. Quæcumque sint,
ex tempore omnia fiunt. Porro Eclegima, seu Eligma, seu ~~Elegma~~ Grecis, à τεργίν, id est lingere, Latinis Linctus, Arabibus Looch, Loch,
Lohoc, Locho, Lohoth, aut Lahuc dictum, medicamen est paulò quam
mel crassius, quod cum cochleari, aut cum baculo liquiritiæ in cochlearis
formam extenso, ad thoracis, & tracheæ morbos sensim deglutitur. Fit
id multisfariam: sed communiter ex syrapi partibus octo, puluerum verò
yna, hoc modo.*

*U. Syr. Capil. ven. 3. iiij. aut illius, & de hyssopo An. 3. ij. Pilular. be-
chia, aut penidia. aut candi 3. ss. Misce, Fiunt etiā ex coctione hoc modo.*

*U. Hyssopi & sumita. marrub. An. P. j. Passul. mund. & liquir. An.
3. ss. Hord. integ. P. ss. Coque donec sufficiat. Colat. 3. iiiij. adde penidia.
3. ss. Misce, Aut.*

*U. Conserue viol. & flor. buglos. An. 3. ss. syr. capill. ven. & de liquir.
An. 3. iiij. Misce, simul terendo. Aut.*

*U. Pulpe passul. & Iuiubar. aut pistaciiorum An. 3. ij. Pula & Dattilo-
rum 3. ss. syr. Capill. ven. aut de tussilag. 3. iiiij. Mellis electi, despumati 3.
j. Misce. Sunt quædam quæ in officinis semper parata habentur: sed ho-
rum ratus est vñus, quia facile rancescunt; quemadmodum etiam ultimorum,
quia operosiora sunt, nec adeo grata, ægrotique nostri paulò
morosiores,*

DE OPIATIS, ET BOLIS.

C A P . I X .

OPIATÆ olim erant medicamenta tantum, quæ opium recipiebant, à quo illis nomen, ut Theriaca, Mithridatum, Philonium & similes. Nunc autem nescio qua ratione (nisi similitudo craefos id efficerit) omne medicamentum quod eadem consistentia quæ illa, comparetum est, eodem nomine notant neoterici, qualia sunt Catholicum, Diaphœnicum, & similia, media inter dura liquidaque. Eadem etiam ab anti-

Plin. lib. 29. c. 8.

quis appellabantur Antidota, quod aduersus morbos propinarentur, maximè verò venenatorum ab *avell* & *sapori*, & à Latinis Electuaria, aut Elec-

taria, quod ab electis constarent simplicibus. Fint opiatæ ex coctione, infusione, aut vitroque, multorum simplicium, additis melle, saccaro, penidijs, sapo, syrupo, fructuum nonnullorum pulpâ, vt dactilorum, amandorū, strobilorum, passularum, caricarum, pistachiorum, amigdalorum, prunorumque. Ut plurimum tamen cum melle fit opiatæ, delpumato, quod semper ita intelligendum est, nisi cum crudum exprimit medicus. Adduntur & pulueres. Horum autem ad mel ea proportio esse debet, vt mellis lib. j. admisceantur pulueris creti 3. iiij. Quæcumque autem cemant tenui setaceo non possunt, vt fructus superiores, pulueris rationem non subeunt. Duplex est opiatarum differentia, cathartica, vt Diaphœnicum, Cardiacæ vt confectio Alchermes: vtriusque nonnullæ in officinis seruantur; quibus in presentem rem utimur. Aliquando verò tum ad purgandum, cum ad roborandum à nobis praescribuntur, vt ad humorē biliosum.

U. Confec. de dactilis 3. ss. Cathol. 3. ij. Rhei electi 3. iiij. cum melle ros. aut syr. ros. sol. fiat opiatæ, de qua capiat 3. ss. bis in mense cum decocto pulli tenui, additis endiuia, cichorio, & buglosso. Ad pituitosum.

U. Elect. Diacart. & Indi maio. An. 3. ss. Cathol. 3. ij. Agar, recem. irochis. 3. ij. cum melle anthos. aut syr. de hispupo fiat opiatæ de qua capiat circiter 3. vij. cum decocto pulli fasto cum hyssopo, foenic. sem. anisi, & rhizo. Ad humorē verò melancholicum.

U. Confec. Hamech, & Diasenæ sol. An. 3. vij. Cathol. 3. ij. Mirabolano. citrin. senna, & sem. anisi. An. 3. iiij. Cum syr. de 5. rad. aut Byz. fiat opiatæ, qua utatur cum decocto ultimo ter in mense ad 3. i. Cardiacæ verò fiunt multis quoque modis, vt in bilioso homine.

U. Conser. flor. cichor. & rad. eiusdem An. 3. ij. rad. buglos. & ros. purpurea. An. 3. i. Carnis Citri cond. sacc. 3. ss. Confec. Alcherm. & pul. elect. Diamargari. frig. An. 3. i. cum syr. de suco endi. aut viol. favea-

ta, de qua capiat alternis, aut, si malum premat, singulis diebus quantitatem auellane magna, superbibendo 3. j. Aut iij. aqua endi. ieiunio, tribus, aut saltem duabus horis ante cibum. Pro homine pituitoso.

U. Conser. Iringorum & flor. rorifmar. An. 3. ij. Cort. citri cond. & conser. flor. salvia An. 3. ss. Confect. de Hyacynth. & pulu. elest. Diacin- nam. Gal. aut Rosae nouel. aut Dianiso, aut de Gemm. An. 3. ij. cum syr. conser. cort. citri, aut nucum fiat opata auro cooperata, qua usatur ut ante, superbibendo parum vini generosi, aut aromatis. Pro melancholico verò.

U. Conser. rad. buglos. & Capill. ven. An. 3. ij. Flor. borrag. anthos, & cort. Citri cond. An. 3. j. Confect. de granis tinctor. 3. ij. Laticant. Gal. 3. j. cum syr. de buglos. aut de pomis sabor. fiat opata auro cooperata, qua usatur ut de nouissima dictum est.

Atque haec de Opiatis sufficient. Operosiores enim possunt ab uno quoque excogitari, si opus sit. Iam de Bolis. Sunt hi medicamenta opiate firmioris coifentia, quantum bucca capi potest, unde illi videtur inditum nomen. Posset tamen aptius buccea vocari. Est horum duplex genus, alij purgantes sunt, alij verò minimè. Non purgantes fiunt ex antidotis, conseruis, cardiacis pulueribus, hoc modo.

U. Theriaca elest 3. j. Conser. flor. borrag 3. j. cum sacc. fiat bolus, quem capiat manè tribus horis ante omnem cibum. Aut.

U. Confect. Alchermes & pulu. elest. Diatamaro. An. 3. ij. Conser. viol. aut ros. aut flor. buglos. 3. j. cum sacc. fiat ut supra. Purgantes verò fiunt ex catharticis tum opatiis, tum pulueribus, maximè verò ex pulpa Cassiae Agipitæ, hoc modo.

U. Pulpa Cassia recenter extracta 3. j. Diaphœn. 3. iiij. cum sacc. fiat bolus, Aut.

U. Cathol. & Indi. maior. An. 3. ss. cum sacc. Aut.

U. Cassia recens extracta 3. vij. Rhab. elest 3. j. Liquir. 3. j. cum sacc. fiat bolus. Notandum verò est, si ex sola cassia cum saccaro & absque cathartico alio fiat bolus, sumendum esse horâ vnâ tantum ante cibum, alias enim in alimoniam transit, nec aliquid s̄pē mouet, cūm sit adeo benignum medicamen, vt inter alimenta medicamentosa collocetur, quemadmodum & manna. Non debet autem excedere totius boli quanta 3. ij. Dividitur in parua frustula, quæ inuoluta saccaro, aut azimo sacrificiali, vorantur. Huic remedio occasionem dedit ægrorum molli- ties: quamvis nonnulli difficilius multò vorent quam potent; quibus placendum est ex Hippocratis sententia r. Aphor. 17.

D E P V L V E R I B V S,
& Conditis.

C A P. X.

PVLVIS est mixtura quædam, ex multis simplicibus secundum temperamentum tritum facta. Multi in officinis ad usum seruantur, & Cathartici, ut de Hierâ, & Cardiaci, ut Diamargari. Dianison, & multi alij. De quibus omnibus non est quod hîc quidquam dicamus. Sunt verò alijs pulueres, quos in præsentem rem præscribimus, præcipue ad roborandum ventriculum, cerebrumque, quorum usus est in fine pastus, ut & ventriculi calor foueatur, simul etiam eorum vis cum vaporibus cibi sublata ad cerebrum, id firmet, qualis hic est.

U. Sem. coriand. & anisi simplicis cooperitura An. 3. ij. sem. farin. dulcis ita cooperiti, & cort. Citri cond. An. 3. ss. cinnam. 3. ij. sacc. pondicinium, fiat pulvis crassus, de quo capiat in fine cuiusque pastus parvum a clear, nîl superbibendo, nîl comedendo. Describuntur etiam alijs pulueres ad Dysenteriam.

U. Pulu. omnium corallor. & amylli. An. 3. j. sem. plantag. ros. & bul. Armen. aut sphragidis Lemn. An. 3. ss. Misce, fiat pulvis, de quo impregnatur parum iusculis & panatellis. Fiunt etiam pulueres inspergendi capiti in distillatione, atque etiam ventri in eius fluxu: in quibus describendis non multum est artis. Propterea transeamus ad Condita. Sunt hæc alimenta medicamenta, gruina, ex conseruis, pulueribus, & sacc. mixta, quorum usus est per se ex cochleari, aut cum tantula aquâ, aut vino diluto, inter pastus, ad libitum. In febri potest tale describi.

U. Conser. ros. viol. & flor. buglos. An. 3. ss. earnis Citri cond. 3. iiij. Pulu. Diamargari. frig. 3. j. sacc. ros. Q. S. fiat Conditum auro cooperatum. Aut.

U. Conser. rad. buglos. & flor. borrag. An. 3. j. Conser. Acetosa 3. iiij. Manus Christi, cum perlis Q. S. fiat conditum deauratum ut supra. Extra febrem verò, in ventriculi imbecillitate.

U. Conser. flor. rorismar. & salvia An. 3. j. cort. Citri cond. 3. iiij. Pulu. elect. Diacinnam. 3. j. sacc. Q. S. fiat ut antè. Possunt multa alia fieri pro diuerso medici scopo, quæ materiâ tantum different ab his. Propterea transeamus ad alia.

**DE MASTICATORIIS, PASTA
Regia, Martio pane, Morsellis, & Pignolato.**

C A P. XI.

MASTICATORIA neotericis, à masticando dicta, Græcis verò ^{1. med. lot.} ^{2. & defa-} ^{cil. parab.} ~~σπελεύσταιαι~~, quod phlegma attrahant, sunt medicamenta quæ diu commansâ pituitam à capite, & vicinis partibus eliciunt. Quamuis enim Galenus describere videatur Apophlegmatismos qui vel mandendo, vel gargarizando, vel illitu palati pituitam trahant, tamen illinere pâlato nunc non est in vsu: gargarizare autem ad gargarizmata pertinet. Horum varia est & materia, & forma: alia sunt simplicia, alia composita. Simplicia sunt quæcumque velis mandere, ut liquir. Pyretrum, Salvia, Rosmarinus, Lenticus, Vitis, Zingiber, Cubeba, Staphisagria, Rhab. Agaric. Mastix, & similia. Nec enim solum proprietate masticatoria trahunt, sed ipso mandendi opere. Composita verò sunt dupli modo: aut enim in puluerem redacto viscido aliquo coguntur in trochiscos, & sic manduntur trochisci, aut pulueres excipiuntur lineâ aut sericâ telâ, suntque noduli inuoluti, qui sic masticantur. Vt,

U. Zingib. 3. q. Cubeba. & sem. staphisag. An. 3. j. cum muccag. traganini, aut gunni Arab. formentur trochisci de quibus masticet unum, auctus singulis maturinis, semper expiendo, ieiuno ventriculo. Aut.

U. Pyrethri, & sem. nasturtii. An. 3. ss. Mastichis, sem. foenic. & anisi. An. 3. j. Galanga cras. 3. q. excipientur melle anthos. & fiant trochisci ad usum diffunduntur. Aut,

U. Rhab. & Agar. troch. An. 3. j. Mirobala. Chebulo. & Citrin. An. 3. q. Puluere facto, includatur nodulis ex serico aut lino, quorum unus aut alter masticetur manè, ut supra dictum est, sâpe spundo. Atque de masticatoriis haec tenus. Iam de Pasta Regia, Martio pane, morsellis, & Pignolato. Sunt hæc omnia potius de genere alimentorum, quam medicamentorum. Sed quia à medicis aliquando prescribuntur, dicendum aliiquid est. Pasta regia parùm differt ab Eclegnate, aliquanto crassior, fit tamen ex ijsdem, ut ex conseruis, pulueribus, saccharo, & penidijs, cum syr. aliquo, hoc modo.

*U. Conser. rad. buglos. & flor. viol. An. 3. j. ss. sacc. candi & penidia-
rum An. 3. ss. Pulu. Diatragacan. frig. 3. j. cum syr. viol. aut capit. Ven.
fiat pasta, de qua capiat cum bacculo liquir. aut cultello, teneatque in ore sa-
du, sensim deglutiendo. Martius panis, & morselli, seu morfulli idem sunt
substantia, formâ differunt: ille enim placentæ in modum, hi buccearum
effunguntur. In hecticâ febre, consumptis quacumque de causâ, exha-
stis, macilentesisque horum usus est, ut*

L. Carnis cappi, aut perdicis, aut testudinis nemoral. illarum assu-
rum, huius verò elixę 3. iiiij. sem. melo. mund. 3. ls. amigdala. dulci, decor. 3.
vij. nucleorum pini 3. ij. sacc. aqua ros. dissoluti Q. S. sacc. pulueris
3. ij. fiat massa, detusis omnibus simul de quā formentur placenta, an-
morsuli, qui in clybano tēperatē coquuntur, denturque in pastu, aut pro bellari. Possunt eadem fieri ex eisdem carnis crudis, sed non adeo suavia, nec
coctū facilia, nec quæ tamdiu incorrupta seruentur. Adduntur & dafili
pistatia, pulpa passularum, semina alia frigida, conseruæ, pulueres, sius
exigat, vt.

L. Conser. rad. buglos. 3. ij. Amigdal. dulc. carnis Daſtilorum An. 3.
iiiij. sacc. ros. 3. vj. Pulm. Diatragacan. frig. & Diamargari. frig. An. 3.
j. Tundantur primum omnia, affundendo semper parum aqua ros. addantur
tandem pulueres, omnibusque bene mixtis fiat maza. Pignolatum verò à nu-
cleis pineis ex quibus fit, nomen traxit, fitque hoc modo. Saccarum quan-
tumuis in electuarij consistentiam excoquitur. Dissoluitur autem id, si
ita libeat, aquā ros. aut aliā. Ita cocto strobili decorticati, & si velis, rola-
ceā macerati integri injiciuntur, superinfunditūrq; oui albumen, ut me-
lius cohāreant, tunc in marmor tersum farinā obductum, tota massæ
funditur, de quā fiunt frustula, aut placentæ, aut morselli, aut cum rimo
pane sacrificali efformantur variae figuræ. Idem huius est usus qui su-
periorum, valdeque conductit tabidis.

DE TROCHISCIS TABELLIS, & Pilulis.

C A P. XII.

TROCHISCI, & Cyclisci Græcè, quasi parui circuli aut orbiculi,
& Artisci, parui panes, Latinis Orbiculi, Rotulæ, & Pastilli, à ro-
tundâ figurâ ita dicti sunt, quamvis fiant etiam aliquando trianguli, qua-
drangulique. Horum multi habentur in Myropolijs semper ad usum pa-
ratæ; inter quos alij sunt alterantes, vt de Gallia mosc. Ramich, de ros.
alij purgantes vt de Agar. Schilliti. de Rhab. &c. quorum varius est usus
pro varia corundem materiâ. Fiunt alij ex tempore ex omni medica-
mento, maximè verò pulueribus, gummi aliquo, aut viscido liquore in
orbem coactis, exsiccatisque aut ad solem, aut in clybano, aut denique in
umbra, nisi morta noxia sit. Imprimitur autem omnibus sigillum sli-
quid, ob decorum, aut distinctionem, aut vt authorem prodant: quamvis
9. simplici. olim aliquibus ad fidem illis conciliandam id fieret, vt in Lemnia sphagi-
de. Raro nunc à medicis trochisci prescribuntur, sed asseruatis vtuntur.
Quod si describendi sint facile id est. Non adeo promptum est tabellas.

aut Electaria tabellata parare. Electarij nomen, ab electis simplicibus, defluxit, conuenitque ijsdem medicamentis, quibus & Antidotus. Nec enim audiendus est Christophor. Georg. de Honestis. Com. in primam distinctio. Mes. de Electarijs, quem etiam sequutus est Nicol. Prapos. dum dicit Electarij nomen Opiatis conuenire; Confectionis verò, tabellatis compositionibus. Nam contrarium ostendit idem Mes. dum ait *Confest. Alchermes, Confest. Hamech, Confest. Philonij, & contr. à modis Electarij de Citro, Electarium de Gemmis, Electarium de Pomis. &c.* Imò nunc contrarium omnino obseruatur, ac id quod ait Christophor. Vocamus enim communiter opiatas, confectiones; tabellas autem, Electaria. Horum ergo Electariorum solidorum aut in tabellis, duplex est genus; aliud purgans, vt Diacartami, de succo ros. aliud alterans, vt de Gemmis, Diamargari. Diambra. E primorum genere afferuantur solum in officinis nostris supradicta duo, alibi etiam & tertium de Citro solutuum: è secundorum verò multa, sed omnia in puluere, è quo facile est tabellas parare hoc modo. Saccharum conuenienti liquore solutum coquitur plus quam ad syrump, eximitur ab igne, vbi tepidum fuerit, ita vt digitos impune admittat (ne si calidius fuerit, puluerum vis exsolvatur) adjiciantur preparati pulueres subtilissimi, (nihil enim in tabellas crassum immittendum est) paulatimque ligneo pistillo immiscuntur, agitanturque, donec bene omnia mixta sint: tunc super nitidam chartam, aut marmor imposita marazà manib[us]que aut pistillo dilatata, in tabellas cuiuscumque figuræ dividitur, ponderisque. Vt plurimum tamen 3. ij. fiunt, aut 3. ss. purgantes. Ea autem pulueris ad saccharum seruatur nunc proportio, vt ib. j. sacc. addatur pulueris 3. j. quamuis olim 3. iiij. ponerentur, vt in opiatas quoque fit, & in Catharticis, vt in Elect. de succo ros. Rarò nunc tabellas in promptu parant medici, sed afferuantur in Myropolijs aut tabellis, aut pulueribus vtuntur. Quod si verò parare de nouo volueris, facile erit, vt.

Z. Pulu. elect. Aromat. ros. & Diarrhod. Abbat. An. 3. ss. sacc. dissoluti aqua cichor. & mentha 3. viij. Si velis efficacius facere fiat Electarium in tabellis 3. ij. quarum capiat unam singulis matutinis ieiunè, superbibendo parum aqua endiu. Hoc erit commodum ijs, quibus est ventriculi vis deiecta, cum calore tamen hepatis. Melancholicis verò tale patari potest.

Z. Pulu. elect. Letitie Gal. D. Nicolai, & de Gemmis Mes. An. 3. ij. Pulu. granorum tinctor. & lapidis Lazuliloti aqua buglos. quater, deinde aqua foenic. toties. An. 3. ss. sacc. dissoluti aqua borrag. 3. viij. Misce, fiat ut supra. Paratis autem sic vtimur, vt in apepsia.

Z. Elect. aromat. ros. in tabellis 3. iiij. Capiat tabul. j. ponderis 3. ij. horāj. ante prandium, & cœnam. Excogitate sunt tabellæ vt & trochisci, & pilulæ, ad seruandos pulueres, & vt parata habeamus semper medicamenta vbi opus fuerit. Porrò purgantibus vtimur eodem modo, & tempore, quo alijs Catharticis, aliquando solis, vt.

402 De formulis praescribendi medicamenta,

U. Elect. Diacart. 3. ss. voret tribus horis ante omnem cibum manere dissoluendo aliquâ aquâ, aut decocto, vt.

U. Elect. de succo ros. 3. vij. cum aquâ Cichorij, fiat potio, autcum dicto end. ros. hord. & passifl. mund. Aliquando, & frequentius alijs Catharticis admiscemus, vt.

U. Catbol. & syr. ros. sol. An. 3. j. Diacart. 3. iij. cum decocto frumentum & flor. fiat potio. Haec tenus de tabellis.

Pilulae verò ab sphericâ figurâ, quasi paruæ pilæ dictæ, à Græcis *Scribon.* potia, à *xatamio*, quod est deglutio, & Coccia, quasi grana, sunt medicamenta quæ integra deglutiuntur, vt plurimum ad purgandum; quæ ad *doce.* *Mar-* doque ad sitium compescendam, vt *bechica.* *a* Excogitata autem sunt propter delicatos, & vt diutius in ventriculo moram trahendo, fortius, & à *16.* longinquioribus traherent. Multa horum genera in officinis seruantur, *2xvij totz.* quorum quolibet per se, aut inter se mixtis utimur, vt.

U. Massa Pilula. Cochiar. 3. j. cum syr. ros. sol. formentur Pilula septem, deauranturque, quas capiat post leuem cœnam, & primum somnum superdormiendo quousque alius incipiat turbari; tunc vigiletur, & fiant rigida ut in catharticis potionibus. Aut.

*U. Massa Pilula. Aurea. & sine quibus. An. 3. ss. Trochis. Alba-
dal gran. iij. si morbus sit contumax, & vires robustæ, cum syr. de stachys for-
mentur Pilulae vij. vt suprà. Quod si semel non sufficiat euacuare, rabi
multa est materia, morbus inueteratus, hyeme, præscribimus quandoque massam asseruandam hoc modo.*

*U. Massa Pilula. Aggregati. & de Agar. An. 3. ss. Pilula. de Hirsi.
S. Gal. Alephanjin. & Rhab. Elect. An. 3. j. ss. cum melle Ambo. im-
metur massa; de cuius 3. j. formentur Pilulae vij. quas capiat bis in mensa, et
dictum est. Sunt porro Pilulae quadam, vt Alephanjinæ, Mastichina, &
similes, quibus utimur horâ vnâ ante cœnam, ad extergendum solùm re-
borandumque ventriculum, hoc modo.*

*U. Massa Pilul. Alephanjin. 3. j. Formentur ex 3. j. cum syr. de Ab-
sinth. pilulae vij. quarum capiat iij. hora j. ante cœnam alternis diebus, au-
terio quoque die, durante hyeme.*

Omnibus autem id commune est vt hyeme solùm imperentur, quia nimis secæ sunt, vt æstati conueniant. Est verò superstitionis, quod impari præscribuntur numero, & ferè septenario. Ad luxum etiam facit urum, & hic, & in conditis, & pulueribus cardiacis. Nullam enim id vim habere arbitramur, quemadmodum nec argéntum, nec lapillos nisi quæ præsumptio, aut voluptas visus parit. Ut autem facilius deglutiuntur, aut inaurantur, aut inuoluuntur corio, aut pulpâ vuarum passarum, aut prunoru, aut ouï luteo, aut liquir, aut sacc. aut syr. aliquos, aut carne pomi codd., aut succo Cythonio, aut pomorum aut denique tantillo vino impelluntur. Durant annum integræ mazæ obuolutæ corio imbuto oleo amigd. dulc. aut sesam. aut ros. aut communi, inclusæque figulinis optimè odaturatis: licet Serapio, quem sequutus est Saladin. tract. 7. c. 34. sc. xv.

tamen durationem illis tribuant. Utinam tamen eas singulis annis renouarent Pharmacopœi. Satius autē est syrupo aliquo, aut melle eas conformare, quām succo; quia hæ situm contrahunt, & facile exsiccantur. Quod si non lubeat paratis vti, facile erit de novo præscribere, vt si multus humor biliosus in vitio sit, cum aliquā pituita,

U. Pulpa Tamarindo. & Cassia recent. extrac. An. 3. ss. Rhab. Elect. 3. j. ss. Aloes succotri. 3. vj. ros. purpur. 3. ij. spica nard. mastich. santal. cir. mirobal. citrino. An. 3. j. Pulpa Passul. 3. iiij. Mellis ros. col. Q. S. fiat massa. Ad humorem verò pituitosum.

U. Agar. troch. & Turbish. Elect. An. 3. ss. salis Gemma 3. ij. medula sem. cart. 3. j. Zingib. piperis, macis, Caryophilo. anisi, & cinnam. An. 3. j. cum syr. de stœcha. aut conser. cort. Citriji fiat massa. Ad humorem deinde melanocholicum.

U. Folliculo. senna electa, & mirobalan. omnium oleo amigd. dulci. inter tritrandum nutritorum An. 3. ss. Lapidis Cyanei prepar. & Armeni etiam prepar. Rhab. electi An. 3. ij. Epith. Cuzcuta, violarum, Thymi, salis Gemme, macis, sem. Foenic. Cinnam. & Caryophillo. An. 3. j. cum syr. viol. aut de pomis fiat maza. Teri debent in Pilulis omnia crassius quā in tabellis, exceptis lapidibus, & Colocynth. quæ semper subtilissimè tenda sunt.

DE DENTIFRICIIS, ET PESSIS.

C A P. XIII.

DENTIFRICIA, οδοντόπλυμα Græcis medicamenta sunt purgandis dentibus commoda. Triplex est eorum forma: quædam sunt solida, longa, teretia, ex amplâ basi in acutum desinentia; quæ fiunt ex pulueribus oui albo, aut muccag. gummi alicuius exceptis, hoc modo.

U. Ossis sepie, & cineris rad. Cannæ An. 3. ss. Thuris, myrræ Pomphol, aut Cadmæ, tartari, & salis Gemme. An. 3. j. Tritis, exceptisque muccag. gummi tragacan. formentur obeli, exsiccantürque ad solem, aut in clibano, quibus manè fricentur dentes, ad solem aut ignem. Fiunt eadem ex radicibus, aut surculis herbarum, vel fruticum per se, ut Altheæ, Lentisci, Rosmar. Saluix, Foenic. Anethi, Dauci: aut ijsdem incoctis vino cui exsiccantia, abstergentiaque addita sint, deinde clibano exsiccatis & induratis, hoc modo.

U. Sumach. Myrtillo. & cort. malii gran. An. 3. j. aluminis, & salis An. 3. ij. Coquantur in vino rubro, cui postea incoquantur radices & surculi dieti, & exsiccantur vt dictum est. Secundi generis sunt, quæ in puluerem reducuntur crassiusculum, quo deinde ad solem penicillo aliquo aut asperiori linteo fricantur dentes, vt.

U.. *Ossis bubuli vsti, rad. canna vsta, cornu cervi, & corall. omnium An. 3. i. Alum. rad. gentia. & Aristoloc. An. 3. ss. fiat puluis ad usum dictum. Denique ex eodem puluere cum melle aut vino fit opiate, quæ fricantur dentes. Atque hi ultimi modi applicantur manè tantum: primus vero etiam à pastu.*

Pessus vero & Græcis & Latinis medicamentum est solidum virilis membra figura, quod in pudendum mulieris sinum immittitur, ad eius, & vteri varios affectus; vocaturque neotericis Nascale, & Pessarium. Triplex est eius conficiendi modus. Aut enim medicamenta trita, linea aut ferico sacculo inclusa intromittuntur, vel gossipio inquoluta ferico obtenguntur, vt.

U.. *Sabina, matricar. & Nepeta. An. 3. ij. Trochisc. de myrrha & de lacca. An. 3. ss. Belzaini. D. ij. fiat ut dictum est.* Eritque hic ad ducendos menses. Aut ad idem.

U.. *Pulu. Aristoloch. rotund. Gentia. & rad. cucum. angui. An. 3. ij. sueci Cyclam. & brion. An. 3. ss. Terebinth. & affæfeti. An. 3. ij. crux D. j. Misce, & fiat ut supra. Aut cum melle aut mucag. gummi aliquis fiat in forma solida, aut cum sufficienti quantitate ceræ in cerati consistentiam, intromittiturque sine ullo tegumento. Quernadmodum etiam cum ex emplastris fit, ad vlcera colli vteri. Aut denique cum oleis, & opatiis fit medicamentum molle, in quo pexa lana contorta, aut carptum linteum intingitur, intromittiturque hoc modo, ad eosdem menses ducendos, & secundinam.*

U.. *Pulu. Peuced. Irid. florent. & trochisco. de Myrrha An. 3. i. Pulu. Hierapic. Gal. & Aurea Alexand. An. 3. ij. Pulu. Ellebori alb. 3. i. Olei muscellini, aut de spica Q. S. fiat in modum linimenti. Quomodo cumque autem pessus fiat, debet semper esse longus sex transuersos digitorum, crassus vero ut pollex ad minimum, eique appendendum est filum, ut possit extrahi cum libuerit ut interdiu, si non recumbat ægra, & quotiescumque meiere opus erit.*

DE NODVLO, ET BALANO.

C A P. XIV.

NO DVLVS est medicamentum antiquis usitatius quam nobis, quod siebat ex pexâ lanâ aut gossipio conglomeratis in glandis formam, inunctisque medicamento aliquo molli, & in anum intrömissis; aut eadem soluta, linimentoque imbuta, penicillo intruditur sphincter, ad eius præcipue affectus, ut vlcera, Rhagadesque, propter quæ inuenta est hæc mollis medicamenti forma, ne dum tumet, dolētque anus, duriori exasperaretur medicamento. In vlcere ergo sic potest fieri.

U. Massa emplasti Gratia Dei dissolutio leo ros. 3. ij. cum tenui lino, aut gessipio intromittatur ut dictum est. Ab hoc non multum differt Bala-nus, aut Glans, ab antiquis etiam glandis formâ usurpatum medicamen-tum solidum, anno indendum ad eius morbos, aut prouocandum aluum. Nunc autem longius id efficimus, medij digitij scilicet longi-tudine, minimique crassitie, acuminatâ cuspede, ex melle ad duritiem excocto, cui tantillum salis tenuis inspergimus, oleo imbuimus, anque supponimus, vnde vocamus suppositorium. Hoc commune est. Cum vero opus est magis anum sollicitare, addimus pulueres aliquos hoc modo.

U. Pulu. Hierapic. Gal. aut Benedic. Lax. aut Hierae Diacolocynthi. 3. j. Aut stercoris columb. aut murium, aut hirundinum tantundem, cum melle fiant suppositoria duo quæ oleo illita immittantur, nisi primum respondeat. Fint autem etiam suppositoria ex multis alijs rebus, vt Pedunculo, aut radice Betæ, Raphani, maluæ, Altheæ, aut Draeunculi oleo illitis & sale aspersis, aut ouï luteo ad duritiem cocto, aut sebaceâ, aut cereâ can-delulâ, aut sapone albo, aut amigdalisi, aut felle porci, aut lardo, aut ficubus massiliensibus inuersis, abiectoque pediculo, aut denique ex emplastris ubi morbus requirit. Atque haec tenus de his quæ in corpus intromittuntur. Accedamus nunc ad ea quæ extrâ illi admouentur.

DE BALNEO, SEMICVPIO, Lotione, & fotu humido.

C A P. XV.

BALNEIS multum usi sunt antiqui Romani toto sanitatis tempore, ita ut singulis diebus lauarentur, strigilibus abstagerentur, inunge-renturque. Turcae quoque etiam nunc, Græcique hunc seruant morem, vt audio. Quatuor erant in balneis stationes, vt videre est apud Gal. lib. 7. & 10. Metho. Vt ebantur etiam termis, aut balneis aquarum calida-rum, quæ omnes siccæ sunt facultate. De quarumque & dulcium com-modis, incommodisque videre licet multa apud Gal. tum locis citatis, cum lib. de sanit. tuen. tum pluries alibi.

Nos autem nunc sanitatis tempore nunquam neque fricamur, neque abluimur, neque inungimur: nisi fortasse iuuenes æstate in fluminibus ad voluptatem, & qui iuxta termas inhabitant, ad robur corpori conciliandum, sanitatemque conseruandam. In morborum vero finibus, & in externis affectionibus, vt scabie, balnea preæscribimus, vt

U. Rad. Brionia, & Elenij An. lib. ij. Felio. scabio. Fum. Artemis.

Eee 3

406 De Formulis praescribendi medicamenta,

Pariet. Cicla, Malva, Althea cum rad. Acanthi, salvia, maiora, Melis, saponar. Marrub. utrinque, Calam. Origani, & Pulegi An. M. iij. Fur-
fur. in sacco posui Hord. integ. lib. vij. Florum chamamelii, milii,
Anethi An. P. iiij. Coquantur in sufficienti aqua pro balneo, quod ingredia-
e. san. tu. tur per tres dies manè, ieiuno ventriculo, supersudando. Quòd si viribus ti-
meamus, aut ante balneum, aut in ipso balneo offa vino imbuta tribui-
tur; ob eandemque rationem cupam circa lectum ponimus ut si animo
linquatur æger, facilius, citiusque transferatur in lectum: totum etiam
aquâ mergimus, excepto capite, quod extra Conopœum, aut tentorium
etiam extat, ne aquâ vapore lœdatur, dissolutaturque. Quòd autem diutius
balneo immoretur, tepidum id administrandum, & si frigescat, sensim ca-
lefaciendum, infundendo calidam longissimè ab ægro. Vbi satis man-
serit, sindone mundâ calidâque inuolatus in lectum transeat, ibique su-
det quamdiu opus erit, abstergaturque: & post horam, aut minus, vbi
quicuerit corpus, cibetur. Horis autem duabus à prandio, nisi aer ni-
mis vodus frigidusque sit, surgat, deambuletque in cubiculo bene indu-
tus, nec extra cubiculum pedem efferat. Sequenti verò die si nouas her-
bas habere possit, melius est: sin minus abiectâ aquâ, recens alia calida
super easdem iniiciatur, & tertio idem fiat. A balneo non differt semicu-
pium nisi quantitate: est enim quantum media cupa capere potest: insu-
titurque ad morbos qui ab umbilico deorsum corpus occupant: proin-
déque hæ solæ aquâ merguntur, cùm reliquum corpus stragulis induitum
sit, si ita velit æger: neque ad sudandum imperamus communiter semicu-
pium, magis ad laxandas, alterandasque infernas partes. Neque propte-
re ea omnia, quæ in balneis, obseruanda sunt, sed etiam à pastu adimi-
strari potest semicupium. Ergo si mediæ dosim eorum, quæ in balno
praescripsimus, aut similiū aliorum iuxta morbi exigentiam, imperaueris,
semicupium feceris. Si verò quartam partem, aut circiter, lotionem, &
humidum fortum Græcè, καλαύραντην. Nam hæc etiam quantitate solâ à se-
micupio distinguntur, & vtendi modo fatus, in quo partes fouendæ non
merguntur quemadmodum in semicupio, & aliquando in lotione: sed ci-
spongijs, filtris, aut lancis, aut linteis pannis fomento calido imbutis, ex-
pressisque, calefiunt, relaxanturque. Ut plurimum enim ad hoc impera-
tur. Aliquando etiam non ex decocto, sed ex vino, aquâ solâ, oleo, aut
his mixtis paratur balneum, semicupium, & fatus: qui & in vtre, & ve-
fica bubula, aut porcina conclusus quoque adhibetur; & in æna, aut fi-
gulina olla: quamuis hæc minus commoda sint, quia ob duritatem affectu
loco aptari non possunt, nec medicamentorum facultatè transmittere, &
onere offendunt. Lotio verò frequenter fit cruribus ad conciliandum
sonnum (ad quod etiam balneum iuuare ait Gal. 4. san. tu. 9.) propte-
re aque longè à cœnâ administrari debet, & fieri suauiter, longoque tem-
pore, ex refrigerantibus, calido, & morbo, & tempore, vt

Z. Felio. vitis, salicis, cannarum, lactuce, Portul. endiu. buglos, borrag.
sempervire. maio. & acetosa An. M. j. Felior. Hyoschia. papau. alb. fr.

pau. errat. & Nymphæa An. M. ls. Ros. rub. purpur. flo. Nymphæa. & chamamel. An. P. ij. sem. cucum. & cucurb. contus. An. Z. j. sem. papau. alb. & portul. An. 3. ij. Coquuntur in aquâ, & sextâ parte vini, ut eius vapore & tenuitate vis refrigerantium feratur in sublime, & penetret, & sic abluantur pedes, tibie, & coxe, manûsque ut dictum est. Reliquæ ablutiones quæ fiunt ad earundem partium scabiem, tumores, arthritidem, aut ad capitis affectus, sua habent tempora, ut fiant etiam manæ.

DE FOTV SICCO, INSESSV, suffitu, & Embrocha.

C A P. XVI.

FOMENTVM siccum, Græcis *σικόνη*; non multæ est operæ; fit enim ex furfure, milio, sale, avena, semine lini, similibusque, aut herbis Pariet. Absinth. Artemis. Saluia, Fenic. Anetho, Calam. Orig. Pulegio, talibusque, separatis, aut mixtæ, in uolutis facco, calefactis, applicatisque; aut frixis in sartagine, marsupiisque inclusis, & admotis. Quandoque etiam tegula, later, saxum, testa, aut ferrea lamina calfacta, linteoque obuoluta, aut vino, aut aceto calentia irrorata, linóque aut lanâ obtecta applicantur. Idem efficiunt calidi cineres lino inclusi, quo remedij genere Tolosates mulieres vtuntur ad tonsillas, & gutturis tumores externos. Omnia usus est quocumque tempore, sed si fieri potest, longè à cibo, (quod semper in omni medicatione obseruandum est, quantum res permittat) & cuicunque parti, & præcipue ad dolorem aliquem mitigandum, aut discutiendum tumorem. Incessus verò Græcis *σικόνη*, ab humido fotu non differt nisi vtendi modo. Eadem enim est utriusque materia; sed in hoc decoctio Cacabo calens contenta, perforata sellæ, sed undique ligno pannisque obsitæ, subditur, eique infidens æger vaporem exceptit quamdiu opus fuerit. Quod si frigescat decoctum, iterum calefiat, subdaturque. Fit hoc remedij genus præcipue ad ani, vteri, vesicæ, perinæ, ventrisque inferioris morbos. Idem etiam suffitus dici potest. Sed suffitus alijs quoque corporis partibus adhibetur. Aptatur autem nomen hoc tribus rebus, primò medicamento, vnde sublatus vapor aut fumus ad partem fertur, quod Græcè *σικόνη* dicitur, secundò fumo aut vapor, tertiò actioni ipsi suffiendi. Duplex verò est suffimentum, alterum humidum, alterum siccum. Humidum est à quo vapor effertur ad partem: idque duobus fit modis; Aut enim decoctum calidum parti superponitur, ut in Incessu diximus, ut si tibia, aut brachium frigidâ fluxione tenantur, aut duro tumore.

Y. Althea cum rad. malua, pariet. acanti, folio. eboli, cucum. asini. calam. salme, orig. artemis. puleg. marrub. utrinque, costi, & sampunct.

408 De Formulis prescribendi medicamenta,

An. M. j. Rad. brion. enula campa. & Aristolo. An. lib. s. Baccarum lauri ȝ. vj. sem. lini ȝ. iij. sem. cumin. & fænic. An. ȝ. j. flor. anethi, spha-mame. melilo. & sambuci An. P. j. Fiat coctio in aqua & quarta parte vim, qua sufficiatur pars affecta manè, & vesperi longè à cibo calide: Aut laterau saxum ignitum eodem decocto, aut vino, aut aceto superinfuso vaporē ad superpositam mittit partem. Atque hæc duo meritò dici possunt vaporatoria. Siccum autem subfumigium fit ex omni genere medicamentorum in puluere redactorum, qui aut per se prunis inspergitur, aut gummi aliquo in trochiscos coactus ijsdem injicitur, ab eisque sublato fumo aut corpus, aut indumenta fuffiuntur. Horum autem omnium vim est in difficilibus morbis, ut in Asthmate, & antiqua tussi.

ȝ. Sandarace, grano. Juniperi, Thuris opt. sem. Nigella, myrrha, & styrac. Calam. An. ȝ. j. Calami arom. Cyperi, flor. stæcha. & sulphur. vni An. ȝ. j. fiat puluis, quo inspergantur pruna, & superposito infundibulo per tubum aut canalem inspiret agrotus fumum sapient. In duro autem alicuius membra tumore fiat tale.

ȝ. Sabine, melissa, ruta, fænic. salvia, rorismar. & anethi. An. ȝ. j. Sagapenni, granor. lauri, resina pini, galbani, myrrha, thuris An. ȝ. j. fiat puluis, aut cum gummi Arab. dissoluto vino fiant trochisci, quibus incensis sufficiatur pars affecta. Fumi enim & vaporis subtilitas, quod cratia medicamenta non potuerunt, discutit, eoque dicit medicamenti facultatem, quo illud peruenire non potest. Sæpe capitum ornamenta suffimus vbi grauedo aut coriza premit, tali, aut simili.

ȝ. Maiora. salvia, rorismar. spica vulgar. Lauendula, Thymi, & sa-turciae An. ȝ. ij. Bet. Iua art. melissa, & cupressi An. ȝ. j. Pomer. Cupri. Par. vj. Ros. flor. stæcha. rorismar. & Anethi. An. P. j. sem. nigelle, Ca-riand. calam. arom. Cyperi, Thuris, mastic. myrrha, styrac. Ladani, & belzoini An. ȝ. s. fiat ex omnibus puluis, quo sufficiatur capitum ornamenti hora somni, & hauriatur fumus auribus, oréque. Iam verò Embrocha seu Embroche dictio Græca est deducta ἀπὸ τῆς Βρέξεως, quod est irrigo, non differtque nunc à fotu nisi vtendi modo: eadem enim quæ per fotum parti admouentur, si ex alto illi irrigentur, Embrocham efficiunt, atque ea ratione magis allisu penetrare videntur: propterea quæ morbis capitum imperantur, in quibus cranei durities crassitiæque medicamentum remorantur. Olim autem Embroche erat mixta ex irrigatione, quæ ratiōnē Græcis dicitur, & fotu. Post factam enim irrigationem, eodem medicamento imbutum linteum parti admouebatur, quæ cataplasmatis grauitatem ferre nequibat. Nuric irrigatione solūm vtimur in Phreniti-de, vbi somnum conciliare volumus: alias autem vbi Embrocha prescribimus, quod ex oleis vt plurimum fit, illitum intelligimus.

**DE EPITHEMatis, OLEIS,
Linimentis, & vnguentis.**

C A P. XVII.

EPITHEMA ab *Ιτιθέματι*, quod est imponere deductum, est malagma
Paulo, quod medijs corporis partibus admouetur, vt cordi, ven-
triculo, ventri, hepatici, lienique. *Μαλάγμα* autem à *μαλάγμα* deriuatur,
quod significat mollio, quia ad emolliendas has partes malagmata insti-
tuebantur ut nos nunc cataplasmata imperamus. Vnde meritò videtur
Gal. mirari quòd Andromachus, Asclepiadésque non solum remollien-
tia, verum etiam indurantia, constringentia, & omnia alia quæ exterius
admouentur, malagmata vocent. Sed similitudine consistentiæ id fa-
ctum est, quemadmodum suprà in opiatis dicebamus. Vnde qui postea
sequi sunt medici, Cataplasmata, Emplastra, vnguentaque nomine ma-
lagmatis comprehendebat. Nunc duobus Epithematum generibus vti-
mur: alio humido, & alio sicco. Humidum apponimus cordi, hepaticique,
raro alijs partibus: fitque hoc vt plurimum ad compescendum ardorem
febrilem, roborandaque viscera hæc. Communis vius est ex aquis destil-
latijs, addito aliquando vino aut aceto; quandoque etiam ex decoctis,
succis, Oleo, vt in Hæctica febre. Omnibus admittentur cardiaci pulue-
res ut Diamargari. Diatrionsant. Diamosc. Diambra, & similes, vt in ar-
denti febre.

*U. Aquæ latt. Endi. & Buglos. An. 3. iiiij. Aque ros 3. ij. Aceti
ros. 3. ss. Pulu. Diamargari. frig. & Diatrionsantal. An. 3. ss. an 3.
ij. fiat Epithema quod cum coccineis pannis cordi admoueatur bis in die,
longè à cibo, & etiam noctu. Pro Hepate verò.*

*U. Aquar. Endi. Cichor. Eupator. & ros. An. 3. iiij. succi Endi. &
Cichor. An. 3. j. Aceti & vini rub. An. 3. ss. Pulu. Diatrionsantal.
& trochisco. de ros. & de Eupat. An. 3. ss. fiat Epith. ut suprà applican-
dum tepide. Id enim erroris committitur in his Epithematis, ut nimis
calida applicantur, cum nos calorem nimium compescere nitamur: un-
de fit ut magis nocant. Pro tabidis vero potest tale fieri.*

*U. Succi semperni. & Portul. An. 3. iiij. applicentur mixti calidi
moderatè pectori. Aut.*

*U. Olei ros. 3. vi. Olei viol. & Amigdal. dulc. An. 3. ij. Misce, &
applicentur horâ somni, & manè.*

Fit siccum Epithemá cordi, vbi tussis adest, aut destillatio, aut
alii fluor, quæ humida Epithemata respuunt, & tamen febris, & vi-

410 *De Formulis prescribendi medicamenta,*
rium langor Epithemata videntur desiderare. Constat autem consensu; Pulueribus, & syrupo hoc modo.

2. Conser. ros. viol. & flor. buglos. An. 3. ij. Conficit de grani tintor. & Pulu. Diamargari. frig. An. 3. j. cum syr. de Buglos. an. vii. fiat ad modum opiate, de qua admoneatur cordi cum panno coccineo ad cordis figuram composite, manè, & vesperi. Atque hoc magis cum antiquorum Epithematis conuenit. Quòd autem coccineis pannis ad cordis figuram conficitis vtimur, vnum est ex superstitionis artis: quod tamen quia nihil obest, imò artem aliquo modo ornare videtur, retinendum censeo, quemadmodum & aurum, & lapillos, & moschum. Iam verò circa olea non est quòd multum laboremus. Vtimur aut simplicibus, aut compositis, aut singulis, aut mixtis ad illinendas omnes corporis partes. Quantitas vulgaris est 3. vj. vt pro pectori.

2. Olei chamamel. Lilio. albo. & Amigdal. dul. An. 3. ij. mixti illinatur pectus in tussi, aut Peripneumonia, aut dolore pectoris; aut latus in Pleuritide, aut eius dolore, horâ somni, & manè, calidè. Triplex autem est oleorum genus: aliud per expressionem fit, aliud per impressionem, tertium per distillationem. Per expressionem fiunt ex seminibus aut fructibus trufatili molâ tritis, preloque subditis, vt commune oliuarum, quod simpliciter oleum vocatur, Sesami. Amigdal. & similia. Per impressionem ex plantis earumque partibus, & animalibus oleo infusis aut coctis, aut vtroque modo, vt sampsuchi. Nardi. sambuc. de scorpion. Lumbrico. vulpin. Per distillationem denique, aut in sublime, quod per ascensum dicunt, sublato vi ignis à subditis medicamentis oleo; aut in inferiora, quod per descensum vocant, eodem oleo fluente, eiusdem ignis superpositi calore. Sed hæc ad propositum nihil attinent; proptereaque transeamus ad linimenta. Differunt hæc valde parum ab oleis, imò sunt olea quædam quæ linimenta merito dici possint, vt Laurinum, & alia composita. Est ergo Linimentum communi oleo paulò crassius, quod fit si oleo addatur axungia aliqua, aut cœsippus, aut butyrum, aut succus crassior, aut gummi, aut puluis parua quantitate, aut tantula cera, diciturque linimentum quia eo partes illinantur. Vtimur tamen indifferenter linimenti, & vnguenti dictione, & liniendi, vngendique. Suntque excogitata linimenta, vt diuturniore inhæsione, medicamentorum facultates penitus in partes subearint, neque parata habentur quia facile est ex vnguentis quæ in officinis sunt, oleo aliquo solutis, aut oleis, addita tantulâ cera, aut pulueribus, ea conficere, vt in Pleuritide.

2. Olei chamamel. & lilio. albo. An. 3. ij. olei amigdal. dulc. axungia gallina, & butyri recen. An. 3. j. Pulu. flor. chamamelis, & Iridis Floren. An. 3. j. Misce fiat linimentum, quo vnguatur latus dolens manè, & horâ somni. Aut in lienis dolore.

2. Olei de tamaric. de Cappari. & Cheiri. An. 3. j. ss. Pulu. fit,

sambuc. Genist. & Bronia rad. An. 3. j. croci, spica nard. An. 3. j.
Olei de spica 3. j. Misce, & fiat linimentum applicandum regioni lencis
in accubitu, addendo tunc parum aqua vita. In Erisipelate vero incipiente
potest hoc fieri.

V. Succi Plantag. & Portul. aut solani, aut Lactuca, aut Endi. An.
3. j. Olei ros. 3. iij. Agitentur omnia diu in mortario plumbeo, & fiat li-
nimentum: aut adde Pulu. Litharg. auri 3. ls. aut Ceruse, aut Cadmia
tantundem, misce diu ut suprà, & vtere. Id tamen obseruandum est, ne
olea admisceamus succis, nisi valde raro: nec enim bene coherent olea-
ginea aqueis, nisi contumacissima agitatione, idque vix. A Linimen-
tis non dissident vnguenta, aut vnguina dicta, nisi crassitie; sunt enim
paulò spissiora; quod fit additâ cerâ vt plurimum. Fiunt vnguenta mul-
tiformiter. Primò ex succis, aut liquoribus, & metallicis, vt ad sca-
biem.

V. Succi scabio. succi Arantiorum, & limonum, & Oxilapati, & Betae
An. 3. iij. rad. Brion. & Enula Campa. pulueratarum Litharg. auri, Cer-
se An. 3. j. ls. Vitellozouorum iij. Agitentur diu in mortario, & fiat un-
guentum ad usum. Aliquando ex alijs cum igne, vt ad lateris dolorem.

V. Olei chamamel. Aneth. & Lilio. albo. An. 3. j. Butyri recent. axung.
gallina, anatis, cespippi An. 3. ls. Pulu. Iridis Floren. 3. j. croci 3. j.
Cera Q. S. fiat vnguentum ad usum. Quandoque ex coctione, infusione,
aut vtrisque plurium plantarum, partiūque earum, succorum, gum-
mi, additis pulueribus, & cerâ. Sed nos non tam laboriosa præ-
scribere solemus, sed asseruatis in myropolijs vt plurimum vtimur.
Quod si plusculum ceræ addiderit Pharmacopeus, ceratum effecerit.
Nihil enim aliud ab vnguento ceratum differt, quam quod durius id
est, quod autâ cerâ fit. Non potest autem ex imparato certa præscribi
ceræ quantitas, neque ad vnguentum, neque ad ceratum. Id namque
pendet à variâ vtriusque materiâ. Sed relinquitur hoc experti myropolæ
arbitrio, deseriptâque præcipua materia, contenti sumus addere, ceræ
Q. S. Fiat vnguentum aut, cum sufficienti quantitate cere fiat ceratum.
Iam vnguenta olim præcipue vocabantur, quæ ex aromatibus & odo-
ratis constabant.

Diest. lib.
I. 412

D E P V L T I B V S , C A T A P L A S -
matis, Dropacibus, & Sinapismis.

C A P . XVIII.

PVLTES nota res est, mollis, ex farinâ, aliisque cum aqua simili mixtis, & aut crudis, aut coctis, aut ad edendum, aut admouendum. Pro Hecticis fiunt ex farinâ triticeâ, hordeaceâ, auenâ cum aquâ aut lacte; additûrque saccharum aut vulgare, aut rosaceum. Exterius verò admouentur tumoribus ad eorum discussionem, aut maturationem aut dolorem sedandum, tum pultes, cum cataplasmata (nec enim hac ab illis differunt, nisi maiori crassitie) ex ipsisdem, aut fabarum, lupinorum, orobii, additâ aquâ, oximel, lacte, vino, oleo, axungis, melle, butyro, & vnguentis modò cum coctione, modò citra coctionem. Inuenti autem sunt pultes in cibo, vt crassitie magis excedenti calori resisterent, nec corpus liquefieri tam facile patarentur: extrâ verò, vt diuturniore inhalatione plus iuarent, nec tamen grauitate offendent, maximè dolentia, & tumentia loca. Crudi hoc erit exemplum.

U. Stercoris vaccini lib. j. Equini 3. q. olei chamamel. parum, Misit, siat pultes, aut cataplasma applicandum duro tumori. Aut.

U. Micae panis lib. j. infundatur in lacte ouili, aut vaccino, contundatur, cernatur cribro, & siat puls admouendus loco dolenti, ut in Arthritide. Aut,

U. Farina fabarum & Hord. An. 3. iiiij. Faring sem. lini, fennug. An. 3. ij. Faring orobi. 3. j. Spicenard & absinth pont. An. 3. j. Olii de absinth. & oximel. squilli. An. Q. S. siat cataplasma, pro hepate tenso, applicandum manè, & horâ somni. Coctum verò fit hoc modo.

U. Althea cum rad malua, pariet. Acanthi, & atriplic. An. M. j. Prunorum par. vj. Caricarum ping. Par. iiij. sem. lini. 3. iiiij. Florum chamameli, melilo. & anethi. An. P. j. Coquuntur ex arte, contundantur, cernantur cribro, addéque farinæ sem. lini, & fennug. An. 3. q. Pulu ceterach, tamaricis, cort. rad. Cappar. & Irid. Florum An. 3. q. Absinth. macis, & croci. An. 3. j. cum oleo de Cappari, aut tamarice, aut Irino, aut sambuc. & aceto, aut oximel. squillit. siat puls, aut Cataplasma applicandum lenti indurato. Fiunt & pultes & cataplasmata ex tempore, nec asperuantur parata, admouenturque quacumque horâ, modò non statim à cibo. Ab his parum differunt Dropax, sinapismus Psyllothrum, & Phœnigmus, quæ san. tu. 10 refrigeratis partibus, aut fluxione tentatis, & marcidis etiam, admouentur: san. tu. 5. Est autē Dropax duplex: alius simplex, alius compositus: Simplex nō. loc. 4. dicitur Latinè Picatio, fit ex pice olei quartâ aut quintâ parte liquefactâ;

compositus fit ex eadem pice additis Pyrethro, pipere, & alijs, vt pro
erute tibiáue torpente, post vniuersalia remedia potest sic fieri.

U. Picio naualis $\frac{3}{2}$. viij. olei communis aut nucum, aut *Anethini*, aut
rutanæ $\frac{3}{2}$. ij. Liquescant simul, deinde calida extendantur linteo panno crassiori,
admoveanturque loco affecto, manéantque diebus aliquot donec aut decidant
sponte, aut non valde hereant: & si semel non sufficerit, repetatur. In Co-
xendico verò morbo, aut Ischiade, fiat talis.

U. Picio naualis optime $\frac{3}{2}$. vij. *Pulu.* *Pyrethri*, *Piperis*, & *Zingib.* *An.* io. *Med.*
 $\frac{3}{2}$. j. olei rutanæ, aut de latribus, aut de piperibus, aut *Costini* $\frac{3}{2}$. ij. liquefacat loc. 2.
pix oleo, admisceantur deinde pulueres, & fiat *Dropax*, ut suprà. Sinapis-
mus verò fit ex sinapi semine, maceratis aquâ aut aceto caricis, contusis-
que aqua, aut subdupla portione admixto, ad eosdē affectus. *Psylothrum* *I. Med.*
ex ijsdem quoque fit, aut fortioribus vt calce, arsenicóque, ad depilan-
dam partem aliquam: sed arrhenico parciùs cautiúisque vtendum. Multæ
horum sunt formæ apud Gal. citato quas inde petere licet. Phœnigmus-
denique ad attollendas vesicas instituitur ex ijsdem, aut hoc modo.

U. Fermenti optimi aceto acerrimo macerati $\frac{3}{2}$. ij. *Cantharidarum abie-*
lli *capitibus* & alis $\frac{3}{2}$. ij. *Misce*, & *applica*. vocatur autem hoc vulgo ab-
effectu, *Vescicatorium*.

DE EMPLASTRIS, SAPONE, & odoratis Pomis.

C A P. XIX.

EMPЛАSTRVM à Cerato differt crassitie, duritięque: est enim soli-
dius. Dicitum est autem Græcis Εμπλαστρον, & ex consuetudine addito
ιεταιρον, ab ιεταιριει, quod duo significat, obstruere seu implere, &
fingere aut formare; quibus duobus optimè congruit emplastry nostris
quæ omnia fiunt ex crassis, viscidisque, ob id etiam emplasticis vocatis,
& confinguntur, formanturque in Magdalias, vulgo Magdaleones. Sunt
autem excogitata emplastra, præter obstruendi rationem, in gratiam eo-
rum qui vnguina respunnt, quibusque continuo opus est remedio, neque
domi contineri possunt: quæ etiam ratio Cerata adinuenit. Omnibus
corporis partibus, omnibus temporibus, ætatibus, sexib[us]que emplastra
aptantur. Multa in officinis parata habentur, quemadmodum & vnguen-
ta, q[ui]ibus nos, cùm opus est, vtimur: raro autem emplastrum de nouo pres-
cribimus, quia difficiliora sunt factu, quām vt ex tempore confici possint,
nec proliue est, neque necessarium ita medicamenta commensurare, vt
excis emplastrum componatur, cùm sape Pharmacopœi ipsi in eius con-
fectione aberrent à fine intento. Fiunt autem vt plurimum emplastra ex

414 *De formulis prescribendi medicamenta;*

metallis, & metallicis, lapidibus, terra, terreisque, adipibus, medulla, gummi, lachrymis, oleo, cera, melle, mucag. succis, pice, resina, terebinthina, puluerib[us]que quibuscumque. Si ergo emplastrum de nouo prescribendum est, descriptis simplicibus proposito commodis, addendum est, cum sufficienti oleo, & terebinthina, fiat emplastrum. Sed satius est paratis vii. Porro sapo res est vulgaris, nec ad medicos, sed ad vnguentarios spectans, quemadmodum & poma, seu pilæ odoratae: nisi si alicuius morbi ratione saponi communi, addere oporteat aliqua quæ morbo opem ferant, ut si furfures, aut mala scabies, aut venereæ luis maculæ mentum & faciem defident, possumus sic agere.

¶. Pulu. Iridis Floren. styrac. ladani, & belzoini An. 3. ij. Myrra, & iheris An. 3. j. saponis albi aut nigri 3. iiiij. olei nard. aut despica, ac muscellini Q. S. Misce & fiat sapo, addendo inter miscendum pro diutinib[us] zibeta, & ambra An. 3. ss. Moschi grana. iiiij. quo sapone cum decocto salviae, rosmar. maiorana, serpilli, iherimi, & ros. abluatur friceturque facies, & loca scabra. Eiusdem ferè rationis sunt pilæ seu poma odorata, à forma rotundata. Fiunt enim sphaerica, quæ funiculo transfixa, aut capsula lignea, aurea, argenteæ, crebris foraminibus peruia, inclusa, collo appenduntur, unde sublati ad os vapore, naribusque sèpius admota vires recreant, facultates tacentur, aërisque labem corrigunt; propterea quæ pestis temporis maximè gestantur. Hyeme ergo, Epydemia vigente tale parari potest.

¶. Rad. Angelica, Gentiana, & Carlina An. 3. ss. Caryophyllorum, macis, gallochi, cinnam. & florum aurei mali An. 3. j. Belzoini, ladani prissimi, & myrræ An. 3. ij. Zibeti 3. ij. Ambre 3. ss. Moschi granas, cum styrace calam. aut gummi dissoluto aqua ros. fiat Pila ad usum dñum.

*DE SACCVLO, FRONTALI,
Semicucufa, & Cucufa.*

C A P. XX.

SACCVS, Sacculus, & Sacellus à Græco σάκος deriuatum Latinis Gallis, Germanis, Italibus, Belgis, Hispanis, Lusitanis, magnum est numeri supium ex canabina, aut linea tela ut plurimum, & ex lanea, sericea, gupsio, corio, fetis, spartoque confectum, quo arida qualibet excipimus; quia nos aliquando medicamenta sacco, aut sacculo includimus; ideo de hoc remedij genere agendum nunc est. Sacco ergo siccas herbas, aut semina, includimus ad foulendam partem aliquam dolentem, maximè frigore, ut saluiam, melissam, marrubium, serpillum, pulegium, origanum, rosmarinum, thymum, maioranam, artemisiam, item milium, avenam, imeni, fœnugræci, orobi, surfurque, singula, aut quædam mixta, tartagine

pridē fixa: quæ vbi admota refixerunt, iterum calefacienda sunt, ad mouendāque. Sed his parum adest artis, nec nisi ore præscribuntur, id que ex tempore, vbi aut alia non adsunt ad manum remedia, aut æger humidum forum ferre non vult, aut humor contumax humidis non cedit, siccitas enim caloris est lima. Alij verò sunt facci magis artificiosi, qui ventriculo, cordi, aut hepatis applicantur, suspensiique semper gestantur. Hi verò fiunt ex serica tela rubra, cordi ad eius figuram, ventriculo ad formam veteris scuti, hepatis verò lunari; sed huic raro præscribuntur. Ne autem medicamenta in fundum conglobata ferantur, vbi æqualiter per totum sacculum extensa sunt, longis interuallis decussatim intersuuntur. Aliquando etiam, ut melius pulueres continentur separati, cotto hinc & inde inuestiuntur, deinde tela includuntur, intersuunturque, barbari vocant interbastare. Excogitati autem facculi sunt in gratiam eorum, qui vnguimum, emplastrorumque odorem tetur, adhaesionemque & sordes abhorrent. Palpitanti ergo cordi, & melancholico, talis parari potest.

U. Calami arom. Schœnan. Agalloch. & grano. tineto. An. 3. j. Folio. Oymi Cariophylla. flor. aurei mali, tunicis, aut Caryophyllor. odorato. & Cinnam. An. 3. ij. Ambra 3. ss. Moschi gra. vj. cum gossipio, & sericorubro fiat sacculus intersutum, qui appensus collo gestetur ante regionem cordis, interdix, & si morbus nimis premat etiam noctu. In calida verò constitutione eiusdem cordis fiat talis.

U. Ros. viol. & flor. buglos. An. P. j. Santalo. omnium, sem. melon. mund. & acetosa An. 3. j. Pulu. Diamarg. frig. Diambra, & Diamosc. An. 3. f. granorum Kermes 3. j. ss. cum gossipio, & serico fiat ut supra: Frigido autem ventriculo potest talis aptari.

U. Menta, & absinth. siccorum An 3. iiij. Cort. Citri sicc. macis, Caryophillo. & Galange cras. An. 3. ij. Calami arom. Cyperi, & Cinnam. An. 3. j. Pulu. Diambra & Diamosc. An. 3. ss. fiat sacculus ex arte, appendens ante ventriculum. Ad obstruictum verò & calidum hepar

U. Flor. Cichor. & Borrag. An. P. j. Absinth. Pont. P. ss. santali citr. sem. end. & Acetosa An. 3. ij. Trochis. de Eupatorio, & Cyperi. An. 3. j. cum gossipio & serico fiat sacculus gestandus ante hepar. Ab his facculis nihil differt frontale siccum nisi figura. Est autem quoddam etiam humidum, quo utimur in magnis doloribus capititis, & vigilijs, & initijs delirij, quale hoc.

U. Olii ros. 3. iiij. Aceti ros. 3. ss. Agitentur dia, & intinctis in eo linneis admoueantur fronti, & temporibus, hora somni. Quod si febris sit nimis ardens, prædicto Oxirrhodino addi potest vnguenti Populnei 3. ss. Siccum autem frontale sic fieri.

U. Ros. viol. & flor. Nymphæ. An. P. ss. sem. cucum. & melon. mund. & in magno estu, papau. albi, & santal. omnium An. 3. j. sem. end. & Pertul. An. 3. j. ss. cum gossipio & serico fiat frontale quadrangulum, oblongum intersutum, quod irroratum aquâ res. applicetur fronti & temporibus.

416 *De Formulis præscribendi medicamenta,*
horâ somni. imili omnino modo fit Cucufa, & semicucufa, vocata barba-
ris, quæ melius dici possent Pileus & semipileus, aut Caputium, & semi-
caputum: quidam etiam voçant Cuculum. Fiunt hæc ad formam pilei,
vbi totum caput laborat, aut semipilei, vbi media eius pars, gestanturque
semper, vbi morbus contumax est, aut noctu solùm, vbi leuior. Sed reno-
uanda sunt post aliquantum tempus, quia medicamentorum vis evanuit,
crassitiéque circa telam adnatâ, non potest in caput penetrare, & denique
longâ morâ contractæ circa eandem telam sordes magis noceant, quam
prosunt medicamentum. Quibus rationibus mihi parum probantur pilei
isti, maloque præscriptis pulueribus caput singulis noctibus inspergere,
maneque pectine & scopulis excutere. Quod si hæc præscribere libeat,
sic fieri potest ad dolorem totius capitis ex frigidâ, & humidâ causa.

U. Sampsuchi, beton, melisse, salviæ mino. & flor. Stœcha. & rosmar.
omnium sicc. An. P. j. sem. nigelle Rom. Ossis sepiæ, cyperi rad. Dictamni,
macis, ros. coriand. & Belzoini An. 3 j. AMyrrhe, & Styrac. calam. Thuri,
Mastich. An. 3. q. cum gossypio & serico rub. fiat saputum interstutum, quod
gestet aut semper, aut solùm noctu si aliter nequeat. Si vero semipileum
tantum parare libeat, sufficiet media præscriptorum medicamentorum
quantitas. Quamvis in his quæ extra admouentur, medicamentis, non
est nimis anxiè laborandum de quantitate, nisi fortasse valentiora illa sint.
Atque his videatur absoluisse intentum de Præscribendis medicamentis
opus.

F I N I S.

Laus Deo, virginique Marie.

Q V I D?

FRANCISCI



FRANCISCI SANCHEZ,
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA
Professoris Regij.

PHARMACOPOEIA, SEV
brevis & compendiaria praeceptorum, qua tyroni-
bus Pharmacia conueniunt Collectio
tribus libris diuisa.

DE ELECTIONE
MEDICAMENTORVM,
LIBER PRIMVS.

QVID PHARMACOPOEV^S, PHARMACOPOLA
Aromatopola, Myropola, Vnguentarius, Pigmentarius, Aromatarium,
Speciarium, Species, Speciaro, Espisse, Espissier, Species, Seplasiarium,
Seplasia, Officina, Apothecarius, Apotheca, Apoticnaire, Boutique,
Boutiquier, Botica, Boticario, Boticairo.

C A P . I.

MEDICINA olim vna, indiuisa, & yni solūm deman-
data, nunc triplici distinguitur munere. Quorum quod-
libet propriam denominationem, propriūmque subinde
artificem sibi vendicat. Qui enim victum instituit,
morborūmque internorum curam habet, Medicus sim-
pliciter, ut & quæ id docet scientia, Medicina dicitur. Qui verò exteriore

morbos, exterius adhibitis, manuſque opere tractat, Chyrurgus, ut & *as*
 quæ hos instruit, Chyrurgia vocatur. Qui denique vtrique horum medi-
 camenta parat, Pharmacopœus, ut & quæ hoc præscribit facultas, Pharma-
 cia nuncupatur: de qua nos hic. Melius autem meo quidem iudicio di-
 cetur artifex hic, Pharmacopœus, quam Pharmacopola. Pharmacopœus
 enim à *φάρμακον* nomine Græco, quod est Latinè, medicamentum, & verbo
πωλεῖν, quod est, Facio, quasi medicamenta faciens, dicetur. Pharmacopola autem
 à *φάρμακον*, & verbo *πωλέω*, quod est, vendo, quasi medicamenta vendens.
 Hoc enim nomen etiam his, quos Gallico sermone vocamus, *Grossiers*,
 conuenire potest; quippe qui simplicia omnia, plurimaque etiam medici-
 menta composita, alia quoque præparata venditent. Idem porrò artifex
 plura alia sortitus est nomina, sed minus propria eo quod diximus: Qualia
 sunt Aromatopola, quasi aromatum vendor: Myropolæ, vnguentorum,
 quæ Græco *μυρια* dicuntur. Vnguentarius eadem de causa, & pigmenta-
 riuss; quamvis hic potius sit qui puellis vnguenta faciei honestanda con-
 dit. Seplasarius quoque Pharmacopœus noster vocatur à Seplasia, ut vo-
 lunt, Capuæ in Italia vico, seu platea, in qua vnguenta conficiebantur, aut
 Pharmacopœi degabant. Aromatarius, ab aromatibus miscendis. Speciarius & Italica Speciaro, ab speciebus eadem ratione (quamvis nomen
Eſſiſſier, inde deductum, ad eos qui aromata vendunt quos etiam voca-
 mus, *Grossiers*, transfertur) vocamus enim species cum Paulo & Aqui-
 rio Aromata & alia medicamenta in puluerē redacta, ut species Diatrion-
 fantaloni, de Hiero &c. Quamvis nomen hoc Gallicè, *Eſſiſſe*, & Hispanè
 & Lusitanè, *Species*, tantum pro aromatibus ad condimentū tritis sum-
 tur à vulgo. Apothecarius denique vocitatur, & Gallicè, modicum mu-
 tato vocabulo, *Apothiquaire*, & Hispanicè, *Boticario*, & Lusitanis *Boticari*,
 à verbo Græco *ἀποθήκη*, quod significat cellam vinatam. A quo etiam de-
 ductum est verbum Gallicum, *Boutique*, pro quacumque taberna in qua
 merces qualibet venduntur. Inde etiam *Botignier*, Gallicum, pro eo qui
 in taberna manet. Ab eodem quoque defluxit, *Botica*, Hispanicum &
 Lusitanum, pro Pharmacopœi taberna solūm. Quomodo autem ab
ἀποθήκη, Græco, quod solūm significat Cellam in qua vina & conduntur,
 & venduntur, ad eam in qua Pharmaca fiunt, deriuatum sit, non facile est
 conjectare: nisi dicamus, speciei nomen primum generis significationem,
 ut sāpe fit, assumpsisse; ita ut Apotheca, de omni taberna qua merces ex-
 ponerentur venales, diceretur. Quod videtur verbum, *Boutique*, Gallicè
 hac significatione sumptum, ostendere. Deinde verò per Antonomasiam
 ad Pharmacopœorum solūm tabernam cōtractum sit, ut in qua pricipu-
 sutilissimæ, & nobilissimæ, & fiant, & vendantur merces. Quod (præter
 nomina hæc Apothecarius, Apotheca, Apothiquaire, Boticario, Boticario,
 Botica, que suo quoq; idiomate tantum tabernā in qua medicamenta fiunt,
 & artificē qui ista cōficit, denotant) indicare videtur nōmē, Officina, quod
 cūm genericū sit ad quacumq; tabernā, tamen iam vñ soli Pharmacopœorū
 officinæ accōmodatur. Atque de nominibus plus quam vellemus,

DE PHARMACOPOEI OFFICIO,
Dotibusque, Quid Pharmacia, Quid
Medicamentum, & quotplex.

C A P. II.

PHARMACOPÆVM longo sermone describunt alij. Nos paucis, virum probum doctumque expetimus, ne quid aut ob ignorantiam negligenter obmittat, aut ob nequitiam committat. Sit ergo oculatissimus, vigilans, in theoria & praxi optimè instructus, fidus eorum quæ inter exercendum munus suum viderit, celator, & super omnia (quod quam necessarium omni vita generi, sed magis huic, est, maximè tamen nunc in omnibus desideratur) Fidelis. Denique, si fieri possit, animo & corpore perfectus. De Pharmaciæ verò antiquitate & dignitate frustra sermonem institueremus. Solum enim ea quæ Pharmacopœus præ manibus & in memoria semper habere debet, quam breuissimè, quam perspicuèque fieri possit, in theorematu digerere conamur. Mesues quippe, præter id quod plurima ad Medicum spectantia (cui etiam scribebat) Canonibus suis immiscer, reliqua etiam confusè & minus probatâ methodo tradit. Sed iam ad rem.

Pharmacia est pars Medicinæ, quæ medicamenta ritè eligere, præparare, & miscere docet.

Medicamentum est substantia quæ intus vel extrà corpori humano adhibita, id alterat, non tamen corruptit, nec ab eo in se transmutatur.

Medicamenta alia solum alterant, Alia etiam purgant.

Medicamenta alterantia sunt, quæ corpus humanum exalfaciunt tantum, aut refrigerant, humectant, aut exsiccant, & quæ ex his sequuntur qualitates imprimunt.

Medicamenta purgantia sunt, quæ à totius substantiæ similitudine nobis incognita, humorem sibi familiarem trahunt, cum quo deinde à Naturæ simul foras pelluntur. Proprius autem dicentur hæc sanguinem purgare, quam humores: hos enim à sanguine secernendo, trahendoque, illum inundant, quæ est propria purgandi significatio. Nunc autem iam abusis, *Purgare*, pro. *Euacuare*, sumit; ita vt dicatur Rhab. bilem purgare. Melius Galcones, purgandi significationem retinuere suo Idiomate: dicunt enim *Pourgâ le blat*, pro eo quod est, triticum cribro cernere: unde dicitum est apud eosdem nomen, *Pourgos*, pro sordibus & purgamentis quæ purgatione hac elicuntur.

Medicamenta purgantia alia purgant trahendo, vt scammoni, alia lubricando, vt mucago Psylij; alia comprimendo, vt Mirobalani; alia

leniendo ut *Cassia fistula*. Hæc diuisio *Mesuei* est. Tamen quæ trahendo purgant, propriè *Cathartica*, aut purgantia dicuntur: quæ adstringunt & simul trahunt, ut *Rhabarb. Mirobal.* ad illa referuntur. Reliqua potius *Eccoprotica*, id est excrementa vacuantia, vocantur, quæm *Cathartica*.

Medicamenta purgantia alia sunt *Benigna*; alia *maligna*.

Medicamenta *Benigna* sunt quæ non multum naturæ nostræ aduersantur.

Medicamenta *maligna* sunt quæ plurimum nature nostræ aduersantur.

Medicamenta *maligna* alia sunt toto genere *maligna*, alia solâ specie, aut accidente.

Medicamenta *maligna* toto genere sunt, quorum omnes species sunt *malignæ*, ut *elleborus, Thymelea*.

Medicamenta *maligna* solâ specie aut accidente sunt, in quorum speciebus aliqua *benigna*, aut saltem minus *maligna* reperitur, ut *Agaricus, Colocynthis. Albus enim Agaricus bonus est, niger verò malus. Colocynthis sola praua est, comitata bona*.

Medicamenta alia sunt *simplicia*, alia *composita*.

Medicamenta *simplicia* sunt, quæ nullum aliud secum habent mixtum, ut *Rhabarb. scammon.*

Medicamenta *composita* sunt quæ ex pluribus mixta sunt, ut *Catholicon, vnguentum Martia.*

Medicamenta *composita* alia *simplicia* vocantur, alia *composita*.

Medicamenta *simplicia* dicuntur, in *compositis*, quæ ex paucioribus *simplicibus* mixta sunt quæm alia sub eodem nomine; *composita* verò, quæ ex pluribus constant *simplicibus* quæm alia eiusdem nominis ut *Diaprun. simpl. & compos. syrup. de Endiu. simpl. & compos. Oximel. simpl. & Schilli. syrup. de Cichorea simpl. & cum Rhabarbaro, quæ omnia composita sunt.*

DE ELECTV MEDICAMENTORVM.

C A P. III.

DELECTVS, seu *Electio*, de qua in *Pharmacia* agitur, est distinc^{io}n^e discretiōne medicamenti boni à malo, signis quibusdam artificialiter habita.

Signa quibus medicamenta bona à malis, & præcipuè purgantia, discernuntur, summuntur ab yndecim rebus, scilicet Substantia, Temperamento, Tactilibus qualitatibus, Olfactilibus, Gustabilibus, Visibilibus, Tempore, Natali loco, Vicinia, Numero, Magnitudine. De quibus singulis seorsim nobis agendum.

Refer huc tabulam secundam, *Electiōis medicamentorum, ad finem Pharmacopœia positam.*

DELECTVS A SVBSTANTIA
& quid sit Nil.

CAP. IV.

SUBSTANTIA consideratur in octo rebus, scilicet Leui, gra-
ui: Raro, denso: Crasso, tenui: Lento, friabili. Leue est corpus
quod sursum tendit: Graue, quod deorsum. Rarum est quod plures, &
latiores habet poros: Densum, quod pauciores & strictiores.

Crassum est quod nimis compactam habet materiam: Tenui, quod
magis dilatata, diffusamque.

Lentum est cuius partes difficile à se inuicem auelluntur: Friabile,
quod facile in pollinem abit.

REGVL A. I.

Deletus à substancia secundum grauitatem, & levitatem.

M Edicamenta quæ validè attrahendo purgant vt Scammon. Aloe:
Colocynth. Euphorb. Aphronit. & quæ humorem habent excre-
mentium, vt Agaric. Turbith, Polypod. Scilla, leuiora sunt meliora.
Exceptis ijs quibus à naturâ substantia debet esse solida, vt Cyanus,
Hermodact. Iris. & quæ pleno & vacuo mensurantur, vt Cassia fistula,
Ben, Cnicus, Cici, granum Nil. Quæ duo grauiora meliora sunt.

Inter ea quæ pleno & vacuo mensurantur Mesues numerat granum
Nil, quod quid sit, difficile est reperire. Hoc Serapio lib. de simplic.
medic. Cap. 283. sub nomine grani Indici sic describit. Habel id est nil,
& est granum Indicum. Isaac eben amram. Planta eius est similis plan-
te Lebleb (id est volubili, vt patet ex eodem Serapione eodem lib. cap.
41.) adhaerens arboribus duobus brachijs vel tribus : & habet ramos, &
folia viridia, & in radice cuiusque folij est flos coloris purpurei similis
pomis in figura sua, & quando cadit flos dimittit semen in vaginis in
quibus sunt tria grana minora granis staphisagriæ, lenia, in tribus parti-
bus diuisa: & ista grana sunt id quod de ea administratur in medicina.
Aben Mesuai. Proprietas eius est laxare phlegma, & mundificare
ipsum.

Mundinus de Lentij Mesuei commentator in commento textus il-
lius, Nil interpretatur, cartamum Indicum. Quem sequuti sunt Iaco-
bus Sylvius in Mesuei interpretatione, & Ioannes Dantzius tabulis suis
in Mesueam. Sed debuerant hi, quid sit cartamus Indicus, declarare, non,

Georg. Pi-
 obscurum per obscurius exponere. Sumpserunt autem hanc expositio-
 Gor. tab. I. nem ab eodem Mesueo in simplicibus Cap. de Cartamo, vbi sic inquit,
 Mesu. de Cnicus est agrestis, (nam quem Indicum addunt, & nil vocant, cnicus non est)
 Nil signifi- catione nil &c. Sciendum ergo nomen, Nil, apud Arabes æquiuocum esse ad quid-
 dicit, sed tuor aut quinque. Primum enim significat Pompholigem albam: Lacu-
 Nil, ponit. na Comment. in lib. 2. Discor. c. 135. & lib. 5. c. 46. Tagautius verò ci-
 Ioan. Ta- gautius lib. tato à Germanis ita vocari ait. Secundò Isatidem, seu Glastum: Terdò
 1. de simpl. Indicum ex quo tinguntur panni, id est succum Isatidis: Quartò Indi-
 purgat. Nil cum, de quo Dioscor. agit lib. 5. cap. 67. Quintò denique herba-
 Isatidem quandam Volubili similem. Nunc videndum de quo hic loquatur Mel-
 exponit. ues. Non de Pompholige, dicit enim, granum Nil; Pompholix nech-
 bet semen, nec purgat, nec pleno & vacuo iudicatur. Isatidem omnes
 ferè dicunt eum intelligere: sed dubito. Nam primum id reprobat Bel-
 lunensis, vt infrà videbimus. Deinde Isatidi Gal. lib. 6. De simplici-
 med. facil. purgaticem facultatem non tribuit. Dioscor. lib. 2. c. 180.
 Satiuæ Isatidi eandem purgaticem non dat, in fine autem, loquens de
 filuestri, dicit, Eadem, qua & supradicta, praestat: potu, & illa lienu-
 auxiliatur. Vnde non sequitur filuestrem catharticam esse: plurima
 enim pota lienosis prosunt, quæ tamen non euacuant, vt Cetheræ ac
 Asplenium, Capillares omnes, Tamarix, Capparis, & similia. Succum
 autem Isatidis Catharticum esse, nec aliquis dixit, nec Mesues vult quod
 granum expetit plenóque & vacuo iudicat. Succum verò hunc ab Ara-
 bibus, Nil, vocari (præter id quod herbam à qua hic extrahitur eodem
 nomine ij vocant, & quod Bellunensis infrà notando loco id testatur)
 probat etiam nomen hoc Anil, quo Hispani Lusitanique colorem illum
 qui à glasto fit, denotant; quæ duæ gentes ab Arabibus, quibus sat di-
 paruerunt, plurima retinuere nomina. Porro Indicum apud Dio-
 citato, nil aliud est quam flos huius succi, qui dum ab infectoribus ei-
 coquitur spuma in modum reliquo succo supernatans colligitur. Vi-
 obiter notabis, perperam Lacunam Segobiensem commentatis in Diola,
 hispano sermone editis, De Lapide Indico, caput illud inscripsisse, inter-
 pretatum, & commentatum fuisse, cum Diosc. solum, Indicum, inscrip-
 ferit; non lapidem, nec enim lapis est, sed tinturam intelligens, vt &
 est, & ipse eo capite explicat, & quæ sequuntur testantur, Ochra, & Co-
 nabrium, quorum ad picturam usus multis est, quasi voluerit Diola
 ea quæ picturæ inseruiunt in unum cogere. Errauit etiam idem Lacuna
 in interpretatione textus Dioco. vbi ait, Aliud Indicum fit in ihi-
 storij officinis, & est Purpura spuma innatans cacabis. Hæc ille Idiomate
 suo; vbi, si bene correxit super idem caput Mathiolus Plinium, non Pu-
 puræ spumam, sed Purpuream spumanam dixit Dioscōr. Ceterum vt vnde
 digressa est, reuertatur oratio, nec de hoc Indico loquitur Mesues ipsius
 rationibus quibus nec de succo Isatidis. Ergo de planta illa Volubili
 mili debuit intelligere. Hoc videtur testari Bellunensis in suis interpre-
 tationibus vt referunt Monachi Censura in Mesuem cap. 87. & Lacuna

Comment. in Dioscor. lib. 2. cap. 135. Qui omnes dicunt granum Nil esse semen cuiusdam plantæ Volubili similis quæ frequens in viridarijs, & domorum fenestris visitur, quāmque Lacuna Hispano sermone in Andalufia celtiberia part, vocari ait Merueilles, sīcque idiomate suo pingit. Similliam hortensi smilaci (quæ planta ea esse creditur quæ varie gatos phaseolos gerit, Italis dictos Fagiulo Turchesco, Gallis, Febues, peintes, aut Pois de Coi, Gasconibus Mongétos) producit folia planta illa quam Arabes, Nil, vocant, Celtiberi verò, Merueilles; cuius flores cum summi sint cerulei, manibus tamen tractati statim purpureum induunt colorem, admiranda sanè mutaione. Fruetum hæc non in siliqua aut vagina gerit, sed in globulo quædam magnitudine & rotunditate nuci auellanæ simili, qui floribus succedit: in quo grana quinque angulosa (monachi dunt Triquetra) nigraque continentur, similia Hipo selini granis, nec parum gustu acuta. Hæc Lacuna. Quæ omnia descriptioni à Bellunensi traditæ omnino respondent, nisi quod hic addit, florem similem campanellæ gerere plantam hanc, eiisque semine uti eos qui ad orientem habitant, ad euacuandos humores phlegmaticos, crassos, melancholicosque, huiusque granum esse quod ab Arabibus dicitur granum Nil. Monachorum autem verba sic habent citato. Et illa planta qua habet folia similia folijs smilacis hortensis, id est faseoli: & habet florem simillimum fiori volubilis magna, sed est cœlestis coloris, & non ita magnus: facitque semen nigrum, triangulum &c. Quam quidem plantam Bellunensis in suis interpretationibus volubilem vocat, cuiusque semen dicit esse granum Nil. Inquit enim: Granum Nil est semen nigrum repertum in planta volubili, cuius flos habet calorem azurum, & figuram campanella, tendentem ad longitudinem aliquam. Et huiusmodi planta non est herba ex qua Nil, seu Indicum conficitur, sed est species volubilis nota: & semen huius planta Oriente administratur ad euacandum humores grossos, phlegmaticos, & melancholicos, sicut dicit Auct. 2. Cano. Vsme vero quod est folium Nil, de quo dictum est supra, est folium herbae, ex qua exprimitur succus qui exsiccatus dicitur Nil, seu Indicum. Et granum Nil quod administratur ab Auct. in cura vermiculæ, non est Indicum (sicut quidam putant) sed est semen repertum in planta volubili supradicta. Hucusque monachi. Atque hanc plantam nobis nondum contigit videre. Si autem vera sunt, quæ isti authores dicunt, huius granum potius quām Isatidis hinc expeti à Mesuco crederem. Nam præter id quod purgat, pleno & vacuo mensurabitur, de quibus hinc Mesue agit, vt Cartamus, quod nulli alij ex supradictis conuenit. Globulus enim huius plantæ si plenus & ponderosus sit, semina intus succiplena coniectabitur habere, alias, non: quod & in Cartamo obseruamus. Notabis tandem defecatum in Matheo Sylvatico anthore Pandectarum qui nominum ignoratione, res permiscet. Ait enim, Nil est Indicum, id est succus planta similis volubili, enijs semen intra laxantia ponitur; Vbi turpiter Glastum cum planta illa quam ultimo loco descripsimus, confundit. Sed iterum ad theorematum nostra.

REGVL A II.

Delectus à substantia.

Medicamenta quæ comprimendo euacuant, quò grauiora, cò me liora sunt, vt Mirobal. Rhab. Absynth. & eius succus,

REGVL A III.

Medicamenta quæ lubricando & leniendo deiiciunt, eligenda sunt grauiora, vt Cassia fist. Pruna, Sebest.

REGVL A IV.

Medicamenta quæ ventrem molliendo purgant, grauiora etiam sunt præstantiora, vt Lactuca, malua, Atrip. Hanc regulam addit Tagant. Nam in Mesue non reperitur. Superflua tamen videtur: ad superiorem enim referri potest; nam quæ lubricant, etiam ventrem molliunt, & quæ molliunt, lubricant. Et præter id, herbas non ponderamus.

REGVL A V.

Delectus à substantia secundum raritatem & densitatem.

Medicamenta quæ attrahendo laxant, rariora deligenda, nisi in quibus natura substantia solida esse debet.

REGVL A VI.

Medicamenta quæ comprimendo, & quæ leniendo & lubricando euacuant, & quæ pleno & vacuo iudicantur, densiora magis valent.

REGVL A VII.

Delectus à substantia secundum crassum & tenuem, lentum & friabilem.

Quamvis non certa & indubitate de his regula sit, tamen ut plurimum tenue & friabile, raro: crassum verò & lentum, denso respondent. Ita ut unum cum alio coniunctum sit, & de uno per aliud iudicare possimus.

REGVL A VIII.

Quæ precedentes omnes in se continet.

Medicamenta quæ attrahendo deiiciunt, & quæ humidum habent excrementitium, leuiora, tenuia, tenera, & rara, præstantiora censentur. Quæ verò comprimendo, & quæ leniendo & lubricando purgant, & quæ pleno & vacuo astimantur, grauiora, crassiora, lenta, & densa præferenda.

DELECTVS

DELECTVS A TEMPERA-
mento, & Tactilibus qualitatibus.

C A P. V.

Delectus à Temperamento.

VT ferè omnia quæ à Mesueo suis Canonibus traduntur , sic & hæc quæ nunc sequuntur, ad Medicum spectat. Dicemus tamen & de his quantum Pharmacopœa scire satis sit, quando & hi hæc etiam scire volunt, & de his in examine Magisterij interrogantur.

Delectus secundum temperamentum sumitur à duobus. Scilicet à Temperamenti specie : aut à gradu qualitatis.

Species temperamentorum sunt nouem. Calidum , frigidum, humidum, siccum : Calidum & siccum ; Calidum & humidum ; frigidum & siccum ; frigidum & humidum ; & temperamentum ad pondus.

Gradus qualitatum in temperamentis , quatuor assignantur , quorum quartus vehementissimus conuenit medicamentis , aut mixtis alijs.

REGVLA I.

Delectus à temperamento secundum speciem.

Medicamentum ad pondus temperatum , si daretur , optimum efficit. Calidum verò frigido, Humidum , siccō; Calidum humidum , calido siccō; & frigido humido, & frigido siccō: frigidum tandem humidum , frigido siccō præstantius est.

REGVLA II.

Delectus à temperamento secundum gradum.

Medicamentum in quarto gradu calidum , aut frigidum , humidum , aut siccum ; aut calidum humidum , aut calidum siccum ; aut frigidum humidum , aut frigidum siccum , omnino perniciosum est , & potius venenum quam medicamentum. Quod non quartum attigit gradum , quantò ab illo deficit magis , tantò est incolumius.

Delectus à Tactilibus qualitatibus.

Qualitates Tactiles quæ in eligendis medicamentis considerantur sunt, Durities , Mollities : Læuitas , Asperitas ; Ariditas , Lubricitas.

Molle est quod pellenti cedit. Durum , quod renititur. Læue est cuius superficies plana & æqualis est: Asperum, cuius inæqualis. Aridum

H h h

est, quod propriâ circumscribitur figurâ : Lubricum, quod alienâ. Auditatem autem & Lubricitatem addit Tagaut. superfluè, nam præter id quod in Mesueo non sunt; sub aspero & leni continentur.

Porrò Durities alia à Natura, ut in Rhabarbaro, alia ab arte compatur, ut in Pilulis, & Electarijs tabellatis, ut Diacartatum.

Mollities etiam alia Naturalis est, ut in Cassia fistula: alia artificialis ut in potionibus medicatis, & opiatis & syrups.

Delectus à Tactil. Qualit.

R E G V L A . I.

Medicamenta Naturâ seu arte mollia, lœuia, & lubrica, præponenda sunt Duris, asperis, & aridis, à Natura aut arte sic factis, modo sub eodem genere vtrumque contineatur: Alias enim Rhabarbarum quodcumque quantumuis durum, asperum & aridum, Naturâ seu arte, quodcumque colocynthide quantumuis molli, leni, & lubrica, Naturâ vel arte præstantius est.

D E L E C T V S A B O D O R E E T A Gustabilibus qualitatibus.

C A P . V I.

EX odore certa scientia facultatis medicamenti haberi non potest in communi, Galeno 2. simpl. Quare ad indiuidua accedendum, ut optimi cuiusque medicamenti in sua specie explorato odore, reliqua eiusdem speciei ad eum referamus, quoque magis ab eo aliena, reiijciamus quo propinquiora, recipiamus. Si tamen ratio à sensibus petita aliquid valet; quæ boni odoris sunt, naturæ nostræ magis amica videntur; quæ contraria prauia, inimica.

Gustabiles qualitates aut sapores in vniuersum septem sunt Galeno 1. & 4. de simplic. medicam. facult. gradu solùm frigoris, aut caloris, conditionisque, inter se differentes. Qui sic disponendi sunt.

Acerbus omnium frigidissimus, quem Gallici vocant, *Aspre*, qualis est sorborum, & mespilorum immaturorum.

Austerus minus hoc frigidus, qui Gallicè nomen non inuenit; vocabimus autem generis nomine, *Astringent*; qualis est Rhu, pitorumque immaturorum.

Acidus minus hoc frigidus, Gallicè, *Aigre*, qualis est aceti, Omphacij. Dulcis, in omnium medio situs, temperatus, quem Galli dicunt, *Doux*, qualis est facchari, mellis.

Salsus, hoc calidior, Gallis *sale'*, qualis est salis, aquæ maris.

Amarus, hoc calidior, Gallicè *Amer*, qualis est fellis, Aloës.

Acutus omniū calidissimus, Gallicè *Piquant*, qualis est Piperis, Allii.

Atque hi sunt omnes sapores. Nom vñctuosus , quem Theophrastus addidit, & Mesues accepit, aut non est sapor; (insipida namque vñctuosa sunt, & ideo ab Hypp. lib. de Diæta Idiotarum, nimis obesis quos emaciare volumus, in eum dantur.) aut si aliquid sapiat, ad dulcem referatur. Vñctuositas enim potius substantiæ modum , aëreum scilicet & aqueum, notat, quam saporis. Quem etiam Insipidum saporem ponit Mesue post alios & post eum Tagautius, Syluius, Dantzius, & Pictorius, sapor non est, vt idem ostendit nomen Insipidi ; sed saporis omnis priuatio. Melius ergo sic ordinasset.

Quæ sumuntur medicamenta, si gustu eligi debent, aut sapida sunt, aut Insipida. Quorum hoc vltimum nullam patitur diuisionem. Sapida autem, uno ex septem saporibus, quos recensuimus, donata sunt.

Iam sapores hi quos recensuimus, simplices sunt. Inueniuntur tamen permixti in pluribus medicamentis alijs cum alijs varie. Quare primùm regulas simplicium saporum præscribemus, deinde mixtorum ; si prius monuerimus, non necessarium esse Pharmacopœo nosce facultates saporum, proinde nec nos huc transferre voluisse. Quas si scire voluerit, in Mesue suo inueniet, in cuius textus explanatione nos eas exponemus.

Delectus à simplici sapore.

REGVL A I.

Medicamenta acuta omniū pessima. Deinde amara. Minus mala, salsa.

Delectus à simplici sapore.

REGVL A II.

Medicinae dulces omnium optimæ. Deinde insipidæ. Tertiò, acidæ. Quartò, austerae. Ultimò tandem, acerbæ.

Delectus à mixto sapore.

REGVL A III.

Medicamenta acria & amara, omnium deterrima sunt. Deinde salsa & amara. Tertio loco acria & stiptica. Quarto acria amara & stiptica. Quinto amara & stiptica. Sexto salsa amara & stiptica. Septimo salsa & stiptica.

Delectus à mixto sapore.

REGVL A IV.

Medicamenta dulcia simul & stiptica omnium amicissima. Deinde dulcia acida & stiptica. Tertiò insipida & stiptica. Quartò acida stiptica. Quintò acida austera & stiptica. Sexto austera & stiptica. Septimò dulcia amara & stiptica seu acerba. Octauò dulcia & amara. Denique ex melioribus saporibus mixta medicamenta meliora sunt. Quibuscque stipticitas aut astricchio iuncta est, adhuc meliora. Hæc ex ratione. Mesues autem sic promiscuè. Pessima omnium acria simpliciter vt Euphorb. Thymel. Deinde acria & amara vt scammon. Inde solūm amara, vt Colocynth. cucum. agrest. Hinc acria stiptica , vt thymus, epithym. Ab his acria, & amara, & simul stiptica vt stœchas. Dehinc

Dehinc amara & stiptica, vt Rhab. absinth. fum. aloës. Præstantissima sunt dulcia, vt Cassia fist. manna. Inde insipida vt psyllij mucca. Hinc dulcia simul & acida, vt pruna, tamarind. Deinceps dulcia amara & stiptica, vt rosæ. Tandem dulcia & amara, vt violæ.

*DE DELECTV MEDICA
mentorum secundūm colorem & tempus.*

C A P . VII.

Delectus à colore.

MEDICAMENTORVM malitia, benignitatis, ab eorum coloribus sumpto indicio; certè cognosci non potest. Gal. 2. simpl. med. facult. Neque enim à certo temperamento color quisque manat: neque ab interno solum pendet, sed ab externis immutatur: variisque in superficie & in centro esse solet. Quare ad particularia descendendum est, ut quod cum quo colore medicamentum benignum sit, quodque malignum in qualibet specie experiamur: vt in scammonio optimum est subalbidum, aut varium, malum verò nigrum. Rosa exactè rubra optima. Agaricus, Turbith, Colocynthis alba, bona, nigra, mala iudicantur.

De Delectu medicamenti secundūm tempus.

In dijudicanda bonitate medicamenti, triplex tempus obseruantur. Collectionis, in plantis, & ijs quæ ab eis habentur: Durationis, in omnibus medicamentis: vigoris & potentioris virtutis, etiam in omnibus.

De tempore collectionis plantarum & earum partium variè vanij sentiunt. Sed si ratio nostra valet, sic agendum videtur.

R E G V L A I.

Tum plantæ integræ, tum earum partes omnes seu partes, excrementa & seu excrementa, sereno cœlo colligenda sunt, non in pluia, nec statim post eam, non ardentि sole, sed post exhaustum ab eo rorem matutinum, ante meridiem.

R E G V L A II.

Quæcumq; fugaces sunt, & Vere tantum vigint, tunc colligendæ sunt, aërique exponendæ puro vt integræ seruentur. Quæ verò semper virentes haberi possunt, virentes semper colligendæ pro necessitate: nisi alter expetierit Medicus.

De electione Medicamentorum, Liber I. 429

REGULA III.

Quæ excellenter calidæ & siccæ sunt, nocuèque hac ratione, ante aestatem euellendæ. Quæ contrà frigidæ & humidæ nimis, post eandem statim. Quæ medio habent modo, medio tempore.

REGULA IV.

Radices in quibus nimius luxuriat humor, decidentibus folijs, in quibus verò siccitas, ijsdem modicūm adultis, extrahendæ.

REGULA V.

Præhumida folia, cùm iamiam cadunt; exucca, cùm plenè adoleuerint, metenda. Et calida valenter, hoc tempore; frigida, illo. Fructuum, florum, & seminum eadem ratio seruanda. Præter pauca quædam, vt rosarum & Capparis flores, qui antè quām omnino expandantur, leguntur.

REGULA VI.

Vt plurimum denique radices medio inter germinationem, & foliorum casum tempore. Hoc enim exuccæ omnino sunt: illo verò, crudo succo turgent, & indigesto. Fructus, folia, flores, & semina paulò antè quām decidunt. De succis eadem habenda ratio quæ de plantis, & partibus à quibus extrahuntur. Atque hæc vniuersaliter dicta sunt: à quibus sepe cuariare licet pro diuerso Medici scopo, & medicamenti natura.

De Tempore durationis.

REGULA I.

Durationis medicamentorum certa regula dari nequit. Sed cuiusque speciei proprias nosce oportet vires. Non frates plantæ singulis annis legendæ. Euanescunt radices bimæ, magisque trimæ, à quo tempore nullius sunt valoris: Excepto Veratro utroque, quod per triginta annos vires servat; quemadmodum Costus per decem, & Rhapontic. & Oenanthe. In reliquis, vt & in fructibus, feminibus, floribus, succis, & lachrymis, excepta signillatim perduratio est.

De Tempore Vigoris.

REGULA I.

Quo quæque tempore valentiora sint, quo prava, quo benigna scire
H. h. 3.

etiam oportet: sunt enim alia alijs vetustiora meliora: alia etiam vigente ætate præstant. Sit ergo regula horum hæc.

Amara, stiptica, imbecillam habentia facultatem, aut quæ facile diffundetur, & quæ eandem in superficie sitam habent, quæque rarae sunt substantiae; omnia recentiora probantur.

R E G V L A II.

Acacia, fortem habentia virtutem, difficilèque resolubilem, nec in superficie locatam, quæque densam firmamque texturam habent, præstiora sunt vetera.

R E G V L A III.

Dulcia, insipida, falsaque, mediæ ætate optima sunt. Cuique autem generi sua est adolescentia, virilitas, senectaque.

D E D E L E C T V A N A T A L I l o c o , v i c i n à , n u m e r o , & m a g n i t u d i n e .

C A P . VIII.

PLANTÆ omnes proprio egent loco, siveque simili substantiæ puræ nec aliena qualitate immutato, ut electæ sint: alias enim non Naturam suam sapiunt, sed immisti excrementi, aut extraneæ qualitatis.

R E G V L A I.

Delectus à loco.

Plantæ in loco libero, nec ab additis immutato prouenientes, optimæ sunt: Contrariae, contraria.

R E G V L A II.

De Cœlo idem quod & de solo intelligendum est. Quare plantæ quæ ab India adseruntur, in locis nostris productæ, minus validæ sunt.

R E G V L A III.

Quæ humido exrementio abundant ut Turbith, Agaricus, Hermodactylus, in locis siccioribus meliores prouenient. Quarum siccitas contraria damnatur ut Thymel, Cucum, asini, Colocynth, Absinth, Seriph, Scammon, in humidioribus. Quibus caliditas in vitio est, locus frigidus con-

De Electione Medicamentorum, Liber I. 431

uenientior est. Quas frigiditas nimia dedecorat, calidus locus præstantiores dat.

REGULA IV.

Plantæ nimis humidæ vt Garil, Sisymbri. aquatic. Turbith, Agaricus, sub sicciorē cælo præstantiores crescunt: nimis siccæ verò, vt scammon. & similes, sub humido; frigidæ, sub calido; calidæ, sub frigido.

Quid sit autem Garil, quod Mesues cum humidis numerat, dubitatur. Mundinus de Lentijis Mesuæ cōmentator interpretatur Lacertam sylvestrem quæ ad coitum incitat, quæ nil aliud est quam Scincus, aut barbarè, Stincus, à Plinio Crocodilus terrestris vocatus. Idem probat Auic. qui Guaril describens eadem quæ de Scinco dicuntur prodit, vt etiam ostendunt Monachi Censur. in Mesu. distinc. i.c. 11. Vnde colligitur, errare auctorem Sinonimorum Serapionis, qui Guaril exponit stellionem. Longè enim abest stellio à Scinco. Sed quodcumque horum Guaril significet, non videtur huic Mesues loco conuenire, agit enim de plantis, quibus solum confert vel obest. Quod etiam Sylvius notauit. Quare aut menda in codice est: aut Guaril æquiuocum est ad alia, quæ ignoramus, significata. Si autem neutrum horum sit, dicemus, candem esse aquarum & solitatem, ad illa quæ in aquis degunt. Proinde Scincus, qui ex Alexandriâ Ægypti adfertur optimus est, qui autem in lacubus Vicentini agri prouenient, vt testatur Mathiolus Comment. in Cap. 60. lib. 2. Diosc. nil valent, quod & idem omnes alij probant. Ad quod etiam iuuat cæli asperitus, qui alias in Ægypto, alias in Europâ est. Quare non mirum est Mesuem animal hoc plantis hic miscuisse, quantum res variet & solum & cælum ostensurus. Atque hæc pro Mesueo dicta sint, quamuis textus series repugnet.

Delectus à Vicinitate.

REGULA I.

Vicinitas vnius plantæ ad aliam, eius bonitatem malitiāmque auget, immunit, aut mutat. Sed de eâ vniuersalis regula vna dari non potest infalibilis. Nisi dicamus benignas plantas propè malignas insitas, earum malitiām retundere: Malignas autem malignis adnatas, augere improbitatem. Sed hoc parum est. Quare oportet & Medicum & Pharmacopœum in particularibus experiri, quod in vniuersali scire nequit. Quod Mesues exequitur in aliquibus quæ exempli causâ adfert. Squilla enim, aut raphanus hermodactilis iuncta, vires eis addunt. Epithymum Thymus, quercus Polipodium, ruta fennam meliora reddunt eis vicina. Peiora verò efficiunt sibi adnata, scammoniam cefula, aut tithymalus, Polipodium saxa, epithymum ocimum.

Delectus à Numero.

R E G V L A I.

Maligna medicamenta quò plura in eodem loco nascuntur, èò meliora; quò verò pauciora, cò peiora. Benigna contrà. Quòd si fructus sint malignorum genere, quò plures in eadem arbore, èò meliores; pauci vero prauis; vnicus, pessimus. Si autem benigni sint fructus, quò plures minus boni; pauci, eligibiliores: vnum, optimus. Idem de siliquis, floribus, radicibus, aut seminibus dicendum. Ut in his exemplis à Mesue addudis apparet. Sola arbor Cassia fistulae in amplio loco nascens, probatur. Silqua vna in eadem arbore, melior est quam si plures essent. Contraria ratione sola Colocynthidis arbor in campo, praua. Solum in ea pomum, pellatum. Idem de Squillâ, & de afinino cucumere dicendum.

Delectus à Magnitudine.

R E G V L A I.

Ferè eadem magnitudinis & numeri ratio est. Nam quemadmodum magnus numerus, malignarum effrenem imminuit vim, sic & magnitudo corporis quantitas. Ergo Plantæ totæ, & earum partes, quæ in malevolentium medicamentorum habentur serie, quò maiores fuerint & ampliores, èò sunt probatores. Contrà verò, quæ paruae, prauæ. In benignis contraria ratio habenda: Paruae enim præstantiores sunt, magna non adeo laudabiles iudicantur. Colocynthidis ergo maior eligenda est. Atque de Delectu hæc. Quæ tamē quamvis vniuersaliter à Mesueo dicta sunt, multas nihilominus patiuntur exceptiones, neque demonstratione nituntur. Certius proinde securiusque est, frequenti exercere se simplicium intuitu, & experientiâ, ut perfectè cuiuslibet simplicis medicamentum facultatem assecuraris, meliusque à peiori secernas. Quod & Gal. consultib. de simpl. med. facult.

FRANCISCI



FRANCISCI SANCHEZ,
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA
Professoris Regij.

PHARMACOPOEIA.

DE PRÆPARATIONE
MEDICAMENTORVM,
ET SIMPLICIBVS PVRGANTIBVS.

LIBER SECUNDVS.

QVID PRÆPARATIO,
& quotuplex.

C A P. I.

PRÆPARATIO est quædam aptatio medica-
menti arte facta, ad usum comoda. Hac ferè omnia
indigent medicamenta, præcipue autem cathartica,
quia omnia inimica sunt Naturæ, intra corpūsque
sumuntur.

Præparationis plures sunt causæ, Pharmacopeo
scitu non necessariæ. Tres autem potissimæ censem-
tur. Prima, ut melius medicamenta misceantur. Secunda, ut commo-

diū in usum venire possint. Tertia, ut qualitatem aliquam deponant aut aliam accipiant, aut detegant aliam, aut eum alijs nouam constituant. Plura etiam ut seruentur, parantur, ut syrapi & condita.

Præparationum pro varijs scopis, variâque materiâ, multi sunt modi. Communissimi quatuor, quos Mesues recenset, quosque nos tantum persequemur. H̄i sunt Coctio, Lotione, Infusio, Tritura. Ad quos possunt reduci omnes alij aliqualiter. Ut ad Coctionem, Calfactio, Liquatio, Distillatio, Despumatio, Clarificatio, Assatio, Frixio, Vstio, Putrefactio. Ad Lotionem n̄ est quod reducatur, nisi purgationem & dissectionem velis. Ad infusionem, Dissolutio, mollitio, humectatio, nutritio, expressio, confricatio, exceptio, extincio. Ad Trituram, Cibratio. Ad omnes denique confusè, Duratio, siccatio, succorum extractio, aromatizatio, coloratio, formatio, sigillatio, repositio, conseruatio, conditura, fartura, suffitus. Quæ omnia eleganter perfirinxit Sylvius in sua Pharmacopeia; proindeque consulendus in his erit. Nec enim quæ ab eo dicta sunt hic transire libet.

H̄is inseruit tabula 3. Præparationis medicamentorum ad finem Pharmacopœia posita.

DE COCTIONE, LOTIONE, Infusione, & Tritura.

C A P. II.

COCTIO duplex est, Elixatio, & Assatio.

Elixatio est Coctio alicuius rei in humido externo.

Assatio est coctio in sicco, sine externo humore. Vtraque triplex est. Magna, Parua, Media.

Quæ coquuntur, varie coqui debent pro eorum substantiâ & viribus.

Substantia, ut in Delectu diximus, medicamenti, consideratur in octo rebus, Raritate, Densitate; Grauitate, Leuitate; Crassitie, Tenuitate; Lenore, & Fragilitate.

Vires autem medicamenti aut sunt validæ, aut imbecilles: aut in superficie, aut in profundo locatae. Sit ergo de his:

REGVL A I.

Quæcumque medicamenta debilis sunt virtutis, aut eam in superficie positam habent, raraeque sunt substantiae, paucâ egent coctione: quia sunt semina quatuor frig. maio. scilicet Citrulli, Cucumeris, Cucurbitæ & Melonis. Capillares omnes, Epithym, Violæ, & flores ferè omnes,

REGVLA II.

Quæ densæ prædicta sunt substantiæ, aut fortes habent vires, aut circa centrum positas, multam ferunt coctionem. Ut sunt ligna, cortices, radices, lapides.

Ad prima reducuntur tenuis substantiæ medicamenta, leuis & fragilis.
Ad secunda vero, quæ crassis, grauis, & lentæ.

REGVLA III.

Quæ medio modo & in substantiæ, & in viribus inter duo hæc extrema se habent, mediocrem sustinent coctionem: ut semina apij, ammios.

REGVLA IV.

Medicamenta quæ lubricando & leniendo purgant, coctionem non ferunt, quæque nimia humiditate vacuant.

De Lotione.

REGVLA I.

Lotio est irrigatio, aut mundatio medicamenti conuenienti liquore facta. Porrò ea etiam aut multa est, aut pauca, aut media. Quæ igitur de Coctione dicta sunt, eadem de Lotione intelligentur oportet: ut scilicet quæ multam coctionem ferunt, multam etiam lotionem ferre possint: quæ contraria, contraria. Ob id, quibus virtus in superficie sita est, ut Intybo, agresti Cichor. rosis, pauca aut nulla lotio conuenit.

De Infusione.

REGVLA I.

Infusio est maceratio medicamenti conuenienti liquore facta. Per eam autem ut plurimum volumus ut medicamenti facultas transeat in humorem quo infundimus. Cuius yna regula dari non potest: cum alia hoc, alia illo humido fiat; alia calido, alia frigido; alia longa, alia breuis. Denique pro affectus naturâ, & medici præscripto varianda, cui Pharmacopeus obediens debet. Eius tamen ut & Coctionis triplicem possumus constitueri differentiam, pro morâ quâ in humore manebit medicamentum, variant. Alia enim magna, alia parua, alia media erit. De quibus idem quod & de Coctione dicendum erit: fortia nempe & solida multam ferre infusionem, ut Gutiacum: contraria vero paucam, ut rœsæ: media medium, ut Rhabarb. stochad.

De Triturâ.

R E G U L A I.

Tritura est diuisio medicamenti in tenues partes contundente instrumento facta. Eius, ut & Coctionis tres sunt differentiæ: multa, paucam, mediocris. Eadem quæ de coctione dicta sunt, de Triturâ dicta puta: quæ enim multam coctionem, multam etiam triturationem ferunt: quæ paucam, paucam: quæ mediocrem, mediocrem. Nec pro substantiâ solum medicamenti variatur Tritura; sed & affectus unus aut alius, & pars affecta hæc aut illæ, eandem diuersificant. Cachexia enim crassiusculè tritum poscit Rhabarbarum, & Apepsia Galangam, etiam si hæc multam ferant triturationem. Oculus autem collyrium admissurus, Crocum, Iridem, moschum tenuissima exposcit, quæ paucam optant contritionem. Denique ad Medici nutum spectare debet Pharmacopœus in omnibus.

*D E M E D I C A M E N T I S
simplicibus Purgantibus.*

C A P. III.

SIMPLICIVM medicamentorum purgantium tractationem aggreditur, lectorem prius monendum duximus, nos eorum historiam non prolixè docere statuisse: frustrâ enim huc transcriberemus quæ de his: Dioscoride, Galeno, Theophrasto, Plinio, Ruellio, Andrea Mathiolo, Jacobo Sylvio, Manardo, Tagautio, Brasauola, Fuchsio, pluribusque alijs qui medicam tractarunt materiam, eleganter copiosèque dicta sunt. Sed quia tyronibus hæc dictamus, qui Mesuei simplicia à Doctoribus intelligere consueuerunt, ne eius authoris perplexitate vici, nil aut non perciperent, aut non retinere memoriam possent, post eius explicationem, breuissimè quantum licuit, quantumque sufficiat plura verbo interlegendum audita paucis scriptis in memoriam reuocare, simplicium tantum electionem, & communem præparationem describere ratio fuit, quæ duo præ manibus semper Pharmacopœus habere debet, præcipue vero deleatum: quem ut facilius memoriam tenereh̄t, præstantissimi cuiusque medicamenti notas disticho uno complexus sum, aut duobus, ubi uno capi non potuerunt: ex eius optimi collatione, minus bona facilè intellexent, & ex probatissimorum authorum lectione, ad quos Pharmacopeo semper recurrentum est, petendâque ab his historia cuiusque medicamenti, & alia quæ breuitatis causâ omisimus. Facultates autem medica-

mentorum, mensurāmque aut pondus, & reliqua quæ ad Medicum spectant, merito hic subtilius, ut potius Pharmacopœo oneri futura, quam utilitati. Ergo Mesues simplicia purgantia in duas diuidit classes, in primâ, benedicta colligans medicamenta, ita vocata quia benignè evacuent, nullam corpori inferendo noxiam, saltē scitu dignam: in secundâ vero, maligna, deleteria, violenta, quæ cum difficultate & noxâ laxant. Benedicta ista ille numerat, Aloem, Myrobal. Rhab. Cassiam fist. Tamarind. Maanam, serum laet. rosam, viol. Absinth. stœcha. Fumar. Eupator. Epithy. Thym. Hyssop. prun. psylli. Adianth. Asar. iusgall. volubil. Maligna vero hæc, Seammoni. Turbith. Agarie. Colocynth. Polypod. scillam, Hermodact. Iridem, Cucumer. agr. centaur. Cnicum, Balan. myrep. lapid. Armen. lapid. Cyan. senn. salem, Nitrum, sarcocol, sagapen. Euphorb. Opopon. Thymel. Esulam, Dracun. Brioni. Cyclami. Aristoloc. Ricin. Genist. seu Spart. Ellebor. Quæ omnia nos eodem persequemur ordine.

DE ALOE.

C A P. IV.

ALOE herba passim iam apud nos visitur in domorum atrij, porticubus, fenestris, viridarijs, fictilibus nutrita vasis spectanda magnitudine, sed nullius usus. Eius succus, qui etiam aloë vocatur, ex Tripoli Syria & Alexandriâ Ægypti à Massiliensibus mercatoribus ad nos afferatur, quo ab Indiâ delatam aiunt aut per sinum Persicum, aut per mare rubrum. Optimam habemus, & caballinam aliam deteriorem.

E L E C T I O.

Indica, rufa, nitens, redolens, bene amaraque, pinguis.

* *Rara, friata, humens sit citò, pura, Aloë.*

* *Bensam
dicit. A eti.*

P R A E P A R A T I O.

Eius p̄paratio communis est ablutio, quæ sic fit. Tritam in aquam vulgarem immergunt, agitant rudiculâ, sinunt residere, ubi refedit, aquam panneâ ligulâ eliciunt, projiciuntque; quamvis Sylvius hanc laudet, sedimen vero improbat. Quod & Monachi faciunt Cens. in Mes. dist. 10. Cens. 277. A quibus verum Aloës abluenda modum pete-

DE MYROBALANIS.

MYROBALANI Arabum inuentum sunt, Græcis antiquioribus incogniti, & à Balano myropsichi id est glande vnguentaria diuersi. In prunorum aut pomorum genere censemur. Quinque eorum species habemus Arabum notis non repugnantes, & qui à varijs arboribus produci credantur. Penitus autem arborum faciem ignoramus. Ad feruntur Massiliam conditi, & sine condituru.

ELECTIO.

*Myrobalanorum species sunt quinque, Kebula,
Citrina, Inda, nigra, aut Emblica Bellerica.*

KEBULA.

Magna Kebula sient, grauia, & nigrorufa, nimisque Carnosa, obdensa cortice, & ista proba.

CITRINA.

*Ex flavo vireant, grauia, & cute crassa, pusillo
Citrina osse, arcta, & gummi referata sient.*

INDA.

*Inda carent nucleo, nigra, magna, & carne coatta.
Sint, grauia, hec capta, cetera amice fuge.*

EMBLICA.

*Emblica magna lege, & nimium carnosæ, pusillæ
Offibus, atque grani pondere, densa nimis.*

BELLERICA.

*Bellerica ingenti spectentur corpore, crassa,
Nec lensa, & denso cortice amicta satiss.*

PRÆPARATIO.

Hæc nullam habent communem præparationem, nec in Officinis præparata seruantur, sed extempore pro Medicis præscripto præparantur.

DE RHABARBARO.

C A P . V I .

RHABARBAR. Arabum etiam inuentum , à Rheo pontico antiquorum Gracorum differt, vt facile innotescet eius notas conferenti. Legitimum, quale à Mesueo alijsque describitur, habemus, sed vnum tantum, quod ignoramus an sceniticum , an Barbaricum, an Turehicum sit. Mas-silientes mercatores qui quotidie in Alexandriam Ægypti adnauigant, inde ad nos asportant. Malè autem Syluius in traductione suâ , Sceniticum, verbum omisit, quod in magnis voluminibus antiquis legitur, & ab alijs Arabibus & recentioribus Græcis probatur. Quod à qua regione petatur dubitant authores. Mathiol. comm. in cap. 2. lib. 3, Dioscor. putat dictum esse sceniticum, aut scenicum à Sinarum regione, vnde nunc aduehitur radix illa sudorifica dicta Schina, aut China, à loco in quo prouenit sumpto nomine, qui China vocatur. Proinde Mathiol. finicum legendum putat. At Petrus Bellonius Cenomanus obseruationum suarum lib. 2. c. 102. dicit sceniticum vocari quia à regione dueatur quæ Asamia vulgariter dicitur, quam ipse dicit esse Mesopotamiam, vbi seritur, & diligenter colitur, indeque Halepum, Comagenæ caput, camelis defertur, ita vt ibi visi sint sepe camelii duodecim solo Rhabarbaro onusti; vnde ad Tripolim Syriæ, quæ trium dierum itenere tantum ab Halepo distat, asportatur, indeque ad nos..

E L E C T I O .

*India det rarum, graue, rufum, tingat amaro
Labra croco Rhabar, cui sit oddaque bonus.*

P R A E P A R A T I O .

Hoc communiter præparatum non habetur: benignum enim adeo medicamentum est, vt nulla egeat præparatione, quo frequentius quam illo alio utimur, ita vt vix illa sine illo fiat purgatio, aut deiectoria potio.

DE CASSIA FISTVLA.

C A P . V I I .

ARABES etiam Cassiam fistulam purgaticem nobis adiuuenere: antiqui enim Græci hanc non nouerūt. Quam verò ipsi Cassiam vocant, alia est Cinnamomo affinis. De qua vide Dioscor. & alios. Hæc autem Arabum Cassia fistula vocata, aut siliqua Ægyptia recentioribus quibus-

dam, & pro arbore, & pro siliquis quas illa fert, & pro medullâ quæ immo
continetur, sumitur. Arborem apud nos nusquam vidi, licet Tagantius
seri nostrâ plagâ afferat, neque siliquas saccharo conditas, quas ad Italos
deportari ait Sylvius. Siliqua verò frequens Massiliam, & inde ad nos de-
fertur.

*Malè Ma-
thiol. non
admodum
craſſameli-
git. Me ues
enim dicit,
ut sit arun-
do eius
groſſa.*

ELECTIO.

*Sit Siliqua explendens, prægrandis, fistula Pœnis
Cassia dicta, granis, carnéque plena, recens.*

P R E P A R A T I O .

Hæc etiam nullam communem habet præparationem; sed in can-
seruatur, à quâ pro necessitate recens extrahitur, & cum saccharo in bol-
exhibitetur. Habetur tamen semper in Officinis & cum melle, & cum sac-
charo condita, ad clysmatum usum solū, saltem apud nos: Ab Itali
enim & Hispanis frequens in potionibus Catharticis sumitur.

D E T A M A R I N D I S .**C A P . VIII.**

NOVA etiam res est Tamarindus, priscis indicta. A tamari, quod
Pœnis est Dactilus, & Indus, quasi Indicus Dactilus, dictus. Hunc
licet silvestris palmæ fructum dicat Mesue, Scrapio tamen lib. De simpli-
cibus cap. 348. in Cæsareâ plurimum gigni ait, ex arbore cui folia similia
sunt salignis. Ad nos nunc cum alijs ab Alexandriâ Ægypti & Tripoli
Syriæ afferuntur, non integri, sed cōpressi, & in massam redacti, notis om-
nino respondentes. Frequens illorum nobis usus est in biliosis febribus.

ELECTIO.

*Dulcaci, pinguis, splendentes sint Tamarindi;
Subnigri, teneri, filaque mixta gerant.*

P R A E P A R A T I O .

Nullam in officinis præparationem communem habent.

M A N N A .

Manna cæli mel, à Theophras. Gal. & Actuario cognita, Pœnis du-
plex est; altera Manna dicta, qua utimur vulgo, altera Tereniabim, quam
ignoramus; liquida tamen erat mellis modo. Prima ad nos magnâ copiâ
adferunt ex Calabria, & Apulia,

ELECTIO.

ELECTIO.

Splendeat, albescat, dulcis sit, puraque, Manna,
Quam dederint saxis sydera clara recens.

Quæ sequuntur simplicia, usque ad violenta cathartica, adeo omnibus
innotescunt, parvique sunt usus ad purgandum, ut nullâ egeant expli-
catione. Quapropter sufficiet eorum notas meliores disticho exprimere,

SERVUM LACTIS.

Capra nigrans, iuvenis, nuper foeta atque decenter
Pasta, recens, sapidum, det bene oleisque serum.

ROSA.

Ex altera rubra valer, numerosaque fronde hand,
Lani: sunt alba hec cuncta, colorque suus.

VIOLA.

Martia qua primo se monstrat mense legenda
Est viola, hand Phœbo, neve soluta mari.

ABSINTHIVM.

Ponica, candentia, folioque Absinthia lani
Collige, sitque salum, frigidaque umbra procul.

STOECHAS.

Stachadem Arabs atrox dabit, aut Massilia pulchram,
Quaque recens nares mitis odore lenet.

FVM MARIA.

Sit viridis, tenera, & folio fumaria lani,
Et tenero, flos cui subuolacens est.

EUPATORIVM.

Sana lege in Veris fine Eupatoria, nostri
Notam Agrimoniam qua meritò esse pucant.

EPITHYMV.

Epithymum Cretense valet, sit odoris acuti,
Subrufum: Syrium, Cappadocumque probant.

THYMVS.

*Flore Thymum legitio vestitum, ombrâque repone,
Ante Imbris, magno laetior Imbre Thymis.*

*apud initio osbus, seorsim sibi
H Y S S O P V S.
Sit bene acutus odor, sapor atque, ingensque Cilissa
Hyssopo corpus, florâque suante lege.*

P R V N A.

*Pruna Damascus habet, modicum astringentia, magna,
Laxaque, pulchra nimis: nec mala Iberus habet.*

P S Y L L I V M.

*Psyllia dant semen magnum, graue, quodque probat.
Maturum; reliquum sit tibi amice malum.*

C A P I L L I V E N E R I S.

*Sint habitu pleno, foliisque viuentibus herbae
Nomina pulchra quibus Cypria Dina dedit.*

A S A R V M.

*Eert Asarum Pontus pulchrum, Phrygia alta secundum,
Post hunc, Illyricum nunc Medicina probat.
Esto sapore acri, modicè astringensque, incunda
Naribus huic radix, crassaque, densa quoque.*

I V S . G A L L O R V M.

*Annus Gallus rufus, pugnaxque, falaxque,
Sitque habitus medi, qui tibi iura dabis.*

V O L V B I L I S.

*Quinta volubilium Scammonia credita, prima &
Cissampelos, erunt bella repente sola.*

D E M E D I C I N I S V I O L E N T I S.

S C A M M O N I V M.

Adferunt quidem ad nos Scammonium è Tripoli Syria, & Alexandria Egypti, sed id impurum, adulteratumque, ut creditur lach-

De Prepar. Medic. & simplic. purg. Lib. II. 243

Tythymali. Plantam autem, licet Mathiolus se vidisse afferat, nobis nondum licuit perspexisse.

PRÆPARATIO.

Huius communis præparatio est, ut contrita in excavatum cytonium immitatur, & sub cineribus coquatur, donec cythonium malum perficit excoctum sit. Hæque ita cocta Diacrydion, aut Diacrydium dicuntur.

Mysia det teneram, splendensque, friabile, rarum

Scammonium, tenuis fistula quodque metit.

Sit leu, raurino glutinique simillima moles,

Vix feriat lingua, candeat inque maria.

TVRBITH.

Turbith Arabum videtur esse inuentum. Pristini enim Græci nil de memorie prodidere. Actuarius sub nomine Turpeti, aut *toupetis* eius meminit. Cuius autem plantæ radix sit, maximè ambigitur apud autores: & an verum habeamus. Mathiolus Actuarij testimonio, Alypiæ radicem turpetum album credit. Quod ex Orientali plaga Venetias adfertur. Licit impostores duas alias radices ex Gargano Apuliæ monte aduecent sub turpeti nomine, quarum tamen vnam pithyusæ radicem, aliam thapsiæ esse afferat. Nobis autem citeriorem hanc Aquitaniam incolentibus, radix quædam intus alba, extrâ cineritia adfertur, cui insident ramusculi & folia ferulæ similia, ex Pyrenæis montibus, qua proturpero utimur sic iam recepta consuetudine, nescio quam bene. Nullam habet vulgarem præparationem.

Gummosum, candens, vacnum, tenerumque, recentisque

Turbith, arundineum Phœbica turba probat.

Sit cinere intinctus cortex, lauisque: nocuum

Cui desint cuncta hac signa tibi esse puta.

AGARICVS.

Agaricum omnibus notis descripitioni respondentem marem & fœminam habemus, ex Alpibus allatum, ubi, & in Norico, & Apennino, & Tridentinis montibus Larici magna copia hæret. Præparatur vulgo cum salis gemmæ, & zingiberis portione octaua, aliæ maiori, ex oximele in trochiscos redactus.

Sarmaticus, canus, rarus, fragilisque, rotundus,

Fuminaque Agaricus, dulcis amarus erit.

COLOCYNTHIS.

Vulgaris apud nos est Colocynthis antiquorum descriptioni respondens, ab Oriente allata. Præparationem communem non habet, nisi quod minutim incidenda, subtilissime pulueranda, cernendaque densa stamine, inde mulsa maceranda, siccanda, iterumque terenda.

*Fœmina, magna, lauis, lenis, Colocynthis, & alba.
Sit, matura nimis, rara: medulla quoque.*

POLYPODIUM.

Polypodium familiare nobis est, adeoque innocens medicamen, nullo præparationis genere vulgariter corrigatur.

*Quernum, compactum, rubrum Polypodium extrah.
Herbaceumque intus delige, cumque comâ.
Nodosum, digito paruoque haud crassius esto,
Gusto ex austero dulce, recensque simul.*

S C Y L L A.

Licet squilla in pluribus Europæ locis visatur, Aquitani tamen pancreaticum pro ea usurpat, à Pyreneis adductum. Eius præparatio et alatio, quæ sic fit. Squillam integrum aut per talleolas dissectam maza circumline, subde cineribus, donec retorrida sit maza. Igne exime, & si tabuerit sufficienter, vtere: sin minus, aliâ inuolutam mazâ iterum coque, donec perfectè tabeat. Quomodo autem eadem siccatur; & qua arte ex ea fiat acetum, & vinum squilliticum, & trochisci squillini theriaca, dicetur in compositis.

*Sit comitata, alba, & dulcis, simul acris, amara,
Scylla, vigens cœlo & liberiore solo.*

C E N T A U R I V M.

*Centaurij magni radix sit maxima, densa,
Rubra, acris, dulcis, stiptica, sit tenera.
Flos minimi in pretio est, tenuis quem purpura tinxit:
Nec folijs virtus, sed minus apta deest.*

N I T R V M.

*Sit leue, Buniacum, crebroque foramine rarum
Nitrum, cui nivens, purpureusue color
Mordens, spumosa, aut glebosa, levissima, nitri
Spuma, friari apta, est optima, purpurea &c.*

HERMODACTILVS.

Extrà albùsque intus, scylla Hermodactilus, harenos,
Sphericum, & crassus, durum eritque probus.

I R I S.

Ilyricam, magnam, duram, densam, Irim, & odoram,
Rufam, acrem, & nodo sume frequente, granem.

ELATERIUM.

Lene, leue, incanum, nimirumque Elaterium amarum
Landa, igni admotum quod cita flamma rapit.

CARTAMVS.

Magnum, album, planum, plenum, pinguisque medulla
Sit Cnici semen, prætenuique libro.

GLANS VNGVENTARIA.

Magna sit, & laui glans vnguentaria, cano,
Prætenuique libro, quem sinat ire citò.
Candida cui, lenis, pinguisque medulla sit intus;
Siquerecens, Petream Plinius ipse probat.

Petra ho-
die credi-
tur esse Me-
quas.

ARMENVS LAPIS.

Casiu in viridi, lauis, vacuusque lapillis
Sit lapis Armenus, quem leuitérque fries.

CYANVS LAPIS.

Ceruleus nimium, punctisque intersitus aureis
Sit Cyanos, purus, nec fragilisque citò.

S E N N A.

Nigret ex viridi, substringat, amaret, ample
Follicum sennæ semine sitque tumens.
Sed viridi folio laudatur Senna: recensque
Delige utrumque, vetus nilue parumque valeat.

S A L.

Candidus, equalis, densus, lucidusque legatur
Sal, sordem haud mixtam, saxaque nulla gerati.

*Ammoniacus erit longa gleba, haudque nitenti,
Scissura recta, ut scissile alumen, hiet.*

SARCOCOLA.

*Pallida, amara, valet, subrufa aut : candida prodest
Sarcocola minus : tempore nigra, minus.*

SAGAPENVM.

*Fuluum extræ, album intus, crassum, leue sit Sagapenum,
Galbana cui medium sylphia & inter odor.*

EVPHORBION.

*Sit lucidum, pallens, leue, fractu Euphorbion aptum;
Acer odor cui sit cuncta supérque sapor.*

OPOPANAX.

*Subrufus, candensque intus, crocusque Opopanax
Exterius, lauis, pinguis, amarus erit,
Liquescatque citò lympha, facilisque frietur,
Sicque suo instructus, quamvis odore grani.*

Q V I D?



.I.A.2



FRANCISCI SANCHEZ,
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA
Professoris Regij.

PHARMACOPOEIA.
DE COMPOSITIONE
MEDICAMENTORVM,
LIBER TERTIVS.

QVID IN HOC LIBRO
agetur.

C A P. I.

PE R A C T I S duabus primis, facilioribus, simplicioribusque Pharmacopœia partibus, Electione scilicet, & Præparatione, supereft nunc vt ultimam, difficiliorem, magisque compositam aggrediamur, quæque durarum primarum est tanquam terminus, & totius Pharmacopœia ultimus scopus. Hæc est Compositio. De qua priusquam aliquid edisseramus, paucula quædam prælibasse oportet.

In cuiuslibet medicamenti Compositione duo spectantur: Theoria:

scilicet, & Praxis. Theoriam nunc voco inuentionem, primāmq[ue] ipsius compositi productionem ab intellectu certā methodo, iustis de causis, omnib[us]que sui partibus rationabiliter absolutam & institutam. Praxis autem dico executionem, operationem, complementūmque eorum que ratione inuenta sunt. Porrò has ambas olim vnu exequebatur medicus, priusquam Medicina in partes miserè discepta esset: Licet quandoque in secunda seruorum ministerio & operā vteretur leuioribus in rebus, & cùm terendum, coquendū, cribrandūmque, aut simile quid agendum esset; cui tamen operi præfens semper medicus aderat, vt id pro voto dirigeret. Constat id verum esse, ex lib. Gal. de Antidot. de Theriac. de Compos. ph. general. & Topicorum. Postquam autem medicorum oscitantia, ne arrogantiam addam, ægrorum multitudine, & luxuries, medicamentorūmque copia, & vafietas increuēre, medicus primam componendorum medicamentorum partem, quæ ab eo solum qui optimè Philosophiam teneat, & medica præcepta calleat, adimpleri potest, sibi seruauit. Secundam verò Pharmacopœo delegauit. Post Galenum verò primam partem omnes medici authores profequiti sunt, vt Aetius, Paulus Aegin. Trianian. Actuari. Nicolai Myrep. Alexandrinus, & Prepositus, & Arabicae familiæ omnes, inter quos Mesue filius Ioannes primas tenet, & denique Neoterici quotquot de medicina aliquid exactè scripserunt. Inter hos autem Iacobus Sylvius medicus peritissimus succinatè, perspicueque admodum libro vno, quem Methodum medicamenta componendi incrispsit, quæcumque à Galeno, Mesue, & alijs, circa primam partem medicamentorum componendorum dicta sunt, perstrinxit. Alio autem, cui titulum indidit, Pharmacopœia seu de Medicamentorum simplicium dilectu, præparationibus, mixtionis modo, omnia quæ praxi medicamentorum componendorum necessaria sunt, absolvit optimè. Plurima itidem in suo Mesue ad utramque partem facientia, vtilia inuenies. Quemadmodum etiam & in examinib[us] Musæ Brasavoli, quamuis prolixius. Ergo quando duæ hæ partes adeo distinctæ sunt, vt vna in speculatione, alia in opere sita sit: vna ad medicum solum, alia ad solum Pharmacopœum spectet: vna non nisi à doctissimo peritissimóque viro adimpleri possit, alia etiam à quocumque literarum omnium ignaro, modò tamen ingenio & memoriâ non destituatur: quando denique temporis tractu in diuisa iam sunt, vt vna sine alia sit quamuis vna ab alia dependeat; ideo nos meritò Medico parte suâ derelictâ, eam solum quæ Pharmacopœa dicata est, hic absoluemus: quomodo scilicet hic ea quæ Medicus ratione præscriperit, optimè opere exequatur: frustrè enim Pharmaciæ tyrones altioribus quæ pro ingenij viribus, quæque artem suam nullo modo tangunt confunderemus, tempusque descendis proprijs artis præceptis in negotijs subreptum, in alienis male tereremus. Quod si eorum quæ Medicum respiciunt aliquid addiderimus, id fit connexionis ratione, clarioris doctrinæ gratiâ, & quia plurima sunt quæ ex consuetudine à medico non exprimuntur, sed Pharmacopœi experti arbitrio reliquuntur, quæ ipse

ipse propterea scire tenetur, vt cū syrūpūm præscribens medicus dicit, fiat coctio in sufficienti aqua, & cū saccharo Q. S. fiat syr. & cū suff. cera fiat enguentum, & cum melle Q. S. fiat opiaata, & similibus. Et quia Pharmacopœus ægo assidet vt plurimūm vt medicamenta à Medico præscripta si administret, in quibus administrandis plurimæ ex medicina petuntur cautions, quas optimum est scire Pharmacopœum, & vt debitè omnia exerceat, & citra vituperiū, & vt si quādo contingat Medicum oscitantem aliquid imperare quod ægo malo verti possit, aut quia pluribus occupatis negotijs non aduertit quid præscribat; aut quia recens ab studijs, víxque forsan salutatē Medicinā, ad ægros conuolat, tunc Pharmacopœus eruditus, & in artis operibus diu exercitatus, eum lapsus seorsum moneat; præcipue verò vbi illa quæ medicus præscribit in talem formam misceri non possint qualem ille expedit, aut eo modo adhiberi quo ipse vult: quod s̄pe contingit ijs qui in methodo hac componendi medicamenta minus versati sunt.

*QVID COMPOSITIO, ET QVO-
tplex, & quæ eius causa.*

C A P. II.

PRISTINI illi Medicinæ cultores Græci, inter quos primum honorem merentur Hypp. & Gal. vel quia simplex antiquitas quocumque primo oblato simplici remedio contenta erat; vel quia simplici vtens cibo simplicioribus etiam prehændebar morbis; vel quia nondum tanta Medicæ arti facta erat farraginis medicamentorum accessio, nec tot simplicia experientia aperuerat: vel quia prædicti illi viri optima methodo vtentes idem simplici uno medicamento assequebantur, quod nos pluribus mixtis: vel quia bonâ victus ratione, inediisque sensim morbos expugnare sine naturæ detimento malebant, quām affatim medicamentis naturæ inimicis hanc comminuere et si morbum tollerent: præcipue quia tunc obedientissimi erant ægroti: ob has inquā causas, antiqui illi medici paucissimis vtebantur compositis medicamētis, & ijs quidem leuioribus, familiaribus, facilis strūcture, & quæ additis aliquibus simplicibus, aut detractis, aut mutatis aliter atque aliter pro præsentis rei exigentia varijs inserviebant affectibus. Id patet legenti Hip. & Galeni opera. Quod & ipsum hodierno die etiam in Græcia, totaque Turcharū ditione obseruatur. Deinceps verò ob contrarias causas humana ambitio, curiositas, molitiæque non primis, nec simplicibus contenta, tot excogitauit mixtionum in medicamentis genera, vt eduliorum generibus ferè respondeant, víxque sufficiat vnius hominis vita tot conficiendis, amplèque domus apothœce multæ & promptuaria tot condendis confectionibus. Huic verò

rei maximum incrementum dedere Arabes , superfuitatis nostræ p̄cō-
pui authores : quibus quidem compositorum ferè omnium , quæ in offi-
cinis habentur , inuentio accepta referti debet , vt interim plurimorum
simplicium facultates mortalium generi valde vtiles ab eis cognitas , no-
b̄isque monstratas præteram . Nec his quantumcumque superfluis ad-
huc contenta humana curiositas , eò vesaniae impulit ætatis nostra pseudo
medicos quosdam , vt quasi naturam auditatis aut ignorantiae damnantes ,
ultra eius captum , mille mixtionum generibus ignium vi nouas rerum
species producere tentent , rerūmque animas & essentias , facultatēque
(tanta est horum stupiditas) à propria materia euellere se iactent . Quod
miseri in se solis experiuntur , dum ignium vi animam expirent ob adul-
terata numismata , qui est Diuinæ artis eorum Methamorphosæ finis .
Hæ causæ sunt multarum compositionum . Cuiuscumque autem com-
positionis causæ communes sunt , morbi natura , magnitudo , & tempus ,
ægri & partis affectæ substantia & sensus , huiusque situs & figura , affec-
tuum complicatio diuersorum , seu etiam contrariorum ; in eadem vel
pluribus partibus : locus , aër , simplicium defectus , aut qualitatum in eis
optatarum ; aut non optatarum præsentia . Multæ etiam compositions
ad simplicium conseruationem fiunt vt syrapi , & conseruæ .

Iam verò Compositionis dictio bifariam sumitur : & pro inuentione
& actu permiscendorum medicamentorum : & pro mixto quod talia ad
prodit . Sed hoc propriùs compositū dicitur medicamentum . Compositio
autem propriè nihil aliud est quam diuersorum simplicium methodo &
ratione in unum facta mixtio . Cuius quidem tot fiunt differentiæ quo
remediorum quæ ab ea petuntur . Quæ autem compositione resultant
medicamenta variè partiuntur . Ab effectu , alia contra venena , alia ad-
uersus alios morbos ; alia ad sanitatem tuendam , alia ad pulchritudinem ;
alia vniuersalia , alia particularia ; alia alterantia , alia purgantia dicuntur .
A consistentia , alia liquida , alia solida & dura , alia media sunt cras . A
simplicium copia , alia simplicia , alia composita nominantur , vt cap . 2 . lib .
1 . diximus . A tempore , alia ferè singulis annis reiteranda fiunt , alia plures
durant annos ; alia item semper in officina parata habentur , alia non nisi
ex tempore fiunt . A partibus quibus adhibentur , alia Cephalica , Ocularia ,
Cardiaca , Hepatica , Splenitica , Nephritica , Stomachica , Thoracica . Ab
vtendi denique modo , alia intùs sumuntur , alia extrà adhibentur . Atque
hæ vniuersales sunt differentiæ , sub quibus composita omnia medica-
menta continentur . Quæ sequuntur autem magis particulares , vt que
non omnibus ex æquo conueniant , sed quibusdam potius nominis ca-
sint ; vt ab effectu , Lithontripon , Læticans . Ab authore , vt Mithridatum ,
Philonum . Ab excellentia , vt Benedicta , emplastrum Diuinum , va-
guentum Regium , & Basilicon . A colore , vt Trocis . Alb . Rhaf . va-
guentum album citrinum . Ab odore vt thymiana , suffitus , Pillulae feti-
dæ . A sapore , vt Hyera picra , Diamosch . dulce . A numero simplicium
ingredientiū , vt emplastrum Triaphar . Ther . Diateffar . pilulae de s . & de l .

reb. A basi, aut præcipuo simplici, vt Diairis, Diaphœnic. Oxicroce. A loco vbi aut optima sunt, aut magis in vsu sunt, vt oleum Sictioneum, Tripher. Pers. A figura, vt Pilulæ, Tabellæ, Trochis. Ab vsu, vt gargarisima, masticatoria. A parte, vt dentifricia, vnguentum pectorale, emplastrum pro stomacho, & pro matrice. A modo conficiendi, vt nutritum. A similitudine, vt poma odorata, aues cipriæ. His autem omniibus dimissis, quia particularia sunt, vt conficiendi omnia medicamenta quæ hodie in vsu sunt medico, siue parata semper in officinissint, siue ex tempore fiant methodū doceamus, in duo summa membra omnia redigemus. Quæcumque enim humanæ saluti instituuntur medicamenta, aut per apertos meatus intus in corpus assumuntur, aut exterius adhibentur. Rursus horum quodlibet sic subdiuidendum. Quæ intus assumuntur, aut per os, aut per nares, aut per oculos, aut per aures, aut per pudenda viri, aut fœminæ, aut per anum recipiuntur. Nec enim patentes sunt alij ductus per quos in interna aliiquid mittatur. Per os sumuntur aquæ destillatitiae, vina, aut acetæ medicata, iura tortiua, instaurantia, infusa, mulstiones, vomitoria, gargarisimata, apozemata, julepi, syrupi, Rob, potiones catharticae, & cardiacæ, clegmata, mella, opiatæ, conseruæ, boli, pulueres, condita, pilulæ, trochisci, electaria tabellata, pandaleon, martij panes, morfelli, pignolatum, masticatoria, dentifricia. Per nares errhina, sternutatoria. Per oculos, collyria. Per aures, auricularia clysmata. Per viri pudenda, medicatæ candæ. Per vteri collum, Pessus. Per anum, clyster, nodulus, balanus. Quæ verò exterius admouentur, sunt, suffumigia, hypocausta, balnea, semicupia, infessus, lotiones, humida fomenta, imbrocæ, epithemata, olea, linimenta, vnguenta, pultes, cataplasmata, dropaces, sinapisni, psilotra, phœnigmæ, cerata, emplastra, sapo, poma odorata, sacculi, frontalia, semicucufa & cucufa. Porro quamvis omnia medicamenta in ea quæ intus sumuntur, & ea quæ extra adhibentur, diuiserimus; tamen multa ex primorum genere etiam exterius admouentur, vt aquæ, vina, pulueres, opiatæ, conseruæ: multa etiam ex vltimis intrò sumuntur, vt olea, & vnguenta in oris ulceribus, & ani, cerata, emplastra, suffitus. A communiori tamen vtendi modo, hæc intus, hæc foris admoueri diximus. Eaq; omnia in singulis generibus ita dispozimus, vt cōsistenter rationem habentes à liquidissimis per gradus ad solidissima peruererimus, quem in eis expoundis seruabimus ordinem, ab ijs quæ per os sumuntur tanquam contemplatione dignioribus, exordientes; quia morbos omnium præcipue, præcipuoque expugnant, quia ad partes corporis principes ex omnibus maximè perueniunt, & quia solum os ex omnibus patentibus corporis meatibus à natura institutum sit ad aliiquid semper intus hauriendum, quemadmodum contrà omnes alij, ad extræ mittendum, vno excepto matris collo, quod quamvis ad vnicum admittendum semen conducat, tamen magis ad emitte dam vrinam, menstruum sanguinem, fœtum, molam, secundinamque factum videtur, cum plurimæ sint quæ nunquam genitum admiscent, quibus tamen ad miscionem & menstrui fluxum necesse

sarium erat vteri collum. Sed hæc proposito exidunt. Proinde ad medicamenta nostra accedentes , hoc vnum prius monebimus Pharmacæ tyrones , miscendorum componendorumque medicamentorum praxim, quam nos h̄ic docemus, non tam à præceptis istis petendam esse, quā à longo vsu, experientiaque: proindeque curandum illis est, vt quæ nos hic verbis exprimere conamur, ipsi sub peritis magistris inspectione primum assidua, deinde etiam manu adhibita opere compleant, sæpius iterata labore: sic enim perfecti fient Pharmacopei.

*DE AQUIS DESTILLATIIS,
vinis, & acetis medicatis.*

CAP. III.

DESTILLATIO est extractio humidi ab aliquo corpore v̄ caloris facta. Hanc vix nouere antiqui medici. Arabes autem eam in medicinam introduxere, qui aquas præcipue & olea quædam eius vi educta in medicamenta trahebant. Neoterici autem adeo hanc deinceps excluerunt, vt tyrannidem in medicinam, antiquaque eius instrumenta exerceat; regno autio omnino expulfura, ni fata obsistant. Infiniti sunt destillationis modi, quos ab ijs qui in ea totam collocarunt operam petere oportet. Nos hoc vnum monebimus, eam quæ in duplice vase (Mariz balneum vocant) exercetur, medicamenti quod destillatur, vires genuinamque facultatem minùs difflare, siue illa fiat immisso vase, quod corpus destillandum complectitur, in bullientem lebetis aquam, siue eidem aquæ feruenti suspensum immineat, (qui optimus est destillandi modus) vaporisque ab aqua sublati vi humor eliciatur. Probantur in omni destillatione figurina aut vitrea vase tam continentia, quām capitella, & recipientia, quia omnis exteræ qualitatis expertia sunt. Improbantur metallica omnia, ob contrariam causam. Ignis in omnibus expetitus temperatus, & à siccissimis lignis, & omni expertibus fumo: aut à carbonibus ignitis antequām lebeti subjiciantur, aut continentia vase, excitatus, (quod in omni coctione, quæ in officinis fit, exequendum puta.) Dumnatur contrà immodicū & fumosus. Atque hæc obiter de destillatione dicta sufficiant. Destillatitijs aquis utimur hodie in cardiacis potionibus, instaurantibus, collyrijs, epithematis, gargarismatis, fotibus, lotionibus & julepis ad præparandos humores præscriptis, vt infra videbis. Sed v̄us hic juleporum ferè in Gallia exoleuit (quamuis in Hispania, & Italia nō frequentius sit) apozematū interuentu. Proinde extillatitijs aquis instrutum Pharmacopœum esse oportet. Quæ autem cōmuniter habentur, h̄z sunt. Calidæ, Aqua Rutæ, absinth. fum. lupuli, fœniculi, betoni, melissæ, menthæ, euphras. salti, scabio, mellis, elenij, hyssopi, saxifrag. maiora, cat-

dui benedic. Iux art. chelido. vtriusque apij, nepetae, calamenti. Frigidæ, rosarii, endi. cichor. nymphæ. solan. lactuc. caprifol. portul. viol. acetose. Astringentes, quæ etiam frigidæ sunt, myrthi, ligustræ, lentisci, peculi ros. equiseti, centinod. plantaginis. Temperatæ, buglos. & borraginis, Capillorum ven. omnium. Has omnes vitro aut vitrata testa seruare conuenit bene operta, & quanto quoque anno innouare, facile enim euanescit eam virtus, quia in subtili sedet materia. Quia tamen ut plurimum empiteum sapiunt de stillata aquæ, recentes soli exponenda sunt per aliquot dies, dum folis calore expiret vestio. Atque haec de aquis destillatijs.

Porrò pristini medici pluribus vinorum, ac torumque medicatorum generibus utabantur, quæ sèpius ex decoctione & infusione rerum medicatarum siebant, ut videre est apud Diosc. lib. 5. Nunc verò horum usus omnino exoleuit, ita ut solum absynthites vinum, aromaticumque aliud, Hippocraticum vocant Galli, pro omnibus vini generibus medicati, supersint; vnicumque Scyllinum acetum, & oximel simplex & Scylliticum pro omnibus acetis. Porrò absynthites vinum non in officinis paratum seruatur, sed ad usum à quibuscumque paratur, immersis absynthij pontici (Romanum vocavit Mesues, & sic nunc commune nostrum vocant Pharmacopei, quod Ponticum esse falsò creditur) teneribus cymis vino albo, solique per triginta dies exposito; nec certa est absynthij aut vini quantitas, sed si limitare hanc velis, singulis vini libris absynthij drammam adiunge. Si verò minus medicatum velis efficiere vinum, sed suauius, absynthium linteo panno inuolue, & parum absynthij multo vino infunde. Vbi contrà non tantam saporis curam habes, absynthium plurimum vino pauco misce, ut tantum cooperiat soluta herba. Si infusionem expectare non vis, coque ad tertias. Colandum est, quomodocumque pares, & sic utendum. Aromatites etiam variè apparatur ex tempore. Non enim seruatur in myropolijs. Simplissimum hoc est, similiusque suauius. *Libris singulis vini gilii,* (raro enim ex albo fit, propter cinnamonum) antiqui, optimi, sacchari 3. iiij. & cinnamoni 3. ij. infundunt, deinde filtro aut licio panno (manicam Hippocratis vocant) totes colant, donec omnino pellucidum sit. Alij addunt caryophyllos, alypiper, alijs etiam zingiber.

Acetum scyllinum olim tam laudatum remedium, hodie à paucis fit. Sic autem fieri debet. *Scillam cortice & corde reiecto in laminas ligneo cultello scinde, filo transue longis internalis ne se tangant, timor enim est ne purerescat si non undique aere perfleantur: sicca in umbra diebus quadraginta. Inde libra uni talleolarum superinfunde aceti optimi lib. viij. conde vitru vase optimè obturato. Insula ad Caniculam per quadragesima dies. Colla post expressam scillam, & utere.* Hæc est Mesuæ descriptio quam sequuntur Pharmacopei, quæque à Dioscoridis lib. 5. & Gal. lib. 3. de facile parab. (si liber ille Galeni est) præscriptionibus parum differt. Prohibent porrò authores ferrea acie squillam scindere, ne rubiginem contrahat. Oximel verò simplex (quod sic dicitur ad differentiam scillini) La-

4 sanit.
tus.

tinis acetum mulsum, Arabibus secaniabin, sic fieri debet secundum Gal. & Mefuem.

Q. Aceti albi optimi partem unam, mellis partes duas, aqua quadruplum. Coque aquam cum melle despumando donec mel omnino purum sit, tunc adde acetum & coque quousque acetum crudum non videatur. Hoc sic confectionum in officinis haberi debet. Quod si fortius velimus, facile erit tantundem aceti ei miscere, aut duplum, aut etiam triplum pro sumentis palato & morbo, & iterum coquere. Squillinum autem facies, si loco aceti simplicis acetum scillinum, quod superius descripsimus, meli cum aqua cocto adiicias eadem quantitate qua acetum purum; aut minori si magis gratum, aut maiori, si efficacius velis. Simplex autem quale illud paratum haberi suadeo. Plurimæ alia Oximelitis differentiæ à Mefue describuntur, quæ in vsu non sunt. Durat tam acetum squillinum, quam utrumque oximel, annum unum, vitrato figulino asperata: metallica enim non conueniunt, quia rubiginem illis conferunt.

DE FVRIBVS TORTIVIS, ET instaurantibus, infusionis, & emulsionibus.

C A P. IV.

Ad appetentiam fuscitandam, & vires refocillandas varia medicina cogitarunt eduliorum genera. Inter quæ sunt tortua iura dicta & instaurantia. Quibus quidem in Gallia vtiimur etiam in febribus continuis, quia ventres in ea calidissimi, & pleniori assueti cibo, non tantum inciam ferunt quantum Græci, Itali, aut Hispani, qui paucis contenti sunt cibarijs. Consuetudinis autem maximam habendam esse rationem in victu ægris præscribendo, ubique inculcant duo Medicinæ lumina. Fiunt ergo iura tortua cum æger carnes deglutire non potest, quod ferè omnibus accedit ægris. Semiasfatti cappi, aut gallinæ, aut perdicis pulpa, aut arietini, aut hoedini, aut vitulini femoris, minutim concissa prælo committitur, expresso succo additur omphacij tantillum, excoquitur modicum super prunas, (nec enim probo eos qui sic ægro exhibent, difficilis enim coctu est, plurimumque crudi & superflui habet crux ita expressus) & pane intincto, aut sine eo propinatur: aut additur tantulum moschatæ nucis, aut puluis aliquis cardiacus, si ægro arrideat. Idem carnis ijsdem perfectè coctis cum conuentientibus herbis, tusisque, & prælo subditis fit: aut apprimè ijs tritis, cretisque per linteum pannum, superinfundendo ius quod ab earum coctione prodijt. Atque iura hæc vtcumque probari possunt.

Sequntur Instaurantia minus probanda. Carnem cappi, perdicisque ossibus, pelle, adipe exemptis, minutissime dissectam, micam insuper panis, radices zedoar. Angelicæ, & similium, dictatum, citrij carnem & corticem condita, semina frigida & alia, conseruas ros, viol. buglo. bot.

rag. nymph. cardiacos pulueres , aromat. ros. diarrhod. abba. diamarg.
frig. de hyacinth. fragmenta nescio quorum cornuum , quæ cornu vni-
cornis vocant , monilia, aureas catenas, & numismata, aut aureas bracteo-
las minutim incisas , aquas denique destillatias ros. buglo. borrag. viol.
scabio. card. bened. acetosæ, & alias : hæc omnia inquam , addito quan-
doque paucō vino albo, vitro alembico aut figulino vase includunt , &
capitello superposito optimè mazæ alligato , in dupli vase distillant.
Aut operculatâ optimè ollâ & argillâ oblinita, coquere omnia sinunt ad
medias circiter , Iuréque eo vtuntur. Sed multipliciter errant. Primo
quia destillatum liquorem vix nutrire posse putamus. Secundo, conser-
væ, cardiaci pulueres, distillatitiaeque aquæ , vix calfactis carnibus, eu-
nescens. Denique monilia & numismata nil conferre possunt , nisi for-
des: bracteis autem aureis minimum fidimus. Ergo si ab inepto coga-
mur vulgu muliercularum his vti (cogunt enim ferè quia assuetæ sunt
nraij illis) sic agendum videtur. Iuuenem cappū , aut gallinam (ineptè
enim aliqui grandiora ætate hæc comendant cum nitrosa sint & probi
sue: i expertia) cum pingui arietis ceruice, aut extremo femore coque
additis herbis morbo consonis , sed non insuaibus. Horum iusculum ,
reiecto supernatante adipe , perfectissimè coctorum , conseruis tantillis
misce , & fac modicūm fervere ; inde per Hyppocratis manicam , cuius
fundo inieceris cardiacos quos volueris puluillos , transcola , & serua ad
vsum. Sumitur ex cochleari sæpe, aut in pastu. Atque hæc de Instauran-
tibus , quæ ita vocantur , quod prostratas vires instaurent : quemadmo-
dum iura tortuæ , quod torquendo , aut torculari exprimantur. Porro
ista ad victum magis spectant quam ad medicamenta.

Infusa verò , quæ & decocta dicuntur medicamenta olim erant quæ
ex coctione & infusione plurium simplicium siebant apozematis nostris
ferè respondentia , nisi quod illa sæpe ex sola infusione simplicium nunc
in aquam , nunc in serum lactis , nunc in herbarum succos , aliisque
li-
quores siebant; nunc cum saccharo, nunc absque illo ; apozemata autem
semper coctis in aqua medicamentis , & cum saccharo parantur. De qui-
bus latius infra. Infusa illa iam desiere præscribi : proinde non est quod
de illis describendis amplius solliciti sumus.

Emulsiones sive mulssiones , quia quasi mulgendo trahantur , dictæ ,
sunt ut plurimum ex seminibus frigidis maioribus , & etiam minoribus ,
papuetis, amigdalæ dulcibus , pistacijs, pineis nucleis, auellanis, pul-
pa passularum , siccum siccaram , iuubarum , diligenter purgatis , con-
tusisque affundendo liquorem aliquem , ut aquam ros. viol. decoctum
hordei , aut aliud : deinde colatis , expressis, additoque faccharo , peni-
dijs , aut syrupo aliquo fit quasi iulepus , manè aut etiam vesperi sumen-
dus , qui ut plurimum vrinæ ardori præscribitur , ad quem etiam & alios
vesicæ & penis affectus cædem mulssiones per catheterem immittuntur.
Cauendum tamen maximè ne vetustis & rancidis vtaris seminibus
aux fructibus : potius enim hæc flammam augerent quam extinguerent.

D E V O M I T O R I I S , G A R G A -
rismis, & ApoZematis.

C A P. V.

VO MITORIA vocamus potiones quæ in ventriculum ingesta, cum laxando cogunt ut quidquid intra se continet motu naturæ suæ con contrario sursum versus per cesophagum propellat. His veteres certis temporibus ad purgandum vniuersum corpus vtebantur. Quam tamen va cuationem non valde probo, vt Naturæ motui aduersam, quæ nunquam rectè operans per vomitum se exonerat, nisi multitudine coacta. Prodest insuper parum & perquām paucis, obest contrà plurimū, & permultis. Vnde non imperanda ijs quibus longum est collum, stricturn pectus, alati humeri, caput dolentibus, aut oculos, asthmaticis, aut aliter difficile respirantibus, reumate, aut vlcerosa lassitudine laborantibus, aut lipothymia, tabidis, anginosis, hypochondriū aliquod inflammatum, aut aliter affectum habentibus, pinguibus, vertiginosis, veternosis, epilepticis, hemoptoicis, non assuetis vomere, vtero gerentibus, ictericis symptomatis, ventriculi debilitati, cruditatibusque obnoxijis: denique nunquam ad totum vacuandum corpus, raro verò & cum præmeditatione ad deplendum ventriculum præscribenda. Nouimus enim quosdam qui singulis auroris vomentes etiam ipso Naturæ motu superfluam pituitam sic depontentis, sine vomitorio, tandem hemoptoici facti ante maturitatē obierunt. Fiant hæc aut leuia aut fortia pro necessitate. Leuia fiant ex aqua tepida, aut oleo, aut vtroque, aut addito oximel. simpl. aut scylli, aut ex hydromel. aut ex vino, vbi non est febris, aut ex mulsa, aut ex aquis destillatijs additis syrups conuenientibus, aut ex decoctis radicū, seminum, aut herbarum petros. apij, aneth. rapha. origani, calamenti, hispopi, ampli. scenici. anisi, cumini, asari, ciceribus rubris, addito oleo, (quod conuenientissimum est omni vomitorio) aut butyro, aut porci, aut anatis pinguedine. Fortia verò fiant ex decocto eorumdem, & sinapi, & rad. ellebo. vtriusque, nuce metel, genista floribus, & semine, radic. cucum. asin. turpeto, agarico, semine been. Sæpe vomitoriaæ potiones astate & manè dantur ieiunis, & pastis quandoque, vbi veneni suspicio est (excipe fungos, hos enim contrà adstringentibus deorum pellere debemus) aut crapula, aut nimia grauat satietas, initiisque paroxysmorum febrium intermittentium, & vbi fluitant in ventriculo humores, quod ex nausea coniectamus. Quantitas minima est ʒ. x. aut lib. j. tepidæ. Quæ post paululam moram concusso hinc inde corpore, nisi respondeat, digitis, aut pena oleo intincta cesophagōque obstrusa prouocanda est. Alia fiant

qua

De Compositione Medicamentorum Lib. III. 457

qua ori ventriculi admota vomitum excitant, sed hæc minus efficacia sunt: alia etiam opiatæ formâ liquore dissoluuntur, & dantur, ubi materia contumax ventriculo nimis hærere creditur, sed hoc rarius fit. Cum vomitorij Gargarismata consistentiâ pugnant.

Sunt autem Gargarismata, seu Gargarismi, seu gargarizatus, medicamenta liquida quæ ad oris fauciūmque affectus, non deglutita, sed sursum hiante ore ad gargareonem deuoluta, spiritu per tracheam exente columella palatōque cum murmure illiduntur aliquandiu, indeque expununtur. Videtur autem tum gargarismus, tum gargarizo, (quod & Græcis & Latinis actus ille est quo gargarismus ore agitur) & Γαργαρισμός Græcis, Latinis Gurgulio, onomatopeicè conficta esse à sonitus similitudine, gar, gar, gar, quem liquor ore sic agitatus, edit. In plurimo fuerunt & sunt viu gargarismi; nec parati habentur, quemadmodum nec & vomitoria, sed ex tempore parantur, ex aqua, vino, aceto, melicrato, vino mulso, oxicrato, destillatitijs aquis, aut aquâ decoctionis hordei, ficiuum, passarum, liquiritiæ, herbarum quarumcumque, fructuum, & florum, additis syrups convenientibus, sapa diamor. dianuc. melle, faccharo: & in oris ulceribus, sale, nitro, myrrha, thure, & alijs pulueribus, & quandoque vnguentis, sed his raro & quibus non adsunt pernicioſa metallica, cauendōque deglutionem. Quantitas est lib. j. ij. iij. Usus quoquo tempore, modò non statim post pastum. Cauere oportet eos quibus in pectus destillationes fiunt; & quibus maximam in cerebro humorum copiam esse coniectamus, vt ferè esse solet in soporiferorum morborum, fluxionūmque initij: eos insuper qui subtili fluxu acrīque laborant; quibus item suffocationis metus incumbit: quique ex aliqua causa præpeditam habent respirationem, vt pleuritici, peripneumonici, phthisici, asthmatici, anginâ capti. Atque hæc de gargarismis.

Sequuntur Apozemata, quæ eti crassiora non sunt consistentiâ, tamen composita magis sunt. Dicta autem sunt à verbo, Græco ἀποζέω, composto ab ἀπό quod est, ab, & ζέω, quod est ferueo, quasi ferue facta, aut decocta. Iulepos etiam vocant, & zulapia: sed de his infrà. Nec diu est quod hæc Gallis in usum venere, Hispani namque, & Itali raro ea in medicamenta vocant. Eiusdem ferè sunt rationis cum decoctis aut infusis Mesua. Instituuntur ut plurimum ad humores deiectioni parados, quamquam aliqua etiam purgent. Hic conficiendi modus. Radices, cortices, herbae, semina, fructus, flores, & simplicia cathartica, si imperentur, coquuntur secundum artem in sufficiēti aqua fontana aut fluviali, nisi liquorem alium optet medicus. Secundum artem coqui voco, ut quæ maiorem ferunt coctionem prius injiciantur; inde quæ minorem: ultimam quæ minimam. Aquæ quantitas, quia nunquam præscribitur, esse debet tripla, aut saltem dupla ad id quod colatum expetitur, ut si lib. unam collatur petat medicus, coctio fiat in libris iij. aut duabus, ad tertias, si coquenda debilia sint: aut ad medias, si mediocria, aut etiam ad duarum tertiarum assumptionem, si fortia. Alij lib. j. fortium aquæ lib. vij. dant;

debilibus lib. j. ss. medijs lib. iij. Facta colatione, clarificatur ius e modo quo in syrups dicemus, aut isto, iniectis scilicet in id ouorum aluminibus (quidam integrum ouum etiam cum ipso putamine conqualatum immittunt) totidem numero quot sunt decocto libræ, scopolisque tamdiu rotando agitantur quo usque totum spumeat: tunc saccharum & syrups, si ita præscribatur, superinjiciuntur, iterumque modicum feruefit, non tamen usque ad syrapi consistentiam: tandem si Rhab. evapatur, remoto ab igne decocto iniecitur, aut facta separatè ipsius infuso expressaque aut per se prima percolatur, pulueribusque cardiacis manica eidem aut filtro, alboue panno inspersis, colatur desuper apozema. Quod si sat clarum non sit, iterum, tertioque percolatur. Horum apozematum usus est varius. Alterantia, manè, & longè à cena etiam: purgantes non nisi manè propinuantur. Dosis est ad ȝ. vj. vulgaris, rarius maior, frequentius iij. v. Non feruantur diu, propterea in præsentem rem hant.

DE JVLEPIIS, SYRVPIS, ET ROBV.

C A P. VI.

Zulamor, vel ζουλαπον Actuario, & Symeoni vltimis Græcis medicis nil aliud est quam Iulep, seu Iulepus, seu Zulapium Mesuei. Huius autē Iulep est syrups simplex, qui ex infusione ut plurimum, aut coctione, aut succo, aut destillata aqua vnius simplicis medicamenti fit cum saccharo feruefactis ad spissiorem cōsistentiā quam syrapi solēt. Ita ut in lib. j. Iulepi non superfit nisi ȝ. ij. infusionis incoctæ: in syrupo vero ȝ. iii. (decipitur enim Sylvius in Mesueo suo sequutus Christophori Georgii de honestis in commento antidotarij Mesuæ dum dicit in lib. j. syrapi non manere nisi ȝ. ij. liquoris, in Iulepo vero ȝ. j.) Iulepus etiā cum saccharo semper fit; syrups quandoque cum melle. His zulapijs vtebantur quandoque antiqui admixtâ duplâ, triplâ, quadruplâ aquâ ad fistim sedadam ad humorum acrimoniam retundendâ, vocabantque potionēs has ῥηματα: id est præpotiones. Nunc non asseruantur in Officinis Iulepi illi: sed ex loco syrups vtimur, admixtâ duplâ aquâ exstallatiâ; vocamusque potionēs has Iulepos. Nec hoc solū, sed coctionem quamcumque lachrātam infra syrapi consistentiam feruefactam, Apozematâque nostra, Iulepi etiam nomine dignamur. Horum usū est manè, & à cena, quoquo tempore, nisi purgantes sint. Quantitas ȝ. vj. Quia autem Iulepum Mesuei syrapi speciem esse diximus, iam videndum de syrups.

Syripi dictiōvt & res ipsa ex Arabum penū erupit. Quod hinc patet, quia antiquorum Græcorum nullus verbo illo usus est, quamvis Galib. 6. medicam. localium, & Oribas. Aeti. Paul, Tralia. similes quādam syrups delinent compositiones, quas vocant πόντα, πρόπόντα, ἀντίποντα, οφέλιμα, id est potionēs, propinationes, feruefacta suauia, vitilia. Arabum autem volumina syrups scatent, quorum usum ijsdem cum reliqua

medicina nobis tradiderunt. Quod si ex recentioribus Græcis aliquis, ut Simeon Aetuanus, & Architrenius Adrianopolites & voce syrapi (quāuis non syrum, sed Scapion dicant) & re per vocem significatā vñi sint, à Pœnis tamen acceperunt: vixerunt enim post Rhæzen & Isaacum, quorum in operibus suis vtuntur testimonio. Quod si ita res habet ut doctiores dimes censem, syrups Arabum esse inuentum, frustra syrapi ethimologiam Architrenius excogitat à Græcis, dictiōibus σύρπη, quod est extraho, & οὖτις, quod est succus, quasi succus extractus à fructibus: Huic non valde dissimiliter, quemadmodum nec verius alij σύρου τετέντος, quasi trahentes succi, syrapi dictiōem exponunt: nam arguit hos, quod pauci syrapi sunt cathartici: Peiūsque illi, qui quasi Syriæ οὖτις, id est succum, dictum putat, quia primum à Syria delati sint. Peiūs adhuc qui à Sir, quod est confectio & οὖτις, quasi succus compositus, aut confectio ex succis. Nam isti præter id quod Afri nominis ethimum à Græco idiomate in cassum extrahere conantur, malè Græcis imponunt, Syr enim apud eos non significat confectionem. Sed voluerunt dicere αἵρεσις, quod est, cum: & tunc οὐρωνί dicendū erat, sed corruptione alij volunt οὐρωνός in οὐρωνί transiisse. Quātò igitur Micheas inceptiis alij, à syre, quod Gallis est, dominus, & οὖτις, Græcis succus, syrupū Dufcianū Afram dictiōem, quasi dominum succum, extrahunt? Sed de nomine hancenius. Syrapi inuenti sunt ad seruandos succos aliquos, quos, quia semper haberi non possunt, (quemadmodum nec plantæ plurimæ & earum partes ex quibus coctis syrapi fiunt) aut per se diutiū incolumes seruari, melle, aut saccharo condimus: vtque & hi & alia medicata decocta gratiori fiant palato, & parata sint ad vsum, & quasi fermentata, ut aiunt. Ex quibus elicitur syrapi definitio, scilicet esse liquidum medicamentū ex humore, infusione, coctione, aut destillatione vnius vel plurium simplicium mellita aut saccharata ad saporem & custodiam. Magna est syrupoū farago & differentia. Alij cum melle, alij cum saccharo fiunt. Alij simplices, alij composti sunt. Illi ex infusione, aut succo, aut aqua destillatio, aut decocto vnius medicamenti fiunt: isti ex plurium. Alij alterantes, alij purgantes sunt. Alij communes, qui in officiis habentur: alij Magistralis dicuntur, qui pro necessitate à peritis magistris in præsentem rem præscribuntur. Omnes autem sic fiunt. Sacchari lib. j. exempli causā, succi depurati, si ex succo fieri debeat, tantundem adjicetur aut paulo plus ut 3. xv. infusi vero aut aquæ extillatio, aut decocti lib. ij. aut saltem lib. j. ss. coquunturque lento igne. Paululum vero antequam in syrum euadat clarificatur hoc modo. Albumina, ouorum toti numero aut pauciora quo sunt coctionis libræ, seorsum cum frigida scopulis tamdiu agitantur donec totum spumescat, bullientique syrupo simul superinfunditur: alij inter coquendū ex interuallis eandem spumam particulatim inspergunt, vbi sanguinerit, spumant; rursus aliam iniiciunt, donec clarius fiat decoctum: tunc ab igne remouetur, & si species aliquas recipere debeat, adjiciuntur. Colatur calidū si crassuna sit, & è grē colabile, tepidum aut frigidū si contraria Hippocratis manicam, aut pannū clavis quatuor alligatum.

*Hermola. in
vng. susino.
Saladinus.*

Si satis clarum non sit, toties colatur donec clarescat. Inde igni iterum admotum coquitur ad iustam consistentiam. Coctus autem syrups est, cum è spatula in eum immersa cadens continuo filo ducitur aut sursum retrahitur; aut cum eius gutta marmori, aut vngui superposita non diffunditur, tangenti digito agglutinatur, in filaque longa abit. Atque hic cōmuni parandi modus. Alij si ex succo fieri debeat syrpus, saccharum æquâ aquâ solutum coquunt, clarificant, colant, iterū coquunt ad solidi elētuarij consistentiam, cui succum crudum, colatum tamen ante per spumam quæ à saccharo in manica mansit, injiciunt æquo pondere, rudi-
culaque agitant, donec perfectè misceatur. Vbi verò ex coctione simpli-
cium syrpus parandus est, radicum, seminūmque lib. j. aquæ lib. iii.
herbarum verò siccarum manipulis duobus aquæ lib. j. viridium verò lib. sr. adiiciunt, coquunt quo usque simplicia insipida facta sint, in rea
pelui, modo non acetatus syrpus sit, nam hic terreo coquendus vitrato:
transuasant, sinunt macerare, calefaciunt iterum, colant, exprimuntque,
denuo recoquunt, addūntque tūc nodulo ligata si quæ glutinosa & muc-
cosa syrump intrent, saccharūmque & seorum soluta, aut infusa, clari-
ficant ut suprà, colant, coquuntque ad iustam syrpi cōsistentiam. Si pe-
nidias recipiat syrpus parua quantitate, nil minus sacchari inmittēdū,
sin magna tantudem minuendum. Æstate magis coquendi syrpi sunt
quàm hyeme: & qui saccharo fiunt, quàm qui melle. Si velis ut non lapi-
descant (candiri vocant Pharmacopœi) saccharo tantillum mellis adi-
si ut non canescant, coque diutiūs, aut fermenta ad solem. Conde vitro,
aut vitratis figulinis. Innoua singulis annis, non enim plus durant. At-
que hæc in vniuersum de syrups dicta sint: priuatas enim cuiusque des-
criptiones ex authoribus petere licet. Utimur porro syrups ut plurimum
in Iulepis, ut superiūs diximus: aliquando per se ex cocleari in morbis
thoracis, aut cum alijs medicamentis in formam elegmatis ex baculo li-
quititiæ: aut cum aqua in siti. Quia verò Rob seu Robub simile quid est
syrupo, iam de eo.

Rob & Robub simpliciter vocant Arabes, quod Latini Sapam, Mell-
cium, & Defrutum: Hispani, *Arrope*; Lusitani, *Arrobe*, modice cor-
rupta Afrorum dictione: Galli, *Vin cuit*. Est autem id, mustum ad di-
nidias, aut tertias coctum. De quo non hic agimus. Idem autem Pan
Rob seu Robub à similitudine sapæ vocant succum quemcumque à fru-
ctibus expressum, purificatum, & igne aut sole coctum ad mellis crassi-
tiem. Quem eundem vocant Miuam. Sed utrique dictioni addunt nomē
fructus à quo succus educitur ut Rob de ribes, Rob & Miua cytoniorum
& similiter. Fiebant autem hi apud Arabes, ut syrapi, ad succorum con-
seruationem. Sed differunt à syrups, quod hi cum saccharo, aut melle co-
quantur; Rob verò absque illis. Nunc his non utimur, sed eorum co-
syrupos asseruamus, aut succos depuratos vitreis vasis, superinfuso oleo,
sine cocta custodimus. Male autem Rob inter composita numerant, si
rationem compositi medicamenti à nobis superiūs assignatam, aduertas.

Quod si alicui succo saccharum vel mel addas cum commentatore Mef-
uz, iam non Rob, sed aut syrupus, aut Eclegma erit.

DE POTIONIBVS CATHARTICIS,
& Cardiacis.

C A P. VII.

PO TIO Cathartica est liquidum medicamentum, ex purgantibus confectum, ad ventrem soluendum, ore haustum. Fiunt autem hæ aut ex infusione expressionēque purgantium simplicium, vt Rhabarbari, aut decoctione eorumdem, vt pollypodij; aut ex vtrisque simul, additis alterantibus, vt buglos, rosis, hordeo, & similibus. Miscentur saepè vtrisque syrapi, opiatæ laxantes, trochisci, electaria tabellata. Alias hæc iuscuso, aut vino soluuntur & exhibentur, aut extillatitiâ aquâ. Saepè solum Rhab. pulucratum ex iure hauritur. Quia autem frequenter Medicus præscriptâ purgantium simplicium aut compositorum quantitate addit, cum decocto communi Medicinæ, aut, cum decoctione fructuum & florum, aut, cum decocto pectorali fiat potio, describenda hæc sunt. Decoctionis communis medicinæ & decoctionis fructuum & florum eadem est, sed variè à varijs describitur, quia incerto authore vagatur. Sic tamen parandam censeo.

2. Borrag. buglos. & ciclor. An. M. j. prunorum & zizipharam An. 3. l. passularum, hordei, & liquir. mundatorum An. 3. ij. rosarum, viol. & florum borrag. An. P. j. fiat coctio in suff. aqua ad tertias.

Pectoralis vero, quia & ipsa incerta est, sic fiat.

2. Hyssopi, capill. ven. & borrag. An. M. j. passul. mund. & liquir. raf. An. 3. l. prunorum, sebesten., & Iuiubarum An. Paria ij. hord. mund. florum buglos. & viol. An. P. j. fiat coctio ut supra.

Quantitas potionis catharticæ varia est, pro sumētis varietate, cōmunis tamē est 3. vij. pro adultis, pro pueris vero, iiij. aut iiiij. Omnes dātur manē, in aurora, ieiuno stomacho; tepidæque offerendæ, in opaco vase, ne color erastriæque ægrotum terreat. Post eam haustam, si vomitus reiectionem minetur, frigida faciei affatim inspergatur, hoc enim præsentaneum est instanti vomiti remedium, admoueatürque ingens cucurbitula cum multa flamma stomacho. Si non nimis vrgeat vomitus, abluatur os frigidæ, & gargarizetur, mordeat auratum malum, aut limonem, aut pirum, aut auferetur pomum, aut cydonium, aut granatum, aut linteum acerrimo acetō imbutum, quod & naribus admoueat, aut tabellam vnam sacchari rosati, aut Diarrhœd. Abba. voret, vt communiter fit: denique quod magis placuerit ægro id agat, modò non quid magni momenti deglutiat. Inde stomacho linteæ calida duplicita applicet, quiescat, recumbat in dorsum elato capite & thorace, abstineat à cibo & potu per horas tres, & somno, nisi anteactâ nocte peruigil extiterit: tunc enim licet per horæ

dimidium aut paulò plus superdormire; deinde vigilandum. Vbi incepit venter ire, si velit surgere, potest optimè indutus, sensimque deambulare. Tribus horis ab haustu potionis, sumat ius quod lavatorium vocant, non id quidem sine sale, ut quidam volunt, sed modicè falsum, ex pullo, aut gallina semicocta: à quo post horam prandere potest, et si adhuc aliud moueat. Nec enim probandi illi sunt qui ægros fame cruciant donec consistat purgatio. A prandio si quidem adhuc eat venter, caendum à somno, si minus potest dormiri modicum. Aduertat autem necesse est Pharmacopœus antequam Pharmacum det, num sudet æger aut plura num sudauerit ab eo tempore quo eum Medicus inuiserit, aut novo aliquo grauique symptomate prematur, aut sanguinalis fluxum per nares, aut anum, aut yterum, aut ventris fluorem patiatur, aut extremæ debilis sit, aut in vietu maximum commiserit erratum, aut mutatus sit morbus: tunc enim non exhibendum medicamentum, sed consulendus Medicus. Proinde etiam caueat ne in medicamentorum multitudine, unum pro alio prebeat, ut quidam fecit, qui deectorum Pharmacum primamente vxorem ducenti dedit, quod parauerat febrenti, huic vero venerum propinuauit poculum, quod illi dicatum erat. Atque hæc de Cathartica aut medicata potionē fatis. Iam de Cardiacis.

Cardiaca seu cordialis potio est liquidum medicamentum quod ad cor roborandum propinatur. Fit hæc ex aquis destillatis, vino, decoctione cardiacorum simplicium, quolibet per se, aut simul mixtis, quibus adduntur syrapi, confectiones, pulueres cardiaci. Quantitas eadem est que medicata potionis. Ferè liquoris 3. iiij. adduntur syrapi 3. j. autij. electarij puluerati, aut confectionis, ut Dialchernes, de Hyacint. 3. j. xxij. Quacumque hora potest exhiberi & quolibet morbo, cuicunque atati, & sexui. Vtraque autem potio, tam purgatoria quam cardiaca ex tempore fit, nec ultra diem unum aut alterum incorrupta manet; nec tamdiu nisi loco frigido reponatur.

DE ECCL EG MATIS, MELLIBUS, & Opiatis.

C A P. VIII.

PRIMO consistentia potionibus sunt Ecclegmata, sed modicum crassiora. Est autem Eclegma, seu Elegma, seu Eclegum Græci, id est à lingēdo sic dictum, Linctus, Delinctus, Lincturiū, Illinctus, Eligma, Delingibile Latinis, Looch, Loch, Lohoch, Lococh, Lohoth, Lohuc Arabibus, Medicamentū forma paulò crassiori quam mel, ad morbos thoracis institutum. Vnde illi nomina imposita, quia lambendo sensim

debeat deglutiri. Eadem etiam ratione inter arteriaca numeratur, sic vocata quia paulatim commanso, per asperam arteriam, quæ ab antiquis primò sola arteria vocabatur ob magnitudinem, in pulmones illabantur. Funt autem Eclegmata multifariam. Præcipue verò ex coctione plumbum simplicium, cui colatae adduntur mel, penidiæ, saccharum, sapa, pulpa quorundam dulcium ut iuiuba, amigdal, pistac. & pulueres pluri-mi. Funt & ex eisdem pulpis, aut conferuis aptè tufis, & cretis, aut ex pulueribus, aut omnibus simul cum melle, sapa, aut syrupis: aut denique ex syrupo duabus partibus & sacchari, penidiarum, candi, aut sub lingua parte vna. Atque hæc ex tempore funt pro necessitate, magistraliaque dici possunt. Quædam verò in Apothecis semper parata habentur, quo-rum confectionem ab auctoribus pete. Non est certa horum imperando-rum quantitas; ferè tamen ad 3. iiiij. aut vj. præscribimus. Tempore quocumque sumuntur ex bacculo glicirizæ pistillo dilatato in cochlea-ri modum, supino ægro. Quæ in officinis afferuantur, quotannis reno-vanda sunt; ferè enim intra id tempus, & antè, inualida sunt, & rances-cunt: præcipue quæ oleaginosa recipiunt semina aut fructus. Quia au-tem Looch similem melli habet consistentiam, iam de hoc.

Mel simpliciter prolatum non ad composita refertur: est enim simplex res ab apibus confecta, quod olim Atticum probabatur, inde Narbonen-sesulum, purum, lucidum, dulcissimum, nec omnino durum, nec nimis liquidum, thymum redolens, vernum. Est & aliud mel homonymè di-stum, quod etiam simplex est, quale est quod passulatum vocat, ex passu-lis purgatis coctis, quodque inde colatur, iterum coquitur ad mellis transitiem, mēlque vocatur. Eodem modo fieri potest ex daëtilis, iuiu-bis, anacardijs, ficubus exsiccatis, prunisque, mixis, Ceratijs, aut catru-bijs & similibus. Pulpam quoque Cassiae fistulae purgatam cretamque mel Cassiae quidam vocant. Nullum autem horum inter composita nu-merari debet. Compositum mel vocamus quod ex infusione aut coctio-ne, aut vtroque, florum quorundam, aut herbarum, aut destillatitiâ aquâ, aut succo, aut melle coctis, fit. Cui etiam quidam pulueres aliquos, sed & cathartica admiscent. At hoc non amplius mel, sed opiate dici debet. In eo confiendo duplum mel ad infusa esse debet, si ex infusione fiat; pat verò liquori incocto, si coctione. Olim mellibus per os sumptis & ad euacuandum & ad roborandum vtebantur. Nunc aboleuit hic usus: tantumque eclegmatis, gargarismis, & enematis mella in præsens admis-cemus quædam: seruanturque folium rosatum, mercuriale, anthosatum, violatum. Ob easdem causas inuenta hæc sunt, ob quas syrupi, & conser-va: quæ sicut & ista innouanda sunt singulis annis. Et hæc de melle suf-ficiant. Transeamus ad opiatas.

Opiata antiquis erat medicamentum molle opium recipiens; Vnde illi nomen. Neoterici autem nescio qua ratione nisi id ob molis crassi-tiem factum sit, ad quocumque medicamentum mediâ inter solidum & liquidum consistentiâ nomen opiatæ transtulerunt: qualia sunt Catho-

licon, Diaphenicum, Benedicta, & similia. Quæ eadem à priscis medicis Antidota, & Electaria vocabantur; quemadmodum etiam solida medicamenta in tesseras digesta, ijsdem titulis ab eis insigniebantur. Sed de his postea. Fiunt autem Opiatæ ex coctione, aut infusione plurium simplicium, aut vtroque, additis pulueribus, saccharo, melle, sapo, penidijs, pulpa quorundam fructuum; omnibus simul, aut aliquibus. Quandoque soli pulueres cum pulpa fructuum, syrupo, melle, saccharo, sapo, aut penidijs opiatam componunt, præsertim ubi in præsens paratur. Communiter tamen cum melle fit opata despumato, quod semper ita intelligendum est quoties mel simpliciter dicitur, nisi addatur, crudum. Eazatem mellis ad puluerē proportio esse debet ut lib. j. mellis, pulueris circ. 3. iij. admisceantur: quæ est hodie vulgata mensura. Pulueris autem rationem non subeunt quæcumque cerni non possunt, ut amigdala, pistacia, passulæ, gummi dissoluta, & similia. Notandum autem maximè est, cathartica simplicia semper crassissimæ terenda esse quam cardiaca & aromatica. Seruantur opiatæ in annum plumbatis vasis operculatis. Duplex earum differentia, Cardiacæ, & Catharticæ. Illæ per se solæ quoquo tempore sumuntur. Hæ quandoque solæ, frequentius liquido aliquo solutæ, semper manè, nisi quæ enematibus diluuntur. In omnibus tamen conficiendis id semper seruandum, ne pulueres injiciantur, nisi ablato ab igne lebete, mellèque aliquantis per refrigerato, nec inde in vas quo seruari debent transferantur, nisi plane frigida.

*D E C O N S E R V I S , B O L I S ,
Pulueribus, & Conditis.*

C A P . I X .

CONSERVA est planta vel eius pars saccharo aut melle inuoluta ad eiusdem custodiam, vnde illi nomen, aut saporis gratiam. Alia autem humida, alia sicca est. Humidam voco quæ cum syrupo manet: siccam quæ dura est, saccharo incrustata, vt anisum, coriandrum, amigdala; aut eo incocta & exsiccata vt cortex citri, arantii, cucurbita. Conducunt porrò radices, caules, surculi, herbæ, flores, fructus integri, aut dissecti, semina, cortices. Radices raduntur, abluuntur, secantur, elignantur, decorticantur, aquâ super calidos cineres nocte macerantur, postero die seruescunt dum tenere scat, inde saccharo pene cocto ad solidi electarij consistentiam mersæ modicūm coquuntur. Flores teruntur, tritis miscetur sacchari puluerati, aut mellis triplum, alij duplum. Inde vase vitreo aut vitrato soli exponuntur. Alij tritos flores saccharo clarificato excipiunt, alij integros puluerato: eodem modo conditum adianthi omne genus.

Fructus

Fructus alij integri, parui scilicet, dissecti alij, magni; quidam exhortati, alij non: nonnulli prius aquâ feruefacti, aut diu macerati; omnes saccharo perfectè cocto in syrum, iniecti coquuntur quoisque saccharum syrum consistentiam recuperet: temporique progressu ablatis fructibus, saccharum recoquendum, quia recruduit. Semina omnia incrassantur saccharo siccâ condituru. Caules, surculi, cortices, ut fructus, humidâ, aut etiam siccâ. Atque hæc de condiendi modo sufficient. Reliqua ex Mesue & alijs sigillatim disce. Conseruæ singulis annis innouanda, præcipue florum; fructuum enim, caulum, & corticum, amplius durant, & radicum, plûsque siccæ quam humidæ, & quæ melle quam quæ saccharo conficiuntur. Sumuntur quocumque tempore per se, aut mixtae in elegmatis, conditis, & alijs.

Bolus, seu bucella, βαλος, Græcè, Medicis est medicamentum molle, firmiori tamen consistentia quam opata, quantum bucca capi potest. (vnde illi nominis ratio) ferè semper ad purgandum institutum. Fit hic communiter ex Ægyptia Siliqua pulpa, additis quandoque Catolicon aut alijs opatis; Rhab. Agarico, cum saccharo sufficienti. Quantitas opiarum est ab ȝ. j. ad ȝ. j. ls. puluerum à ȝ. j. ad ij. ita ut totus bolus ȝ. ij. non excedat. Fit etiam quandoque ex solis pulueribus syrupo aliquo exceptis aut melle ros. sapæ. Huic initium dedit, ut pluribus alijs, ægrorum mollities. Eadem circa eum obseruanda quæ circa purgatiuas potiones, nisi quod si ex sola cassia cum saccharo fiat, sufficit horâ vnâ, aut duabus ante prandium sumere: si enim longius des, in cibum vertitur.

Pulvis est mixtura ex pluribus simplicibus, secundum artem tritis, facta. Plurimi in Officina seruantur, ut quoties eis opus fuerit, parati sint, præcipue aromatici, vitreis vasis apprimè cotto, pergamenâ, aut alutâ objectis, aut coriaceis fusculis. Annum durant, exinde exanimis ferè sunt. Alij ex tempore fiunt pro necessitate. Varius est horum omnium usus, variisque subinde videnti tempus, à Medico prescribendum.

Conditum est medicamentum grumosum, ex conseruis, pulueribus cardiacis & saccharo mixtum. Puluerum parua quantitas multæ conseruæ miscenda, ne ingrato sapore respuatur conditum. Non habentur hæc parata, sed ex tempore fiunt, variisque eorum usus. Sed ferè advires confirmandas instituuntur, cõrque roborandum, proinde quocumque tempore sumuntur ex cochleari per se, aut cum tantillo vino.

D E P I L V L I S , T R O C H I S C I S ,
& Electarijs tabellatis.

C A P . X.

PI L V L A est medicamentum orbiculatum, solidumque, ad purgandum præcipuè institutum, quod integrum deglutitur. Ad situm compendiam etiam Galenus eis vtitur 8. sec. loc. A figurâ ita vocantur quasi paruae pilæ. Dicuntur etiam Catapotia *καταποτία* Græc. quod est, deglutio: & *κόκκια*, quasi grana. Fiunt hæc ex pulueribus conuenienti succo, aut syrupo, aut gummi dissoluto, aut viscoſo quodam glutinatis, aut melle: sed melius est ultimis, quam solo succo inuolui. Alias enim & situm contrahunt, & facilè exſiccantur. Fiunt quoque ex coctione plurium rerum, additis colaturæ pulueribus, ut in Alephanjinis. Teri verò in his crassiùs debent medicamēta, quam in electarijs, exceptis lapillis & Colquintide, quæ vbiique tenuissimè terenda sunt. Dantur post primum somnū nocte mediâ aut circiter. Quantitas est 3. j. aut 3. j. ss. ex qua fiunt globuli 3. aut 5. 7. 9. hæc enim inter alias circa Medicinam est superfluitio, ut impari numero imperentur sic affueti imperito vulgo. Inaurantur, aut inuoluuntur puluere liquiritiæ, aut folliculo vuæ passæ, autobelia, aut luteo ovi, aut pomo cocto, aut syrupo in cochleari, aut faccharo, aut carne prunorum, aut succo cythoniorum, aut denique vino replete ore, ut facilius deglutiuntur. Superdormiendum usque mandibulae vigilandum, reliquaque in catharticis potionibus dicta, exequenda. Hac da purgatiuis. Quæ enim ad ventriculi robur sumuntur, ut Alephanjina, horâ vñâ ante prandium exhibentur. Seruantur in Officinis plurima earum genera rhomboidi massa corio obuolutæ oleo madente rosaceo aut communi, aut amigdalorum dulcium, figulinis vasibus condita operculatis: ex qua maza pro necessitate formantur pilulæ malaxando cum syrupo aliquo. Per annum integris sunt viribus, modò ab aere caueatur, licet Serapio. traet. 7. c. 34. (quem sequutus est Saladinus) sex solum mensium durationem illis tribuat. Vtinam tamen singulis annis innovarent Pharmacopœi. Fiunt aliae in præsens vbi opus est. Excogitatae sunt Pilulæ propter eos qui catharticorum teturum abhorrent saporem & ad trahendos è longinquò tenaces humores. Proximi his sunt Trochisci consistentiæ & conficiendi modo.

Est autem Trochiscus medicamentum solidum lupini figurâ. Dicuntur Trochisci, & Cyclisci Græcis, quasi parui circuli; & artifici, quasi parui panes: Latinis Orbiculi, seu rotulae à rotundâ figurâ, & pastilli, quasi parui panes. Fiunt eodem modo quo pilulæ, tantumdem durant, identidemque

seruantur, aut densâ pixide reconduntur. Vsus ab illis varius, hi enim li-
quido aliquo soluti hauriuntur, aut illinuntur, aut puluerati suffiuntur,
aut iniiciuntur, aut medicamentis alijs miscentur. Inuenti sunt ad con-
seruationem medicamentorum. Imprimatur illis sigillum ob decorum,
aut ad distinctionem, aut vt authorem prodant: quamuis olim ad fidem
illis conciliandam id fieret, vt in Lemnia sphragide. Nil refert qua figurâ
sunt, quadratâ, rhomboide, oblongâ, planâ, angulosâ. Raro in opus à
nostris trahuntur. Parum ab his consistentiâ electaria tabellata distant.

Est autem Electarium Compositio ex electis compluribus coacta.
Quaratione, quamadmodum & Antidotum, cuicunque composito Elec-
tarij vel Electuarij nomen debetur. Dicitur verò Antidotus ab *avtri*, Gal. I. de
& *Nesop* id est contra data, quasi dicas aduersus morbos propinata. Re- Anti.
centiores tamen vtriusque vocabulum duobus tantum medicamento-
rum generibus commodant, mollibus scilicet, Opiatis, sed his magis
Antidotum: & duris quæ in tesseras rediguntur, hisque Electarium.
Quamuis autem Christophorus Georgius de honestis commentario in
primam distinctionem Mesue de Electarijs (quem sequutus est Nicolaus Præpos.) nomen Electarij, Opiatis tribuat; Confectionis verò ta-
bellatis compositionibus: tamen id non vsquequa verum esse ostendit
idem Mesue dum dicit *Confeccio Alcherm.* *Confeccio Hamec.* *Confeccio*
Philonij, modus confectionis trochisc. de Gallia, de rosis &c. Et contrà, modus
Electarij decitro, *Electarij de gemmis,* *electarium de granis myrthi,* *de pomis*
&c. Ergo his obmissis vocum fictionibus, Tabellata Electaria, de quibus
agimus, duplicita sunt. Quædā purgantia vt Diacarthami: alia aromaticâ
toborantia, vt Diambra. Ambo sic sunt. Saccharū idoneo liquore solutū
coquitur plus quam ad syrupū: sic cocto & ab igne remoto, adeoque tepi-
do vt digitos admittat, præparati pulueres subtilissimi (nihil enim tabella
crassum admittit) sensim insperguntur, ligneo pistillo semper agitando.
Sit autē pulueris vñcia pro qualibet sacchari lib. quæ hodie est usitata pro-
portio: licet olim pulueres eadem quantitate qua in Opiatis, in tabella-
tis ponerentur; quod & nunc etiam fit in catharticis vt in Electario de
succo rosarum. Vbi perfectè mixta videbuntur omnia, in offas redacta
mazā super nitidam chartam manibus aut ligneo pistillo explanatur, inde
cultro in tabellas quadratas, quadrangulas, rhomboides, triangulares (lo-
zengas has omnes dicunt) digitales, (manus Christi has nominant à figu-
râ) secant, dragmæque vnius pondere effingunt, aut plurium. Hinc pa-
pyro purâ oboluunt, & pixidibus ligneis reponunt. Annum durare pos-
sunt, maximè cathartica: alia ferè ex asperuatis pulueribus, cùm opus est,
præ manibus faciunt. Ad seruandos pulueres, vtque libentiū sumantur
ijdem, excogitata sunt. Purgantes tabellæ eodem tempore sumuntur
quo potionis catharticæ, ijsdemque cautionibus aut per se ab $\frac{3}{4}$. fs. ad
 $\frac{3}{4}$. aut liquido aliquo solutæ, aut alijs mixta. Aliæ verò pro vario me-
dici scopo, variè in usum veniunt,

D E P A N D A L E O N E , M A R T I O
Pane, Morsellis, & Pignolato.

C A P . X I .

PA R V M differunt à tabellatis Electarijs quæ sequuntur: sed magis ad virium robur, appetentiæque prostrationem instituuntur, quam ad pellendos morbos. Primus ergo Pandaleon nil differt à tabellata confectione, nisi figurâ. Eadem enim confectio ex qua tabellas fingimus, si integra placenta modo seruetur, Pandaleon dicitur: vt itürque eo ager ex interuallis manu vel cultro effracto frustulo, oreque voluendo donec sensim liquefacat.

Martius panis seu Maza panis, seu quomodolibet aliter vocare volueris (nouæ enim sunt voces quatuor harum, quas nunc describimus, confectionum, quemadmodum & res ipsæ) à Morsellis seu morsulis solâ etiam formâ differt. Dicitur autem meliùs, meo quidem iudicio, maza panis, quam Martius panis, eò quod quemadmodum ex maza panis fit, & in furno coquitur, eodem modo & figura fit Maza panis & coquitur. Inde videtur etiam Gallis dici *Massapain*, Hispanis & Lusitanis *Maçapan*, Italisch *Marzapanis*, Latinis dici potest Dulciarius panis.

Morselli autem dicti sunt à morsu, quia similes sunt panis buccellis, aut cuiuscumque alterius rei frusto quantum morsu auellere possumus: vnde & Gallica dictio, *Morseau*, educta videtur. Vtrumque fit ferè ex nucleis pincis, amigdalæ, pistacijs, dactilis, passularum pulpa, conseruis, pulueribus, quin & pulpa præcipue pectoris gallinæ, aut cappi pruni cocti, aut perdicis, omnibus tusis, additóque puluerato saccharo ad pondus omnium plus minùsue, & aspersa inter tundendum modicâ aquâ rosaceâ, aut aliâ, fit maza aut pasta benè mixtis cunctis, quæ deinde in placentas aut buccellas efformata, superpositâque azimo sacrificali, æreo aheno lato instrata, in furnum demittitur modicè calentem, tantillūmque coquitur dum obdurescat flauescatque. Quod idipsum meliùs clibano fiet. Alij optimè tritas amigdalas saccharo aquâ rosarum dissoluto & in electarium cocto excipiunt, agitant, inde placentam fingunt.

Ab his non differt Pignolatum; à pineis nucleis ex quibus fit, sic dictum: quamvis sâpe alia in locum strobilorum sufficiantur, & in Pignolati formam redigantur, Coquuntur facch. in Electarij duritiem, tunc pineæ nuces depellatæ, & si ita iubeatur, aquâ rosarum aut simili macerata, integrâ inieciuntur, superinfunditur ovi albumen ut meliùs sibi cohercent, formanturque aut placentæ, aut morselli, emaciatis conuenientes. Idem ex melle cocto valenterque agitato usque ad alborem, confici-

potest pauperibus : quo modo fiunt Torrones ex amigdalais , auellanisque tostis , vnde nomen lumpissime videntur , quamuis & ex non tostis etiam fiant ; & ex nucibus in fructula Sectis . Sed satius est horum modum deſtribere . Accipe mellis lib . 30 . adde oui albumina 30 . agita valentissimè , tunc superpone igni lentissimo ſemper agitando , nec ferueat vñquam , ſed ſatis eſt ſi modice caleat . Vbi mellis huius particula in frigidam iniecta obduruerit , ita vt ore commanfa non molleſcat , ſed frangatur velut ſaccharum , tunc anifi lib . j . immisce : Inde amigdalarum aut auellanarum toſtarum , calidarum lib . 30 . agita fortissimè , donec melle operiantur inſoluanturque optimè . Tunc coniſce in marmor farinā obductum , aut ſu- pra ſubtiliſſimam placentam , (obliam vocant , aut hostiam) extendeſque , & dum calet , ſcinde in teſſeras ; quas vitratis figulinis ſtriecti oris arcte conde , ſuberiſque cortice vafis os obtura , inſupérque alutā . Atque hæc omnia ex tempore fiunt , nec in officinis feruantur , quia ſemper patari poſſunt .

*DE MASTICATORIIS, ET
Dentifricijs.*

C A P . XII .

Aποθεματιον̄ Græcis , Masticatoria recentioribus Medicis ſunt medicamenta quæ diu commanfa pituitam à cerebro & vicinis partibus eliciunt , vnde illis nominis ratio . Sed αποθεματιον̄ Græc , à phlegmate deducuntur ; Masticatoria Latine à masticando : quamuis enim Gorraeus dicat hos vel mandendo , vel gargarizando , vel illitu palati , pituitam trahere , tamen nunc palato illinendi non eſt uſus : & quæ gargarizando pituitam à capite ad os deducunt , proprio nomine gargarismata vocantur , de quibus ſuprà . Proinde de ijs quæ mandendo opus exercent , nunc agemus . Horum alia ſunt ſimplicia , ut liquiritia radix , pyretrum , maſtix , cubebæ , & ſimilia . Alia composita . Hæc dupli- formæ fiunt . Aut enim in puluerem redacta viſcidio aliquo coguntur ſimplicia , trochisciique finguntur : aut ijdem pulueres tenui tela linea , aut ſericea inuoluti in nodulum circumligantur , qui poſtea manditūr . Utimur his ieuno ventre , manè , ſemper expiendo .

Dentifricia , Græcis δορτογύμπα dicta , medicamenta ſunt purgandi dentibus commoda . Triplex eſt horum forma . Solida alia longa , tere- tia , & ampla baſi in acutum definentia . Hæcque fiunt vel ex pulueribus oui albo , aut gummi tragacan . muccagine exceptis , & in talem effictis formam qualem ſuprà diximus : vel ex radicibus , aut furculis herbarum , vel fruticum per ſe , ut lentiſci , roſmarini , fœniculi , anethi ; aut incoctis radicibus aquæ aut yino cui & abſtergentia , ſiccantiaque alia incoxerint .

deinde cibano exsiccati & obdurati: tales sunt maluæ & altheæ radices. Sunt alia Dentifricia ex puluere solo crassiusculè trito, quo ad lumen penicillo aliquo aut aperiori linteo fricantur dentes. Denique sunt alia in opiatæ consistentiam, coacto puluere cum melle aut conuenientiæ alio humido. His vltimis non utimur nisi manè ante omnem cibum: primo verò etiam post pastus. Omnia ad usum ex tempore fiunt. Atque hactenus de his, quæ per os sumuntur, medicamentis.

D E E R R H I N I S , E T Sternutatorijs.

C A P . XIII.

VAE per nares introducuntur sunt solum Errhina, & sternutatoria. Est autem Errhinum, medicamentum per nares inditum ad earum vel capitum affectus. Dicitur porrò Errhinum Græcis à ἔριν ετιαι Græco, quod nares denotat: qua ratione etiam à recentioribus Nasalia vocantur, veluti Caputpurgia, quia superfluis humoribus caput purgant. Fiunt ad cerebri affectus, maximè ad idem euacuandum à pituita, aut alijs excrementis in morborum fine: & ad oculorum itidem depletionem, & ad nasum vlcera, polypum, & similia. Quadruplex eorum forma, liquida, solida, media, puluerulenta. Liquida fiunt ex aqua stillatitijs, succis, decoctis, vino, aceto, mulso, melle, additis etiam pulueribus. Hauriuntur hæc per nares, ijsdem scilicet admota, & clauso ore, cum spiritu attracta. Occlusis tunc manu naribus, aer ore trahendus. Post modicum aperto naso permittendum ut fluat quidquid continetur; iteratōque hauriendum: ter, quater repetito opere. Similis acria sint, vel metallica, aquâ, aut rosaceâ os replendum, ne qui per palati foramen in os descendunt, id lardant. Inde hauriendum, classisque naribus continentus spiritus donec valeas, ne quid in tracham irrepatur: tunc aperto ore nasoque simul emitte omnia, munge nares, os ablue; iterumque hauri. Hæc manè fiunt, & ante cenam, maxime si cerebrum vacuandum est. Solida autem fiunt piramidali figurâ, aut ex simplici materia ut rad. pyretri, zingiberis, thymeleæ, raphani, cule nasturtij, ellebori, & similibus: aut ex liquidis coactis cerâ in ceratum, aut melle nigris cocto, aut terebinthina, gummique: aut pulueribus exceptis eisdem: aut ex emplastris quæ in officinis asseruantur: aut denique facta ex attrito linteo aut carpta pexaque lana, aut cotto, turunda, in liquidum, mollue medicamen intingitur, & intromittitur. Mollia Errhina fiunt vnguenti aut opiatæ consistentiæ, quibus nares intus digito vel pennâ illinuntur. Quæ denique in puluere fiunt, calamo

haribus insufflantur. Atque hæc omnia in præsens componuntur opus.

Sternatoria seu sternumenta, Græcis στρεμμα, ab Errhinis vltimis duobus formâ non differunt, sed vi solùm. Fiunt enim hæc ex actionibus ad sternumenta mouenda ubi sopita est animalis facultas, vt in lethargo, comate. Longè à cibo, si necessitas non cogat aliter, administranda sunt. Fiunt fortissima ex Euphorbio; secunda ex albo-vetario, quo utimur communiter, alia ex ptarmica, finapi, pyrethro, struthio, pipere, & similibus; quæ per se puluerata insufflantur, aut melle excepta illinuntur.

DE COLLYRIIS ET CLYSMA-
tis auricularibus, Medicatis can-
delis, & Pesso.

C A P. XIV.

COLLYRIVM licet olim in magdaleonis, aut caudæ muris, aut ha-
clani, aut piramidalis dentifricij figuram solidum seruaretur ad mul-
tos usus, nunc tamen medicamentum est oculorum affectibus dicatum. *Celsus*
Fit tripliciformâ: Liquidum, molle, & in puluere. Liquidum fit ex ^{10. c. 23.}
succis aquisque destillatitijs, additis pulueribus, & ex lacte, decoctisque. *Gorre, des-*
Ferè autem 3. tribus liquoris, pulueris 3. j. aut 3. j. ss. adiicitur; hæcque *nitio. dictu-*
proportione vti debet pharmacopœus quando medicus descriptis pulue- *putat quasi*
ribus addit, *Cum aquâ rosarum, aut aliâ Q. S. fiat collyrium.* Instillan- *καλυχώγα*
tem euendum est ne quid rude aut asperum collyrio cuicunque insit;
proindeque puluers tenuissimè terendi sunt quantum fieri possit, quod
Arabes vocant vt Alcohol: sic enim atomos in aëre volitantes ad solis
radios solùm conspicuos nominant. Qua etiam ratione, si ex decocto
collyrium fiat, colandum hoc est crassissimo densoque hinc teo, ne quid
terra aut fabuli collyrium subeat. Mollia fiunt ex ijsdem addito melle
aut alijs ad opiatæ aut vnguenti consistentiam, inungunturque penicillo
aut plumâ apertis oculis. Tertia subtilissimo puluere in eosdem insuf-
flantur. Communissima sunt prima, extemporéque omnia parantur.

Auricularia clysmata seu iniectiones sunt medicamenta liquida quæ
auribus infunduntur tenui cathetere, ad earum varios affectiones. Fiunt ex
succis, extillatitijs aquis, decoctis, oleis, lacte, melle, additis etiam
pulueribus. Varius eorum usus est, communiter tamen manè, & cum
componitur æger ad somnum, adhibentur. Bis tñtue inieccio repetitur
cum aut pus aut sordidu quid intra aures continetur quod abstergi opus
est; inde obturantur cotto, cui moschus alijs obuolutus fuerit, aut alio: &
si utraque leſa sit, post clysmata in dorsum recumbendum; & una tantum,
alteri superdormiendum.

Candelæ medicataæ ad membra virilis internos morbos solum infinituntur, maximè ad Carunculas. Possunt autem fieri bifariam. Primo, tota candelæ fit medicata si cera oleis aut succis idoneis liquata viscer ad horum consumptionem, pulueres etiam conuenienter pauca quantitate ei misceantur, eaque sic parata elichnium obducatur. Atque his vtiimur in affectibus qui totum pudendi meatum occupant, aut vi loci affecti sedes minimè nobis innotescit. Alia sic fit. Candelæ excea-
ra alba parata, eo loco excavatur qui sedem læsam tangere debet, modis hæc nobis constet, in foramenque intromittitur medicamen cerati consistentiâ, exæquatûrque reliquæ candelæ superficie, sicque inditur. Sed hæc expertem chyrurgum optat; illa ab ægroto ipso ingeri potest. Nec præscriptum est tempus mansionis harum; sed neque Pharmacopœia id munus adhibentur sed Chyrurgi: quare ad alia transeamus. Pu-
dendis viri fœminæque varia quoque clysmata instituuntur, sed quia ea in nullo differunt ab auricularibus clysmatis, de quibus superius dis-
seruimus, nec à clysteribus qui ano infunduntur, de quibus acturi su-
mus inferius, ideo eorum hic nullam facimus mentionem; proindeque ad pessaria, diuersum remedij genus, accedamus.

Pessus Græcis & Latinis medicamentum est solidum instar virili membra, quod verendo fœminarum sinui intromittitur. Inuentum est hoc ad multos vteri & eius colli affectus: diciturque neoteris Nas-
cale & Pessarium. Triplex conficiendi modus. Aut enim ex pluribus medicamentis puluis factus sacculo oblongo lineo aut serico excipi-
tur, sicque intromittitur. Nonnulli eundem puluerem prius cotto in-
volumunt, deinde sacco includunt. Aut idem puluis succo aliquo, aut
muccagine tragacanthi, aut visco, aut melle multum cocto exceptus
induratur, additâ etiam terebinthinâ & alijs gummis, in emplasti
consistentiam; vel cum oleis & cera, in ceratum solidum; sitque inde
pessarium durum, quod inditur sine aliquo tegumento. Aut ex oleo
vnguentis, aut opiatis fit molle medicamen, quod pexâ lanâ aut xiolo
subactum sacculo vestitur, aut retortâ eadem lanâ aut xiolo in turunde
modum intingitur medicamento supponiturque. Quocumque horum
modorum fiat pessus, longus esse debet sex saltæ digitis, crassitudine
verò pollicem superet, cui appende filum ut ad libitum extrahatur
cum opus sit. Ferè noctu subditur, dimittiturque usque manè: & in-
terdiu etiam manet, modò in lecto quiescat ægra, si morbus ider-
petat. Mictionis tempore demitur: Paulopost exficeato pudendo in-
truditur.

DE CLYSTERE, BALANO,
& Nodulo.

CAP. XV.

CLYSTER est liquidum medicamentum quod ex syringa ano infunditur ad eius affectus, & reliqui corporis. Dicitur à Græco verbo κλυστηρ, quod est ablucere, quia maximè ad abluenda intestina stercore inuentus est: dicitur & eadem ratione clysmus, & clysterium. Vocatur & ab ipsiusdem Græcis Encma, quod sonat Latinis iniectio. Remedij origo huius ab ibi Ægypti aue emanasse fertur, quæ aqua rostro per anum iniecta aluum purgat. Fiunt ex multiplici materia pro vario affectuum genere quibus intestina reliquaque corporis partes torqueri solent: ex aqua, vino, lacte, muria, decoctis multiformibus additis oleo, melle, saccharo, syrups, succis, opatiis, vnguentis, pulueribus, vitellis ouorum, adipibus, sale, & alijs. Quantitas non certa est, sed pro ætate variatur: adultis à lib. j. ad lib. j. sc. pueris ab ȝ. iiii. usque ad viij. Inieciuntur tepidi, in latus decumbente ægro sinistrum, si fieri possit, sin minus statim post acceptum clysmum in id vertatur, aut supinus iaceat paululum in ceruicem declivis: retineatque quamdiu poterit. Quibusdam etiam superdromire expedit; sed medicus de hoc monebit. Dantur semper longè à cibo, nisi aliter necessitas cogat. Cauendum maximè in his est ne lignea fistula fissa aut rupta sit, sæpe enim vulnus ab hac sphincter aut intestino illatum multorum malorum causa fuit, quandoque etiam mortis. Quia autem medicus ut plurimum clysterem præscribens addit, cum dedocto communis enematis Q. S. siat clyster, describenda nobis communis hæc clysmi coctio. Variè ab authoribus designatur: hæc tamen sanis & quocumque morbo affectis commoda esse potest.

U. Althea, & malua cum rad. Acanthi, parietar. violaria, mercuriali, & beta. An. M. j. Hord. integ. furfuris macri in ligat. rofarum, violarum & florum chamomil. An. P. j. Prunorum par. x. in aqua suff. siat coctio ad tertie partis assumptionem. Si ex ea commune enema parare velis, adde lib. j. col. ol. ȝ. iij. mellis ros. ȝ. j. Salis ȝ. j.

Atque enemata intestinorum morbis maximè conueniunt. Quòd si sphincter laboreat, aut solùm anum sollicitare velimus ut excrementa excemant, præcipue cum quidam æ gri clysterem admittere nolint, aut clysterem dmissio, ob consopitam ianitoris facultatem non respondeant. Tunc balano utimur.

Balanus autem nihil aliud est quam solidum medicamentum ad glandis figuram efformatum quoq; ano inditur. Olim enim glandis figura Balanis erat, nam *βαλανος* Græcis glandem significat: nos nunc longiores

efficimus, vñcamusque suppositoria, quia anno supponantur: teretia sunt, longa quatuor digitorum longitudine, trium minusque puens communiter ex melle bene cocto ad duritiam parantur, oleo imbuuntur, salsique momentum quandoque additur, vel puluis hyeræ pic. Gal. si ita iubetur à medico. Possunt fieri ex cauliculis aut radicibus betæ, caulis, maluæ & similibus oleo inunctis, ex ovi vitello ad duritiam cocto, latido, cerea candellulo, aut sepacea, sicibus massiliensis inuersis ablato pediculo, amigdalisi, sapone, emplastris.

Parum à Balano differt Nodus usitatus antiquis: Ex lana peni aut cotone fit conglomeratis & inunctis medicamento aliquo: aut eadem soluta medicamine molli inuolui possunt & cum stili acumine aut minimo digito impelli. Inuenti hi sunt ne cùm sphincter tumet dolet, ulceratus, aut excoriatus est, glandis duritie exalperetur. Raro hodie prescribuntur. Atque his primum Compositorum medicamentorum genus absolutum est, eorum scilicet quæ intra corpus assumuntur. Superest ut ad ea quæ exterius admouentur, orationem transferamus.

DE SVBFVMIGIIS, ET HYPOCAUSTIS.

C A P . XVI.

SVBFVMIGIUM ab Hypocausto id solum differt, quod suffumigium syni parti corporis aptetur, hypocaustum verò toti corpori. Sumunt autem suffumigium & pro medicamento à quo fumus tollitur, & profumo, & pro actione suffiendi. Primo modo suffumigium, seu suffitus, seu suffumentum Græcis *συνίειν*, est medicamentum à quo fumus sublatu excipitur aliqua corporis parte. Duplex autem id est, humidu & secum. Humidum decoctio est aliquorum simplicium arte facta, cui calentia non imminet, quæ ægra est, vt halitum excipiat, tamdiuque ibi manet quodiu decocti calor viget, quo iterum feruefacto suffitus repetitur, si ita prescribat medicus. Est & aliis modus. Acetum acerrimum, aut quid simile carentibus saxis superinfunditur, membrisque sublatu excipitur vapor. Atque haec duo potius vaporatoria quam suffumigia dicenda essent. Secum verò suffitum ex pulueribus paramus commodis, in prunas incētis: aut ex ijs trochiscos singimus, quorum unus aut alter ignitis carbonibus creditus superpositam partem fumo obducit. In difficilibus morbis omnium horum usus est, vt asthmate, veterno, uteri strangulatu, maxime in externis nodis & iuncturarum tophis: fumi enim & vaporis subtilitas quæ crassiora medicamenta non potuerunt, discutit, eoque ducit medicamenti facultatem quod medicamen ipsum peruenire non posse suffiuntur & capit is experimenta, & vestes etiam. Fiunt suffitus omnes ei tempore. Tolosa verò quoddam semper paratum seruant, quem commen vocant, recipitque plura indifferenter vario numero, pondere, & mensura, nec certa est eius descriptio sed quisque sibi propriam habet.

Hypocaustum Græca vox est à *ὑποκάυτῳ*, id est succendendo, Latinis Vaporarium, Barbaris stufa. Est autem id locus angustus à subdito ac

proximo igne ex calfactus, desudando aptus. Nos hic pro ipsa vniuersali calfactione sumimus, siccumque balneum vocare possumus. Debetur hoc morbis vniuersalibus, præcipue cutis & iuncturarū, post tamen genera-
tia remedia. Sed quia Pharmacopœiæ munera id nō est, pergamus ad alia.

*DE BALNEO, SEMICVPIO,
Inseſſu Lotione, & humido ſotu.*

C A P. XVII.

BALNEORVM & termarum frequentissimus fuit olim usus inter sa-
nos: nunc apud nos omnino exoleuere, ſolūmque ad ægrotos parantur. Turcæ & Græci his adhuc gaudent. Quatuor erant in balneis ſtatio-
nes de quibus Gal. fuſè lib. de ſanit. tuend. & lib. vij. & x. Methodi
med. Hodierno die cùm opus eſt, ſic instruimus. Medicamenta conuenientia aquæ, addito quandoque viño, incoquimus ex arte: decoctum in
cupam latam, profundamque ſub conopœo, aut tentorio prope lectū di-
ſpōtam calidū inijicitur etiam cum face, in idque ē lecto mergitur æger
vſque ad collum, ſed dēnsque ſuper ſcamnum manet quamdiu potest aut
opus eſt. Caput tamen extra tentorium per foramen ad id paratum, edu-
cit. Si aqua frigescat, calida alia per aduersam cupæ partem feniſim inſun-
denda. Si deficit æger, tantillum vini, aut toſtam offam eo intinētam, aut
quid simile ei porrigendum; quod etiam ante balnei ingressum permit-
tum ijs qui ventriculi os debile habent, facilēque hypothymiam incur-
runt, alijs melius eſt ieiunum omnia ferre. Inde eductus, calida ſindone
involuendus, in calidūmque lectum inijiciendus, vbi ſudet quantum ex-
pediat, abſtergatur, paulo poſt alatur. Fiunt etiam balnea ex aqua dulci,
aut ſuſphorea bituminofa, & alijs.

Semicupiū quia in media cuppa fit, ſic diectum, à balneo nil diſſert, niſi
quod hōc totū operiat corpus, ſemicupium verò mediā ſolum partē, ab
vmbilico ſcilicet deorsū in harū partiū affeſtū institutū: cetera cōueniūt.

Parum abeft ab hiſ inſeffus *γυαρθίου*. Græcis dictus, imperatürque ad
morbos ani, ventris inferioris, perinei, vesicæ, vteri. Decoctione conuenienti-
tum medicamentorum cacabo facta plenè calens perforata ſellæ, & vni-
dique ligno & pannis obſerptæ ſubditur, cui ſuperfederet æger vaporem ex-
cipiens quamdiu opus fuerit. Fit quoquo tempore, ſed longè à cibo præ-
terito, quod in balneis maximè obſeruari debet, & vt poſt vniuerſales
evacuationes fiunt, neque frigidus aer apertos corporis meatus ſubeat.

Non diſſerunt ab inſeffu lotio & humidum fomentū niſi vtendi modo.
Coddio facta, niſi ex ſimplicib⁹ ſiat liqutoribus, crura manuſque abſtru-
ntur ſuauiter in introitu lecti ſat diu, maximè vbi lotione hac ſomnum pro-
voceare nititur, ad quem ſerè inſtituitur, & ad ſcabiem crurum aut alios
affectus eorumdem aut capitis aut axillarum. Si vero fouere opus fit, tunc
vel decoctio plantarum, vel ealente ſolum aqua, viño, oleo, aut mixtis,

spongia, filtrum, pannus laneus aut lineus imbuitur, expressus admouetur, vbi tepuerit antequam frigescat amouetur, aliisque ei succedit, ilque toties donec visum fuerit conuenire morbo. Altero decoctione calida utre, vesica bubula aut porcina, ænea aut sigulina olla (quamvis haec ob duritatem manu loco affecto aptari possint, nec facultatem medicamentorum membro transmittere, onerique offendant) excipitur, amoueturque. Magma quoque eiusdem decoctionis sacco inuolutur, adhibetur. Vtrolibet horum modorum fiat fotus, quocumque tempore instituitur, longè à cibo: diciturque hic humidus fotus, Græcis *γυανός*) ad siccii differentiam, (Græcè *τύπης*) qui ex milio, sale, furfure, & similibus frixis sartagine, sacco inclusis & admotis, fit, aut tegula, aut latere, aut faxis, aut lamina ferrea excalfactis & linteo inuolutis, applicatisque. Quæ cū etiam mulierculis nota sint, nō est quod amplius nos morentur.

DE IMBROCHA, EPITHEMATE, Oleis, Linimento, & Vnguento.

CAP. XVIII.

IM BROCHA, siue Embroche dictio Græca est à verbo *επίβη*, quod idem est quod Latinis rigo, vnde Embrocham dicere possumus imigationem. Non differt à fotu nisi vtendi modo. Imbrocha enim fieri aucto sensim infundendo humorum loco affecto, qui sic ex alliis magis penetrare creditur quam per fotum. Instituitur propterea magis capiti ob cranei duritiam, ad somnum conciliandum in Phrenitide. In aliarum partium affectibus non adeo familiaris nobis est. Atque hæc ex vulgo nunc vsu. Alias enim Embroche non solum significat irrigationem, (hæc enim dicitur *γιονήσις*) sed post irrigationem eodem liquore imbuta lana aut cotto parti admouetur, quæ cataplasmatis grauitatem ferre non valet. Constat ergo Imbrocha *επίτασίος* & fotu.

Epithema, Græcè *επίθημα*, ab *επίθετα*, quod est imponere, deducere, estque malagma, Paulo, quod medijs corporis partibus admouetur. Malagma autem Græcis *μαλαγμα*, *ἀμαλάχτω*, quod est mollio, derivatum, quasi emolliens medicamentum. Vnde merito Gal. miratur, quare Alcepiades & Andromachus non solum remollientia, sed & indurantia & constringentia, & omnia alia quæ exterius admouentur, malagmata vocent. Quos deinceps imitati alij medici sub nomine malagmati catplasmata, emplastra, & trochiscos etiam comprehendebant & vnguenta quoque. Admouebant illi sua malagmata cordi, hepati, stomachi, pectori, & alijs partibus. Nunc autem Epithema est liquidum medicamen quod ex ostreato panno cordi ut plurimum adhibetur, sed alijs partibus. Fit ex aquis extillatitijs, addito vino, aceto, ex decoctis, succis, oleis in Hectica, adiiciuntur semper pulueres cardui

ut Diamargar. Diamosc. & alij, aut florū, corallj, rasurae eboris, & similiū: ita ut liquoris libra in iūciātur pulueris 3. j. aut 3. j. ls. aut 3. ij. Admouēndū sunt panni eo calente imbuti, amouēndūque antequam frigescant, quibus alij calidi substituēti. Est & alijs modus quo Tolosæ vītūr, quīque antiquis malagmatiſ respondet, conseruas, puluerēsque propoliſo conuenientes syruo, idoneo excipimus ad opiatæ consiſten-
tia. qua cordis regionem obliniuſ, idque in febribus catarrhosiſ, ne humida epithemata fluxum augeant. Hæc autem maximè in ardenti-
bus febribus ad cordis æſtum compescendum præscribuntur.

Oleum simpliciter prolatum, succum ex oliuis vel immaturis, quod propterea omotribes Græcis, Omphačinum vel itinaturum Latinis no-
minatur, vel maturis, quod maturum, aut oleum tantummodo vocitatur
expressione eductum significat. Reliqua blea abusiue ita dicuntur. Tres
autem sunt eorum modi. Primus simplicissimus, cūm fructus aut semi-
na oleosa tundimūs, aut trusatili mola atterimus, expressisque torculari
vel pæzio, oleum elicimus. Minutiora semina ut lini, cannabis, frumenti,
sesami, mola subiguntur torculariisque exprimuntur: fructus ut amigdalæ,
pistacia, strobili, nuclei persici, cultello excorticandi, tundendi, dupli-
cī vase calfaciendi, maximè vitreo continente, cannabinō sacculo nouo, aut
stamine vulgari, aut ex equinis setis cōtexto inuoluendi, aptatisque hinc
inde calidis assiculis prelo committantur prope ignem, aut ad solem.
Hodie non depellant, nec calfaciunt in Mariæ balneo, sed tritas integras
amigdalas sacculo condunt assiculisque calidis ad latera iunctis prelo
subdunt, vocantque id oleum absque igne, ad differentiam alterius quod
ex calfactis amigdalas elicitor, vsūsque illius est per interna, huius verò,
in admotis. Vocantur olea quæ sic extrahuntur per expressionem. Pro-
xima sunt quæ per impressionem olea dicuntur. Sunt hæc iam aperte
composita, fiuntque ex plantarum radicibus, folijs, floribus, succis, la-
chrymis, animalibus, & eorum partibus, oleo maceratis, dissolutis, coctis,
aut singulis, aut pluribus simul, aut infusis & coctis simul. Neque certa
est apud authores infusi aut cocti ad excipiēs oleum proportio, aut infun-
dendi coquendique mora: sed pro eius quod infunditur viribus variatur
vitrumque. Visstatum tamen apud probatores est, debilibus floribus ut
rotularum, violarum triplum olei superinfundere, dies octo insolare, colare,
nouos iterum addere flores, tertiosque post aliam hebdomadam, tunc
quadraginta dies insolare, colare, reponere. Fortiores flores, ut chamo-
millæ, anethi, herbæque, post infusionem in cādem olei quantitatē fa-
ctam, etiam coctionem admittunt, multoque magis radices. Succi om-
nes, aut vinum, aut acetum, aut aqua vitæ, aut extillatitæ, æquo pondere
ferè, alia diuerso, oleo incoquuntur usque ad omnimodam eorum con-
sumptionem, quod inde dignoscitur si inter coquendū non crepitet,
aut si immersa in decoctum spatula, prunisque illisa, flamina sine strepitu
liquorem depascatur inspersum. Animalia ferè viua sufficienti oleo in-
coquuntur usque ad dilacerationem. Atque hæc communiter dicta sint

quæ in particularibus sœpe euariant, vt in cuiusque olei confiendi nitione ab authoribus discere licet. Conduntur olea commodissimè lignis plumbatis, optimè operculatis, ijsdémque macerantur & coquuntur durántque per annum quæ ex plantis fiunt plus minùsue pro earum virtute, seruanturque ex horum genere plurima in officinis. Quæ verò distillatione eliciuntur, per resolutionem dicta, vt in tenuiori materia sicut in minori vigent tempore. Fiunt hæc duplii modo. Per ascensum communis distillandi ratione, vapore sursum sublata. Per descensum hoc modo: Ollam plumbatam terra conde usque ad os, cui craticula ferream apta, desuperque hanc ramenta lignorum, è quibus oleum elicere vis, strue; tunc ollam allam vitratam etiam, inuersam super ligna inferna olla opta, os ori iungendo, argillaque, luto, aut maza clade; jam deinde supernæ olla circumpone sensim augendo; sic enim oleum in subiectum vas diffluet. Utimur oleis omnibus communiter manè & vespere, aut per se illinendo, aut cum alijs. Sed hæc sufficient de oleo. Quæ quia parum à linimentis differunt, imo plurima sunt apud antiquos authores quæ potius vnguenti quam olei titulum mereantur, ideo ratio postulat vt ad linimenta & vnguenta sermo cenueratur.

Si oleo suceum aliquem spissiorem aqueum aut oleagineum: butyrum, cœsippum, adipem quemlibet, aut puluerem tantillum, aut pauculam cerasum addas linimentum iam effeceris; imò oleum per se solum linimentum præstare poterit: nec hoc tantum, sed olea quædam vnguenta etiam vocantur, vt laurinum, melinum Galeno lib. 1. ph. p. Vnde male quidam medici, oleis partem aliquam, post fotum aut sine ipso, soueri aut illiniri cupientes, dicunt, *Fiat Embroche*. Est ergo linimentum aut illitus medicamentum paulò quam oleum crassius, ab illinendo dictum. Fit in præsens, excogitatimque est vt longiori olei infusione, eiusdemque continuitate facultates medicamentorum melius introducantur.

Et ea quidem ratio vnguenta, aut vnguina, ab vngendo vocata adiunit (quibus præter oleum cera etiam addita est, vt diutiùs adhærent) & olea antedicta omnia maximè quæ per impressionem dicuntur. Vnguenta porrò olim solum ea quæ ex odoratis ad suffiendum, aut inungendum siebant, vocabantur, vt constat ex sacro folio: nunc verò vsu factum est vt vnguentum dicatur quod ex oleo & cera fit medicamen linimento crassius, cerato liquidius. Fiunt hæc bifariam, sine coctione, aut cum ea. Primo modo fiunt ea quæ nutrita vocantur, ex succis scilicet, aut liquoribus alijs cum oleis & pulueribus diu in mortario agitatis. Secundo verò sic, plantæ & earum partes, & animalia etiam, si hæc optent, coquuntur in conuenienti liquore ex arte, aut oleo, facta expressione & colatura, decoctum, si non cum oleo factum fuit, oleis miscetur praticptis, coquunturque simul ad decocti consumptionem, aut succorum, si hos recipiat vnguentum, additur tunc cera quarto olei pondere, & auxilijs seorsum liquata & mundata, gummi itidem soluta & colata, nisi que in puluerem reduci possunt terebinthina coquunturque tantillum omnia

simul, tunc remoto ab igne vbi modicè refrixit insperguntur pulueratae plantæ earumque partes, sicca omnia, gummi, metalla, argentum viuum, ienissim spatha semper tribulando, vt perfectè misceantur quo usque co-gatur. Coquenda autem plus sunt, & minus cera addēdum æstate quām hyeme. Quandoque metallica coquuntur cum oleo aut liquoribus alijs vt in Ægyptiaco, quādoq; sine oleo & cera fiunt, vt idem Ægyptiacum; est quando infusio iuuat, repetitāq; səpius coctio: quæ omnia ligillatim scire volēti in particularibus exerceri expedite. Sufficiat nobis nūc addere vnguentum plurimum in myropolijs haberi, alia ex tempore imperati, illāque alabastrinis aut vitratis figulinis optimè seruari, non benè metalli-cis, tolerandum tamen si ea tantum quæ mineralia recipiunt his condas, pectoralia enim non his custodiri cupiunt, nec odorifera. Annuatim rehienda. Vsus eorum est in omnibus corporis partibus, serò & manè, & quandoque circa prandium, & noctu.

DE PVLTIBVS, CATAPLASMATE,

Dropace, Sinapismo, Psilothro, Phœnigmo.

C A P. XIX.

Pris medicamentū est molle ex farina & alijs cum aqua simul coctis. Farina varia est pro variā intentione, triticea, hordeacea, fabarum, lu-pinorum, orobi, orizæ, coquiturque in aqua lacte, oximelite, vino: addun-tur axungia, mel, butyrum, olea, & similia, fitque medicamen crassius vnguento, liquidius cataplasmate, alias edendum, səpius admouendum; talēque excogitatum est vt diutiū immorando desideratum effectum producat, nec tamen duritie aut grauitate lēdat, maximè enim ad tumo-rum maturationem imperatur. Exdem etiam rationes cataplasmata ad-inuenientur, quæ forma nil à pultibus ferè differunt, nisi quod paulo-cessiora sunt.

Est autem cataplasma medicamentū molle, quod calfactum, linteōq; extensum corpori exteriū admouetur: quo etiam modo adhibentur pul-te. Dicitur cataplasma à *πτωσίᾳ* verbo Græco, id est configo: idēm q; sape vocatur emplastrū, & hoc cataplasma. Duplia sunt cataplasmata, alia cruda, alia cocta. Cruda fiunt ex stercore bubulo, equino, asinino, canino: aut ex farinis, aut pane, aut crudis herbis tufis, cretisque, adduntur omnibus pulueres quiuis, olea, vinū, oximel, axungia, sapo, mel, butyrum, ouum: aut eius vitellus: fiunt & ex animalibus tufis vt limacibus, erucis. Cocta fiunt ex radicibus, ramis, folijs, floribus, fructibus, semenibus plan-tarum coctis aqua, vino, oleo, oximelite, tufisque, & setaceo: aut æreo cri-bro minutim perforato cretis, quibus adduntur omnia quæ in crudis di-stitutis vnguentaque. Quocumq; tempore admouentur, neque seruantur sed fiunt pro rei exigentia: quod & de Pulte audi. Ab his vix con-sistentia differunt aut ab vnguentis, Dropax, Sinapismus, Psilothum, Phœnigmusq; nec à se inuicē omnia hæc nisi maioris minorisq; ratione,

*Gal. 2. ad
Glaucos.*

Dropax alias simplex, alias compositus: simplex dicitur *πτελέα* Latine Picatio, fitque ex pice olei quinta aut quarta parte liquefacta; compo-
situs fit ex eadem pice additis pyrethro, pipere, & alijs.

Sinapisimus ex sinapi semine, aceto, aut aqua maceratis caricis, con-
sisque, media portione aut æqua commixto. Hæc duo ad excalfaciendum
partem aliquam infrigidatam instituuntur.

Psilothrum, ad depilandam partem aliquam, ex ijsdem fit aut fortis-
ribus. Phanigmus, ad vesicas attollendas, à Psilothro non differt mat-
riâ nec formâ. Atque quatuor hæc caustica vocantur, rariorisque sum-
vius: proinde ad alia accedamus.

DE CERATIS EMPLASTRIS, Sapone, & Pomis odoratis.

C A P. XX.

*Sylvius.
Fuchs.*

*Paul. 17.
7.*

CERATUM Latinis, Græcis κεράτη & κεράτιον, à cera quo illi
materia est, nomen habuit. Est autem id, medicamen ex cera &
oleo, guminis, succis, adipibus, plantis, animalibus, puluerib[us]que com-
positū, mediā intervnguēta & emplastra soliditate. Quod si id ita est
omnes dicunt, decipiuntur ij qui cere quadruplū oleū in ceratis miscen-
dum autumant, cùm ijsdem eandem in vnguentis proportionem ferent,
ut superius diximus, cerataque plurima ab authoribus descripta plus
ceræ, aut saltem resinae puluerūmque, quæ solidius reddunt ceratum re-
cipiant. Non tamen eo inficias, esse cerata aliqua, quæ humida dicun-
tur à Galeno 10. Meth. quibus olei quadruplū ad ceram admiscetur.
Sed hæc potius vnguenta dici merentur. Ergo si nulli in cerato exopten-
tūr pulueres, sit oleo cera æqualis; si pauci, sit oleum ad ceram duplū;
si plures, triplū: si gummi recipiantur, aut cæsippus, aut terebinthina
aut quid simile humidum, minus sit oleum. Denique experti Pharma-
copeci iudicio hæc committuntur. Ceratum ideo inuentum fuit, ut
medicamenti facultas cera retenta, longiori inhæfione melius ageret, præ-
fertim cùm pars declivis est, à qua facile labitur vnguentum: & vt agi-
qui vnguetiones respuūt (id autem faciunt plurimi) remedio non carerent,
ab actionib[us]que non impedirentur, ob quas sæpe coguntur iter facere
quæ etiam rationes emplastra inuenere. Admoventur cerata in aliis
emplastris, sericea tela obducta, omnibus partibus, quacumque figura
quoquo tempore. Quandóque liquidius ceratum canabina, aut linea
tela crassiori imbibitur calens, admoeturque diuturnis maxime vte-
ribus, dislocationibus & fracturis: diciturque tunc hæc medicaminis
forma Spanadrapus, seu Sparadrapus, aut Spadagrapus, barbara voce &

tela Gualterij, Gallicè, *Toile Gaultier*. Pharmacopœi nostri hodie non hanc in componendo cerato rationem obseruant, sed vnguenti consistentia effingunt, vnguentique more eo partes illinunt.

Emplastrum à cerato parum differt, crassius aliquanto, duriusque est. Dicitur autem Græcis medicamentum ἐμπλαστὸν & addito R. ex consuetudine, ἐμπλαστὴν, ab ἐμπλάστῃ quod primò significat obstruere seu implere: quod ex obstruentibus & crassis hæc fiant: secundò verò fingere, aut conformare, quia manibus subigendo in magdalias, seu, ut vulgò, magdaleones componuntur, Latinis potius emplastrum neutro genere. Est verò emplastrum medicamen solidum ex siccis & glutinosis compactum quod partibus omnibus corporis admouetur. Fit hoc ex omni medicamentorum genere, sed raro ex plantis & cärum partibus, frequenter verò ex metallicis, terreis, lapidibus, adipibus, medullis, gummi, lachrymis, oleo, muccagine, melle, cera, succis. Coctione ferè omnia fiunt. Cera oleo liquatur, coquunturque cum metallis liquabilibus, partibus animalium, adipibus, vino, aceto, succisque crudis fluxilibusque ad horum aqueorum consumptiōnem. Soluuntur seorsim guimini aqua, colantur, inieciunturque circa finem, quo humor, quo soluta fuere, dissipetur; aut seorsim hunc igne absuumimus, remotoque ab igne emplastro spatha agitando mittemus, eidēque iam frigescenti terebinthinam, reliquāque resinas, propolim, puluerabilaque omnia & aromaticā optimè levigata (licet Fuchsius crassiora velit) spatula versando adjungimus, crocum omnium ultimum cùm magdalias effingimus, Æstate minus olei, adipumque & pinguis ceras, quam hyeme emplastris dandum. Modus coctionis eorum est, cùm amplius manus non inficiunt. Atque hæc de conficiendi modo generaliter dicta sint: qui enim perfectiorem construendorum emplastrorum methodum habere exoptat, consulat Iacobum Sylvium in sua Pharmacopœia, & nisi prolixitatē timeat, Galenum in generalibus Pharmacis. Emplastra ob easdem causas inuenta sunt ob quas cerata, omnibusque corporis partibus, morbis, ætatibus, sexibus, horis admouentur oleo aliquo laxata manibus, vnde malaxata dicunt, aut calore solo, si non nimis arida sint, in alutaque aut sericea aut linea tela extensa, cui superdant nostri Pharmacopœi subtilissimam sindonem sericcam ne corpus inficiat, aut nimis hæreat, quodlibet enim horum delicatulis agris nostris displicet, vnde admouere & amouere eis licet id pro libito. Dissoluuntur etiam conuenientibus oleis in vnguenti formam, quo illinitur corpus: sed hoc raro. Seruantur in officinis plurima in oblongas teretesque officas efformata, cartaque inuoluta, & ligneis pixidibus aut capsulis recondita. Durant annum aut paulo plus. Alia ex tempore fiunt.

Sapo licet vulgaris sit notitia & potius vnguentarium quam

Pharmacopœum deceat huius compositio, nihilominus non abs ite*re*
hic monuisse duplē illius esse formam mollem scilicet, & durum.
Mollis fit ex seu & cinere, aut etiam oleo: addunt alij sal Kaly, oleum
è piscibus: diciturque etiam liquidus, minorisque est pretij quam di-
rus, aut spissus. Hic verò pluris fit, constatque sale, oleo, & calce, ut
oleo & lixiuio solūm; quem etiam Gal. cognovit. Vterque abstergen-
dis indumentis, maximè lineis vsui est: quibus si addas odorata, illius
aut ablutis gratiam odoris conciliabis, quo modo fiunt pilæ seu poma
barbis detergendas quibus barbitonsores vtuntur.

His similia sunt poma seu pilæ odoratæ, à poma seu pilæ similitudine
sic vocata. Sunt autem hæ medicamenta rotundâ formâ ex odoratis
compacta, solida, magnitudine pomæ, quæ manibus gestata, aut ligneis
capsulis, maximè odoratis, crebro perforatis, aut argenteis, aureisue af-
brè factis condita, & collo appensa, naribus saepius admota suavi odore
nos recreant, aérēmque noxiū corrigunt; quorum proinde maximus
est usus in pestilentī constitutione. Fiunt ex quibuscumque odori,
tritis, cretis, exceptisque ladano, terebinthina, liquida stirace, muggi-
ne quavis, adduntur nouissimè pretiosissima, ut moschus & ambra. His
referri possunt aues Cypriæ, sic dictæ nostris quia auicularum forma ef-
fingantur ex odoratis ad suffiendum cubiculum, carbonibus superponi-
tæ, aut uno extremo accensæ: quæ eodem modo fiunt ac pomæ sed fali-
cis carbonem tritum odoratis miscent, ut ardeant.

DE SACCVLIS, FRONTALI, Semicucufa, & Cucufa.

C A P. XXI.

DE sacculis nonnulla obiter tetigimus in humido fotu. Sunt enim
sacculi ex fotu genere, sed siccum hunc vocamus ad humili dis-
cretionem. Nec longa eget explicacione remedium hoc, ut quod cogni-
ta nominis significatione ex se pateat; saccus enim, & sacculus, & fac-
illus diminutiua, apud Græcos, (quibus σάκκος vocitatur) Latinos,
Gallos, Germanos, Belgas, Italos, Hispanos, Lusitanos, & plures alii,
magnum est masurium ex tela canabina ut plurimum, lana, linea, sericea,
gossipio, corio, setis, sparto, confectionum ad excipienda arida quel-
libet. Apud medicos autem fere semper ex linteis fit aut sericeis, qui
seminibus supercalfactis plenus, ut milio, panico, lini, fœnugreci, aut sale
aut furfure, partibus pluribus adhibetur ad discutiendo flatus, tenacel-
que humores, qui dolores & tumores excitant. Sericeus verò sape ex
cardiacis tritis constituitur, liquoreque aliquo applicationis tempore ut-

roratus, ut vino, aqua, aut aceto rosaceis, aut extillatitijs odoratis, cordi hepaticque admouetur. Inuenti sacculi sunt in eorum gratiam qui humidum forum respūt, & vt glutinosa solutūque difficultia quæ humidis cedere nolunt, siccis diffalentur, calor enim in sicco fortius agit: obmitto quod arida, pulueratāque nullo melius quam sacco excipi & admoueri poterant. Quantitas medicamentorum incerta est: nec enim multū interest si vncia vna superabundet aut desit, vbi fouendum est: at vbi cordi prospiciendum, aut hepati, sufficit vncia vna, alterāue; cùm ad forum libra vna aut plures adhiberi possint. Cardiaci semper gestari posseunt, & iecorarij. Qui ad fouendum adhibentur, quocumque tempore applicari possunt, sed longè à cibo. Fiunt omnes ex tempore, nec in officinis afferuantur. Quidam pulueres sacculo solos includunt & admouent: alij inclusos longis interuallis intersuunt, interbastare vocant, ne in vnum locum toti confluant: nonnulli ob eandem causam cotto inuolutos, sacco condunt & intersuunt. Qui ad fouendum instituuntur, nullo horum egent, sed calidi admouentur; cùm refrigerere cœperunt, recalfacere oportet & adhibere. Semina verò vt milij, lini, fœnugræci, sal, furfures, sartagine friguntur, sacco excipiuntur, admouenturque. Nec à sacculis multum differt frontale, sic à fronte, cui adhibetur, vocatum. Est id medicaminis genus quadrata forma oblonga, ex floribus vt plurimum, minutim incisis, seminibus, puluerib[us]que, fericeo panno aut linea inclusis, longeque assutis, quod aceti rosacei vapore irroratum fronti adhibetur præcipue ad somnum conciliandum, aut fumos, & humores à cerebro repellendos. Quantitas medicamentorum esse solet vnciarum viii aut duarum. Applicatur hora somni communiter, aut quacumque alias, si necessitas vrgeat. Frontalis longitudo sit spithamæ, latitudo digitorum quatuor. Fit in præsentem rem.

Huic similes admodum sunt Semicucusa, & Cucusa barbaris dicta, quæ Latinis verti possent pileus, & semipileus, aut caputium & semicaputium. Sunt hæ medicamentorum formæ in modum pilei, vbi totum caput laborat, aut semipilei, vbi media solum capitum pars ægrotat, confitæ ex eisdem & eodem modo quo frontales, ad diurnos contumacésque capitum morbos, proindéque semper geruntur. Sed post aliquot tempora nouæ reficiendæ sunt, quia primarum virtus partim euanuerit, partim crassitie contracta circa tælam, permeare ad caput non possit, & quod eorum humiditas & sordes magis noceat, quam prosint medicamenta. Fit quoque pileus ex emplastris in aluta, aut tela extensis. Porro abradendi sunt ægo capilli, aut æctissimè tondendi, ne medicamentorum contum prohibeant. Puluerum quantitas in pileo est ab vncijs duabus ad quatuor: semicaputio verò dimidiata. Atque his videmur votum absoluisse, medicamentorumq; simpliciū delecti, & preparationem compositorum, quibus nostra vtitur artas, causas, conficiendi modum, formam, quantitatem, vsum, durationem, repositionē, nominisq; insuper rationem, quæ dilucida breuitate, breuiq; claritate pro tyronū captu edisseruisse.

Quod si minus assequi sumus, benigni lectoris erit ingenuam voluntatem laborémque nostrum æqui bonique consulere, deffectus emendare, nam quandoque bonus dormitat Homerus, & si quid melius habuerit, in medium eadem liberalitate candoreque qua nos hæc in communem omnium utilitatem condidimus, proferre. Si verò non omnino oleum & operam perdidimus, aliquid humano generi ex laboribus nostris emolumenti accesserit, grates laudésque Deo Optimo Maximo omnium rerum conditori reddendæ sunt, à quo omnis prudentia, sapientia, benignitas, clementiaque nobis communicantur, qui sit benedictus in sæcula.

Q V I D?

Laus Deo, virginique Mariae.



Tabula III. Præparationis Medicamentorum.

pag. 484.



C O C T I O, Quæ est medicamenti alteratio à calore facta, ad transmutationem id perducens. Hæcque duplex est.

A S S A T I O, quæ est coctio facta in sicco fine externo humore
Elixatio, quæ est coctio facta in externo humido.

Et harum vtraque triplex est, scilicet

Magna
Media
Parua

Medicamenta fortis virtutis
Et quæ eandem in centro habent
Et quæ densa sunt substantia, vt

Ligna.
Cortices.
Radices.
Lapides.

P R A E P A R A T I O,
Quæ est aptatio medicamenti, arte facta, ad usum
ummodi, quadruplex est

L O T I O, quæ est irrigatio medicamenti, conuenienti liquore facta. Et est etiam triplex, scilicet

Magna
Media
Parua

Magnam
Medium
Paruam

Medicamenta quæ medias habent
vires, mediāq; substantiā inter
fortia & debilia, rara & densa, vt

Semina apij.
Ammeos.

I N F V S I O, Quæ est medicamenti maceratio idonea in humido: & triplex est

Magna
Media
Parua

Magnam
Medium
Paruam

Medicamenta debilem, aut in superficie positam
habentia vim & raram substantiam, vt
Et quæ nimia humiditate, aut leniendo, & lubri-

Floræ frigi, maij,
Herbæ Capillares.
Epithyn.
Violæ.
Flores cere omnes.

T R I T V R A T I O, Quæ est medicamenti cōminutio in tenues partes, contunden- te instrumento facta: & est etiam triplex, scilicet

Magna
Media
Parua

Magnam
Medium
Paruam



Tabula II. electionis Medicamentorum.

pagina 484



Tabulæ tres quibus Materia, Electio, & Præparatio Medicamentorum continentur.

Tabula I. electionis Medicamentorum.



FRANCISCI SANCHEZ,
DOCTORIS MEDICI,
ET IN ACADEMIA
Tolosana Professoris Regij.
DE THERIACA
ad Pharmacopœos.
LIBER.

VNDE ET A QVO NOMEN
habuerit Theriaca.

C A P . I.

PO ST absolutas Electionis, Præparationis, & Com-
positionis regulas generales, non inutile nobis vi-
sum est si hæc ad præxim referentes, insignem ali-
quam compositionem in medium proferremus, in
qua tanquam exemplo, quæ superioribus libris uni-
versaliter dicta sunt, examinaremus, réque ipsa ex-
periremur, exequeremurque. Cui rei perficiendæ
nullum nobis commodius visum est medicamen Theriacâ, cum ob in-
signes eius dotes, celebrèmque super omnia artis opera famam, tum ob
simplicium multitudinem, varietatem, excellentiam, præparationem,
totius denique operosam mixtionem. Porrò in eius explicacione hunc
scrutabimus ordinem, ut scilicet priùs eius nominis causam & authorem
doceamus, deinde eius differentias, tertio descriptionem, quarto examen

simplicum omnium , quintò composita quæ hanc ingrediuntur , sēcō
mixtionem , septimō conseruationem , durationēmque , & experimen-
tum . Quibus absolutis fecisse satis Pharmacopœis , quibus hæc scribi-
bimus , videbimur . Vsum verò Medico , cui hoc impendet munus , telin-
quemus . Ut ergo primum aggrediamur caput , non satis constat à quo
primum inuenta sit antidotus hæc , quæque sit eius nominis cauſa . Nam
Theriacam à Thyro , id est viperā dici , vt barbari quidam existimarent ,

Cronenburg.

vanum est . Thyrus enim viperam nō significat , sed Echis matrem , Echidna
verò fœminam (quod vtrumque Latini ambiguo nomine viperam voca-
runt , vt in cicada , formica , perdice , & alijs contingit) Græcis deo-
tat . Est & alia fortior ratio , quod scilicet antequam Theriacæ viperas ad-
misiſſet Andromachus , Theriacæ etiam vocabatur , multoque ante An-
dromachum tempore Theriacæ nomen inuentum fuisse constat , & com-
positionem hanc . Nam Plinius lib . 20 . cap . vlt . afferit , clarissimam ad-
uersus venenata animalia compositionem Theriacæ incisam versibus la-

Lib . 34 . c . 18 pidi in limine ædis Aësculapij fuisse : idemque alibi testatur , apud Tha-
fos vitæ vocari Theriacem , cuius vinum atque vua contra serpentum
ictus medetur . Gal . etiam 12 . Method . allium , rusticorum Theriacem
vocari ait ; quo nomine appellat quoque Auicen . Cano . 2 . Squillam ,
Opopanaxem , & Aristolochiam . Accedit ad hæc , quod Gal . de Theria
ad Piso . videtur ignorare quis primus antidotum hoc inuenierit . Ait
,, enī , Quamobrem ego demiratus sum illum qui primus ipsius compo-
,, nem , est aggressus . &c . Vnde constat antiquissimam esse antidotum
hanc , nec certum habere authorem , nec nomen à viperis quas recipit
habuisse . Quod & inde magis manifestum fiet . Nam Andromachus non
eam vocauit Theriacam ; cum ante eum & iam esset , & ita vocaretur ;
sed Galenem , hoc est tranquillam (quod scilicet in tot morborum tem-
peſtatiſbus tranquillitatē afferat) vt afferit Gal . de Theria . vſu ad Pam-
phili . Quod inepti quidam non intelligentes , eam ad Galenū referentes
vocant Theriacam Galeni . Sed obijciet forſan quispiam verba Galeni
quæ ſic habent lib . De Ther . ad Pis . Illud tantum prius dicam , Theria-
cam duabus de causis merito , & ab eo qui ſic ipsam admisit , & à nobis den-
ceps appellatam , ſimil quia morsibus serpentum maximè succurat , ſimil quia
viperinas carnes admixtas habeat . Item lib . De vſu Ther . ad Pamphil .
paulò ante finem in hæc protrumpit verba ; Ipsiā vrd Antidotū cui ab
Andromacho qui primus ipsam compoſuit , nomen Galene hoc est tranquilla ,
inditum est , quamuis alijs qui ipsam ab eo ſuſcepferunt , vt Crito & Critonem ſe-
quuti , quod viperā carnes acciperet , theriacam appellariint , hoc modo conſi-
citur . Item t . de Antidot . Cuiusmodi est quam Theriacam vocant , que ab
Andromacho medico compoſita Mithridaticam penē antiquavit . Et inſtra ,
Subsequetus autem multis poſt annis Andromachus inter Neronis medicos
primus , non nullis additis , quibusdam ademptis , theriacem quam appellant ,
compoſuit , haud exiguam partem carniū viperā , quibus Mithridatica an-
tidotus carebat , ceteris admisens . Ex quibus locis colligi videtur Andro-

machum primum fuisse theriacæ inuentorem, eamque à viperis theriacam dictam esse. Quod id ipsum probare videntur trochisci dicti theriaci, & à Gal. & ab omnibus, qui ex viperarum carne conficiuntur. His omnibus sic respondendū censeo: Theriacæ duplex esse tēpus, aliud ante Andromachū, aliud post illum. Primò quidē Theriaca vocabatur, quāuis sine viperis esset, à Δημόσια Græca voce, quæ truculentam feram, sanguinque Gorreus in animal significat, quia aduersus horum animalium iactus instituta ea es- d'ffer. set, & id prima Galeni verba ad Pisonem c. tata significant. Secundo au- Robert. Steph. in tem tempore, postquam Andromachus ei viperas miscuit, dupli ratione Theriaca dici potest, & quod aduersus venenosorum animalium fæ- thesau. lin- uitiam conferat, & quod truculentam recipiat viperam: idque testan- gua Græc. tur ultima citati loci ad Pisonem verba, & locus allegatus ad Pamphilianum, & alius t. de Antido. Hacque ratione dicuntur nunc trochisci de viperis Theriacales. Potest itaque aliquomodo Andromachus author dici huius antidoti, maximè si addas Galene, ut videtur velle innuere ad Pamphilia, citato & t. de Antidotis. Quod autem etiam ante eum Theriaca extiterit, patet ex Galeno ad Piso. vbi sic ait, *Hec igitur, ut ego qui- dam arbitror, veteres medici quotquot optimi fuerunt, cum ab Hippocrate di- dicissent, tam optimas medicamentorum compositiones inuixerunt.* Et paulo interius, *Quam ob rem, opinor, & hanc ipsam Theriacam, de qua nobis to- mistic liber accuratè disceptat, è plurimis & optimis rebus appararunt: Et intras, Quonobrem & vobis Principibus ad exitandum insidias, & exercituum ductoribus in varios bellorum euentus, necessariam hanc antidotum existimo que sanè quandam licet sine viperis conficeretur, plurimum tamen aduersus hec omnia valebat. Inde medici cum huic uni inuigilarent: & quod maxime presentanea fieret, quid adderent inter se consultarent: medicus quidam ex- cogitauit, viperas admiscere. Ferunt hunc virum Andromachum fuisse, me- dicum commemoratione dignum, qui non multis ante nos annis fuit. Con- uixit enim Neroni, cui libellum versibus scriptum dicauit, in quo Theriaca compositionem & promissiones tradit.* Haec tenus Gal. & hæc de nomine & auctore sufficiant.

DE SPECIEBUS THERIACÆ, & de qua hic agatur.

CAP. II.

PLVRIM AE autem extant Theriacæ descriptiones, Andromachi sci- *De Ther.*
plicet senioris, de quo superiori cap. loquuti sum^o, Andromachi iunio- *ad Piso.*
ris illius filij, Xenocratis, Democratis, Critonis, Magni; Demetrijque, qui
Andromacū sequuti sunt, Galenūmq; p̄cesserunt. Post Gal. autē Ori- *Cronembur.*
basius, Aëtius, Paulus, Actuarius, Myrep̄sus, Nic. Ale. Auicenna, & plu-

rimi alij antidotū hanc omnes variè scriptis mandarunt. Laudantur etiam à varijs authoribus cōpositiones sub nomine theriacæ titulis his omnijs, Mithridatis, Antipatri, Ālij Galli, Euclidis Palatiani, Zenonis, Laudaci, Claudijs Apollonij, Antiochi regis, Herae, Xenocratis, Magni, Scribonij Largi, Nicolai, Esdræ, Alexandri. Mesues diuersam quandam ab his omnibus depingit, Diateſſarónque vocat, à quatuor solum simplicibꝫ quibus conſtat, dempto melle. Sed eandem ante eum tradidérunt Rha-
zis 8. ad Alman Serapio tract. 7. c. 8. Auic. lib. 5. ſum. 1. trac. 1. Paul. lib. 3. c. 77. Aēti. lib. 12. c. 47. Nicol. Alexan. c. 904. Myrepſus n. 6. de Theriacis, & denique omnes practici. Hæcque Diateſſaron vulgaris habetur, pro veraque Theriaca venditur, cuius defectum ſupplet, ea quādem utiſſima antiquissimāque ad plurimos affeſtus dicente etiam Mana-ndo: ſed genuinæ nulla ex parte conferenda. Eiusdem etiam Manandi deſcriptione extat theriaca lib. 5. Epift. 3. quā tamen non paratur. Pra-
poſitus ex Galeno ſuam traduxit, ut ipſe aſſerit, ſed corrupțe admodum, proindéque reſpunda. Cūm ergo tot extent Theriaeſ descriptiones, quem nobis imitandum proponeamus in eius compositione? Non alii ſantè quām eum qui præſtantissimam eam nobis reddidit, celebriſſi-
māque apud omnes homines, partim ob promiſſionum certitudinem, partim ob actionum efficaciam: qui eſt Andromachus senior. Nullus enim, inquit Galenus, vñquam traditur occubuisse, qui commorari hisce feris quā consueuerunt necare, theriacam ſubitō ſumpſiſſet. Pro-
inde Gal. paulò inferiūs, cūm discordantes circa theriacæ compoſi-
tionem ſententias recitaffet, ſubiunxit, *Tanta cū extet discordia inter theriaca descriptiones, nos Andromachi traditionem, ut optimam prohabamus atque ita theriacam in uſum Imperatorum componimus.* Hæc Gal. Cate-
rūm cūm duo fuerint Andromachi, alter senior, pater, qui carmine theriacam deſcripſit; alter iunior eius filius, qui eandem ſolutā oratione tradidit, ſed in aliquo variantem, nos Galenum ſequuti, senioris Andromachi compositionem conficiemus: quam non ab Aētio, non ab Oribasio, non denique à quoquam alio ex priſtinis aut Neotericiis authoribus decerpemus, ſed ab ipſomet Galeno Andromachi diligentiſſimo imitatore, qui eam fuſiſſimè non vno in loco, ſed tribus, lib. ſcilicet de Theria. ad Pifo. De uſu Theria. ad Pamphil. & i. de Antido. non vno ſolum modo, ſed & equeſtri & pedeſtri ſermonē pro-
feſus eſt: quīque plurima in eadem & correxit & explanauit. Quare iam ad eius deſcriptionem accedamus.

*De Ther. ad
Pifo.*

DESCRIPTIO

DESCRIPTIO THERIACÆ.

CAP. III.

ANDROMACHI senioris compositio, quia metro conscribitur, difficulter est quam ut à quocumque intelligi perspicuè possit. Proinde nos Gal. imitati, Andromachumque iuniorem, eam soluto sermone depingemus, correcità tamen varietate in qua iunior Andromachus à patre dilredit, à Galenoque notatur. Eius ergo modus talis est apud Gal. de Theriaca ad Piso. de eius vsu ad Pamphil. & i. de Antido. *Pastillorum scilicet* drach. *quadraginta octo. Pastill. viperinorum, piperis longi, succi papau. magnatis Hedycroi. singulorum drach. viginti quatuor, rosarum sic. Iridis Illyri. radicis dulcis, seminis napi sylvestris, scordij, liquoris balsami, cinnamomi, agarici, singulorum drach. duodecim myrrhae, costi, croci, cassiae, nardi, florum iuncis rotundi odorati, thuris, piperis albi & nigri, dictani, marrubii, rhei, stoechadi, petroselini macedonici, calamintha, terebinthina, zingiberis, radicum quinquefolij, singulorum drach. sex, polij, chamaephytos, fyracis, racemorum amomi, mei, nardi Galli. Sigilli Lemnij, phu pontici, chamedrys cretica, foliorum malabathri, chalcitis assæ, gentianæ, anisi, succi hypocistidis, fructus balsami, gummi, semenum fœniculi, cardamomi, seselios, acacia, thlaspeos, hyperici, sagapeni ameos, singulorum drach. quatuor, castori, aristolochia tenuis, seminis dauci, bituminis iudaici, succi panacis, centaurij tenuis, chalbani, singulorum drach. ras duas, mellis liber decem, vinifalerni quantum sufficere videatur. Hæc est vera & legitima Theriaca descriptio, ut ex Andromachi versibus colligitur, & à Galeno ci-tatis locis ijdem aut paulò dissimilibus vocibus, idem tamen designantibus delineatur: nisi quod ad Pamphil. scribens, pro drachma, pondo apposuit; quod incertam quantitatem significat. Tunc tamen obseruandum est, ut cum dicitur pondo iiiij. deinde pondo ij. & sic deinceps; licet vnicuique vel libram, vel vnciam, vel drachmam, vel quolibet aliud pondus intelligere; modò semper eodē modo sumat: ita ut si vncias quatuor accipiatis in prima compositi dinumeratione, deinde vncias duas, & ita deinceps obseruet. Porro integras dictiones, præcipue ponderum & mensurarum, numerorumque expressimus, ne errores incurreremus in quos frequenter labuntur qui notis vulgaribus vtuntur; quo fit ut saepe medicamenta omnino peruertantur, quemadmodum quotidie experimur. Quod etiam aduertens Gal. i. de Antido, laudat eos, qui versibus antidotos depinxerunt, metri enim ratio mendum aut errorem non patitur: polliceturque numerorum nomina integris literis, non notis, signaturum. Quod licet ille exequutus sit, qui tamen eum traduxerunt, typographique iterum ad notas recurrerunt. Proinde non mirum est si depra-*

uatas habemus quamplurimorum medicamentorum formas, maxime postquam non solum numeros notis signamus, sed etiam vncias, drachmas, scrupulos, & similia. Sed his obmissis accedamus ad explicationem simplicium quæ antidotum nostrum ingrediuntur.

D E S I M P L I C I V M Q V E

*Theriacam ingrediuntur, examine, & primum,
de Pipere longo, Opio, Rossis, Iride, &
Glycyrrhiza.*

C A P. IV.

THERIACAE examen aggressuri, compositiones tres quæ priores recipiuntur, nunc dimittemus, reliquaque simplicia penitabimus. Expedit enim circa hæc plurimum laborare, ut exquisita, perfectissima que habeamus: alias enim mirum non fuerit, si quales nobis authores pollicentur vires effectaque mirabilia in Theriaca nostra non experimur. Quæ causa fuit Gal. vt ipse testatur i. de Antid. visendi Cyprum, Palestinam Syriæ, Lemnum insulam, & quamplurima alia loca, quod simplicia quæque in proprijs videret, colligeretque natalibus locis, non ab institoribus & mercatoribus adulterata. Quæ autem per nos habere non possumus, per fide dignos homines nobis ex locis quibus optima proueniunt, adduci curabimus. Quo ergo loco optima quæque prouenant & quibus notis insigniantur, deinceps sigillatum ostendemus, à Pipere longo, quod primum inter Simplicia est, auspicati.

Quamvis Theophras. Dioscoridésque tria piperis gethera, album scilicet, nigrum, & longum, quibus nos omnibus abundamus, agnouerint plantarum tamen historiam omanino ignorasse deprehenduntur, quemadmodum & Plinius. Putant enim longum piper ab eadem planta decipi à qua reliqua, sed immaturum esse. Quod tamen falsum esse asserunt Hispani, Lusitanique, qui Orientales, Occidentalesque Indias libumicis perlustrant: qui aiunt plantam quæ piper fert, infirmis quibusdam viticulis assurgere, vicinásque arbores complecti, acutæ clematis forma, sed folio affyrij mali. Ab his pendent racematin vuarum labruscæ modo, sed confertiūs, piperis grana; quæ mense octobri matura leguntur, lique triduo exponuntur, quo tempore nigrescunt. Longum piper ab alijs produci plantis, quasi nucamentum quoddam, quale in pontica nuce, aut salice videmus, nunquamque in album aut nigrum piper conuerti. Matthiolus asserit se in Italia vidisse pipereas plantas descriptioni Lusitanorum respondentes: Quod an verum sit, ipse viderit. Huius piperis longi magna nobis suppetit quantitas. Sed cum id adulteretur herba quadam

fuluā ab externis regionibus aduectā, piperi longo figurā simili, tentandum id est; quod si gustum non mordeat, aquāque mersum dissoluatur, adulterum est.

Opium optimum est Thebaicum, graue, densum, amarum, odoratu soporiferum, quod facilē aquā soluitur, lēue, candidum, neque asperum neque grumolū, quod inter colandū non vt ceracoēat, & in solē diffundatur: nec admotū lucernis atram emittat flammarū, & extinctum odoris vim conseruet. Est id succus ex papaueris capitibus cultro decussatim incisis per se distillans. Ex quibus notis patet, id quo vtimur verum & legitimum opū non esse, sed meconiū, quod ex contusis capitibus foliisque papaueris exprimitur, idque adhuc adulteratum forsitan glaucio, gummi, & lacte lactucæ agrestis, vt inquit Diosco. Quare enitendum nobis est purum & genuinum habere.

Rosæ sint quām ruberrimæ, fragrantissimæq; & perflato loco exsiccatae. Iridis radix, quæ hic expetitur, esto Illyrica, sīn minūs, Florentina, magna, dura, densa, odoratissima, rufa, acris, grauis, nodosa.

Quod verò attinet ad Glycyrrhisam, sumi debet eius succus. Hic verò quemadmodum & radix, optimus habetur Gal. i. Antid. ex Creta insula.

DE SEMINE NAPI SIL- vestris, Scordio, & Opobalsamo.

C A P . V.

A GRESTIS Napi semen Gal. & post eum omnes hīc ponunt pro Buniada, laudantque Creticum. Item & Scordium: quamuis & alibi bonum prouenire posse non negat. Quare cūm vtrumque nobis magnā suppetat copiā, si Cretense non habuerimus, immiscendum erit nostrum.

Circa Opobalsamum autem maius est dubium. Erat hic quondā sucus ab incisis arbusculis sponte manans, solum in Iudea duobus hortulis regijs, adeo exigua quantitate, vt vix Imperatoribus sufficeret; erantque qui id sic apposite adulterarent, vt vix aut ne vix quidem etiam ab exercitatisimis discerni quiret. Quod in causa fuit vt Gal. in locum in quo Opobalsamum colligebatur, contenderit, vt & sincerum haberet, & eo tanquam regula ad dijudicandum falsum vteretur. Nunc autem siue incuria aut bellorum rabie factum est, vt nusquam terræ arbusculæ illæ nascantur, colanturque, quod sciamus. Quare cūm liquore illo adeo excellenti Opobalsamo dicto careamus, arborisque ligno Xilobalsamo vocato, & eiusdem fructu seu semine, quod Carlobalsamum appellant, videndum est quæ illorum loco substituere possimus. Pro Opobalsamo Gal. lib. de substitutis, supponit mytham factem, addit Sylvius ex eodē Opocarpasum, & myrti liquorē. Sed cūm nec factem, nec Opocarpasum ad nos amplius deferatur, myrti autē liquorū minūs validus videatur, quærenda alia sunt. Mirari autem interim subit quomodo doctissimus

de Antid.

Sylvius prō opobalsamo Opocalpasum ex Galeni mente supponit, cū contrā Gal. Opocalpasum exitiale venenum esse dicat, licet siccę eius portiuncula myrrhæ mixta inueniatur. Pr̄stat autem eius verba subcere, ne Syluium immeritò damnare videamur, quæ sic habent de Antido. *Ad hunc modum & in optima myrrha opocalpasum reperitur, quid tamen à myrrha differt.* Et in fr̄a, *At opocalpasum exitiale est, multoq[ue] suu forte quadam vidimus nostru in artis decursu mori, quod myrrha euopcalpasum admixtum esse nesciebant, assumpſissent.* De industria namq[ue] &c. Quid ergo pro opobalsamo accipiemus? nam hoc pr̄stantissimum est totius compositionis medicamentum. Quidā oleum caryophilorum supponunt, sed hoc mihi videtur nimis acre & calidum, opoballatum enim plus odore & partium tenuitate commendatur, quām calore, cū minus calidum sit plantā suā, quam Gal. secundo ordine calidam & siccā esse dicit: caryophili vero calidi sunt tertio ordine, Paulo lib. 7. & Serapioni. Alij laudant oleum ē nuce myristica, aut moscata, quod mili magis placet. Quidam oleum ē terebinthina, nec hoc displicet. Ego uitem id quod styracem liquidam vocamus, substituerem: videtur eam mihi eam esse factem; quæ nihil aliud est Dioscoridi, quām liquor pr̄stantissima myrrha expressione eductus, cuius quidem odorem styrax hic liquidus maximè refert. Nec enim styracem hunc esse putandum est, cū liquidi styracis non meminerit Dioscor. Possimus etiam huius styracis liquidi oleum, aut myrrhæ, si eam optimam habeamus, opobalsamo substituere.

DE CINNAMOMO, Agarico, & Myrrha.

C A P. V I.

de Aintt. **C**INNAMOMVM paruus erat frutex, suauissimi odoris, magna rūmque virium, sed adeo rarus etiam iam tempore Galeni, vt non nisi apud Imperatores inueniretur. Cuius quinque aut sex species ipse constituit, maxima bonitatis distantes longitudine. Ita vt omnium infinitum optimæ Cassia simillimum dicat, huiusque perfectæ virgulta quādam vidisse Cinnamomum omnino referentia. Vnde colligit adeo congeneres esse duas has plantas, **Cassiam** scilicet & **Cinnamomum**, vt facilis sit ab una in aliam transitus. Quo fit, vt in vnius defectu, aliud subrogari possit. Sed hoc ea ratione fiat, vt quia **Cassia** Cinnamomo imbecillior multò est, quoties hac caruerimus, dimidium Cinnamomi præca substituamus: vbi contrā **Cinnamomum** non suppetat, duplum electæ **Cassiae** pro eo accipiamus; quod etiam suadet Dioscorides. Est autem **Cassia** etiam multiplex teste Dioscoride & Galeno. Cujus omnes differentias Venetijs in mercatorum tabernis

inveniri afferit Mathiolus. Ergo, quando Cinnamomum ad nos amplius non asportatur, quod autem nomine Cinnamomi venditur, & vulgo canella vocatur, Cassia est, huius electæ dupla portio theiacæ nostræ pro Cinnamomo injicienda est. Est autem optima inter Cassiæ genera, *Diosc. lib. fulvescens, pulchri coloris, corallij emula, perquam angusta, longa, crassa, fistulosa, gustu mordens, & cum aliquanto feroore adstringens, aromatica, vino odore. Quæ omnes conditiones cùm sèpe in nostra Canella vocata reperiantur, veram esse Cassiam ostendunt. Neque proinde necesse est cùm Cassiam authores poscunt, Canellæ duplum supponere, vt consulit Fuchs. Sed sat est æquum pondus.*

De Agarico latius egimus in simplicibus nostris. Est hic fungus caudicibus arborum quarundam adnascens, qui laudatur foemina (est enim in eodem genere etiam mas, sed perniciosus) farmaticus, albus, tatus, fragilis, rotundus, primo gustu dulcis, inde amarus. Optimum habemus apud nos, conandum tamen vt ex Sarmatia habeamus, si fieri possit.

Myrra lachryma est arboris quæ in Arabia gignitur. Cuius plures sunt species, inter quas vulgaris nostra infimas videtur habere partes, si ea myrra sit; aut adulterata est. Enitendum ergo vt puram & optimam habeamus, quæ his notis dignoscetur, scilicet, si sit Trogloditica, recens, fragilis, leuis, vndique concolor, quæ confracta venas vnguum modo candidas & lœues ostendat, minutis glebis, amara, acris, odorata, cal-faciens.

DE COSTO, CROCO, NARDO, & Iunco odorato.

C A P. VII.

ET SI Costi triplicem differentiam constitutat *Diosc.* cùm tamen *lib. 11. 6.* nullum describat, non mirum est si aut eum non cognoscamus, aut ^{14.} non habeamus. Constat tamen nos non habere quod Costi notas omnes referat. Quare pseudocostis non vtendum, sed eius loco supponenda erit Elenij radix ex Galeni autoritate. Possumus etiam & Iridem, aut Angelicam, aut dimidium Pyrethri substituere, cùm Costus, teste Galeno, adeo calidus sit, vt etiam exulceret.

Crocus autem adeo nobis vulgaris est, vt descriptione nulla egeat. Laudatur is Coriceus, sed desijt ad nos asportari, recens, boni coloris, parum candidi gerens in capreolis, oblongus, omnibus suis partibus constans, non fragilis, plenus, à quo detractum nihil est, qui madefactus manum inficit, nec situm redolct, nec cariem sentit, subacer.

Maxima est de Nardo inter Manardum, Brasauolum, sed & Pliniū, Hermolaum Barbarum, & Ruellium ex vna, & Fuchs. Mathiolūmque ex alia parte, controuersia: num scilicet ea radix sit an spica. Contendentibus scilicet illis Nardum spicam esse, Mathiolo, vero, radicem. Suas vterque habet rationes. Matthioli præcipua est, quod dicat Galen. i. de Antidot. *Iuber deinde Andromachus indicam Nardum imponere, quam ex eo quia spica figuram imitetur, Nardi spicam minant, quamvis radix sit.* Hunc locum & alia quædam Galeni adducit Matthiolus contra prædictos authores. Sed & illi suos habent locos & argumenta. Neque putandum est tot tamen oculatos authores sine ratione asseruisse Nardum spicam esse. Proinde difficile admodum est, sententiam inter illos proferre. Dicam tamen liberè quod sentio. Cū neque Diosc. neque Galen. neque quisquam aliis Nardum perfidè descripsérit, arduum fane est iudicare, an quam Nardum vocant, spica sit, an radix. Neque forsitan Diosc. aut Galen. & qui eos sequuntur, Nardum indicam perspectam habebant, eiisque historiam callebant, queadmodum nec & nos, sed tamē qualem à mercatoribus accipiebant, descripsérunt, alij radicem, alij spicam credentes & nominantes. Et quid mirum? Cū nos qui pluribus post eos seculis viuimus, ignorantem æquè ac illi eius historiam habeamus. Aut ergo nobis abscondita est eorum Nardus, aut illis nostra, aut utriusque ambiguè de ea sentimus. Hoc ultimum credo certius. Sed si aliquid opinandum est, non video quomodo radix, spica dici possit: nec est in tota plantarum historia, alia quæ spicæ nomen radici tribuat, aut contrà. Sunt præterea loca alia Galeni quæ illi à Matthiolo adducto videntur aduersari, alter præcipue, quem Matthiol. pro se adducit, cū tamen contra eum pugnare videatur, scilicet lib. 9. compos. med. S. loc. vbi ait. *Quin. & Nardi ipsius drachmam unam coniiciendam censet, quam falsi nominis radicum dixit, quandoquidem spica Nardi cognominatur.* Sed hic locus ambiguus est, quemadmodum & quod de Nardo dicturus in simplicibus, de Nardi spica titulum fecerit. Crediderim ego Nardum qua vtimur, radicem neutiquam esse, sed comatam plantam, quæ tenuibus radicibus innixa, extra terram similis est pluribus spicis congregatis, vnde appellationem meruit. Nam quod Matthiolus adfert, sic in Nardo habere atque in allio, cepe, & similibus bulbosis, in quibus non filamenta solūm, quæ à bulbo pendent, radices dieuntur, sed & bulbus ipse, & quantum terra tegitur; nil simile habet cum Nardo; quæ quidem non bulbus est, nec compactum quid & solidum, quemadmodum allia; nec constat Nardum ut illa, totam terrā obrui. Præterea si totum quod Nardum vocamus, radix est, cuius plantæ radix erit? Nec enim folia, nec flos, nec caulis, nec qualibet alia pars Nardi esse censetur, prater id quod habemus. Quomodo ergo radix erit, si non sit aliquid quod ex ea productum terræ emineat? Ex Diſcoridis verbis idem videtur colligi; sic enim ait de secunda quadam Nardo loquens, *Ex indicis annis*

Nardo quoddam Gangitis vocatur, à fluvio Gange, apud quem enatatur, montem praterfluente; quod genus, ob multam loci, in quo prodit, virginem, viribus infirmum est, atque procerius adolescit, plures ferens spicas, ab una radice comosas, vñaque conuolutas, ac grauiter olentes. Hec sane Dioscoridis verba clare ostendunt, Nardum spicam esse, non radicem; nam procerius adolescere, nullo modo radici conuenire potest: & quomodo dixisset ab una radice plures produci spicas, si spica radix esset? Quod manifestè adhuc in sequentibus ostendit de alia dicens, *Est & genus quoddam, cui Sampharitico nomen locus indit, frutice breui, in magnas se spargens spicas, candidiore interim medio caule.* Quis est qui hæc radici aptare possit? Addit quoque vendi Nardum lotam ab impostoribus, sed fraudem detegi, quod lanugine propria careat. Ecquæ autem vñquam in radicibus notata est lanugo? Addit insuper, *Intueri autem oportet, si lutum radicibus infideat, & incernculo paluerem excutere, eluenda manibus vtilem.* Ut quid ergo opus fuit dicere, si lutum radicibus infideat, si tota Nardus radix est? Atqui non vt consuevit Dioscorid. taphtologij, aut pleonasm. Hæc sunt quæ me mouent ne Fuchsij & Matthioli opinionem probem: credámque potius Nardum, quam spicam vocant, non radicem esse, sed fruticem breuem ut inquit Dioscorid. in plutes se spargentem spicas, lanuginosas. Cuius quidem præstantissimæ nota hæ sunt, si scilicet sit recens, leuis, largam gerens comam, flava colore, perquām odorata, ac cyperum redolens, breui spica, amaro sapore, linguam siccante, quæ diu in sua odoris gratia permaneat.

Sed iam de Iunco odorato. Est hic in Arabia copiosissimus, & quamuis Iuncus vocetur, culmos tamen seu calamos tritici modo habet, quorum in medicina usus est, & florum, & radicis. Sed flores plurimum laudantur, vocanturque Græcè σχοινίον, id est iunci flos. Et quamuis miretur Galen. i. de Antidot. quid vulgus Iuncum Scionanthum vocet, cùm solus Iuncus ex Arabia sine floribus tunc asportaretur, quia, inquit camelii floribus eius valde delectantur, vnde fit vt eos, & Iuncorum cacumina depascantur: tamen cùm nunc ad nos afferantur calamorum apices cum floribus, eis vtendum esse suadeo, modò rufi sint, recentes, floribus referti, tenues, rubentibus fragmentis, qui manibus confricati, rosæ odorem emittant, igneāmque mordacitatem linguæ imprimant. Quod si non odorati sint, immisceri non debent, vt pote inualidi.

D E T H V R E , P I P E R E N I G R O ,
Dictamno , & Marrubio.

C A P . VIII.

THys lachryma est arboris cuiusdam in Sabæa Arabiæ regione prouenientis. De quo et si plurimi scriperint, arboris tamen effigiem nemo Græcorum vel Latinorum delineauit certo. Quæ enim Theophrastus de Histor. planta. lib. 9. c. 4. & Plini. Natural. Hist. lib. 12. c. 15. de Thure & Myrrha arboribus narrant, magis fabulosa quam vera videntur. Plurimum ad nos affertur, probaturque masculum, suapte natura rotundum, & indiuiduum, candens, nitens, cum frangitur, intus pinque in suffitu statim ardens.

De Pipere nigro loquuti sumus suprà cum de longo ageremus. Commendatur hoc grauissimum, plenum, nigrum, sine multis rugis, recens ac minimè furfurosum.

Dictamnum planta est in Creta proueniens angusto loco. Quæ quamuis sine fructu & flore esse à Diosc. prodatur, experientia tamen contrarium ostendit. Vnde suspicatur Mathiol. Dioscoridis textum corruptum esse. Plinius quoque deceptus est, id caule priuans. Non diu est quod ad nos ferri coepit, notis Dioscoridis omnino respondens. Est etiamnum Pseudodictamnum, cuius, & Dictamni figuram pete ex Mathiolo. Esto id recens, odoratum, acre, floribus ornatum, lœue, tomento plenum.

Marubium Latinorum, Praßium est Græcorum, notior planta quam vt maiori egeat explicatione.

D E R H E O , S T O E C H A D E ,
Petroselino , Calamintha , & Terebinthina.

C A P . IX.

IN nostris super Mesue simplicia annotationibus Rhea seu Rhei histrio prosequuti sumus. Erat Rha-ponticum Græcorum valde diversum à Rha nostro, quod Barbarum vocamus. Desijtque illud omnino ad nos afferri. Quare quærendum est aliud quod eius loco substituimus. Auicenna Rhabarb. eius loco immiscet, sed hoc purgat, illud autem

autem minimè. Nos Rhabarb. vino rubro priùs infunderemus, quòd solutrix virtus deponeretur. Alij ex lib. de substitutis, Centaurij magni radicem supponunt, nec inepte.

Stoechas autem adeo nobis familiaris est, vt non egeat expositione, maximè cùm in stoechadibus insulis coram Massiliā sitis, nobis vicinis, laudatissima proueniat Dioscordi.

Maior verò in Petroselino est labor. Adeo enim concisè Selini id est apij species delineauit Dioscorid. vt authores de ijs maximè dissentiant. Non est tamen id quod Petroselinum vocamus, verum Petroselinum Macedonicum, quod tantopere commendant pristini medieci. Sed neque Hipposelinum, vt voluit Fuchsius. Hipposelinum enim Dioscoridi latiora habet folia omnibus apij generibus, candidius est, caulem altum, cauum, mollēmque habet, & in vmbrosis & palustribus nascitur. Quibus omnibus aduersatur nostrum Petroselinum. Putat proinde Matthiolus Petroselinum nostrum hortense esse apium, Plinij testimoniò, nam Dioscorid. suum hortense apium non descripsit. Ego id non improbo, tamen non est cur probem. Cùm enim nec à Dioscoride nec Galeno hortensis apij effigiem habeamus, difficile est asserere quodnam illud sit. Huic autem nostro Petroselino vulgari optimè videtur convenire descriptio Oreoselini Dioscoridis, ait quippe, *Oreoselinum canale est dodrantem alto, ab radice tenui exente: per cuius ambitum rami & capitula cicutæ, multò tamen tenuiora: semine cumini oblongo, acri, & odorato, tenui. Vrinam ciet, semine ac radice in vino potis: menses trahit, antidotis nec non medicamentis vrinam carentibus, & excalfactorijs, inseritur.* Quæ omnia Petroselino nostro quadrant, vt illud describere voluisse videatur Diosc. Cæterum etsi Macedonico Petroselino careamus, cùm tamen omnia apij genera eiusdem sint facultatis, consulente etiam Galeno, illius loco quolibet aliud immiscere licebit. Quare Petroselinum notwithstanding.

Calamintha autem adeo triuialis est, vt non opus sit in ea immorari. Maior erit de terebinthina dubitatio. Est hæc terebinthi resina, quæ etiam Galeni tempore rara aduehebatur, piceaque liquida pro ea veniebat: quemadmodum nunc largina. Sed quando, vt asserit Matthiolus, iam vera terebinthina Venetas Cyprò afferatur, conandum est hanc habere: si minus hanc possimus, larginam optimam. Probatur utraque candida, per lucida, vitreo colore, & in ceruleum vergente.

Rrr

**DE ZINGIBERE, PENTAPHYLO,
Polio, Chamæpityo, & Styrace.**

C A P. X

ZINGIBER graminea planta in Arabia & India triuialis, unde nobis eius radices affatim aduehuntur. Sumendum id quod teredinem non sensit. Pentaphylum etiam, id est quinquefolium, cuius radix compositionem hanc ingreditur, notissimum omnibus est. Non tamen hic audiendus est Decen. Cronemburg. qui Pentaphylum esse Tormentillam vulgo dictam afferit. Diuersa enim haec est à Pentaphylo. Nec minus hoc notum est Polium, & Chamæpitys, id est parua pinus, eligendum vtrumque quam̄ odoratissimum.

Styracem autem non adeo exquisitum habemus. Est hic lachryma arboris malo cothoneo similis; quæ quia olim è Pamphilia optimâ sed paucissima, in calamis afferbatur, calamitis in epithetum electæ cessit. Nec proinde colligendum est, eum liquidum fuisse, quia calamis includebatur ut intulit Fuchs. de Compos. med. Id enim fiebat, ut eius odor diutiùs conseruaretur. Enitendum est ut eum electum habeamus, qualis est pinguis, flauus, resinosus, albicantibus grumis, quam plurimum in sua odoris gratia permanens, qui dum mollitur, melleum liquorem reddit.

**DE AMOMO, MEO, NARDO
Celtica, & Lemnio Sigillo.**

C A P. XI.

AMOMUM brevis frutex est Dioscoridi ex ligno in orbem se conuolens, floribus albæ violæ, folio brioniæ. Id ad nos amplius non afferri consentiunt omnes. Nec enim quæ rosa Diuæ Maríæ, aut Hiericuntis vocatur, quod ab ijs qui Salvatoris nostri sepulchrum inuisiunt ex Hierico Palestinæ opido conuehitur*, Amomum est. Cæterum non videtur sequendus Fuchsius vir alioqui summi laboris lectionisque, cum arbitratetur 2. de Compos. med. omnes Galeni interpretes hallucinatos esse hoc in loco, dum botrym cum Amomo coniungunt, dicentes, Amomum racemosum: quæ duo verba ait distinguenda esse, & Amomum seorsim, deinde botrym Celticam ponendam. Nam Celticam Nar-dum deorsum, inquit, refert Andromachus. At, pace illius dixerim, nec

Andromachus senior, nec filius, nec Gal. vbi simplicia omnia quæ theriacam ingrediuntur, examinat, botrys herbæ meminerunt. Nec alibi quam hic, Celticam Nardum recensuerunt. Nec etiam Celtica cum botry coniungi potest; nam in descriptione theriacæ quæ habetur ad Piso. soluto sermone, quam Gal. ex mente Andromachi perhibet, inter Amomum & Celticam, Meum intercedit. In alijs verò, vt in De Vſu theria. ad Pamphil. & i. de Antidot. vbi Nardus Celtica longè ab Amomo collocaatur, nulla circa Amomum, Celticæ dictionis mentio fit. Proinde Amomum racemosum optimè hīc vertunt interpres. Sed cūm eo nunc careamus, illius vice admisceendum est Acorum, Galeni ^{6. simpk.} consilio, qui vtrumque eiusdem facultatis esse afferit. Acorum autem id esse quod calatum aromaticum seplasias vocant, censet Matthiolus, non autem galangam, vt volebat Brasauolus, & Fuchs. Quod si verum est, eligendum Acorum densum, candidum, plenum, carie non excusum, odoratum.

Mei deinde Athamantici radicem exposcit Andromachus quod & in Hispania prouenire testatur Diosc. Paucis ab hinc annis in Italia inueniti Meum ait Matthiol. licet non in totum descriptioni respondens. Vnde fit, vt legitimo Meo nos carere autument ferè omnes. Ergo in eius locum, Sefeli radix aut semen, aut Anethi semen supponendum, quæ ei vitibus valde affinia sunt, vt eorum historias & facultates conferenti liquidò patebit.

Nardus autē Celtica, aut Gallica adeo vulgaris est, vt descriptione nō indiget. Huius radix & caules tantum in usum medicū expetuntur, laudatūq; recēs, iucūdi odoris, radice numerosa coherēs, plena, nec fragilis.

Sequitur in antidoto Lemnium sigillum, ita vocatum, quia in Lemno ^{9. simpk.} mari Ägei insula colligatur, Dianæque sigillo imprimatur à Sacerdote. Dicitur & terra Lemnia, & sphragis Lemnia, quod idem est ac sigillum Lemnium, & Lemnia miltos seu rubrica, à rubro colore: quamuis Gal. ^{1. Antid.} rubricam Lethniam, à terra Lemnia distingui velit, quod rubrica tingit ochrā modo, Lemnium autem sigillum, minimè. Est ea terra in colle quodam Lemni Insulae prope Hephestiada urbem collecta à Sacerdotibus maximo cum mysterio, & ceremonijs, vt videre est apud Gal. qui ex industria illuc adnauigauit, vt & videret locum in quo colligeretur, & collectionis modum, terræque facultates, & legitimū colorem, substatimque cognosceret. Tantam tunc eius copiam secum asportauit, vt in totam vitam illi sufficerit. Tres ibi eius constituit differentias. Potiù omnibus erat quam Sacerdos signabat, rubra, lœuisque admodum, cui tamen hircinum sanguinem admisceri, vt dicebat Diosc. mos non erat; neque etiam capræ figuram imprimere, sed Dianæ. Proinde credere par est, aut Dioscoridis tempore aliter illam apparari quam Galeni; aut Dioscoridi minus notam fuisse eius naturam. Cūm autem ^{Matthiol.} quæ nunc ad nos Constantinopoli aduehitur Turcicis characteribus insigita, non rubra sit, sed aut pallida, aut subcineritia, autumant docti ^{Fuchs.} Cronenburg.

quidam, hanc non esse Lemniā sphragidem legitimam, sed unam ex alijs eius speciebus aliquo alio admixtam. Quam autem vocant officinæ bolūm Armenam orientalem, eam verum Lemnium sigillum credunt. Ut sit, cùm dubio plenum appareat an Lemnia sit quam Armenam bolūm dicunt, incertique sumus num Lemnium habeamus sigillum, multis partibus inferior erit Antidotus nostra ei quam Galenus parabat. Maxima enim huic terræ aduersus venena omnia, difficileisque morbos vis erat, tessante Galeno. Ita ut unum ex præcipuis compositionis simplicibus existimandum sit.

D E P H V , C H A M Æ D R E O ,
Malabathri folijs , & Chalcitide.

C A P . XII.

PH id esse quod Valerianam maiorem omnes vocant, persuasum est cunctis. Radix eius hîc desideratur, quæ sit Pontica, sin minus nostrâs recens, odoratissimâque.

Chamædris autem, hoc est parua quercus, Trissago Latinis dicta, natißima omnibus planta est, familiariorque quam ut descriptione nostra indigeat. Totam plantam, deceptis radicibus, accipi vult author, è Creta adiectam. Quod si hac careamus, usurpanda erit nostrâs.

In Malabathro magis deficimus. Dicitur & id Folium simpliciter, & Græcis & Romanis, quia folium sit quod lenticula palustris in modum fine caule, radicéque vndis innatet, quibusdam in paludibus India. Quæ paludes ardore solis æstiuo exsiccatæ, fruticibus incensis aduruntur, alijs non renascitur Malabathrum. Sed quia aut incolarum incuria, aut quilibet aliâ causâ, iamdiu ad nos non id defertur, substituendum eius loco

7. & 8. erit Nardum, aut Cassia, ex Galeni & Diosc. sententia, aut Macin. non autem attractilis cum Fuchs. aut folia illa laurinis similia, quæ pro Ma-

8. 2. labathro circumferuntur.

Can. Chalcitidem conciliandi nigri coloris gratia, & non alia ratione, theriacæ immisceri asserit Gal. nec sine ea minus valere antidotum. Non igitur ineptè consulit Cronenburg, hanc obmittere: tum vel maximè quia eâ caremus. Nec enim vitriolum nostrum Chalcitis fuerit, ut quidam cogitarunt: cùm hoc factitium sit, illa vero naturalis: nec hoc illius descriptioni ullo modo respondet. Ergo, si velimus vitriolum pro ea immiscere, id nouâ ollâ immissum prunis superimponere oportet: ex coqueréque donec ebulliat: tunc ab igne deponere, quodque leuius summa petuit, accipere.

An-

id:

Can.

de

id:

DE GENTIANA, ANISO, SVCCO

Hypochistidis, Carpobalsamo, Gummi, &
semine Fæniculi.

C A P. XIII.

GENTIANA, cuius radix, & anisum, cuius semen in hoc antidoto
exponitur, notiora sunt, quam ut nos remorari debeant. Anisum
Creticum laudatur.

Hypochistis vero, non adeo ubique vulgaris est. Est hoc veluti ger-
men Cisti radicibus adnascens punicorum cytini simile. Ex ho exprimi-
tur succus, siccaturque, dictus Hypochistis. Aut siccatur germen, fra-
cum maceratur, excoquitur, eoque abiecto, decoctum iterum coquitur
ad mellis crassitatem. Raro hic sincerus habetur. Qui si desit, cytini agre-
sus punci succus, illius vicem supplere poterit.

Rarior est, aut omnino incognitus nostro ævo Balsami fructus, Car-
pobalsamum vocatus: quia ut supra in Opopbalsamo dicebamus, Balsa-
mum in totum perijste creditur. Ergo Carpobalsami loco quid suppo-
nendum sit certant authores. Fuchsius albae violæ radicem substituit, se-
quutus authorem libri de Antibalomenis. Et quamvis Matthiol. meritò
id improbare videatur, quia nulla est albae violæ radici cum Carpobal-
samo similitudo, tamen in hoc peccat, quod apud authorem libri de sub-
stitutione id haberi neget. Habetur enim proculdubio non in dictione Car-
pobalsami, sed Balsami. At cum liber ille Galeni esse non credatur, nec
dignus est qui ei authori ascribatur, ob plurima quæ veritatem, & illius
doctrinam parum redolent, non est quod nimis in eo tuendo cruciemur.
Matthiol. itaque Cubebas supponit pro Carpobalsamo. Nos nigrum
etiam piper, Caryophillos, Macim, myristicam nucem, aut etiam Nar-
dum sumeremus. Sed maximè omnium pipers, quod Carpobalsami qua-
litates videatur referre, hoc enim laudatur flauum, plenum grande, pon-
derosum, mordens gustu, feruens in ore; quæ omnia in pipere infunt,
principiæ duo ultima.

Non minor est Gummi difficultas & penuria. Falsò quidam tradunt, *Fuchs.*
cum Gummi simpliciter ab authoribus petitur, intelligendum esse Ara- *Gal. 7. simp.*
bicum. Gummi enim simpliciter dictum, est lachryma fluens à quacum-
que planta, aquæ, quæque congelatur. Gummi autem Arabicum Se-
rapioni est Gummi Acatiae, quod quia ex Arabia eius tempore defereba-
tur, Arabicum vocavit. Quod autem hoc quod Arabicum officinæ vo-
cant, Acatiae Gummi non sit, patet; non enim in vermiculorum speciem
contractum est, nec vitri modo pellucet; quæ acatiae Gummi laudabilis

notæ sunt. Est ergo hoc quod Arabicum vocamus miscellanum ex pluribus arborum generibus, quod ostendit tum figura, tum substantia color varius. Non tamen propterea contemnendum est, immo inservit nostro valde conuenit, quando, ut superius diximus, Gummi cōmune sumptum, omne Gummi significet. Eligendum est autem lucidissimum omnique sorde & ligno vacuum. In semine sceniculi nihil est quod in morem ur.

DE CARDAMOMO, SESELEO, Acatia, & Thlapsi.

CAP. XIV.

CARDAMOMVM semen est Dioscordi, quod probatur plenū frumenti contumax, occlusum, farctum, gustu acre, subamarum, & quod odore caput tentet. Hoc vnicum est Græcis. Serapio Cordumenum vocat. Sed habet etiam alia duo Cardamomi genera. Plinius quatuor constituit. Carere autem nos Græcorum Cardamomo, consentiunt omnes. Quæ etiam sub hoc nomine venduntur, Arabum descriptioni nō conueniunt, Melegeta scilicet & alia quædam: licet aliter aliqui arbitrii sint. Ergo non tutum videtur hæc medicamentis miscere, quæ Cardamomum recipiunt, quamuis id velit Fuchsius. Quod si aliquod ex his supponendum est; id esse debet quod peculiariter Cardamomum vocatur: semina scilicet quadrangulum, subflavum, compressum, rugosum & asperum, gustuque aliquantuluni mordax, & quod triquetro folliculo triplice ordine distinctum continentur. Author libri de substitutis, in eius defectu, myrthi grana, xylocalpasum, aut cyperum misceat. Sed hæc minus idonea videntur: nam myrtilli frigidi potius sunt quam calidi, dicente Galeno 7. Simpli. Cardamomum autem, eidem, admodum calide est facultatis, ita ut à nasturtio parum absit. Xylocalpasum autem ignotum nobis est. Cyperus verò non adeo calidus est, vt Cardamomo possit confervi. Quare ego supponerem potius nasturtij semen subquintupla, aut subquadrapla quantitate, quando & hoc easdem qualitates habet quas Cardamomo tribuit Diocor. & à Galeno huic confertur, nisi quod Cardamomum dicat nasturtio aliquantù mitius. Sunt insuper ambobus nomina ferè eadem, quæ facultates similes denotant: Nasturtium enim Græcis Cardamom dicitur. Sic & nos piperitum vocamus herbam piperis acuminam referentem: & alliarium, quæ allio similem habet & odorem, & vim.

Cœterum Seseli Massiliense frequentissimum nobis est, vt pote non longè à Massilia habitantibus. Cauendum tamen ne eius loco feme aliud accipiamus, quod pro eo falso in officinis venditur. Probatur illud Dioscoridi oblongum, angulosum, degustanti statim acre. Semen hic consideratur.

Subiungit deinde Andromachus Acatiam, Succum nimirum intelligens, qui ab spina Ægyptia, aut Acatia planta extrahitur. Sed succus hic, quemadmodum de Gummi suprà dicebamus, desijt ad nos asportari: in cuius locum officinæ agrestium prunellorum succum substituunt; nec immerito: huius enim facultates plurimum acatæ dotibus respondent. Et quamvis dicat Matthiolus pro acatia substitui à Discorde Rhois folia, lenticisci foliorum succum, aut hypocistidem, tamen ego id in Discorde non comperio: nec horum aliquod, dempta hypocistide æquè validum est ac prunellorum succus. Proinde hunc immiscere suadeo.

Sequitur deinde Thlapsi, scilicet semen; quod, quia vbiique reperitur, non est quòd in eo examinando laboremus. Nā planta quæ Buria pastoris vocatur, Thlaspi non esse ostendit defectus acrimoniae in eius semine, quæ magna est in Thlaspi, cuius semen adeo & viribus & figura nasturtij semini simile est, vt nil magis: ideoque à Serapi. nasturtium tectorum, & ab eodem & Auic. nasturtium album vocatur. Obmitto quòd Buria pastoris folia laciniata sunt, qualia non sunt Thlaspi.

DE HYPERICO, SAGAPENO, Ameo, Castoreo, & Aristolochia tenui.

C A P. XV.

HYPERICO nobis adeo vulgare est, vt nulla egeat delineatione; Sufficiat scire, eius semen ab authore theriacæ postulari.

De Sagapeno verò latè differimus in Mesuæ simplicibus. Vix sincerū habemus. Eligatur id exteriùs fuluum, interiùs album, crassum, leue, quòdque medium inter chalbanum & laſer odorem habeat.

Ammi semen quod hic desideratur, in officinis vix reperitur: licet plurima minutorum seminum genera pro eo vendantur. Est id exile semen, *Diosc.* multò minus cumino, origanum resipiens, eligendūmque purum, non sursum. Cùm verò herbæ effigiem non tradiderit *Diosc.* difficillimum fuerit iudicare quænam illa fit. Si autem inter semina quæ pro Ammi circumferuntur, inueniatur aliquod, quod proximè ad notas quas illi suprà assignauimus, accedat, sítque insuper gustu subamarum & acre, quale ammi assertæ esse Gal. 6. *simpl.* immiscendum erit antidoto nostro: fin minus, cuminum, aut anisum. Sunt enim hæc in tertio calefacientium exsiccantiūmque ordine, quemadmodum & illud, teste Gal. Au- 7. *simpl.* thor quoque libri de substitutis, anisum in eius defectu supponit.

Subiungit Andromachus Castoreum. Diu creditum est hoc testem esse amphibij animalis, quod Græcia Castora, Latium verò Fibrum appellat, & tam in terra quam in aquis viicitat: vigintiquæ fabula, eum dum in fuga à venatoribus persequeretur, testes sibi amputare, gnarum se ob hoc peti: quæ à *Diosc.* etiam refellitur: ab Androm. tamen recipitur, ait enim.

Pondere dimidio tum quos sibi Castor ad Istrum

Ore secat testes, imposuisse decet.

Sed potuit id Andromachus fabulosè etiam dicere. Porro non esse testes Fibri, id quod Castorium vocatur, compertum est ante paucos annos à Rondeletio lib. de Piscibus, comprobatumque à Matthiolo: Testiculos enim Fiber habet paruos, dorsoque inharentes. Reconditum Castorium vesiculis duabus hinc inde in inguinibus sitis: quod dum viuit animal, oleosæ plenæ sunt substantia, eo autem mortuo, fumo appensæ indurantur, liquorēmque viscidum, quale est mel aut cera, continent. Cæterum quamvis Castorium à fibro qui in Istro, id est Danubio famosissimo ad Aquilonem fluuiο, captus sit, laudet, tamen non propterea quod in alijs locis habetur, invalidum est. Capiuntur autem Fibri etiam in Rheno Germaniæ flumine maximo, & in Rhodano Galliæ maximè ostio illo quo Arrelatem præterlabens in mare mediterraneum se fundit. Adulteratur ut plurimum Castorium, Gummi & ammoniaco cum sanguine & castorio subactis exsiccatisque, ut ait Dioscor. Matthiolus autem asserit etiam quoddam, fibri renes contundere, & testiculorum tunicas offarcire, quo fit ut tam magni appareant testes, qui ad nos mutuntur, cùm fiber paruos habeat. Ergo diligentissimè considerandum est, ut vesiculae refectæ sint liquore intus veluti cero, odore graui & visu redolente, gustu acri, mordentisque, friabili, naturalibus tunicis circumdato. Ait Matthiol. in recentibus liquorem inueniri mellis modo, indiu asseruatis, veluti cera concretum. Quid ergo de eo quod in officinis frequens habetur, iudicabimus? cùm sæpe adeo aridum & exsiccatum sit, ut inter abrumpendum puluerem excutiat, cariosi ligni modo. Et autem Castorium magni momenti medicamentum.

Sed transeamus ad Aristolochiam. Diximus de hac abundè super Meluei simplicia. Supereft tantum discutere dubium, num Aristolochia, quam hic Gal. tenuem vocat, diuersa sit à tribus quas Dioscor. recenser. Quodam enim arbitratu sunt quartam hanc illis addendam: cùm tenuis subilibi meminerit Dioscor. Sed certè per tenuem nullam aliam intelligere Gal. quāam eam quā Discoridi dicitur Clematis, inde constat, quod huic radices longas, sed tenues dederit Dioscor. vnguentorumque spissamentis commodissimam dixerit, quia odorata sit. Præterea, si quatuor Aristolochiæ speciès agnouisset Gal. quatuor etiam recensuisset, non

de Antid. tres tantum, ait enim: *Idem & in Aristolochia fecit, cùm prater tunc Aristolochiam, alia quoque reperiatur quæ crassam radicem habeat: & rufus tertia quæ rotundam &c.* Ergo per crassam hic Gal. marem aut longum accipit; per tenuem vero, quia illâ hæc radices tenuiores habet, Clematitum. Sed cùm hæc haec tenus ignota sit, pro ea fœminam seu rotundam substituere conuenit, quæ ad omnia efficacior alijs est, ut ait Gal. eius scilicet radicem.

6. simpl.

DE SEMINE

*DE SEMINE DAVCI, BITUMINE IUDAICO, OPO PANACE, CENTAURIO
TENUI, & CHALBANO.*

CAP. XVI.

DAVCI licet tria genera recenseat Dioscor. vix tamen nobis cognitum vnum est. Nam Creticum à Creta aduehi desijt. Reliqua duò frequentia in Italia esse asserit Mathiol. Nos alterum quod syluestri pastinaca simile est, vulgare habemus. Nec enim idem sunt Daucus, & Pastinaca sylvestris, vt quidam voluerunt, quamuis Daucus vt cumque possit dici sylvestris pastinaca propter similitudinem quam cum ea habet, & in figura, & in facultate. Si haberi possit creticum Dauci semen, id miscendum erit, scilicet candidum, acre, hirsutum, suauissimi odoris in mandendo: sin minus secundum, illi similius. Si desint omnia, cuminum. Eiusdem enim sunt facultatis.

Maior est circa Bitumen difficultas. Iudaico bitumine nos carere concludunt omnes. Et id mirum. Nam extat lacus in quo illud colligebatur. Est hic lacus in Syriae Palestina, dictus etiam mare mortuum, aut quia nullum animatum in eo viuat (vt Solin. Ioseph. Iustini. Plin. Egesip. & Gal. aliisque historiographi volunt) aut quia fluxum & refluxum non patitur, difficilèque mouetur, ob aquæ grauitatem, quæ adeo falsa est, simûlque amara, vt nulla planta aut animal in ea viuere possit, adeo 4. *simpl.* que crassa, vt viuentia omnia in ea supernarent, nec mergantur. Dicitur etiam Asphaltites & Sodomeus lacus, vt Gal. testatur; idque quia olim ibi fuere Sodoma, Gomorrâque & aliæ ciuitates, quas ob detestanda crimina, maxime coitum contra Naturam, Deus immisso desuper sulphureo igne absumpserit, vnde bituminosus hic lacus in perpetuam diuinæ vindictæ memoriam, emersit: dicunturque qui tali polluuntur crime, Sodomei aut Sodomitici. Fluitabat ergo olim super hunc lacum pingue quid quasi terræ adeps, quod ventis agitatum vndisque, in littore concrecebatur, coibatque, & tenacissimum fiebat. Id bitumen Iudaicum vocabant Græc. *λάπατος*. Quod etsi molle esset cum colligeretur, deinceps 11. *simpl.* tamen adeo exsiccabatur, vt sicca pice durius esset. Proueniebat & in alijs locis vbi aquæ falsæ erant, vt in Apollinio Epiri, quæ nunc Valona dicitur, & alibi. Sed nunc, vt dixi, non amplius ad nos conuehitur. Quare eius loco substituunt quidam Petroleum vulgo dictum, quasi petræ oleum, coctione tamen inspissatum, quod in pluribus locis scaturit. Quod ego nec probbo, nec improbo, cum huius petrolei vires mihi adeo peripectæ non sint. Supponebat Brasavol. Mumiam; sed non benè, vt videre est

§. Simpl.

apud Matthiol. super Dioscor. Proinde satius iudico pīcēm immisē cūm hæc sit in secundo gradu excalfacentium siccantiūmque quicimodum & bitumen. Hoc etiam illā dulteratur teste Diosco. & autor. libri de succedaneis, cum Paulo idem consulunt. Sítque liquida pīcē inuieri possit: sin minūs, arida. Reliqua quæ ad Bituminis naturam sp̄ētant, inuenies in Fuch. Mathiol. Cronenburg. & alijs fūsiflē cīplicata. Quæ quia nostri instituti non sunt, ad reliqua simplicia accēdamus.

Sunt vltima in antidoto nostra Opopanax, Centaurium tenuē, & Chalbanum. De quibus quia in annotationibus nostris super Melē simplicia, abundē fatis diximus, breuiter agemus.

Opopanax esto extrā croceus, intrā subrufus aut albus, lāuis, pīguis, amarus, friabilis, qui aquā citō dissoluatur, grauique odore, & suo, ornatus.

Centaurium vtrumque vulgare nobis est. Minoris, quod tenuē vocatur, coma florēsque capiendi sunt.

Galbanum autem succus est ferulaceæ plantæ in Syria. Adfertur quidem ad nos, sed magna ex parte sordidum, aut adulteratum. Quæ conandum est ut sincerum habeamus, quale est cartilaginosum, merum, thuris effigie præbens, pingue, minimè lignosum, retinens nonnil adiecti seminis, & ferulæ, graui odore, neque valde humidum, neque nimis aridum.

DE MELLE, ET VINO.

C A P. XVII.

GV AE hactenus explicata sunt simplicia, Antidotū nostri basim constituant, quæ vērō sequuntur illa miscent, præparant, & conseruant. Plurimum ergo confert mel quām-exquisitum habere. Nam si tale non sit quale expedit, medicamentum nec validum efficit, nec longe vita. Sit ergo mel ex Hymetto Atticæ regionis monte, si fieri possit, sin minūs, aliunde, modò medium sit inter infantiam senectāmque. Illud enim dilutius est & crudius quām par sit, hoc vērō solidius & amarus. Sit etiam quām-dulcissimum, acre, thymum vt cumque redolens: modò adulterium non subsit admixto thymo, vt Romæ olim & alibi fiebat: subfluum, graue, minimè fluxum, quod ob sequacem lentitatem non facilē abrumptatur, resiliatque in digitos. Si ergo his ornatum conditionibus inueniatur, etiam si non sit ex Attica regione, aut Cycladibus insulis, aut Sicilia, non tamen propterea improbandum erit. Quāuis Gal. experientiā cognouerit, id quod in Gnidio, & Rhodo prouenit, etiam si supradicta omnia haberet, tamen temporis tractu vini condi-

tiones assumere, ita ut antidotus vinum omnino gustu & odore redoleat, maximè si valde coquatur mel.

Nec minor circa vinum adhibenda cura est. Hoc enim liquores dissoluendi sunt, plurimaque inter tundendum irroranda. Quod si tale non sit quale oportet, medicamentum cum acescit, tum corruptitur. Falernum quidem plurimum commendat Gal. sed si id haberi non possit, sumendum aliud fuluum, potentissimum, quod plures durat annos incorruptum, nec recens, nec nimis antiquum, sed mediæ ætatis, dulce, odotatum, & tenue. Nec eius plus oportet immiscere quam par sit: alias enim acidam reddit antidotum. Quantum autem immiscendum sit, plus experientia frequentique intuitu, cum à peritis & exercitatis viris medicamentum componitur, discendum est, quam librorum lectio, teste Galeno i. de Antido. Atque hactenus simplicia omnia medicamenta quæ theriacam ingrediuntur, examinauimus. Superest nunc ut ad tres compositiones quæ in eadem recipiuntur, accedamus, scilicet pastilli Scillini, Viperini, & Hedycroum magma. De quibus eodem ordine differemus.

DE PASTILLIS SCILLINIS.

C A P. XVIII.

SQVILLINI seu Scillitici pastilli dicti sunt, à Scilla ex qua conficiuntur. Parandi autem modus hic est optimus, Scillam succulentam, & ad Pamphili. magnitudinis, è terra recenter erutam, postquam scilicet folia & scapus inaruerint, externo cortice exue: inde obduc crassiore pul- pb. & i. de Antid. ticula, ex farina eleeti frumenti facta, recentisque. Nam luto obvolvete, ut quidam iubent, præter id quod sordidum videtur, scillam facultate quadam priuat, quam illi commuicat triticum. Vnde mirum est quod cum Gal. id aduerterit lib. de ther. ad Piso. & i. de Antid. tamen ad Pamphil. scribens, luto inuoluere iubet. Scillam sic oblitam in furnum aut sub calidissimos cineres immitte coquaque eovsque dum maza in crustam vertatur. Tunc ab ea liberata scilla, adige huic virgulam; si tamen hanc facilè admittat, excocta est, sin minus, iterum pulte inuoluenda, excoquendaque erit. Vbi ea percocta fuerit, partes eius interiores, teneroresque, in mortario quam-diligenter lauiga. Seorsum vero erui candidam farinam, (nam quæ candida non est, plus iusto amara est) apprimè etiam conteres densoque incerniculo excuties. Nunc autem consurgit dubium quæ proportio esse debeat farinæ ad scillam. Gal. enī sibi contrarius esse videtur. Nam lib. de Theria ad Pamph. sic inquit, Scillam luto circumquaque tego, rectam in ignem quo termæ tales sunt injice, sequenti die eius quod intus est drach. cxx. accipe, & farinæ euri drach. lxxx. Vbi apparet sequaliteram esse proportionem scillæ ad farinam.

„ Quod lib. I. de Antid. apertiū innuit scribens, Scilla verò sesquipedala,
 „ re farinam supereret opus est: dico autem sesquipedale, ut si dā
 „ farina sumas, scilla tres accipias. Quam rem cum Andromachus
 „ iunior afferat, nescio quaratione ductus velit farinam erui drach. oīta.
 „ ginta esse scillam verò cxx: cùm satis sit dicere scilla erum sesquipedale
 „ supereret. His duobus locis repugnat alius lib. de Theria. ad Piso. qui
 „ sic habet. Sume interiores partes scilla, quæ tenerima fuerint: & eis
 „ accurate dissolutis, admisce farinam erui optima, recentissimeque tantundem
 „ Nam & Magnus quidimidium iubet, parum mibi coniycere videtur: &
 „ Andromac. qui duas partes præcipit, nondum satis imponere, cum eu-
 „ lem erui portionem scilla requirat. Hæc Gal. ex quibus colligitur velle
 illum ut æquis portionibus scilla & erui farina miscantur. Quid ergo
 agendum nobis est? sanè ego consulterem æquum vtriusque pondus im-
 ponere, vt vult locus ad Pilonem. Ibi enim accurate & ex propria fra-
 tentia videtur perpendere horum trochiscorum compositionem: in alijs
 autem libris, etsi varius appareat, nec excusatione dignus, possumus
 tamen dicere eum ex aliorum mente confectionem retulisse, aut non
 ita exactè prospexit. Cæterum farina cum scilla ad vnguem in pila
 misceri debet: tunc rotulas formare, perflatoque cubiculo in superio-
 ri domus parte locato, ad meridiem exposito collocare, quod siccetur,
 non tamen solaribus radijs exponendæ sunt: nec multò post eis vten-
 dum est, sed statim: situm enim contrahunt, & vires amittunt. Quod
 si afferuatæ puluisculum quemdam humidum contrahant, mundis lin-
 teis abstergendæ sunt, alias enim perforantur. Principio autem cum ex-
 siccantur, vertendæ sunt singulis diebus, vt æqualiter vndique siccet-
 cant: idque fit ferme quindecim diebus: nec tamen statim cocluendæ
 sunt, sed aliquot diebus ibidem dimittendæ: inde vitro, vitratis figu-
 linis, auro, aut argento condendæ.

DE TROCHISCIS Viperinis.

CAP. XIX.

VI PERINI, seu theriacales orbiculi vnum sunt ex præcipuis anti-
 doti nostri ingredientibus, Andromachi inuentum. Hi sic confi-
 ciendi sunt ex Gal. decreto ad Pisonem. Viperas circa Veris mediū capo,
 parumper fuluas, ad motum valde pronas, quæ collū attollant, oculis ru-
 bentibus, toruo & audaci aspectu, lato capite, ventre propenso, ac toto
 corpore sinuoso, exrementorum meatu ad extremam caudam vergente,
 quæ non conuoluta sit, sed modicè flexa, incedantque quieto gressu.

Quod fœminam esse ostendit, & quod plures duobus caninos dentes habeat. Mas enim duos tantum caninos obtinet. Reijcere autem oportet prægnantes, & quæ circa mare, aut falsas lacunas degunt. Feris ergo sic delectis, caput & caudam amputato quatuor vtrinque digitorum latitudine. Quod si post detruncationem statim sine sanguine, motu, vitaque permaneant, reijcienda sunt; sin minus, optimæ erunt. Eas proinde pelle exues, adipe & interaneis destitues, in cacabum, lebetem, aut mundissimum fictile aquâ fontanâ plenum conijcies: & si initio Veris viperas ceperis, modicum salis aquæ immiscebis, si vero in æstate, nihil. Vtrobique autem anethi viridis ramusculos aliquos coctioni adde. Subditis denique non fumosis carbonibus, aut vitium sarmentis coque usque quo spinæ à carne facilè auellantur. Tunc ab igne depone, & quam diligenter purificebis. Panis autem seorsum habere debes panem filigineum quam purissimum, optimè fermentatum, modico sale conditum, & bis coctum, aut saltem post longam coctionem sicciori in loco arefactum. Quem postquam in tenuissimum puluerem redegeris, viperinis carnibus commiscebis. Panis autem quantitas certa non est, sed Magnus & Damocrates etiam panis & carnium quantitatem esse volunt, alij medium solùm panis partem, alij tertiam ad viperas esse volunt. Gal. etiam quartam & quintam panis portionem admiscerit. Hæc igitur ambo tamdiu in mortario subige, quousque nulla viperinæ carnis portio non optimè panis permixta esse videatur. Postremò iuris viperarum quantum sat videbitur infunde, ut trochiscos formes. Quos quidem dum finxeris, manus opobalsamo, aut eius substituto illines, placentularumque in modum rotundos tenuesque & paruos efficies: aliæ enim si crassiores fiant, tum ipsis, tum antidoto acor conciliatur. Sicca, & tracta ut de scilliticis dictum est.

DE MAGMATE HEDYCHROI.

CAP. XX.

HEDYCHRORVM magma, siue Hedychroi pastilli à pulchro colore ita vocati videntur, licet nullus nominis rationem tradiderit. Id autem innuere videtur versus primus eius compositionis apud Gal. i, de Antid. qui sic habet.

Magma quod Hedychreum late dixere colore.

Huius confectionis nome varié corruperunt Arabes, & Barbari quidam, vocantes nunc Alui Daracaron, nunc alindaracaron, nunc trochiscos diacoralli. Sed monstris his vocum prætermisssis, ad compositio-

nem accedamus. Non reprehensione carere videtur Gal. qui tribus l.
bris, scilicet, de Theria, ad Piso. & de eius Vſu ad Pamph. & i. de antid.
tres diuersas huius magnatis descriptiones refert. Quæ ad Piso. & que
i. de Antid. habetur, simplicium quidem numero & specie conuenient,
ponderibus autem variant. Quæ verò ad Pamphi. scribitur, ab utraq;
simplicium genere, numero, & pondere diuersa est: caret enim Min.
& Opobalsamo & abundat Rhaponti. Debuerat ergo, meo quidem in-
dicio Gal. (nisi id librariorum culpâ acciderit) semper eodem modo
describere: aut saltem, quæ trium potior esset, aut qua ipse veteret,
indicare. Nunc autem cùm horum neutrum faciat, dubios nos dimi-
tit quam accipere debeamus. Præsertim cùm primam, quam defini-
bit ad Piso. Magnoque refert, dicat optimam esse: quam verò i. de
Antidot. asserat ab Androma. per manus traditam eis qui Casaribus
theriacam conficiebant, vsque ad Galen. à qua, inquit, omnes alii
variant. Hæc ergo videtur præferenda. Et hac ratione eredo, à Fuch.
Cronemburg. & alijs recentioribus, vltima hæc describitur: licet Sylv.
Meth. lib. 4. utramque referat, dubius forsitan utram retineret. Nos
itaque hanc vltimam etiam depingemus, ex Heroico Galen. carmine
soluto sermone depromptam, quæ sic habet.

*Masticæ 3. j. Aspa-
lathi, Asari, Mari, Amaraci, singulorum 3. ij. Calami aromat. Junii
odorat. Costi, Phu. Cinnamom. Opobalsam. Xylobalsam. An. 3. iiij. si-
lij, Nardi Indic. Cassia, Myrrha, Croci An. 3. vij. Amomi 3. xij.
Vini Falerni quod satis videatur ad trochiscos fingendos. Quia autem sim-
plicia omnia quæ Magmate hoc recipiuntur, in explicazione theriace
discussimus, præter masticem, Asarum, calatum aromat. Aspalathum
& marum; de his nunc agendum superest.*

DE ASPALATHO.

E Maro.

C A P. XXI.

ES T Aspalathus Dioscoridi frutex surculosus, multis spinis horren-
tibus proueniens in Istro, Nisyro, Syria, & Rhodiorum insula. Optimus
est grauis, detracto cortice rubescens, aut purpurascens, densus, odo-
ratus, gustatu amarus. Hoc nos quidem nunc caremus: et si Matthiol.
testetur se habere eius frustum magnum. Qui verò Santalum rubrum
Aspalathum esse asserunt errasse deprehenduntur, quod nec Santalum
odoratum sit, neque parvus frutex, proceras enim Santalorum sylvis
in Indijs inueniri testantur qui illuc transmeantur. Duobus præter
diuersis locis egit Serapio de Santalo & Aspalatho; hinc vocamus

Darsilahan. Nec id etiam est Aspalathus quod Rhodium oleastrum vocant: nam is odoratus non est nec ruber. Ergo querendum est quid in Aspalathi locum supponamus. Author libri de subitutis, viticis semen supponit, & neoterici omnes eum sequuntur. Sed id mihi præter rationem factum videtur. Aspalathus namque, teste Galeno & Diosc. contrarijs constat partibus, acribus scilicet calidis, & astringentibus frigidis: viticis autem semen adeo calidum est, ut rutæ conferatur, parum autem habet astringentis. Quare ego supponerem potius Santalum Citrinum, aut Nardum succo, aut decocto ficcarum rosarum madefactam, aut Cassiam ligneam eodem decocto infusam.

Marum etiam incognitum est a quo nostro. Nec mirum, rarum enim alibi quam in Cizico inueniri afferit Galen. Credidere quidam Sampsuchum illud quod minutioniribus, candidiorib[us]que folijs est, & acutiori odore spirat, Marum esse. Neque id forsitan male. Marum enim ab Amaraco parum differt eidem Galeno. Nec obstat quod Galen. non dicat se in Italia vidisse Marum, ut obijcit Matthiolus. Nam neque potuit omnia videre, & quamvis viderit, non necesse erat id scribere. Sed quia non satis constat sampsuchum illud minutum, Marum esse, sumendum est potius huius loco Amaracum authoritate Galeni, qui viribus ^{1.} Antid. et quum vtriusque facit, licet Marum odoratius sit: quam cum Diosc. Sisymbrium. Vbi perperam Fuchs. Balsamita vti consulit, Sisymbriūque credit. Diuersæ enim plantæ omnino sunt, ut cuicunque volenti notas vtriusque explorare, manifestum fiet.

DE COMPOSITIONE Theriaca.

C A P. XXII.

POSTquam omnia quæ ad Theriacam componendam necessaria sunt, exquisitè parauerimus, ad eius mixtionem descendemus. Quam quidem alij aliter complent. Nos autem Galenum optimum ducem artificemque, in omnibus Medicinæ partibus, maximè verò in huius, quam tractamus, Antidotì confectione, exercitatissimum ubique sequemur. Ergo mel primū moderatè coque, & despuma: seruāque ad usum cùm tempus erit. Deinde omnia, præter quam quæ hic subijciemus, in terfissimam, solidissimam, æqualēmque pilam coniecta, aut in plures, apprimè contundes, incerniculōque densissimo excutes. Thlaspis vero & napi semina in mortario seorsum attere, vinōque superinfuso macera quoad exactè dissoluantur, seruāque miscenda alijs quæ vino diluuntur. Vino autem dissolui

debent succi omnes, quò meliùs misceantur, scilicet sagapeni, pen-
ceæ, papaueris, hypocistidis, radicis dulcis: acatia item, Myrra
& Crocus, si hæc humida fuerint, & ad terendum difficultia. Tum
quoque per se seorsum leuiter comminuendum est, aut cum gummi
(quod etiam cum vino dissolui potest) ambóque cribro transmissa fer-
uanda, quò inspergantur ijs quæ vino soluta sunt, cùm opus fuerit. Cum
autem omnia commiscenda erunt, primam terebinthinam duplice vase
liquabis: dūmque ea liquatur, styracem & chalbanum pistillis feme-
conquassabis, superinfusōque crudi mellis modice, manibus laxibus
tunc in terebinthinam conijicies, cui mellis etiam tantillum prius in-
fundere: opertóque vase omnia liquari permittito. Interim verò dum haec
liquantur, rebus ijs quæ vino solutæ sunt tantum pulueratarum medi-
cinarum miscebis, quo usque satis spissa videantur omnia: tunc ab igne
tepidā semoue, & in magnum mortarium transfer, in quo validus
aliquis & robustus homo ferreo rutabulo tersissimo ea commisceat ex-
actè. Cùm autem apprimè commixta videbuntur & quodammodo
densa, mellis cocti & despumati partem aliquam superinijicies, pulue-
rum deinde partem aliam, agitabisque perpetuò. Post modicum, ite-
rum mel puluerémque injicio. Deinde quæ liquefacta seorsum sunt,
tepidā infundes. Tandem quod supereft mellis & puluerum admiscebis,
interposito semper inter vtrumque tempore aliquo, quò diligenter
subigas omnia. Vbi verò omnia optimè coerint, in pilam transferen-
da sunt, aut ibi dimittenda, agitandaque & contundenda validissi-
mè, ferreis rutabulis apprimè extersis. Quæ quominus lentore medi-
camentorum impediantur, faciliusque moueantur, inungenda fre-
quenter sunt imis partibus opobalsamo: idque totum in eum solùm
vsum consumendum. Postquam autem eam perfectè subegeris, di-
mittes in eadem pila per quadraginta dies, aut etiam duos menses,
per quod tempus, sexto, aut septimo quoque die eodem modo subi-
genda erit. Melius autem est eam in sole, & miscere, & subigere.
Vnde colligas, Æstate, aut Vere conficiendam esse. Reliqua quæ dein-
ceps fieri debent, sequens caput edocebit.

DE CONSERVATIONE, & Duratione Theriaca.

C A P. XXIII.

DVOSVS mensibus, quibus Theriaca agitanda est, absolutis
cam in vas vitreum, aureum, aut argenteum, aut etiam figulinum
vitratum, vnum, aut plura, inunctis opobalsamo manibus, aut co-
chleari,

chleari, è pila aut mortario transferre oportet. Necesse autem est vas euum aliquod spatum in vasis, quibus eam condis, dimittere, neque tota implere; quò scilicet dum excoquitur, effervescere, respirare, & liberè attollì possit. Quod ut etiam melius fiat, frequenter operculum auferre conuenit, ridiculaque agitare, ut yndique æqualiter & diffari, & commisceri possit: & ne superior eius pars, & quæ vasis latera tangit, siccescat plus satis, reliquis humidioribus permanentibus. Hæc quo ad eius conseruationem. Duratio autem usq; ad sexagesimum extenditur annum, sat integris viribus: exin enim inualida est. Hoc verò tempus triplicem in ea efficit mutationem. Primis namque *Lib. ad Fij/* duodecim annis ut plurimum excoquitur: neque proinde ante quintum aut sextum vti admodum tutum est, propter prædominantem Opij vim. A sexto autem usque ad duodecimum efficacissima ea est, & demorfi à rabido cane, aut potentissimo quodam veneno obfessis, vilissima. Inde usque ad trigesimum quintum in vigore manet & aduersus venena plurimum confert. Ab eo verò tempore non tam venenis competit, quām alijs morbis: debilior enim tunc eius virtus est quām vt potenti toxicо resistere queat. Post sexagesimum vero annum ineficax redit. Quomodo autem dignosci queat num ritè ea parata sit, & an exoleta, iam doceamus.

PROBATIO THERIACÆ.


C A P. XXIV.

PO TEST quidem Theriaca tribus modis inualida esse, aut quia non ex optimis simplicibus composita, nec secundum artem: aut quia etiam ritè composita, aliorum medicamentorum mixtione vitiatur: aut quia antiqua nimis est. Quodlibet autem horum sic deprehendetur. Si quis Prætoris iudicio capite plecti debet, huic lethale venenum *Ad Pis. &* bendum da, ac paulò post antidotum: aut contrà, priùs antidotum, inde *I. de An-* venenatam potionem. Alteri verò similiter damnato venenum propina *tidot.* fine Theriaca. Si ille qui antidotum sumpsit, superstes maneat, alter verò moriatur, medicamen validum est: si minus, non. Sed quia experimentum hoc difficile est, idem in gallis sylvestribus, non domi enutritis, tentare poteris, aut columbis. Secundus experiendi modus hic est. Catharticum alicui exhibeto, statimque antidotum, aut vice versa, priùs hanc. Si non fiat purgatio, optimum est Alexipharmacum. Quod respectare volueris ut purgatio incipiat, tuncque exhibita antidoto, fistatur, de medicamenti bonitate securè iudicium feres. Hæc *Ioan. de S.* Galeni experimenta sunt. Quod autem addidere Neoterici quidam, *Amando* de immittendo in caseum arrhenico, propéque Theriaca, quæ si laudabilis *super Ant.* *Nicol.*

fit, arthenicum per totum caseum fugabit, si tque hic totus negat mihi suspectum videtur. Atque hactenus omnia quæ circa Theriacum dicenda videbantur, docendaque Pharmacopeos, explicuisse nos credimus, auxilio Cunctipotentis Dei adiuti, cui gratias agimus immortales, benedicimusque in sæcula.

FINIS.

QVID?

Lauds Deo, virginique Maria.

Lct 2



FRANCISCI SANCHEZ
DOCTORIS MEDICI,
ET IN ACADEMIA

Tolosana Professoris Regij

EXAMINA OPIATARVM,
Syruporum, Pilularum, & Electariorum
Solidorum, Libris quatuor ad
Pharmacopoeos.

EXAMEN OPIATARVM
QVÆ IN VSV HABENTVR
LIBER PRIMVS.

ARGVMENTVM ET OPERIS ORDO.

C A P V T I.

PROPOSITVM nobis est, ut in superiori Theriacæ tractatu, communes Electionis, Præparatio-
nis, Compositionisque leges, libris tribus præ-
cedentibus assertas, ad opus & proxim trahere. Proin-
de, præcipuas quasque Compositiones examinare
contendemus, quarum hodie usus est. Ab ijs autem
quæ intus in corpus assumuntur, initium faciemus,
& inter haec ab Opiatis: cum quia maior eorum pars purgantes sunt.

proindeque maximam requirunt diligentiam, prudentiamque: tum etiam, quia difficilis sunt structurae, compositionisque. Inter Opiatas vero præcipue habentur Mithridatum, Aurea Alexandrina, Tryphera Persica, & Sarracenica, Catholicum, Diaphœnicum, Indum manus & minus, Confectio Hamec, Benedicta, Hieras simplex, & Composita Diacolocynthidos, Diaprunum simplex & Compositum. De quibus sigillatum nobis differendum est: id prius monentes, nos nil hic eorum quæ ad medicum attinet tractaturos, sed ea solùm quæ Pharmacopœum scire expedit. Proinde à Mithridatio exordium iam faciamus.

*QVIS AVTHOR EVERIT
Mithridati, & eius differentia.*

A I M E R A M I N T I

C A P. II.

MITHRIDATES Ponti Rex, fœlicissimâ memoriam commendatus, cum tot venenis scateret eius regnum, ne per insidias oppeteret, experientissimorum quorumcumque ditionis suæ medicorum confilio, ut credere par est, selectissima simplicia, quorum cuilibet aduersus peculiare venenum vis & facultas erat, in unum congeslit: merito fore existens, ut quod inde consurgeret mixtum, omnibus in uniuersum resistret tum venenis, tum venenatis. Nec eum sua sefellit opinio. Major enim virtus est huic antidoto ad plurima venena, morbosq; quæ Theriacæ, præter quæ aduersus viperas, ut auctor est Gal. 1. & 2. de Antid. Quod Antidotum proinde maxima cum ratione ab eo nomen obtinuit, retinuitque usque in hodiernum diem. Quanta autem eius vis sit, expertus est eius author; qui cum singulis diebus eius portionem deuoraret, adeo aduersus omne veneni genus corpus munierat, ut cum, ne in hostiis manus viuus perueniret, potentissimo veneno se de medio tollere decreuerit, cùm ante Mithridatiū sumpsiisset, nil omnino profecerit, coactusq; & Apian. fuerit ferro occumbere. Cùm ergo Cn. Pompeius viator eius castris post bello Mi- thrid. fuisse, incidit inscrinium in quo inter cætera medicæ commentationes erant, quas ille curiosus à tot populis, quibus imperabat, exquisierat. Quæ per Lenæum Grammaticum in Latinum sermonem converſæ sunt, Romanisq; in usum venere: præcipue vero Antidotus hæc. Quæ ob mirificam eius vim per manus usque ad Andromachū delata est, qui ei viperas admiscens, nonnullaque alia immutans Theriacem condidit, testante Galeno citatis. Sunt autem huius Cōpositionis tot differentia, quot scriptorū qui eam descripserunt, quales sunt Androm. Xenocrates, Antipater, Cleopatra, Damocrates, Ælius Gaius, Asclepiades, Apollonius, Oribasius, Ætius, Paulus, Nicolai Myrepsus, & Alexandrinus. Meminit etiam Plinius lib. 23. c. 8. eiusdem Mithridati quod constat duabus nucibus siccis, ficis totidem, rutæ folijs viginti, omnibus simul tritis,

addito salis grano. Quam etiam tradidit Oribasius, Diosco. præfatio.lib.
c. 13. c. 46. Æmil. Macer. e. de Ruta. Auct. lib. 4. fen. 5. tract. t. c. 1.
Haec nos Mithridatum paruam, seu Diateffaron, quemadmodum The-
tanicam alteram, dicere possumus. Veri autem Mithridatij descriptio-
nem ab ipso fonte, non à cœnosiis riuiulis, hauriemus. Galeno scilicet.
Neque enim probo Fuchsium qui Nicol. Myrepſi immensam composi-
tionem ceteris præfert. Id enim non est Mithridatum. Neque Ioubert-
um qui Pauli Diaſeincu inter omnes sequi maſt. Nam quis nobis
tendit ostendat correctiorem esse Æginetæ compositionem quam Gale-
ni, ut vult Ioubertus? Nonne à Galeno deprompsit Paulus? Quod si di-
cas caligatiorem fuisse Paulo Galenum, non id planè conſtat. Eodem
modo dicete ego possem Galenum nostrum emendatiorem esse. Ergo
ad Galenum recurendum. Et cdm hic non ſolum Andromachi, ſed &
Democriti, & quorundam aliorum formas tradat, nos Andromachi,
omnium doctissimi, probatissimique authoris, Neronisque Archiatrii,
compositionem deligemus, quæ ſic habet apud eundem Gal. 2. de Antid.

DESCRIPTIO MITHRIDATII.

CAP. III.

De Vel leiradicule 3. viij. ſs. obol. 4.
Opij 3. iij. obol. 2.

Cafeorei 3. vij.

Poly. 3. v. obol. 2.

Cefi 3. v. obol. 2.

Spice nardi 3. vij. obol. 2.

Cassia 3. v. obol. 2.

Thuris 3. vij.

Sesileos 3. v. obol. 2.

Succi hypochisti. 3. vij.

Acori 3. ij.

Scordy 3. vij. obol. 2.

Cinnamo. 3. vij. obol. 2.

Feli 3. iiij. obol. 2.

Gallij 3. vij.

Cybeos 3. vij. obol. 2.

Myrra drach. vij.

Croc drach. vij. obol. 2.

Styrax drach. v. obol. 4.

Semi. Dauci drach. vij. obol. iij.

Zingib. drach. vij. obol. 2.

Phm Ponti. drach. iij.

Petrosel. drach. iiiij. obol. iij.

Nardi Gallicæ.

Fœnicul. ſemins } An. 3. iiiij.

Nardi Indica.

Hyperici } An. 3. iij.

Acacia } An. 3. iij.

Gentiane drach. iiiij.

Anisi drach. iij.

Thlaspeos drach. vij. obol. iiiij.

Meu Athamanisci drach. iiiij.

Rofarum ſicc. } An. 3. iiiij.

Cardamomi } An. 3. iiiij.

Gummi drach. ij.

Iuniperodoraſi } An. 3. vi. obol. ij.

Opopanacis } An. 3. vi. obol. ij.

Opobalsami drach. vij. obol. iiiij.

Chalbani drach. vij.

Scincis drach. ij. obol. ij.

Resina terebinthina drach. vij. obol. ij.

Vini Chy quod ſit ſatis.

Mellis Attici cocti quantum ſat

videatur.

DE CYPHI COMPOSITIONE.

C A P. IV.

CYPHI Barbari stulta methamorphosi Coxion dixerunt. Erat id olim
odorata confectione qua Ægyptij solem ac Deum venerabantur. In-
de aëri purgando adoleri cœpit, ut probe demonstrat Plutarc. in Iside &
Osyrise. Tandem etiam in assumpta translatum est. Varia tamen ab-
modum est eius descriptio; quod Dioscor. quoque notauit lib. 1. c. 24.
si caput id Dioscoridi addititum non est. Meminere huius compo-
nitis Aëtius, Alexand. Tralia. sub nomine Solaris, & Lunaris, Paulus,
Myrepus: omnésque diuersis tum ponderibus, tum simplicibus. Legi-
tima tamen eius ratio ex Damocrate petenda est, apud quem versio
exaratur, ut constat ex Galeno 2. de Antido. Quæ sic habet.

Carnis vua passa pinguissime (sine cortice & semine)

Leuigata }
Terebinthina cocta } An. drach. xxiiij.

Myrrha }
Schœnanth. b. } An. drach. x.

Cinnamo. drach. iiiij.

Bdellij

Nardi spicæ

Cassia optima

Cyperi purgati.

Baccarum Juniperi

Calami odorati.

Aspalathi drach. ij. ss.

Croci drach. j.

Mellis optimi modum.

Vini pauxillum.

Bdellium, Myrrham, vinum in mortario tere, ad mellis liquidi cra-

stem: deinde mel, vuas, & reliqua optimè runde: postremò trochiscos forma.

In hac Cyphos descriptione benè videtur Sylvius ex Discordis lo-
co citato pro terebinthina cocta legere terebinthinam purgatam. Cest-
rum cum in Theriacæ tractatu ferè omnia simplicia, quæ hac Antidoto
habentur, exposuerimus, non est quod hic eadem repetamus; sed sat
erit si quæ illic non tetigimus, adiiciamus. Abundat autem Theraca,
præter trochiscos viperinos, squillinos, & Magma Hedicroum, Iride,
semine napi, agarico, pipere longo, & nigro, Dictamno, marrubio, theo,
fœcchade, calaminta, rad. quinquefolij, Chamæpithi, amomo, tem-

Lemnis, chamædri, chalcitide, carpobalsamo, sagapeno ammi, aristochitis bitumine, centaurio. Mithridatum autem illam superat Acoro, Gallio, Scinco, & Cyphi compositione, in qua habentur vix passæ, Bællium, Juniperi bacca, calamus aromati. De quibus omnibus nunc agendum est: si primum monuerimus maximam nobis esse suspicionem medi in hac descriptione Galeni, vbi Indica Nardus bis repetitur sub divisionibus Nardi Indicæ, & Spicæ Nardi. Quod erratum mirum est non animaduersum esse ab eius interpretibus, nec à Sylvio, nec Cronenburgio. Quare pro secundo Nardo Carpobalsamum nos supponeremus: nisi malimus cum Iouberto pro *sæxos*, id est spicæ, legere *sæxados*, & *Pharmacop* supprimere *rasoru*. Sed difficile est duo verba simul mutare. Nec melior est hic Cordi annotatio, qui vno in loco Nardi spicam intelligi vult, alio vero eiusdem radicem. Nam, ut infra ostendemus, tota Nardus veluti spica est, radices vero parum valent. Præterea vbi pars præcipua plantæ compositioni alicui miscetur, frustra alia ignobiliores adiunguntur. At decepit eum Brasauolus. Sed iam descendamus ad simplicia.

DE ACORO, GALIO,

& Scinco.

CAP. V.

ACORVM esse quod Sephasiarij aliisque materiae medicæ cultores Calamum aromaticum vocant, credit Matthiolus, & plurimi alij. Eius planta, cui folia iridis simillima, radices quoque complicatae non in rectum, sed obliquum actæ, summo cespite sparsæ, geniculis interceptæ, albantes, gustu acres, odore non ingrato. Probatur radix hæc (huius enim usus est tantum) densa, candida, plena, carie non exesa, odorata.

Galium vero nota est herbula, aparinæ simillima, sed minor, flore luteo, minuto, copiosissimo. Dicitur Gallis, *Muguet*, aut, *petit muguet*. Commendatur ad lac coagulandum. Galenus eius florem laudat, 6. *simpl.* Discorides radicem. Tota ergo herba cum floribus hic misceri debet.

Scincus quamuis à Dioscor. dicatur terrestris Crocodilus, tamen Crocodilo multò minor est, ut qui spitamam vix excedat, cum Crocodilus etiam ad quindecim cubita crescat. Animal præterea est scincus aquaticus, quod in Nilo Ægypti, & in rubro mari nascitur, lacertæ simile, squamis sub-luteis, cæsia per medium dorsum à capite ad caudam discurrente linea. Sat magna hodie adfertur ad nos horum quantitas. Eli-gendi recentes, non valde exsiccati, aut teredine exæsi.

DE UVIS PASSIS, BDELLIO,

*Iuniperi Baccis, & Calamo**Aromatico.*

CAP. VI.

CIRCA vuas passas parua est difficultas. Videntur itaque probanda albæ, plenæ, magnæ, pingues, tenui libro, recentes, non valde siccæ, strigosæque.

Atque passularum quidem copia tanta apud nos est, quanta Bdelli veri inopia. Est id lachryma Sarracenicæ arboris, quæ optima est guta amara, transflucida, glutinis in morem taurini, intus pinguis, liquefens facile, ligni ac fordinis expers, suffitu odorata, vngui similis: videlicet, ut putat Matthiolus, humani vnguis similitudinem habens; non odorem vngui odorato similem, ut vult Serapio, & alij. Conandum ergo nobis est ut huic simillimam habeamus.

Iuniperus vulgaris est apud nos; cuius baccæ aut grana hic experuntur, nempe matura, adulta, plena, aëreque exsiccata.

Calamo autem aromatico nos in totum destitui credit Mathiol. in Diosc. lib. I. c. 17. neque immeritò. Quod vero officina falsò Calamum aromaticum vocant, id Acorum esse verum superius diximus. Nascitur calamus odoratus inter montem Libanum, & monticulum alium, valle triginta stadiorum paludosa inter utrumque intercedente, harundinis figurâ: probaturque fuluus, densè geniculatus, & qui assolè frangitur, plena araneorum fistula, albicans, lentus in mandendo, & astringens cum aliquanta acrimoniam. Cum ergo vero odorato calamo careamus, neque apud quemquam authorem quid eius loco substitendum sit, inuenerimus, difficile sit iudicium super hac re constituer. Si tamen ea quæ Gal. de illius facultatibus tradit, consideremus, non ineptè factum videbitur si eius loco iuncum odoratum, qui eodem loco nascitur, aut Cyperum substituamus. Horum enim eadem ferè vis, idemque est temperamentum.

8. simple.**DE MODO**

DE MODO CONFICIENDI
Mithridatij, eius duratione, repositione,
& experimento.

C A P. VII.

CIRCA Antidotihuius confectionem non est quod diutius immo-
remur, nec circa durationem, repositionem, & probationem: cum
omnia ut in Theriaca, habeant. Quare illuc lectorum remittimus. Nunc
autem ad reliqua transeamus.

DESCRIPTIO CONFECTIONIS
Hamech.

C A P. VIII.

<i>M. Mirobal.</i>	<i>Citri.</i>	<i>Z.</i>	<i>iiiij.</i>	
<i>Chebul.</i>				
<i>Nigra.</i>		<i>An.</i>	<i>z.</i>	<i>iij.</i>
<i>Rhab.</i>				
<i>Agarici</i>				<i>Sylvi.</i> xvij. Sed etiam xvij.
<i>Celocinth.</i>		<i>An.</i>	<i>z.</i>	<i>xvij.</i>
<i>Polypod.</i>				<i>Rondel.</i> xv.
				<i>Cronemburg.</i> <i>Fuchs.</i> <i>Cordus</i> &
				<i>Ioubert.</i> & <i>Lepleig.</i> xvij.
<i>Absynthij</i>				
<i>Thymi</i>		<i>An.</i>	<i>drach.</i>	<i>vj.</i>
<i>Senna</i>				{ <i>Alij.</i> <i>Z.</i> <i>j.</i>
<i>Violarum</i>		<i>drach.</i>	<i>xv.</i>	{ <i>Loubert.</i> <i>Z.</i> <i>j.</i>
<i>Epiphy</i>	<i>z.</i>	<i>j.</i>		
<i>Anisi</i>				
<i>Resar.</i>		<i>An.</i>	<i>drach.</i>	<i>vj.</i>
<i>Fanic.</i>				
<i>Suci Fumar.</i>				<i>lib.</i> <i>j.</i>
<i>Pruna</i>	<i>60.</i>			
<i>Vuarum passarum mund.</i>	<i>Z.</i>	<i>vi.</i>		
				<i>Macera dies quinque sero laetis sufficiente in vase vitro strictioris,</i> & <i>abintur;</i> semel deinde feruefiant; manibus fricentur, & colentur. <i>Colatio</i>

adde cassia fistula purgata 3. iiiij. (male Rondel. 3. j.) Tamarind. 3. v.
mannae 3. ij. frica manibus cola , percoque ad mellis crassitatem. Tunc adde
sacchari lib. j. ss. & in fine scammoni triti 3. j. ss.

Mirobal. citrino.

Chepul.

Indorum

Bellerico.

Emblico.

Rhabar.

Seminis fumariae

Anisi

Spica Nar.

} An. 3. ss.

} An. 3. iiij.

} An. 3. ij.

} An. 3. ij.

} An. 3. ij.

Hæc est Mesuæ descriptio. In qua tamen variant nonnulli. Nam circa
Agari. Colocynth. & polypod. Dessen. Cronemburg. Fuchs. Cordus. &
Ioubert. accipiunt 3. xvij. Sylvius xvj. sed & xvij. Rondel. xv. Nos ma-
iorem sequuti partem, xvij. maluimus. Nonnulli Absynt. Thym. & sen-
na , singulorum 3. j. alij. 3. vj. sumunt. Sed vincit ultima opinio. Vi-
olas 3. xv. ponunt omnes indubitanter : excepto uno Iouberto: qui nes-
cio qua ratione ductus , 3. j. ss. mauult. Quod cum argumento nullo fir-
mauerit (quamuis in aliquo exemplari id inuenierit , & monachi id ve-
lint) non est cur eum sequamur. Quemadmodum nec Rondeletium ,
qui Cassiæ fist. 3. j. tantum admittit : cum omnes alij , quatuor. Non
minor est controuersia in componendi methodo. Rondeletius enim in-
fusionem illam in serum lactis per quinque dies , improbat: & quia flo-
res & radices , & alia dissimilium virium æquo tempore infundantur: &
quia serum lactis tamdiu incorruptum seruari non possit : acescit enim.
Ioubertus huic adstipulatur. Propterea compositionem aliam admini-
strari suadet : quam *Minorem Hamech* vocat. Sed cum maior illa in situ
habeatur, inueniendus est nobis eius rectus componendi modus. Et quidem
Rondeletij ratio non videtur omnino improbanda , quod ad infusio-
nis modum. Nam quod ad serum fortasse tolerabilius id est. Et quando
ita præscripsit Mesues , exercitatissimus Pharmacopœus , non leviter
damnandus venit. Infusionis autem modum , ipse uno verbo conclu-
dens , peritis præparationum ex arte exequendum relinquit. Qui talis
esse debet , vt benè notauit Ioubertus. Primo die polypod. infunda-
tur & Colocynth. nec enim video cur Ioubertus secundo die Colocynth.
infundat : cum secundum Mesuem. Colocynth. multam ferat absolute
coctionem , polypod. autem satis multam. Infusionis autem eadem est
quæ coctionis ratio. Secundo die infusioni dentur myrobal. pruna , pa-
lulae. Tertio, absint. agari. senna. thym. anis. scenii. Quarto. Rhabar.
Quinto. flo. ros. viol. & epithy. Sexto die omnia tantillum ferueiant,
& colentur. Colatis addatur saccharum, coquanturque omnia ad mellis
crassitatem. Sed prius quam saccharum addatur, de colatura cape 3. iij.
quibus dissolue Cassiam & tamarindos optimè contusos , & cretos: & in

alijs tribus eiusdem expressi vncijs, dilue mannam purgatam. Quæ omnia decocto iam mellis crassitatem habenti, adiice: tunc his aliquantulum agitatis admisce scammonium & coque modicum. Ab igne autem extracto & refrigerato adde pulueres reliquos. Dissoluimus autem mannam, Cassiam, tamarindos scorsum, quia hæc longa coctione exanimatur, vt videre est apud Mesu. in præparationibus. Scammonium eadem ratione ultimum addimus. Crudum autem id esse debet: non vero præparatum, quod Dacrydion Græci, Diagridium Barbari vocant: quoties coquendum est: præparatum autem, quando non coquendum. Quod se mel monuisse sufficiat. Nunc aliqua explicanda veniunt. Serum esto asinum, aut caprinum, optimè à lacte purgatum *a cuius quantitas sufficiens putatur lib. iiiij. b Colocynth. & Agari.* in nōdulo inuoluntur, aut collo transmittatur eorum & aliorum decoctum. Succū fum. coqui prohibet Rond. Sed cùm author cum alijs maceret, deinde coquat, nobis non videtur huic aduersandum. Neque timendum est ne coctione exoluatur. Manebit enim eius virtus per infusionem in infuso, quæ admodum & in oleis facultas succorū manet, quos cum illis incoquimus, quamvis sueci omnino cocturā absumentur. Habet hæc cōpositio nomen ab Hamec inuentore, qui & Rhazes dicitur, & Mahemet, quod idem aliquibus sonat quod Hamech: & Hamec filius Zachariae: & Hamech filius Zachariae Rhazes: & Hamec filius Zezar. Mirobalani nucleis exuantur, *Cronemb.* quando pondere, nō numero metiuntur. Quod vbiique obseruandum est.

Vocatur autem genus hoc medicamenti Neotericis, Opiata. Quamuis pristini medici Opiatam dicerent, medicamentum nolle, quod opium recipet. Nunc autem Opiatam nominamus, omne medicamentum mediæ consistentiæ inter liquidum & crassum: quod ut plurimum per os sumitur: qualia sunt Mithridat. Benedicta, Catholic. &c. Quæ antiqui olim Antidota, ab *avri*, quod est, *contra*, & *disponi*, quod est, id est contra data; quia contra morbos dentur: & Electaria, ab electis simplicibus, ex quibus fiunt, nominabant. Est autem earum duplex genus. Aliæ sunt Cardiacæ, vt Ther. Mithri. Aliæ Catharticae, vt Hamech, Indum vitrumque. In quibus omnibus id obseruandum est, vt quoties ab authoribus mel simpliciter profertur (fiunt enim fere omnes cum melle) semper coctum & despumatum intelligatur: nisi author dixerit expressè, mellis crudus quod satis. Notandum deinde, quod cùm author, mellis quantitatem arbitrio Pharmacopœi relinquit, tunc pro qualibet pulueris creti vncia, mellis *z. iiiij.* sumendas esse. Diximus, pulueris creti, nā quæ cribro transmitti non possunt, pulueris rationē non subeunt, nec mellis: vt amigdalæ, pistacia, passulæ, gummi, & similia. Aduertendū infuper Cathartica in his semper crassius terenda esse quam aromata. Sciendum ultrà, nunquam pulueres injiciendos esse, nisi ablato ab igne lebete, mellēque aliquantis per refrigerato: nec inde in vas, in quo seruari debet, opiate transseruare, nisi planè frigida. Seruatur autem optimè plumbato figulino bene obturato: duratque per annum. Atque hæc in vniuersum dixisse sufficiat. Nunc ad simpliciū examen, quæ antidotus nostra recipit, accedamus.

DE MIROBALA.
& Rhab.

C A P. XI.

TRANSFER huc quæ diximus Ad Cap. v. & vi. libri secundi Ph. macopeiæ nostræ, qui inscribitur *De Preparatione medicamentorum, & simplicibus purgantiibus.*

DE AGARICO, COLOCYNTH.
Polypod.

C A P. XII.

AGARIC*i* historia notior nobis est quam aut Dioscoridi, aut Galeno. Hi enim dubitant, num radix, num fungus sit. Nobis autem notum est, eum esse fungum caudicibus arborum quarundam, maximè verò Laricis, inhærentem. Nomen sumpfit ab Agaria regione, à qua olim adferebatur; & à Sarmatia etiam. Nunc autem à Narico tractus Ananensis, & Tridentinis montibus nobis aduehitur. Est hic duplex. Fœmina, & Mas. Hic omnino damnatur, perniciosusque habetur: niger scilicet, rotundus, durus. Fœminæ conditions lege ad cap. 8. lib. 2. nostræ Pharmacopeiæ sub titulo *De medicinis violentiis*. Eius preparatio vulgaris hæc est. Agaricum pulueratum, vino, cui zingiber præmaceratum sit, excipimus, & in pastillos conformamus: diciturque hoc Agaricus trochiscatus.

Colocynthis etiam nota planta est: diciturque Latinè cucurbita sylvestris, & cucurbitula Marcello, cucurbita agrestis, amara, & Alexandrina. Arabibus Alhandal & Alhandahal, & plantarum mors, & Chandel, & Handel & Handal. Probationem eius habes ad cap. 8. lib. 2. nostræ Pharmacopeiæ sub titulo *De medicinis violentiis*. Huius proprium est quod indefessè terenda est. Durat multos annos.

Polypodium autem, Latinis Filicula, Arabibus Bisberg, Aibig, sive Beffagi, notius est, quam multis describi mereatur. Laudabile habes etiam ad cap. 8. lib. 2. nostræ Pharmacopeiæ sub titulo *De medicinis violentiis*.

*DE ABSYNTH. THYMO, SENNA,
Viol. Epithy. Aniso, Rosis, Foenic. succo
Fum. prunis & vnis passis.*

CAP. XIII.

MAGNA est inter Neotericos circa Absynth. controvrsia. Tres
cius species numerat Dioscor. Vulgare scilicet, seriphium seu
marinum, & santonicum. De duobus vltimis nil ambigitur. Cum au-
tum & Gal. & Dioc. prferant inter absynthia Ponticum, quaritur
num Ponticum sit idem quod prima species Dioscoridis & nostrum
vulgare: an aliud. Credit Matthiolus idem esse, nec differre, nisi loci
natur. Quod confirmat authoritate Galeni 6. simpl. At quantum-
cumque velis, locum mutare aliquantulum facultates, non tamen pro-
babis vñquam vulgare absynthium nostrum Ponticum esse, eiusdemq;
specie, si qua Gal. de Pontico prodit lib. 11. Meth. ponderis aliquid
habitua sint. Habet autem locus sic. *Cum autem duplex in omni
absynthio facultas, & qualitas sit, veluti in libris de medicamentis est tra-
ditum, viue in Pontico astringendi facultas non parua est. In reliquis
omnibus amara quidem qualitas est vehementissima, astrittio verò (quam
salem gustu agnoscas) aut plane obscura, aut prossus nulla sentitur.
Prinde Ponticum ad iocinoris & ventris phlemonas eligi prestat. Porro
id est cum folio tum flore longe quam cetera absynthia minore Odor quoque
hinc non modo non insuauis, verum etiam aromatum quid prafervens. Re-
liquis omnibus plane est fædus. Hactenus Gal. An ergo notæ illæ Pon-
tici conuenire possunt nostro latifolio, anarissimo, fætidissimo? Fa-
cultates sunt qua medicamen aliquid commendant, non solùm. Voca
igitur nostrum hoc, Ponticum, si velis: non tamen propterea vtile
ut in ventriculo & iecori. Itaque ut colophonem sermoni huic im-
ponamus, Ponticum ego existimo quoddam quod iam hic multi no-
runt, minutofolio, minimè amarum, suavi odore. Quo suadeo ut
quoties Ponticum requiritur. Qua ratione autem Mesues Ponticum
Romanum vocet, non satis constat. An verò hic Ponticum, an aliud
desideretur, non exprimunt authores. Videtur ramen Ponticum præ-
ferendum, ut ventriculum contra catharticorum violentiam roboret.
Pomo boni absinthij notas habes cap. 8. lib. 2. nostræ Pharmacopeiæ.
Thymi quoque, Epithymi, (quod nihil aliud est quam Thymi quasi
capillamentum, ab iti quod est, supra, & Æuor, quasi supra Thymum,
Epithymum dictum) violarum, & prunorum. Sennæ etiam eodem
cap. sub titulo de Medicinis violentis. Rosarum eodem etiam cap. &*

cap. 4. lib. de Theriaca. Anisum sit Creticum, & scenic. succus sum. sit depuratus, extrahaturque ab herba, cuius insignia inuenies etiam ad cap. 8. lib. 2. Pharmacopœiæ. Vuarum autem probationem inuenies hoc lib. suprà cap. 6. Atque hæc de Hamech. Nam quæ ad Tamarindos attinent, inuenies in dicto cap. 8. lib. 2. Pharmacopœiæ, statim in initio. Mannam eodem cap. Scammonium etiam ibidem cap. 7. libri de Theriaca.

DIASENA NICOLAI Alexandrin.

C A P. X I V.

S ena 3. ij.	Piperis.
A uellanæ assatas. L.	Spicea.
S erici combusti. 3. ij.	Ozimi.
L apidis Armeni. 3. j.	Zingiberis.
L apid. Lazuli. 3. ij.	Folio. Caryophyllo.
S acchari. 3. vij.	Cardamomi.
C innamom. 3. j.	Croce.
C aryophillorum.	Zedoaria.
M ellis Q. S.	Flor. rosmar.
G alanga.	Macropip. An. 3. ij.

Variæ sunt huius confectionis descriptiones. Hanc tamen à Præposito ex scripsimus, quia vulgo dispensatur: valdeque efficax est ad melancholicos affectus. Hanc probant Dessenii, Fuchs. Cord. Alias malunt Ioubet. Lepleig. & Fuchs. etiam. Sed quando præscripta visitatior est, magis placet. In cuius compositione quia nihil est notatum dignum, ad simplicium examen descendemus.

DE SENNA, SERICO, LAPIDE Armeno, & Lazulo.

C A P. X V.

SENNA nonnulli Dioseor. Delphinium falso crediderunt. Quæ squamuis Diſcoridi, Galeno, & antiquioribus medicis cognitæ fuerit, non est tamen adeo nouum medicamentum, ut vult Auerto. Sæpe enim ab Aëtio, & Actuario Græcis inter melanogoga recensetur. Vnde non fuerit fortasse Sena Arabicum inuentum, nec dictio quoque Poena. Nisi velimus ab Afris mutuasse Græcos illos hoc, quemadmodum &

multa alia. Arabes enim multa de Senna prodiderunt. Non est etiam Senna planta illa, quam Coluteam vocat Theophrast. lib. 3. c. 17. Cuius Colutea, & Sennæ historiam pete à Mathiolo super cap. Dioscoridis de Delphinio, & à Mesuco. Hodie multa in Florentino agro seritur, & colligitur. Probationem laudatissimæ habes in iam saepe dicto cap. 8. lib. 1. nostra Pharmacopœia. Ab hac denominationem sumpsisit confectione hæc, tanquam à basi, & primo in descriptione.

De Serici historia non est quodd cum antiquis amplius ambigamus, an à vermis, an scarabeis, aut araneolis fiat, an à frondibus arborum quarundam depexatur: cum foeminæ nostrates maximum hinc prouentum faciant. Dictum autem est Sericum, & Hera, & corruptè Seta, à Seres qui populi sunt in finibus Æthiopiæ, ad Indos vergentes: quique primi ad nos Sericum miserunt. Sic autem comburitur. Sericum recens à folliculis depexum, aut etiam non depexum, minutum conciditur, in novâque ollam proiectum, pertuso operculo obfitam, clibano mandatur, aut prunis imponitur quoque candeat olla.

Armenus, siue Armenius, Armeniacus lapis Galeno & Armenianus, & Aëtio Amatheus, ab Armenia, vnde defertur, nomen habuit. Probati notæ habes dicto cap. 8. lib. 2. Pharmacopœia. Quibus cum non respondeat qui in officinæ habetur, satius est ut eius loco lapide Lazuli, qui eiusdem est facultatis: si huius etiâ suppetat copia. Rarus enim inuenit etiam est laudabilis. Talis autem est quem ibidem depinximus. Dicitur vero Cyanus, & Cœruleus à coeli colore, quæ imitatur, Auicennæ Azuli, & Lazuli; à quo officinæ nomen sumpseruut: & Arabibus etiam Azul, (sic enim ceruleum vocat colorem) & Hageralezaard, Laziuard: Mesuco stellatus, ob stellas veluti quasdam aureas, quæ in eo lucent. Male hunc cum Armeno confundunt Serapio, & Auicena, quamvis unus cum altero saepe coiunctus inueniatur. Cum autem factius quoque Ceruleus inueniatur, eo nullo modo vtendum nobis est; sed nativo. Huius quidem quamvis deiectoriam nouerit facultatem Galenus, tamen nec expertus est, nec melanogogum sciuit esse. Armenianum autem nullus antiquorum catharticum esse dixit. Debet vterque subtilissimè puluera-tus sapissimè ablui, quod innoxius sit: alias enim lethalis est. Ablutus autem non est verendus.

DE SACCHARO, CINNAMO. Caryophyllis, & Galanga.

C A P. XVI.

MAGNA est inter Neotericos quæstio, an Dioscorides & Gal. & his antiquiores saccharum norint. Et certum est nouisse non solum Dioscoridis auctoritate lib. 2. c. 75. & Gal. 4. simpl. c. 14. & lib. 7.

eiudem & lib. 8. Method. & Pauli lib. 7. c. 3. & Alexand. Aphrod. 2. Problemat. 74. sed & Ariani, qui calaminum mel vocat, siue arundineum, & Marci Varronis, qui ante Christum vixit Cæsaris tempore, & Lucani 3. Pharsal. & Statiij Pampinij lib. 1. Siluarum, qui ante Galenum vixit imperante Nerua, & Strabonis lib. 15. Geograph. & Diodoni lib. 3. antiquorum gestorum, & Pliniij lib. 12. c. 8. & Iulij Solinit. 55. Qui omnes excepto Paulo & Aphrodisco, Galeno priores fuere. Non autem tam certa & explorata illis fuit sacchari historia, nec vulgaris vnu, quam nobis. Illis enim ex India solū afferebatur, paruā quantitate; nesciebantque an ex calamis, an radicibus fueret; nec propterea plurimum eo vtebantur quia indigenæ id exprimere non norant, sed ut defluens ex prægnantibus cannis sponte, aut ab eis vulneratis manu colligebant. Nunc autem factum est nobis vernaculum ut iam non amplius ex India expectandū sit, sed in Insulis Medera, & alijs Fortunatis, & in Hispania, & Sicilia etiam nascatur maximo prouentu: cum quotannis abscissæ cannæ, minutimque dissecta, & igni mandatae ingentem huius liquoris nobis copiam mittant; ut non solū Pharmacariae tibernas, sed & mensas, & culinas impleat nec sine eo sit medicamentum, conditura, intinctus, cibariaque grata: plūque luxui, quam vnu deseruat. Probatissimum quod sit, norunt omnes; scilicet quod candissimum, quod durissimum; nec vnum aliud est medicamentum, quod minus impostorum adulteria sentiat. In medio frigi & calidi situm est, aut parum habet calidi: exsiccat autem secundo gradu; absigitque & digerit. Atque hæc de saccharo, seu zuccharo, seu zacharo, quod Gal. zuchar vocat. De Cinnamomo autem habes ad cap. 6. libri nostri de Theriaca.

*Gal. 7.
simpl.*

Paul.

Caryophilos non nouit Dioscorid. nec Galen. benè autem Eius & Paulus, Arabesque omnes. Sunt hi, fructus, non flores, ut quidam cogitarunt, arboris cuiusdam, buxi materia, in Insulis maris Indici iuxta Badam prouentis. Probantur colore nigro rufescente, sapore acri, subamaro, odorati, & qui commansi lentorem quandam orni relinquunt.

Galanga authores habet Arabes. Græcis incognita, ex Memphiad uehitur. Radix est dupli distingue specie, quarum alia crassior, dilutior, minus valida, altera tenuior, saturatior, fortior. Vtraque geniculata, rufa intus, extraque, acris & mordax. Vitanda quæ tercedinem sensit. Neutra harum verus est Acorus, ut quidam credidissent.

CAEPIA

DE PIPERE,

DE PIPERE, OZIMO, ZINGIB.
fol. Caryophill. Cardamo. Croco, Zedoa,
flor. Rosmar. & melle.

C A P. XVII.

D E Pipere, & Macropipere habes cap. 4. & 8. lib. de Theriaca: de
Croco cap. 7. eiusdem libri, de Zingib. & de Cardamo. cap. 10. &
14. eiusdem lib. de Theriaca.

Porto Ozimum, quod & Basilicon Barbari vocant, vulgaris notitiae
est. Triplicem eius differentiam facit Serapio. Primum Citratum, fo-
lijs magnis Citrio malo similibus, ob id ita vocatum à Mesue. Quod
Mathiolus vidisse testatur. Mihi nondum contigit. Secundum est
paullò minoribus folijs, quod nobis vulgatissimum. Tertium etiam ha-
bemus, sed non adeo frequens, minutis folijs, & copiosioribus, totaque
facie minus secundo, odoratius tamen; ab Afris proinde Caryophilla-
tum dictum. Huius semen hic accipiendum puto. Folia autem Cario-
phyllorum si desint, sumatur tantundem Cariophyllorum.

Denique Zedoaria Pœnorum inuentum (Aëtius enim, & Actuarius
ab eis acceperunt) radix est zingiberis ænaula, non tamen adeo acris,
sed amariuscula, & odoratior. Quā nobis Sinæ, vltior orientalis Indiæ
regio, mittit, vt ait Serapio. Calida est & sicca ordine secundo. Aliud
ab hac est Zurumbet Arabum, & Arnabo Pauli: cùm tamen Arnabo &
Zurumber idem sint.

Flores Rosmarini sicut recentes, odorati, eius quod coronarium vo-
cant. Aliud enim ignotum nobis est. Mellis autem exquisiti notas ha-
bentes cap. 17. lib. de Theriaca. Cuius quantitas esto hic librarum dua-
um & semissis.

JNDIMAIORIS DESCRIPTIO.

C A P. XVIII.

✓ <i>Cinnamo.</i>	<i>Cyperi An. 3. iv.</i>
✓ <i>Cariophylla.</i>	<i>Santal. Citri. 3. ij. ss.</i>
<i>Spice Nard.</i>	<i>Ligni Aloës.</i>
<i>Rosarum.</i>	<i>Nucis mosc. An. 3. ij.</i>
<i>Cassia.</i>	<i>Turbith boni 3. L.</i>
<i>Macis.</i>	<i>Sacchari.</i>

Penidiorum An. 3. xx.

Galange.

Cardamo. utriusque.

Omnia cum oleo amigdalino fricentur. Postea cape succi Cydoniorum, Granatiorum, Apij, & Faniculi An. lib. 1s. Coque succos cum melle ad infusam consistentiam, & misce aromata.

Hæc est Meluci legitima descriptio; sed à pluribus vitiata. Sylvius male posuit, sacchari & penidiarum An. 3. xx. pro 3. xx. sed credo error est librarij, quod etiam notauit Fuchs. Idem putandum est in Cordo, quem taxat Cronenburg. quod scripsit Turbith. 3. vj. meus autem turpiori errore habet 3. j. cùm omnes alij habeant 3. L. Rondeletius adeo depravatam hanc refert, vt non facile sit coniectare vnde hauserit. Nam primùm Cinnam. & reliquorum accipit An. 3. iiii. & turpeti 3. j. sed potuit esse error typi. Ille autem minimè, quod vnius cardamomi solum meminerit, dicens, *Heil*, id est Cardamom. (quod etiā Theobal. Lepleignius fecit) & quod saccharum & penidas in vnum coegerit, dicens, *Sacchari penidiati*. Reliqua consentiunt. Dicitur autem haec confectio, Indum, quia fortasse Indi eā vtebantur: & maius ad differentiam alterius minoris, quod paucioribus constat simplicibus. At quia compositio facilis est, reliquum est vt nonnulla simplicita exponamus.

Asari.

Masticas An. 3. j. ss.

Scammo. codii in cydon. 3. xj.

DE CASSIA, MACI, CYPERO, Santal, Ligno Aloës, & Nuce Moscha.

C A P . X I X .

CERTANT authores, quænam Cassia hic accipienda sit: num Cassia lignea Græcorum, an Cassia Ægyptia solutiua Arabum? Sylvius, & Cronenburg. hanc interpretantur: quia confessio hæc solutiua sit. Fuchs. contrà, Cordus, Rondelet. & Theobald. ligneam maiunt: nec immeritò. Tam parua enim solutiua cassia quantitas parum mouere potest: cùmque reliqua cathartica fortissima, scilicet Turbith, & Scammo. tantâ mole imperetur, absurdum esset hoc innocentissimum tam minimâ describi, quasi eius ferocia timeretur; & non potius augeri, vt illorum immanitatem retunderet. Præterea, cùm Cassia inter reliqua aromata numeretur; reliqua autem solutiua seorsim: credere par est Cassiam aromaticam, id est ligneam, non solutiua exoptari. Plurimum etiam Ligna confert ad incidentos attenuandosque pituitosos humores, & per vrinas ducendos, confortandūque ventriculum, eorum fontem. Ad quæ omnia inutilis est Ægyptia. Quantitas quoque

conuenientissima est: cum reliqua aromata eadem dosi prescribantur.
Ergo Cassia lignea sine dubio accipienda est. De qua habes in cap. 6.
libri de Theriaca.

Macis Arabum à Macer seu Machir Græcorum longè differre, iam
satis constat ex vtriusque collatione, & testimonio Diosc. Serapio. Gal.
Plinij, Aucenn. Syluj, Matthiolis, & Fuchsij, aduersus opinionem Ma-
nardi, Ruellij, Hermolai, Brasauoli, Brunsfelsij. Est enim Macer cortex
crassus, radicis magnæ arboris cuiusdam in India prouenientis, eiusdem
nominis, astringens, temperatus, gustu acerbo, flauescens, odoratus, no-
bis omnino cum planta sua incognitus. Macis contrà cortex tenuis &
membrana, quæ nucem moscatam proximè inuestit, duròque cortici
substrata nequit: estque flava, aut fusca, odorata, sapore subacri, calida
& secca ordine secundo, nobis vulgatissima, Græcis antiquioribus ignota.

Quibus etiam incognita fuit Nux moschata, seu muscata, quā Græci
recentiores Moschocaryon, Moschocaridion, & Caryon Myristicon ap-
pellant: Aëtius nucem aromaticam. Prouenit ea, vt aiunt qui ad Indias
navigant, in Insula nomine Badan, in arbore perfico simili. Est nux ca-
lida & secca ordine secundo. Laudatur grauis, præpinguis, farta; &
quæ acu puncta, oleagineam emittat substantiam.

Cyperus in Italiam pluribus nascitur locis. Melior tamen Syriacus est.
Radix eius hic requiritur; scilicet oleæ oblongæ similis, aut rotundæ,
nigro colore, suavi odore, amaro gustu, grauissima, densa, fractu contu-
max, plena, aspera.

Santali denfissimis sylvis in utraque India proueniunt. Ignoti anti-
quis Græcis, Arabibus familiares. Tribus distinguntur speciebus; sci-
licet citrino, albo, & rubro. Quorum duo prima suaviter olent, tertium
inodorum est. Frigidi & secchi putantur omnes ordine secundo.

Agallochum vero, lignum Aloës recentioribus Græcis & Latinis di-
ctum, ex India aduehitur, maculatum, odoratum, gustu astringens cum
quadam amaritudine, cute vestitum versicolori. Quod quatuor à Lusi-
tanis magna copia probatissimum asportetur: tamen raro in officinis in-
venitur. Si ergo id desit, eius loco Cypero, aut Meo, aut Acoro vero
vendum est.

*DE TURBITH, PENIDIIS,
Asaro, & Mastiche.*

C A P X X .

TURBITH, antiquis medicis omnino ignotum fuit. Arabibus verò
notissimum, & nonnullis Græcis, vt Aetuario. Cuius autoritate credit
Matthiolus Turbith album (est in eogenere etiam nigrum) nil aliud esse

quām Alypiæ, seu Alypij (vtrumque enim vnam & eandem rem esse putat, scilicet Alypium & Alypiam, contra nonnullorū sententiam) radicem. Non tamen satis probat Turbith Mesuæ idem esse quod Acturio. Mesues enim dicit Turbith radicem esse plantæ similis ferula. Alypum verò quamuis à Dioscoride lib. 4. c. 173. dicatur habere tenuia folia, non tamen propterea sequitur, vt addit Matthiolus, ea esse ferulacea. Thymum enim, thymbra, serpillum, henaria, centinodia, & planta etiam quam nobis pro Alypo depictam dat Matthiolus, tenuia habent folia, ferulae autem nequaquam similia. Incognitum ergo nobis est Alypum, incognita Turbith planta. Et quamuis afferat Matthiolus ab orientalibus plagis adferri Turbith omnino respondens Mesuæ descriptioni: tamen ego verè cogito, maiorem eius, quo utimur, quantitatem, thapsiæ esse radicem. Adfertur enim plurima ex Pyreneo saltu, quæ Tarragonensem spectat prouinciam, folio virenti ferulaceo ornata. Et Matthiolus id quoque testatur, & ex Pithyusa; & Fuchs. etiam ex Myrsinitate thythymali specie, Pseudoturbith fieri. Probatum Turbith habes ad cap. 8. lib. 2. Pharmacopœia sub titulo de Medicinis violentis.

Penidia notiora sunt quām vt longa egeant narratione. Fiunter saccharo albissimo solo, aut cum melle æquali, aut inæquali proportione mixto, aut etiam ex melle solo. Dissoluitur saccharum aquâ, aut hordeaceâ, (Arabes hæc penidia vocant Sihari) aut rosaceâ; coquiturque donec manus non intingat, & in fila abeat: affundendo sensim tantillum olei amigdalorum dulcium, aut communis, in æreo vase, albo plumbō obliito. Indein marmor eodem oleo illitum iacit, manib[us]que subigitur, & ad vncum clavum reflexum trahitur, usque ad perfectum canadorem. Tunc forcipibus ad libitum inciditur, & supera perso amylo in quamlibet figuram effingitur.

s. Simpl. Asarum cognita planta, quæ & Nardus montana dicitur. Huius radix hic desideratur; purgat enim veratri albi modo, vt inquit Dioscorid. lib. 1. c. 9. Quæ quidem est numerosa, geniculata, tenuis, obliqua, graminis similis, sed gracilior, odorata, excalsaciens, & linguam vehementer mordens.

Mastiche Lentisci resina est teste Diosc. lib. 1. c. 75. Quamuis nostras Lentiscus Masticheum non proferat: tamen in Italia profert, vt afferit Matthiolus: sed non tantâ copiâ, quanta in Chio, & Creta, Ægei maris insulis. Laudatur Galeno candida; minùs verò, nigra, & Dioscoridi etiam viridis, & resplendescens, adulta, retorrida, friabilis, odorata, suadorens edens.

CONFECTIO ALCHERMES.

C A P. XXI.

SERICI succo granorum tinctoriorum recenter tincti lib. j. succi spomorum dulci. Aquaros. An. lib. j. ss. Infunde sericum his succis per 24. horas: dicinde paulisper coque, donec succi rubeant. Tunc expresso serico, & abieeto, adde succis sacchari optimi lib. j. ss. Coque usque ad mellis crassitudinem. Ab igne inde extractis, sed calentibus adde Ambra cruda minutim encisa 3. iiiij. Qua liquatà iniice puluerem sequentem: ligni aloës crudi, cinnamo, electi An. 3. vi. Lapidis cyanei, loti, & preparati; margaritarum albarum An. 3. iiij. Auri boni foliorum 3. j. Moschi laudatissimi 3. j.

Hæc est Mesuæ descriptio in Antidotario, ex antiquo codice, & Sylvio excerpta. Alia enim habetur in simplicibus cap. De lapide Stellato: sed variata medicinarum dosi, culpâ, ut creditur, librariorum. Prusquam autem ad simplicitum examen accedamus, notanda sunt nonnulla, quæ ad compositionem faciunt. Primò ergo confectio hæc dicitur Alkermes (nonnulli prauè Dialchermes dicunt, cùm tamen Al, præpositio Arabica idem sonet quod, De, Latina, & Δι, Græca: ita ut idem sit Dialchermes, ac de dealchermes, vt monachi super hanc compositionem notant) à granis tinctorijs, quæ Kermes Arabibus vocantur: De quibus infra. Estque eius author Ioannes Mesuæ. Secundò Sylvius, Ioubertus, & alij improbant infusionem hanc serici tincti Kermes, in rosaceam, & succum pomorum. Quia, inquiunt, tintores aut infectores, vi serico colorem Kermes concilient, alumén, & etiam arsenicum immisscent. Pericolo igitur non vacat huius serici infusum. Quare nonnulli consulunt succum granorum Kermes cum succo pomorum, rosaceâ & saccharo coquere. Sed Iouberti ratio magis placet. Nec enim immeritò sericum hic petit Mesues: cùm alibi cardiacum medicamentum esse censcat. Ergo quò huius facultas habeatur, tinturæque nocumentum viterbitur; accipe setæ crudæ lib. j. quam infunde in succo pomorum, & rosaçâ per diem naturalem: tunc valenter exprime, sericóque abieeto, reliquo infuso adde succi granorum tinctoriorum lib. j. & cum saccharo coque ad mellis crassitudinem. Ioubertus insuper Falconem, & Rondeletium sequutus, ambram duabus drachmis tantum immiscet, ne adeo carum sit medicamentum: quod autem odoratus sit, moschum 3. j. Ego autem mallem Mesuein sequi. Nam si ambra adeo cordi, & nobilibus membris prodest, ut creditur, non sine confectionis detimento, & expectatio- nis medici, imminui potest. Pauperibus autem non est præse i'henda, aut detur minori quantitate. Moschus autem plures offendit odore quam exhibaret: maximè vero ægrotos, ut experientia mihi constat. Tentat

præterea caput, & replet, vt omnia nimis odorata. Qui volet pauperibus parare, potest subtrahere aurum, cui ego parum fido: aut miniodi, scilicet 3. j. immiscere: & ambræ 3. j. etiam educere. Molchum verdè neutiquam augendum censeo. Superest perniciosum errorem in Iouberto emendare quem à monachis hausit. Is est, quod lapidis Cyanæ 3. xij. præscribat, cum tamen & codex antiquus; & Syluius in suo Mesue, & omnes alij. 3. ij. tantum habeant. Nec etiam has in confessionem admittere volunt nonnulli. Videtur enim absurdum medicamento Cardiaco admiscere cathartica deleteria, qualis est Cyanus, vt supra ostendimus ex Galeno. Sed his respondet Syluius, parua quantitate, lotum, & alijs correctum, nec purgare, nec nocere, sed potius robore. Addamus nos, si purget, id esse perminimum, & quod huius medicamenti vi de pulsum, naturam maximo leuet onere, hæcque ratione restaret. Euacuat enim crassos, atrösque humores, qui eam plurimum offendunt. Quod si vires admodum langueant, confulerem, aut non vti; aut aliam sine Lazulo parare, vt iam etiam fit. Quæ in alii fluxu quoque imperanda est. Quod si Cyanæ 3. xij. hic recipias, iam non catharticum modò, sed hypercatharticum etiam effeceris, & perniciosum medicamen. Nullo igitur modo credendum Monachis, quantumvis antiqua exemplaria manuscripta citent, contendantque rationibus paru momenti id persuadere. Sed iam ad simplicium examen accedamus.

DE CHERMES, AMBRA, Margaritis, Moscho, & Auro.

CAP. XXII.

MA X I M A est de Kherme controvërsia inter authores. Est Dioscoridi Coccus Baphica, Latine Granum tinctorium, granum lenticelle specie, quod inhæret paruo frutici surculoso. Cuius faciem, & folia cum non descripsérit, granaque tinctoria, quæ in vsu sunt Pharmacopeis, lentibus similia non sint, sed rotunda, assérere non licet granum hoc esse Coccum Baphicam Dioscoridis, quam primo loco describit. Credere autem licet esse aliam quam in Cilicia è quercubus nasci ait, cochlearum exilium similitudine. Arbusculæ enim hæ, ex quibus Coecum colligimus, paruis quercubus similes sunt. Erit etiam nostrū hoc granū, id quod Plinius in Attica & Africa prouenire tradit, Scolecion vocatum, quæ eius medulla tenues orientur vermiculi. Esse autem Chermes seu Charme, vel Charmas, Arabum, idem quod Coccus Baphica Dioscoridis

constat aperte ex Serapione fol. 173. vbi ex Dioscoridis authoritate omnia suo Chermes attribuit, quæ Dioscorides suæ Cocco. Vnde constat deceptos esse monachos, qui Chermes aliud esse à Cocco afferunt. Sunt tamen plurima granorum tinctoriorum genera, vt ex his quæ diximus, & quæ deinde addemus, constare potest. Nam Monachi testantur esse etiam granum aliud, quod illi etiam Chermes vocant, & ab insectoribus granum vocari dicunt, quod in annosis pimpinellæ radicibus, quasi ad terræ superficiem, & in alijs etiam herbarum radicibus, in asperis & montanis, ab Italibz pluribus in locis colligitur: & quæ his granis tinguntur, Chremesina vocantur: quæ verò Cocco supradicta, Coccinea. Quæ omnia etiam confirmat Mathiolus. Repugnat tamen Monachis in eo, quod afferunt Chermes Arabum, esse hoc ultimum granum, non autem Coccum Græcorum. Quod tamen falsum est, vt suprà monstrauimus. Quod si granum hoc, quod ex pimpinellæ radicibus habetur, hic sumendum est, vt consilunt Monachi, Monspelienses Medici & Pharmacopei toto errarent celo, qui ex Cocco, quæ ab arbusculis illis, quercui similibus, quibus abundant eorum agri, colligitur, confectiōnem hanc instituant. Sed cùm Chermes idem sit quod Coccus Baphica, si Coccus Baphica est granum illud Monspeliense, vt videtur, id nobis sumendum est in compositione nostra. Inuentum etiamnum est atate nostra Coccum aliud granum (si id granum est, & non potius volantes vermiculi, vt quidam afferunt) quod ex India affertur ab Hispanis, diciaturque cochonilla, quasi dicas Coccinella: cuius iam adeo vulgaris est usus, vt cetera obsolescant. Atque hæc de Cherme sufficiant. In quo patrum laborarunt qui compositiones medicamentorum describunt; *Cronemb.*
Toubertus
Sylvius.

perplexique admodum nonnulli, alij omnino dubitationem fugientes, nos perplexos & dubios reliquerunt. Sumendum ergo nobis est granum illud Monspeliense, recens, sed modicè siccatum: extrahendūque ab eo expressione succus. Quod si siccum nimis fuerit, irrorandum est vi no, & exprimendum: aut si præaridum, huius lib. j. succo pomorum & rosaceæ, post expressum sericum, infundenda alijs xxiiij. horis, & in coquenda; colandaque cum expressione coctio.

Ambra, seu Ambar, seu Ambracana, seu Ampar, seu Ambarum, ignotum antiquioribus Græcis, Arabibus verò & recentioribus Græcis inter cardiaca acceptissimum, quid sit ignoratur. Credit Symeon seti, è fontibus manare, bituminis more. Alij, ab imis maris gurgitibus, vbi fungorum modo nascitur, aquæ vi erui, & ab undis ad littus pelli. Alij, à pilce Aſelo, nomine Ambaro, appeti, vorari, eumque interficere: quem ad littus mortuum appulsum pescatores vincis extrahunt, & ab eo Ambarum. Sed hoc ultimum fabulosum est. Scimus enim in littoris tractu nostro, à Baiona Burdegalam vsque, plurimum colligi Ambarum, inuenientque in arenis ab æstu maris impulsu. Credunt autem nonnulli esse hoc Balenæ sperma, aut excrementum aliquod: eo arguento, quod in mediterraneo mari, vbi non sunt Gete, non inuenitur Ambarum.

Sed inueniretur aliquod tale in balenis quas capiunt quotidie oceanicas colæ Cantabriæ, & Gallici. Ut sit, probatur inter omnia Ambæ genera, subalbidum cinerij coloris, quod vocant Griseum, fraudis expers, vndique sibi simile, læve: improbatur verò nigrum, fabulosum, adulteratumque. Maximo habetur in pretio ad ornamenta; & iam etiam ad palati luxuriem. Aduehitur etiam ab Indis.

Inde quoque Moschum habemus. Qui nihil aliud est, quam sanies cuiusdam animalis capreæ similis, cui dum in venerem agitur, vomica ad umbilicum fit: qua ad saxa & arborum truncos affricta, & aperta, sanies effluit, illisque adhæret. Vnde postea eam indigenæ, & venatores colligunt, utrivilisque eorundem animalium, quæ alias ipsi venatione ceperunt, inoluunt. Orianum optimus est colore sub-flavus: minus niger. Ignotus fuit priscis Medicis. Porro & Ambarum & Moschum esalfacere, exsiccareque dicitur, & cor & cerebrum roborare. Ambarum verò crudum imperat author, ne id aliquo calido soluamus, sed minutè incisum immissceamus: aut crudum vocat, quod alias coctum non fuit, veluti id ex quo precarij globuli fiunt, & odorata poma.

Post lignum Aloës author habet, Darseni, quod quidam interpretantur, Cinnamomum crassum. At Monachi contendunt Darceni significare Cinnamomum electum. Quod verisimilius videtur, quam quod crassum hic velit.

Margaritæ autem & Dioscordi; & Galeno ignotæ fuerunt, Auctiæ verò & Serapioni, ad cordis affectus maximè commendantur. Nascentur hæ in India Occidentali, in conchis ab ostreis nostris non valde dissimilibus: quæ, vt aiunt, hiantes rorem excipiunt, ex quo fiunt postea margaritæ, eæque vel selectæ, vel minus bona pro roris natura, collique statu: quas postea conchæ pariunt. Inuenti sunt quandoque in concha una plus centum & triginta vaiones, vt author est Americus Vesputius, & vt confirmant qui ad Indias adnauigant. Reperi etiam in Oceano Occidentali, Britannico, & Scoto sinu: quin & in fluminibus quibusdam Bohemiæ, conchas margaritis ornatas optimis affirmat Mathiolus. Probatissimæ sunt magnæ, candidissimæ, splendentes, graues, rotundæ, læves.

Aurum denique vosunt quidam limatum. Sed præstat foliatum. Atque his absoluta videtur confessio nostra; cuius tanta est hodie in Gallijs authoritas, vt in extremis morbis, ultimis vitæ terminis, desperataque salute, ad eam tanquam ad sacram anchoram tum Medici, tum vulgus confugiat.

DESCRIPTIO

DESCRIPTIO Catholiconis.

CAP. XXIII.

POLIPODI I modicè triti $\frac{3}{4}$. iiiij. sem. fænic. 3. vj. Bulliant in lib. v. aqua lactis ad lib. ij. ss. In parte colatura dissolute Cassia munda. & Tamarindorum An. $\frac{3}{4}$. ij. Residuo verò colatura adde sacchari lib. ij. & coque in syrnum. Cui refrigerato admisce Cassiam & tamarin. agitando ligneo pistillo. Tandem adde senne mund. $\frac{3}{4}$. iiij. Rhab. Viola. recent. polypod. seminis anisi An. $\frac{3}{4}$. j. Glycerri. rase. penidiarum, sacchari candi, quatuor semi. frigi. maior. An. $\frac{3}{4}$ ij. Seminum frigidorum medulla incidatur minutissime: cathartica & reliqua terantur ex arte, admisceantur. Hac est visitior, probatiorque Catholici descriptio ex Nico- Joubér. lao Præposito; quam Myrepso authori ascribunt a quidam potius quam Cronemb. Galeno. Fuchsij verò & Rondeletij, Cordi, Lepleignij, & aliorum a Iouber. & nonnullorum adeo variæ & inconstantes sunt descriptiones, ut nullus Cronemb. Cordus, & Fuchsij. cum alio conueniat. In cuius tamen compositione nil immutandum nobis videtur. Quamuis Ioubertus velit ut $\frac{3}{4}$. j. Polypodij quæ inter pulueranda ponitur, cum reliquo polypodio coquatur. Nec enim flatulentum tunc erit, cum anisum illi mixtum fuerit. Si violæ recentes desint, accipientur siccæ, aut quæ saccharo puluerato conditæ sunt, ad duplum. Notandus autem hic venit error illorum, qui medicamen hoc Lepleign. vocant Diacatholicon: cùm Catholicon dici debeat, quasi vniuersale, cordus. quod omnes evacuet humores. Diacatholicon autem idem esset, ac de vniuersalibus. Ceterum, quia simplicia omnia, quæ hac antidoto recipiuntur, exposita alibi sunt; nihilque de conficiendi modo ambigitur; transeamus ad alia.

DESCRIPTIO DIAPHOENICI

CAP. XXIV.

DACTYLORVM fuluornm, aceto per triduum maceratos rum, & optimè purgatorum $\frac{3}{4}$. c. amigdalorum $\frac{3}{4}$. l. Penidiarum sibari drach. xxx. Turbit. $\frac{3}{4}$ xxxv. Scammony, drach. xij.

Yyy

Zingiberis;

Piperis longi,

Foliorum ruta siccorum,

Cinnamomi,

Macis,

Ligni Aloës,

Anisi,

Feniculi,

Dauci,

Galanga An. drach. ij. fr.

Terantur omnia probe, & cum sufficienti melle despumato confice. Hac est legitima Mesue descriptio, quam ille filio Zesar, id est Rhazi tribuit: ut consentiunt Syluius, Dessenii, Fuchs. Quas autem tradunt Rondeletius Cordus, Lepleignius, minus probandas censemus: quia reliqua non proportionem inter se feruant, quam hic nos: & quia strobilos recipiunt, quae in Mesue non inueniuntur. Sed iam nonnulla exponamus. Diaphœnicum dicitur à Phœnicis, id est Dactilis. Et quamvis sotian melius diceretur Diaturbit à basi, ut inquit Syluius, Rondeletius, Ioubertam non ineptè nominatur Diaphœnicum, à simplici quo maiori excipitur quantitate. Habent autem textus quidam Dactilarum Cheiron, alij Heiron, alij Hieron: quod Cheiron Syluius, & cum eo Rondeletius, Ioubertus, & Fuchsius à Græco ξιζησι deductum putant, quod est fuluum. An verò per fuluos dactilos Mesues intelligat maturos, an immaturos certant authores: volentibus Sylilio, Dissenio, & Iouberto immaturos: Fuchsio verò & Rondeletio, maturos. Sed quæstio est parui momenti. Nec enim id multum medicamenti facultatem immutare potest, nec nobis licet dactilos ad libitum eligere. Videtur tamen sanior sententia Syluij: quia immaturi magis catharticorum robur retundent, ventriculi autem augebunt. Absurdior autem est sententia Rondeletij; qui scammonium decoctum in malo cotoneo abjeci iubet, carnem autem cytoniorum retineri: contra omnium medicorum opinionem & morem. Nec minus peccat cum Iouberto idem, quod vino, non aceto, palmulas infundi suadet, ut magis roboretur ventriculus, ait. At acetum, frigidum scilicet, magis scammonij, turpetique ardorem compescet, quam vinum; & ita plus ventriculum fouebit, quam hoc. Petuntur etiam ab authore penidiæ sihari, alias saphyri, & sahiri. Quod quidam exponunt, hordeaceas: ut scilicet saccharum ex quo penidia confici debent, aqua decoctionis hordei infundatur, coquaturque. Quod tamen nec certum est, nec multum interest. Loco autem penidiarum habent codices quidam, Pinearum: id est nucleorum pini. Quod quamvis probet Rondeletius, quia tamen fere omnes alij penidiæ: malunt, nos has potius admittimus. De mellis quoque quantitate litigatur: cum ea ab authore non præscribatur. Cum autem singulis mellis libris, pulue-

Monachii.

his etiū vncias tres hodie admisceant; sintque hac in compositione
 pulueris vncia nouem, mellis libras tres requirunt ^a nonnulli: quibus ^{a Manlius}
 repugnat ^b alij, dicentes, dactilos, amigdalas (quas tamē obiniuit ^{autber lu-}
 Joubertus in huius antidoti descriptione) & penidias, pro melle censem- ^{b Quiricus}
 da esse. Quæ tria cùm libram vnam, & vncias decem cum dimidia pen- ^{de honestis in}
 deant, supereft ut mellis lib. vna, vncia vna & semis tantum necessaria ^{lum. apote-}
 fit. Monachi autem amigdalas, penidias, & similia, nec pro pulueri, ^{theca. G}
 nec pro melle accipi volunt. At nos nec illa pro melle omnino haben- ^{Toubert.}
 da censemus, nec omnino aspernenda. Consulimus itaque mellis lib. ^{c Duffennius.}
 duas accipere. c. Amigdalas quoque accipiendas esse h̄ic, & vbi cumque
 simpliciter proferuntur, satis constat vel ex regula Dialecticorum, quæ
 habet, quod analogum per se sumptum stat pro famosiori significato.
 Nam conficiendi methodum diuersam inuenies in diuersis authoribus. Sic
 tamen agendū videtur. Dactylos nucleis vacuos triduo in aceto macera;
 inde exemptos contunde sufficienter, & transmitte incerniculo. Amig-
 dalas quoque contundere eodem modo mallem, & transmittere, cum
 Rondeletio, quā scalpro sutorio incisas miscere, cum Duffennio. Nec
 enim satis minutè concidi possunt. Transmissos dactylos cum amigda-
 lis subige. Penidias verò, quia difficulter puluerantur, & cum melle
 non bene liquantur, aceto infusionis dactylorum ad ignem, tritas prius,
 liqua: mellique seorfum despumato (cui despumando affundere potes,
 fīvis, cum Rondeletio acetum infusionis dactylorum) admisce, & agita.
 Tunc adde dactylos & amigdalas: coquéque semper agitando. Tan-
 dem ab igne exemptis admisce reliqua puluerata. Omnino denique fri-
 gefacto medicamento adde scammonium præparatum & seorfum tritum.
 Atque his videtur satis examinata compositio hæc. Simplica autem om-
 nialibi à nobis exposita sunt: præter dactylos. Quorum historiam, quia
 longa est, & à Mathiolo haberi potest, nobisque vulgatissimi sunt; nunc
 obmisimus: ad difficilioraque accedimus.

DESCRIPTIO BENEDICTÆ

Laxativa.

CAP. XXV.

Verbis,
Sacchari.
Escale. An. drach. x.
Dactyloj.

Hermodatt.
Rosarum An. drach. v.
Caryophyllorum.
Spica Nardi.

Zingiberis	Macis
Croci	Carui
Saxifragie	Feniculi
Piperis longi	Sem. asparagi
Amomi	Rusci
Cardamomi	Miliij solis. An. drach. j.
Seminis apij	Mellis optimi despumati quantum
Salis gemmae	satis.
Galange	

Adeo est varia & incerta huius medicamenti descriptio, ut nullus extot qui eam memoriae mandarunt, cum alio consentiat. Hac tamen omnibus alijs præferenda videtur: tum quia vulgaris & assueta officinæ est: tum quia à Præposito, eius authore, ad verbum excerpta: quem à Myrepfi quatuor Benedictis eam extraxisse non sine ratione creditur. Hanc quam tradidimus describit etiam Fuchsius, & Ioubertus probatque vixque. Sed ille male addit semen petroselini, quod nullus alias habet. Hic verò immerito Costum pro Croco imperat; cùm omnes alij Crocum relint: & Costi nobis non sit facultas. In omnibus alijs conuenient hi duo cum Præposito. A quibus longo interuallo distant Dessenius, Cordus, & Lepleignius: proptereaque dimittendi. Optimè autem comgit Fuchsius in Præposito, pro femine lini, semen selini, id est apij: quod omnes sequuntur. Mellis porrò quantitas esto tripla ad omnia, excepto saccharo. Sufficient ergo libræ duæ, vñciæ totidem. Quia autem in conficiendi methodo nulla est difficultas, cùm omnia puluerata tepido melle excipi debeant, frigido denique Dacrydium: ideo ad simplicia, quæ in superioribus non exposuitus, accedamus.

DE ESVLA, HERMODACTI.

Saxifragia, sale gemma, semine carui, Asparagi, Rusci, & Miliij solis.

CAP. XXVI.

ESVLAM vocant officinæ tithymalorum omne genus. Duplicista men meminit Mesues: magnæ, & paruæ. Magna creditur esse tithymalus Pithyusa: minor verò, Cyparissias. Illa à Mesue & Serapione dicitur Scebran, seu Alsebran maius: hæc Scebran minus. Huic radix hic expetitur: cuius hæ sunt notæ.

ELECTIO.

Rufa extrà, alba intùs, fragilis, semestris & arcto

Cortice sit radix, quam Cyparissa dabit.

Colligenda ea est initio Veris, vt in delectu secundum tempus notamus: nec ea vtendum nisi præparata infusa scilicet in aceto, quo piùs cydonia macerata fuerint.

Circa Hermodactylos magna est difficultas, nec certoscitur quid sit Hermodactylus Paulo & Mesuæ. Credit autem Matthiolus & Tagaut. id quod officinæ pro Hermodactylo vident, radicem esse mortiferæ illius plantæ, quæ à Dioscor. Colchicum Ephemerum dicitur: cuius tanta est vis vt intra diem interficiat: ideoque Ephemerum vocari ait Theophrast. Plantam autem aliam, quam peculiariter Ephemerum nominat Dioscorid. quámque falso Fuchs. & Tagaut. putat eam *Matthiol.* esse, quæ lilyum conuallium vocatur; ideo Ephemerum dici autumat Tagaut. quòd diem tantum, aut biduum duret eius flos. Hæc verò innocua est. Differre autem Hermodactylum Pauli, & Mesuei ab utroque Dioscoridis Ephemero, in confessu omnibus est. Quòd si verum est quod de officinarum Hermodactylis cogitat Matthiolus, quare non perirent iij omnes qui eis in Pharmacis vtuntur? Quia, respondet aut non adeo venenati sunt qui in Italia proueniunt: aut parua sumuntur quantitate. Coniecat proinde, si quid sit quod Hermodactylum referre possit, id esse radices illas digitorum effigie, plantæ cuiusdam, quam Christi palmam ob id vocant: cuiusque imaginem dat in commentarijs vñmis in Dioscor. Ad idque mouetur etymo Hermodactyli; quod Hemnetis digitum denotat. Benè autem nécne, & ipse alijs, iudicandum dimittit, & nos quoque. Sed vt emûrne vulgato Hermodactylo, an abstinebimus, vt ipse suadet? Sane si hic adeo perniciousus esset, vt Colchicum, omnino vitandum censerem. Quando autem omnes eo innocuè hæc tenus vñsi sunt: experientiâ, optimo duce, nixi, eum non respuemus; modò descriptioni Mesuei, quoad fieri possit, conueniat: post sexagesimâ collectione. Vitabimus autem rubrum, & nigrum, recensque collectum, & loco pingui humidoque. Eleæti autem notas habes ad cap. 8. lib. 2. Pharmacopeiæ nostræ.

Saxifragæ plurimæ hodie cognominantur herbae: quæcumque scilicet rerum calculis comminuendis, deturbandisque prosunt. At vera saxifraga frutex est inter petras nascens, folio epithymi simili. Hanc plurimam in Italia nasci testatur Matthiolus. Nobis nondum contigit videre. Radix autem, qua pro saxifraga vtimur, est herba illius similis pimpinellæ vulgari, quam Matthiolus vocat hircosam, aut hircum redolentem pimpinellam. Quæ inefficax non est. Ideoque, si vera desit pro ea substitui optime potest.

Sal multiplex est. Naturalis, aut factitius. Naturalis, aut à terra, aut

extra terram habetur. A terra, aut in campo, aut in monte, aut in arenis. Extra terram natius habetur, aut in fonte, aut in fluo, aut in lacu, aut ad maris ripas. Factius fit aut ex aqua marina solis calore, vel coctione fontis falsi aquæ, vel putei: vel ex lixiuio sui generis: vel ex herba, qualis est Alkali. Differunt autem hi omnes sales colore & nitore. Omnium lucidissimus est, qui gemma vel gemmæ, ea ratione dicitur: estque foliis. Cuius magnam habemus copiam. Laudaturque

Candidus, aequalis, densus, pellucidus, orbis

Calculo, erit gemma sal probus, atque nitens.

Carui semen vulgare est. Non adeo planta. Asparagi item & Rustici. Quorum medulla, granis intus contentis, abiectis, hic sumenda.

Milium solis, quod Lithospermum, quasi lapideum semen, à duritate Græci vocant, notius etiam est, quam ut pluribus describi mereatur.

DESCRIPTIO DIAPRVNIS

simplicis, & compos.

C A P. XXVII.

Accipe pruna Damascena (hoc est recentia, sed matura: solet enim Mesues viridia vocare quæ recentia sunt) eadēque dulcis, numero centum. Coque in aqua sufficienti (hoc est tanta ut pruna cooperiat) quo usque pruna dissoluantur. Tunc ab igne deposita, & ab aqua exempta pruna subige manibus, & transmitte per cibrum donec nil prater coriaceum & nucleos maneat. Aqua autem, qua remansit ab eorum decoctione, adde violarum vnc. semis (non autem unam cum semisse, ut vult Ioubertus, & Lepleignius) & coque tantillum. Abiectis debinc violis, adde decotto sacchari lib. duae, & coque in syrnum: cui adde pulpa predicta prunorum lib. unam: & coque ad iustum spissitudinem. Tunc adde Tamarind. & Cassia dissolutorum & colatorum cum parte aliqua eiusdem decocti prunorum An. vnc. unam. Iterum coque modicū. Tandem ab igne depositis addescentia puluerata, agitando semper cum spatha.

Santal. alb. rubro. Spodij. Rhab. Cinnamo. An. 3. iiij. res. viol. sem. portul. scario. berber. succiglycyr. iragac. An. 3. ij. sem. quat. frig. mai. An. 3. j. Misce.

Quod si velis solutinum magis facere, adde singulis suprascripsi Diapruinis libris, Dacrydij vnc. semissimam refrigerato medicamento. Hoc enim sufficicit, ut sentiunt Fuchs. Iouber. Cordus. Lepleignius: non autem drach. septem, ut Dessenius. Atque haec est legitima hujus confectionis descriptio ex Nicolao Alexand. Myrep. & Præpos. quibus consentiunt Fuchs. Cord. Lepleign. Dessen. Iouber. Dissidet autem Fuchs. ab omnibus alijs in modo conficiendi: cum tamen optimus hic sit quem

tradidimus ex alijs. Dicitur autem compositio hæc Diaprunis, aut Diaprunum, aut Diaprunorum, à maiori primōque simplici, & Nicolo Antidotum Diadamænum, à Damascenis prunis, quæ optima censentur. Primum autem simplex vocatu: aliud verò, cui Dacrydium admixtum est, Compositum, seu solutiuum. Iam simplicia nonnulla exponamus.

DE SPODIO, SEMINIBVS

*Portulaca, Scariola, Berberis, quatuor seminibus
frigidis maioribus, & Tragacantha.*

C A P. XXVII.

SPODION specie non genere differt à Cadmia. Est autem Spodion quasi purgamentum quoddam, quod ab ærarijs fornacibus & pavimentis euerritur, nigricans, ponderosumque. Fossile autem Spodium ignotum fuisse etiam Arabibus, aduersus Fuchsiū contendit Mattiolus. Fiunt autem antispodia ex mirthi folijs, oliuastro, rubro, gallis, & similibus vstis, vt docet Dioscor. Arabes etiam ex radice canarium vsta conficiunt. Et nonnulli quoque ex ossibus equinis vstis: & quod detestandum, ex humanis. Nullum autem horum in corpus ingredendum, nec Spodium, nec Antispodium: præter quā illa quæ Dioscor. cōficeret docet, aut illud, quod ex ebore, aut cornu Cerui vstis, & lotis fit. Hoc autem in antidoto nescio qua ratione Spodium recipiatur: cùm exsiccandum non est, sed potius humectandum, refrigerandū & aperientum, propter febres præcipue biliosas, quibus extirpandis catharticum hoc exhibetur. Reliqua semina vulgatissima sunt scilicet portulacæ, scariolæ seu inthybi, berberis, (quæ nil aliud est Arabibus, quām Dioscoridi Oxicâtha, id est acuta spina, & Gallis, *Aubepin*, aut, *Aubrespin*, quasi arbor spinosa) & Citrulli, Cucumeris, Cucurbitulæ, & Melonis. In quibus omnibus id obseruandū est, medullā, excepto cortice, accipiendam esse: præterquā Berberis, quod integrum cum medulla, sic cum, videtur sumendū, propter aciditatem, qua pollet, quāq; biliosis febribus resistit.

Tragacantha & fruticis, & lachrymæ, quæ ab eius radice & cortice vulneratis fluit, nomen est. Frutex in pluribus inuenitur locis, descriptio- ni Dioſcoridis respondens. Gummi quoque, cuius hæ sunt notæ.

Pellucens, gracilis, lauis, sinceraque præstat,

Subdulcis lachryma &, quam Tragacantha vocant.

Puto autem & hanc, & reliqua crassa, viscosaque à Nicolao, huic antido- tidō immisceri, vt exorbitantem, furibundam, tutgentemque bilem & compescant, & retineant, firmemque.

DE HIERA PICRA GALENI.

C A P. XXIX.

¶. **A** Loës 3. c. Cinnamo. Xilobalsa. Asari, Spica nard. Mastich. croci An. 3. vj. omnia subtilissimè puluerata excipiantur sufficien-
 te melle despumato: hoc est libris quinque, vncis octo. Hæc est legitima
 Hieræ descriptio ex Gal. 7. Method. Quam eandem recenset 2. *nat. vir.*
 cap. 1. licet ibidem aloëm & crocum minuat: tamen in methodo pri-
 mam & vulgatam descriptionem adimpleri suadet; conficique vult tum
 ex Aloë lota, tum ex non lota. Quod nos quoque suademus. Abluitur
 autem Aloë subtilissimè tritâ aquâ fluuij purâ aut fontanâ (pluia
 enim exquisitâ non semper abundamus) agitatûrque rudiculâ: residere
 permittitur: mutatâ aquâ, alia superinijcitur, agitatur: idque tetritaut
 quater. Tandem siccatur. Cum siccata est, denuo decoctione sex aroma-
 tum superiorum irroratur, imbibitûrque, & siccatur ad solem. Denique
 iterum subtilissimè puluerata, cum alijs aromatibus sex, ea quantitate
 quæ desuper habetur, miscetur. Huius mixti pulueris pars melle excipi-
 tur, in opiatam. Alia in puluere seruatur, aut per os sumenda, aut in pilu-
 las reducenda, aut ventriculi ori admouenda ad linimenti modum. Pul-
 uis autē Hieræ non lotæ, etiam balanis cōficiendis utilis est, & ad lum-
 bricos extinguendos, ventriculo & inferiori ventri admotus. Dicitur au-
 tem confectio hæc siue in puluere, siue in opiate, vel Hieræ, id est sacra
 (quia sacrum quid aduersus morbos videtur) vel Picra, id est amara
 (ob aloës amarorem) impropriè autem Hieræ picra. Huius author non
 est Gal. cum ante eum Romæ & alibi conficeretur: vt ipsem testatur
 citato *nat. rōp.* Dicitur verò Galeni, quia hic nobis eius descriptionem
 dedit. Quare omnes alia, quæ sub eius nomine ab alijs recensentur, reji-
 ciendæ sunt, nisi huic conueniant. Quia autem simplicia omnia, quæ in
 ea recipiuntur, alibi in superioribus à nobis explanata sunt, accedamus
 ad Hieram Logadion.

D E S C R I P T I O H I E R A E
Logadion.

C A P. XXX.

¶. **C** Olocynth. polypod. An. 3. ij. Euphor. polij, Coccognidij An. 3.
 j. ss. gra. vij. Absinth. Myrrha, An. 3. j. gra. xij. Centaur. mi-
 nor, agari. Ammoniaci, thymiamatis, Folij, Scilla affata, Spica, Diagridij
 An. 3. j.

An. 3. j. Aloës, Comarum thymi. Cassia lign. Chamadrijs. Bdelly, marrubij. An. 3. ij. gran. xiiij. Cinnam. Opopana. Castorei. Aristolo. longa. triñ piporum. Croci. sagapenni. seminis petrosel. An. 3. ss. hellebori albi & nigræ. An. gran. ej. mellis optimi Q. S.

Hanc Hierā ad comatosos, frigidos, & contumaces affectus paratam haberi suademus: ijs maximè qui per os aut sumere non valent, aut nolunt. Tunc enim enematibus conandum est materiam morbificam educere. Quæ, nisi fortia fuerint, nil profecerint. Hæc autem præ alijs fortior nobis visa est, quam tradunt Nicol. Alexand. Nicol. Myreps. sed ad decimam illius partem contractam, & Nicol. Præpos. In cuius compositione cùm nil difficile sit, vt ad simplicia examinanda nos conuertamus, supereft.

DE EVPHORBIO, COCCOGNIDIO, Bdellio, & Elleboro.

C A P. XXXI.

EVPHORBIVM & plantæ, & eius succi nomen est. Plantam Ferula formâ prodit Diosc. A Iuba Mauritanorum rege primùm inuentam in Athlante monte, iuxta Herculis columnas, & Euphorbij Medici sui nomine, vocatam, tradit Plin. Hæc cùm acerimo succo turgeat, ab indigenis conto eminus feritur: succusque in ouillos ventres elutos excipitur, herbæ prius alligatos. Catharticam eius vim non nouit Dioscorides nec Galenus. Benè autem Aëtius, & Paulus, Arabesque. Verum habemus. Cuius notas habes ad cap. 8. lib. 2. nostræ Pharmacopœia.

Coccognidion idem est quod Granum Gnidium. Id autem est semen plantæ quæ Thymelæa dicitur. Cuius etiam folia peculiariter dicitur Cheorum, vt inquit Diosc. Thymelæa autem planta est similis Chameleæ: vtraque vulgaris & descriptioni Dioscoridis respondens. Vtraque violentissimè purgans, tum fructu (quem etiam fert Chameleæ, quamvis id tacuerit Diosc.) tum folio: licet Gal. Chameleæ solum meninerit, nec ei purgaticem facultatem tribuerit. Vtraque miserè ab Arabibus confunditur sub nomine Mæzereon: vocaturque vtraque terra leo, & planta viduifica, ob immanitatem.

De Bdellio habes ad cap. 6. suprà hoc eodem libro.

Elleborum Græcis vocari aiunt, quod corpori alimoniam subripiat. Veratrum Latinis, quòd vertat mentem. Ego potius, quod vertat atrum, aut verrat atrum, scilicet humorem. Duplex idest, album, & nigrum. Vtrumque notum, Dioscoridis descriptioni respondens. Vtrumque elimin maximo usu ad vomitum, & aluum ciendam: nunc vero ferè

*obsoletum interuentu mitiorum; scilicet Rhabarbari, Agatici, Caffae,
Mannæ, Polypod. Tamarind. Mirobal. & similium. Nec Elleborismo
(ita vocant purgationem quæ per Elleborum fit) nisi in desperatis mor-
bis utimur unquam. Radicis solùm utriusque usus est. Olim niger ma-
lignior putabatur. Experientia deinde ostendit album perniciösius
esse. Proinde eius puluere nunc utimur ad sternutamenta cienda. Ni-
grum vocauere Græci quidam Melampodium: ab eius inuentore Me-
lampode; qui primus lacte caprarum eo nutritarum Prætidas, Pizzi
Regis filias furentes sanasse narratur.*

E L E C T I O.

*Candida, carnosæ, & fragilis, tenuique medullâ,
Radix Ellebori, fernida sit, gracilis.
Nigrum sed nigri, crassamque Helicone renelle.
Cætera par alba. Ver det utramque nouum.*

Q V I D?

Laus Deo, virginique Maria.



FRANCISCI SANCHEZ
DOCTORIS MEDICI,
ET IN ACADEMIA
Tolosana Professoris Regij

EXAMEN SYRVPORVM,
LIBE R SECUNDVS.

SYRVPVS ROSATVS
Laxatinus. D. M.

ROFLIO RVM floris rosarum recent. lib. vj. immite in vas vitreatum angusti orificij : superinfundo aqua calida lib. xv. Obtura per octo horas. Deinde cola. Postea tantundem roscarum impone, infusionemque superiore calidam injice, obturaque per totidem horas, & cola. Hoc vocat Medicus Muccarum rosarum, & in eodem vase, superinfuso oleo quadraginta diebus insolat: inde seruat ad usum. Nostris Pharmacopœi, ut purgantiorē efficiant, nouies infusionem repetunt; & cum sacchari subdupla quantitate coquunt in syrum, seruantque in annum. Quidam, sed ineptè sciammo: addunt. Porro roseæ quæ incanatae vocantur, à carnis colore, purgantiores creduntur. Tam syrum hunc alij ex paucioribus infusionibus conficiunt, alij ex succo rosarum: nonnulli ex aqua destillatia earundem: quidam neque rosarum, neque aquæ modum præscribunt, vt Nicol. Præp. Cordus, Rondeletius, Lepleignius. Alij vt Nicol. Myrepf, Fuchs, compositiorem alium ex:

Auicennæ
Fuchs.
Sylv.

pluribus condunt. Nominibus autem omnino etiam dissident inter se authores. Vocant enim simplicem, compositum, purgatiuum, zulapium, serapium, modò hunc, modò illum. Nos verò, ut ambiguitatem vitemus, hunc quem descripsimus, solutiuum seu laxatiuum vocabimus: ad differentiam alterius, qui fit ex rosis fccis; de quo mox. Nec enim Pharmacopœa nostri alios parant. Quòd si quis velit, vt Mesues, ex una aut duabus infusionibus parare: poterit vocare simplicem. Quocumque autem modo pareatur, optimum est ut medicus id sciat, & in formulâ suis exprimat quem volet: vt, *syr. ros. simpl.* aut *syr. ros. novem infus.* aut, *de succo ros.* aut, *de ros. sic.* aut *de aqua ros.* &c. An verò contundi debeant rosæ antè quam macerentur? Cordus probat. Mihi non videtur. Nam nullus id expressit. Quòd si melius id fuisset, dixisset vtique Mesue filius, aut quidam ex recentioribus. Præterea cum rosæ sint debilis virtutis, & quæ in superficie sita est (purgatoria scilicet, quam hic quærimus) vt constat ex eodem Mesue in simpl. & theor. 2. vt infra, non ferent triturationem ante macerationem: quin nec leuem lotionem, eodem authore Theor. 2. Can. 3. de Lotione.

Syr. de rosis fccis.

Loubertus. Lepleign. **H**I C incerto est authore, variâque descriptione. Neotericorum enim est inuentum. Fit communiter ex infusione rosarum fccarum & saccharo æquis partibus. Sed rosarum quantitas & aquæ immerito indeterminata relinquuntur. Syluius in Mes. sic agit.

Z. Rosarum fcc. 3. iiiij. Infundē in aqua lib. j. Cola, & expime. Iterum rosas alias infunde, colâ & expime. Tertio denique idem fac. Tandem cum lib. una sacchari fac syrupum. Atque hic mihi modus magis placet. Sumenda tamen hic sunt ruberrimæ rosæ, & immaturæ. Quia astrictione, quæ hoc in syrupo præcipue desideratur, maximè pollut.

Syrup. Viol. simplex & solutiuus.

PHARMACOPOLAE nostri Tectosagi solutiuum violaceum non parant. Nec immerito: vbi rosatus habetur. Nec tanta est violarum copia. Si quis habere velit, vt rosatum solutiuum paret. Simplicem quoque vt Mucarum rosarum Mesue supradictum, ex duabus violarum infusionibus, addendo infuso æquam sacchari portionem. Quamvis nostri Aromatarij, ob violarum penuriam (ne dicam auaritiam, ignaviâaque) ex una solùm violarum infusione syrupum conficiunt quem syrupum viol. absolute nominamus.

Syrupus de Papauere simplex.

¶ Capitum papaveris albi cum seminibus, recentium-mediocrium unicas quindecim. Infunde in aqua pluiae libris quatuor: coquaque donec tabescant capita. Singulis colatura libris adde sacchari & penidarium An. uncias tres, fiat Syrupus perfectè coctus.

Syrupus hic à Mesue ad exemplum Diacodij Gal. excogitatus est. Sed adeo variant exemplaria Mesuei, & Neoterici omnes circa eius descriptionem, ut nulla sit constantia. Nos rationem reddemus nunc, cur ita descripserimus. Primum quidem, contra Mesuæ iussum papauer nigrum (cum ille æquam partem cum albo miscet) hinc expunximus.

Galenum sequut, qui tanquam infestissimum id vitat in Diacodio suo, & rbiique alibi: & omnes alij, qui rectè sentiunt. In fortibus enim & periculis, satius est infrà subsistere, quam supra modum aut calefacere aut refrigerare: in discrimenque ægrum trahere. Periculorum autem esse visum papaveris nigri, ostendit Opium ex eo confectum, omnium narcoticorum perniciosissimum, ut quotidiana ostendit experientia. Ideoque benè Diagoras, Andreas, & Mnesideimus eius usum per interiore damnauerunt, Dioscoridésque id ipsum comprobauit. Neque bene in hoc deciscit Ioubertus à præceptore suo Rondeletio, qui hinc nigrum papauer merito exulare iubebat. Quod autem nonnulli capita coquunt ad consumptionem lib. j. & fs. aquæ: alij ad lib. ij. alij ad ij. & fs. omnes mihi præter rationem, & Galeni præceptum facere videntur; qui iustum terminum coctionis statuit capitum papaveris tabescentiam: quod succus ab eis exprimi possit. Quæ est eorum infundendorum & coquendorum causa. Neque præterea potest ad certam aquæ mensuram coctio præscribi: cum prout capita aridiora vel humidiora fuerint, magis vel minus excoquenda erunt. De saccharo non magis conueniunt authores. Omnes tamen ferè consentiunt in media amborum, sacchari scilicet & penidiarum, ad colaturam quantitate. Præter hunc autem simplicem, plurimos compositos describunt Mesu. Auic. & sub nomine Diacodij, Gal. Aëti. Paul. Actuarius, Myrepsum. Quos nos omnes superfluo iudicamus. Huncque proinde solum in officinis paratum assertari suademos. Cui medicus, pro rei exigentia, addere poterit quæ voler.

Syrupus de Nymphaea simplex.

Syrupus hic incerto est authore. Quia tamen ad refrigerandum, & somnum conciliandum, innocentior videtur Syrupo de Papauere, parari suademos hoc modo.

¶ Foliorum Nymphaea alba lib. ij. infunde in aqua calida lib. vij. per horas xij. Dein leniter feruefac; colla: & cum sacchari lib. iiiij. coque in syrupo.

Est & alius compositus Francisci Pedemontani. Sed tanta compositionum farrago, & tardio est, & impensa, & confusioni, & inutilis. Primum de satius est, praecipuas, magisque necessarias, variisque habere, & simpliciores, quam eiusdem generis multas & difficiles. Monendi autem sunt Pharmacopœi, quod quoties absolute compositio aliqua à Medico prescribitur, semper simplex intelligenda est, nisi addatur compositi dictio: ut si dicat *U. Syr. de papauere.* intellige simplici.

Syrupus de succo Acetosa.

Rond. Sylu. *U.* Vecci Oxalidis depurati lib. viij. sac. lib. v. & ss. Coque in Syrum. Cronemb. in Spum. Hæc ex probatis authoribus. Mesues enim, nulla præsy. de succo scripta quantitate succi aut sacchari, dicit solum, fit ut syrum violarum: End. simpl. cùm tamen antea syrapi violarum nulla facta fuerit mentio, sed Iulep Fuchs. cor. violati, & Iulep de succo violarum. Quod si hunc intelligit: tunc succidus, Leipl. oxalidis depurati lib. iij. cum facchari lib. ij. in syrum coquuntur. Cronemb. Hunc enim modum seruat Mesues in pluribus: & melior videtur. Quamvis illum etiam modum seruet in aliis; & aliquando succi lib. v. facchari lib. iij adiungit. Denique sub tripla fere quantitate faccharum semper accipit minus succis.

Syrupi ex succis simplices.

Daffen. *Zonber.* **E**odem modo fiunt syrup. de Endiuia simpl. & de Cichor. simpl. & de Buglosso & Borragine simpl. qui sunt in vsu. Possunt etiam parati hac arte syrup. de succo portulacæ, cucurbitæ, lactucæ, betæ, brasicæ, eupatorij, absynthij, fum. hyssopi, menthæ, marrubij, arthemisia, eucumeris, lupuli, calamenti; & aliorum quorum vsus apud nos non est. Cum autem ex herbis crasso lento præditis succus extrahendus est; oportet contusas, sensim calefacere; aut nocte una in penuario permettere ut fermententur: aut pauca aqua destillationis eiusdem herbae irrigare.

Syrupus de Acetositate Citrij. Mesue

U. Vecci Citriorum acid. lib. xij. Coque in vase vitrato lento igne ad Stertia partis consumptionem. Cola: & sine residere. Clari sucili. viij. adde sacchari clarificati lib. v. & coque in syrupum.

Syrupus de Limonibus.

Eodem modo fieri potest Syrupus de Limonibus, & de Arantijs: sed satis est vnum ex his paratum habere, cùm eiusdem sint facultatis. Idem dicendum & de Syrupo de Omphacio, quem dicunt de Agraffa: & de granatis tum acidis, tum dulcibus: & myrtorum: & Ribes.

Qui omnes idem pollent, & eodem conficiuntur modo. Sed non omnes in tabernis habentur, nec necesse est. Qui verò recentes non habent mytillos, siccios aqua coquunt; coctionēque pro succo vtuntur. Sed non adeo solliciter. Consulo ergo ut dupla sit decocti ad saccharum quantitas. Quod si ita dixisset Cordus; posset excusari. Nunc autem cum suc-
ci lib. viii. sacchari iiiij. imperet, contra Mesuā decretum: meritò à Fuch-
fio damnatur: quemadmodum & Præpos. à Cronemburgio, quod iiiij.
succi libris, & duabus aquæ, sacchari lib. viij. det. Porro & Citrea
mala, & limones dum contusa colantur, per filtrum aut pannum trans-
mitti sine expressione debent. Alias lapidescit (canditi vocant) ex his
expeditis factus syrups. Notandum etiam quod apud Mcl. in syr. aceto-
litatis Citrij, Iuleb clarum est saccharum aqua solutum, coctum, & cum
aluminibus ouorum clarificatum. Quod nos duobus illis verbis expre-
simus, saccari clarificati. Quod si velis efficaciorem reddere syrumpum,
dissolue saccharum eodem succo citrij. Quod & in alijs supradictis exe-
qui potes: suo quemque succo diluendo.

Syr. de Pomis simpl. M.

V. *S*ucci pomorum dulcium & acidorum An. lib. v. Coque ad dimidiū
consumptionem: sineque biduo residere: tunc cola, & cum libris iiij.
sacchari fac syrumpum.

Syrupus de Cythonijs simpl.

V. *S*ucci Cythonio. mediorum acidodulc. lib. x. Coque ad dimidiā: sine re-
sidere biduo: cola, & cum sacchari lib. iiij. fiat Syrupus. Porro Mesuā
Syrupum quandam de Cythonijs acidum describit cum aceto. Sed
non placet illum parari. Ille enim solis alui fluxibus, cum febre, & ex
ibiliota materia, conuenit. Noster verò simplex omni fluxui, & sine fe-
bre. Facile deinde est, vbi occasio postulet, acetum addere, aut acetatum
Syrupum. Ad horum denique instar Syropos alios, de prunis, de pyris,
de sorbis, de Cornis, de perficis, aliisque fructibus conficere possumus.
Quos tamen paratos haberi non suadeo. Qui autem Syrupum hunc fece-
rit, Myua simplici de Cythonijs Mesuā non egebit: nec etiam compo-
sta. Quas propterea obmittere suadeo. Facile enim est Syropo huic vi-
num addere (quo abundat Myua simplex) aut aromata (quibus exce-
dit Aromaticā, inde dicta) cùm opus fuerit.

Syrupus de Corticibus Citrij. M.

V. *C*orticam Citrij lib. j. Coque in aqua fontana lib. v. ad duarum libra-
rum consumptionem: & cum sacchari lib. j. (malè Præposi. lib. iiij.
sacchari ponit, cōtra omniū codicū fidem, aliorūmque authorū opinione,
Ut inde colligas non adeo illi inhārendū, vt faciunt Pharmac. qui ne latū
quidem vnguem ab eo discedere audent.) *F*ac Syrupum: & condi granis
quarū moschi. Alij corticū quantitatē iustam in Iulepū probè coctū projiciūt
Hec Melues. Sed primus ob defectum Cittorū (sunt autem ea quæ

Mathiolo & Monachis specialiter dicuntur mala Medica, aurantijs settuplo maiora, crassissimo cortice, & edendo apto, haud quaquam amaro, nihil admodum leuiter extimâ superficie) non fit apud nos, nec etiâ apud Hispanos, Italosque. Quamuis citrorum apud eos maxima sit copia. Nec scio an bene Citria in Mesue credantur esse magna illa, quæ nunc descripsimus. Ego quidem contrâ existimarim Limonia nobis dicta, ab eo Citria vocari. Quod tribus his rationibus conuinco. Prima, quod in Syrupo de aetositate Citrij, Citrij succus expetatur multis. Qui tamen in magnis Citrijs adeo paucus est, ut vix à toto Citrio vnicæ semissim extrahas: cum totum Citrium nil aliud fere sit quam crassa exuccaque caro, cum semi-nibus aliquibus circa centrum, ut in pomo videmus. Ex Limone vero sextuplo Citro minore, decuplum humoris plus elicias. Prater eas syrpus hic aduersus biliosas, & ardentes, suspectasque veneni febres prescribatur: multò rationabilius ex succo limonum, qui acidior multò est, quam Citrorum, conficietur. Tertia ratio est, quod cum syrpus de corticibus Citrij, ad roborandum ventriculum instituatur; calida autem & aromatica multò magis roborent, quam parum calida, insipidaque: Cortex autem Citrij insipidus sit, parumque calidi & aromatici in se habens: contrâ verò Limonis, plurimum habeat calidi, aromatici, & quod ventriculum robo, ret ut quotidiana ostendit experientia: mentito sequitur ex Limonum, non Citrorum, corticibus syrpus hunc à Mesuæ filio parari. Vnde colligamus apud eum, Citrum aut de foliis Limonibus intelligi, aut æquiuocum esse ad utraque Citria. Interim tamen syrpus hunc ex Limonum corticibus conficiamus: ut recte nostros Pharmacopœi sic parant. Cortices Citrij aquâ macerant donec amarorem omnino deponant; quod nouem ferè fit diebus, singulis diebus aquam immutando. Sic maceratos Iulepo, ut inquit Mesue, probè cocto (sic enim intelligi debet author: non, ut Monachi volunt, Citrium coctum Iulepo crudo injicere) qui eos altè capiat & cooperiat, injiciunt, & aliquantulum coquunt: Itaque cortices in syrupo lerum, quod se mutuis foueant viribus: vocantque syrpus conseruationis corticis Citrij.

Syrpus Capillorum Veneris.

4. *C. Lycyrrhysæ 3. ij. Adianthi albi 3. v. Infunde aqua fomentaria lib. Giiij Horis xxiii. Coque ad dimidias: expressioni addes acchari classificati & aquæ adianthi albi. An 3. viij. Confice syrpus. Ita nonnulli autores Syrpus hunc conficiunt. Alij addunt, penidiarum 3. viij. Quibus omnibus si quis obijciat quæ Mesues dixit can. 2. de Codione, & in simp. c. 21. Adianthum scilicet tenuis admodum esse substantia, paruarumque virium, & superficialium, quomodo ergo illud post 24. horarum infusionem tamdiu coquant: & liquiritiam etiam? Quæ ab omniibus per-
rum, aut nihil, quia dulcis est, coqui sustinet. Nescio quid respondere queant.*

queant. Dicamus tamen pro eis multam esse Adianthi quantitatem, proindeque, quamuis longâ coctione pars aliqua virium absumatur; tamen copia id compensari; decoctumque efficacius fieri. Sunt autem nonnulli qui ex solo adianthi decocto, sine Glycyrrhyza, syrum hunc conficiunt. Quod ego non improbo. Sed quod adianthi quantitatem non præscribant. Si ergo simplicissimum facere velis *sune adianthi 3. vj. infunde, & coque ut supra, & cum sacchari lib. j ss. fac syrum.* De Tussilagine, si quis velit, codem modo confidere potest. Quamuis compositum alium describant nonnulli. Sed placet vti simplicibus potius, quam compositis. Neuter autem horum certum habet authorem. Ideo variè ab omnibus describuntur: maximè vero primus.

Syrupus de Glycyrrhiza. M.

Glycyrrhi. rasa 3. ij. Capill. ven. 3. j. Hyssopi 3. ss. Macera per 24. horas in aqua lib. iiiij. Coque ad medias. Colatura adde mellis, sacchari, penidiarum An. 3. viij. & aqua rosarum 3. vij. (male Præpos. 3. v.) fiat syrpus. Monachi, quod & Ioubertus probat, per aquam rosarum intelligunt infusionem rosarum, non destillationem. Utque id rationabilius videtur: ita male Rondeletius penidas tollit. Sed syrpus hic mihi videtur superfluus: satis est habere superiorum; aut hunc, non illum.

Syrupus de Stoëchade.

Florum stœcha. 3. xxx. Thymi, Calamenti, origani An. 3. x. Anisi, pyrethri An. 3. viij. piperis longi 3. iiiij. zingib. 3. ij. passul. exacina. 3. iiiij. Aqua Q. S. hoc est lib. viij. si herba fuerint virides; sin secca, x. Dessenii. Inciduntur herba, contundantur reliqua, & coquantur ad tertię consumptio- nem, aut paulò plus. Colature lib. v. adde mellis tantudem, & coque in Syrupum. Quem simplicem ita vocare possumus. Quod si, vt Mesues vult, aromatis mox dicendis, conditatur: compositus ritè vocabitur. Sunt au- tem, Cinnam. calami aromat. spicq nardis (hanc obmittit Præpos. contra omnes) croci, zingib. piperis nig. & longi An. 3. j. ss. terantur crassifolē, & incoluantur linteo, filoque appensa mox ab igne extracto syrupo immit- tantur, dimittanturque in eodem. Nec enim Dessenio assentior, qui ea- dem bulliri suadet: cùm ita vim omnem ammitterent.

Syrupus de quinque radicibus.

Radicum apij, fœnic. petrosel. asparagi, rufi. An. 3. ij. Coque in lib. vij. aquę fontis ad tertię partiis consumptionem. Expresso adde sace. lib. iiiij. in fine coctionis, aceti 3. viij. Alij addunt radicibus, semin. & spū, sanis. & petrosel. An. 3. j. & coquunt in lib. x. aquę ad dimidias: &

Aaaa

cum lib. iiiij. mellis coquunt. Hæc Sylvius in suo Mesuæ: præter tamen huius sententiam. Quod non probo. Nec enim Interpreti licet inferere authori quæ alterius sunt. Et quanquam Sylvius dicat in textu, incerti esse authoris compositionem hanc: tamen id non prohibet quominus à Mesue posit esse descripta. Quod tamen verum non esse, patet ex antiquis Mesuæ exemplaribus, in quibus ea compositio non inuenitur. Licet alia aliquanto similis ab eodem prescribatur, sub nomine syrapi acetati cum radicibus. Supradictam syrapi huius descriptionem amplectitur Fuchsius, Cordumque vellicat, quod radicum singularum 3. iiiij. & sacc. lib. totidem sumat, præter omnium, inquit, exemplarium fidem. At cum syrups hic certo careat parente; non mirum si variaz eius habeantur descriptiones. Et illa quidem Cordi non displicet. Nam radicum 3. x. parum virium conferre possunt lib. vij. aquæ saccharum autem oportuit augere auctis radicibus. Efficacius enim factum decoctum, non necesse est, ut tamdiu saccharo incoquatur, vt ei vires imprimat. Post nec acetum, nec feminina illa, nec mel mihi arrident. Si enim sine his fuerit syrups, morbis tum pituitosis, tum biliosis cum obstructione consernit. Quod si cum illis, haud potest omnibus conferre. Acetum enim pituitosis nocet; reliqua biliosis. Magis proinde probo Cordi descriptionem. Quod & Ioubertus facit. Sunt porro, qui & syrump de duabus radicibus componant. Sed superfluous est, vbi superior habetur: immunitus autem si hic desit.

Syrups Acetatus simpl. M.

2. *A* Quæ fontana lib. iiiij. sac. lib. v. Coque in vase lapideo semper despumando. Tandem adde aceti albi, clari lib. ij. si verò fortissimum vis, lib. iiiij. si medium, lib. iiij. Coque in syrump. Hic syrups ab Oximeli Galeni nil differt, nisi quod pro melle habet saccharū, luanus, innocentiusque ad febres biliosas, & diutius coquitur, ad longiorrem conseruationem. Satis est simplicem habere paratum; cui pro rei exigentia acetum amplius addi potest: & præter id acetata non multum ægrotis placent. Pro vase autem lapideo, quia raro huius est copia, fuligine vitrato vtemur. E cupro enim, aut ære conflata, vt initio diximus, æruginem acetatis conciliant.

Syrups de Artemisia. Math. de Gra.

2. *A* Rtemis. M. ij. Pulegij, calamenti, origani, melissa, rad. Diatamni vulga. persica. sabina, Sampsu. Chamadr. Hyperic. Chamaepy. comarum matrica. centaurij min. ruta, betoni. abugilissa, radic. fanic. apij, petros. aspara. rusci, pimpinel. enula campa. cyperi, rubi tinto. ires, peonia. An. M. j. baccarum insuperi seminis levisti. petrosel. apij. anisi, & nigella: carpopalsa. costi, rad. asari, pyreth. Cassia lig. Cardano. calami

Broma. rad. valeria. An. 3. ls. Conquassentur & infundantur in aqua fluminal. quantitate suffic. per 24. horas. Postea coquantnr ad dimidias. Inde fricentur manibus & colentur. Colat. adde mellis & sacc. Q. S. Coque ad perfectionem, & fac syrupum aromatizáque cinnamomo & spica.

Hæc sunt ferè verba Mathei 2. parte Praxeos c. 24. Quibus consenserunt Dessen. Fuchs. Cordus, & Ioubertus, nisi quod hic folia Elenij etiam addit; &, vt videtur, superfluè. Cordus solum saccharum petit: Fuchs. verò aut mel, aut saccharum: Cronenburg. melius solùm mel. Cetera conueniunt cum authore. A quo valde dissidet Lepleignius & quidam alij. Dessenius et si eadem habet simplicia: tamen indiscretam omnium quantitatem, vt quæ ferè omnia manipulis, inepta radicibus mensura, pendantur, meritò damnat. Ideo Rondeletius alijs describit ponderibus. Sed parum abest: modò radieum manipulos aliquanto minores quam herbarum facias; aquæque sufficientem quantitatem adjicias, quæ certa esse non non potest; cùm nec etiam certa sit manipulorum magnitudo. Ioubert. octo, aut nouem lib. sat esse putat. Sed melius Dessen. duodecim. Et timeo, ne non id adhuc satis sit. Malè Cordus, ad meatem authoris, dixit pro rad. *Dictamni, Dictamni Cretici.* Huius enim nec radicem habemus, nec commendari à quoquam meminimus. Radix autem vulgaris *Dictamni*, ad cienda menstrua plurimum laudatur. Nec ea minorem habet facultatem *Dictamni Cretense*, si *Dioscoridi*, & Galeno credimus. Vnde colligas non multum errasse *Cordū*, dum pro rad. vulgaris, *Cretense* supponit. Quod & *Cronenburg*. facit, & Fuchs. non improbat. Magis decipitur *Cordus*, quod pro *Abugilissa*, (*a quæ est a Jouber ex Auic. lib. 2. trac. 2. c. 19. & 450. Cord. Fuchs.*) buglossum posuit: & Dessen. quod omnino subtileuit: ignarus forsitan quid id esset. Pro pimpinella habet author *saxifragiam*, quam Italica *pimpinellam* nostra significare, volunt. Iam quod non omnia debeat simul coctioni mandari, nisi prius omnia infundantur, clarius est quam ut monitione egeat. Si vero omnia infundantur, ut vult author, Fuchs. & Ioubert. ante coctionem; non potest coquendorum ordo & ratio seruari: quod tamen haud consonans videtur. Propterea *Cordus*, *Lepleig.* & *Dessen.* prætermisā infusione, coquunt ex arte, primum radices, inde semina, postea herbas, denique aromata. Quod autem alij pluiani ut Dessen. alij, ut Fuchs. Ioubert. fluuialem aquam volunt, parum interest. Pluuiam difficilius habetur, estque non infrequenter sordida propter excrementorum colluuiem à rectis corrasam. Præstat itaque fluuialem nitidam accipere. *Cinnamomi* denique vñc. semifl. & spicæ drach. duas in aromatizatione adhibebis: mellis autem lib. iiiij aut eius & sacchari æquas partes.

Atque his videbatur satisfactum iri posse necessitati, nisi Arabum luxuries nos ad nauseam usque onerasset syrupis alijs. Ut quid enim Catharticis opus fuit, in tanta deiectoriarum opiatarum copia?

Quod si omnibus morborum, non solum specificis, sed etiam particuliaribus differentijs, syrups describere velis, nunquam finem facies. Sed perito Medico facile est pro rei presentis exigentia syrupum construere, aut ex mixtione superiorum, aut ex simplicibus; quorum fere semper copiam habemus. Quod & in describendis apozematibus fieri solet. Sed praeter id, sunt etiam plurimi eiusdem facultatis: quorum uno, aut altero facilè carere possimus, ut supra ostendimus. Qui enim syrupum de Agresta ad manum habuerit, frustra syrupos de acetositate Cittj, de Limonibus, de granatis acidis, de prunis acidis, de pomis acidis, de arantijs, de succo acetosa, & acetatum desiderabit. Qui tamen fere omnes in myropolijs parati seruantur. Ergo, ut omnibus gratum facimus, nec aliquid opere in isto desiderari possit, syrupos alias, quorum quotidianus usus est, deinceps subne&temus.

Syrupus de Absynthio. M.

Diximus suprà quomodo syrupi de succis herbarum simplices fieri debeant. Sed quia de succo absynthij simplici non fit syrupus submittendus est iste Mesues.

*J. Absynthij Roma. lib. ss. Foliorum rosar. 3. ij. Spice nar. 3. ij. Vini albi, antiqui, boni, odori, & succi Cydonio. An. lib. ij. ls. Infundit superiora in his per 24. horas, tunc coque ad dimidias: & colature adde melis lib. ij. & fac syrupum. Hæc est legitima huius syrupi descriptio ex Mesue: cui consentiunt authores omnes præter Præposit. qui male, vini, & succi Cythoniorum, singulorum lib. j ss. tantum habet: & nisi quodd nonnulli, saporis gratia, saccharum pro melle usurpat: quod nos non laudamus. Mel enim ventriculo frigido roborando, frigidisque imbuendo abstergendo, saccharo conuenientius est. Porrò Absynthium esto modicè siccum. Cuius quidem quantitas cum maior sit quam ut tam paucum liquore cum reliquis mergi, infundi, & coqui possit; merito Dellenii. experientia doctus, aut vinum solum, aut vinum cum succo Cythoniorum ad lib. x. augenda esse censet. Ut inde colligas non mordicus adhærendum dictis Mesues in omnibus. Quod videbis etiam in syrupo de Mentha, de quo mox. Est autem etiam apud Mesu. syrupus alias de Absynthio, hoc simplicior, ab Auicenna extractus. Qui, quia non est in usu, non describitur à nobis. Frustra enim compita omnia, quæ apud authores habentur, huc congereremus. Quamuis Rondelet. magis simplicior placet. Nec immerito. Satius enim es-
set ex simplicium mixtione pro rei exigentia, ubique varia, varias con-
ficerere potiones.*

Syrupus de Mentha maior. M.

SYRUPVS quoque de Mentha ex solo menthæ succo fieri posset, sed non fit. Sunt autem etiam duo apud Mesuem: unus simplicior ab Auct. mutuatus, qui non paratur: quo tamen Rondeletius ut mault. Alter inuentionis Mesuæ, efficacior; qui habetur in vsu. *Recipitque succi Cydon. muforum & dulc. succi granatorum mezorum & acid. & dulc. An. lib. j. & ls. quibus infunde per 24. horas, Mentha sicca lib. j. & dimidiam, foliorum ros. 3. ij. Coquelo igne ad dimidias, & cum mellis vel sacch. lib. ij. fiat syrupus, aromatizetur. cum Gallia.* Haec tenus Ioannes. Cui contentiunt omnes, præter Fuchs. qui succum granatorum acidorum inconsultè obmisit: & Lepleign. qui succorum dosim oblitus est describere. Prepos. autem corruptissimè hunc describit syrupum. Singulorum enim succorum lib. j. tantum accipit; Cythoniorum, non facta distinctione, unam solum: additque succum pomorum muzorum & dulcium admodum inconsideranter: cum poma ventriculum roborare, quod syrupo hoc conatur, non valeant; immò contrà laxare. Dissentiunt verò Monachi, & Dessen. & Sylvius à Mesue in succorum quantitate: quippe quæ adeo parua sit, pro Mentha & rosarum, ut hæc illis non possint ritè nec infundi, nec coqui. Et quamvis Iouber. velit, non debere esse Mentham sicciam, sed solum passam, ut ipse loquitur, hoc est, marcidiā, uno aut altero à collectione die: tamen nec id sufficit. Ergo aut mentha ad lib. j. minuenda, aut succi augendi ad lib. x. Quia verò ipse Galliae (ineptè quidam Galangam dixerit) quantitatē non definiuit, qua aromatizari debet syrupus; Monachi, Iouber. & Fuchs. 3. ij. accipi suadent. Borgarius, ij. Dessenius, cui ego magis assentior, eam obmitti mault. Differunt inter se authores in modo aromatizationis. Monachi difficilem quedam describunt, cui respondet mos nostrorum Pharmacopœorū, qui insperio puluere aromatico caligæ (manicam Hippocratis vocant) aut laneo panno, syrupum aut apozena superinfundunt. Quò fit vt in transitu tota pulueris vis in syrupum abeat. Cordus, & vt videtur Fuchs, raro linteo inuolutum puluerem, syrupo mergunt, suspenso filis in medio vase, nodulo: quod & in syrupo de stoechade fecimus. Vtro modo id fiat, non labore. Notandum verò dictiōnēm, *Musum*, corruptam esse apote, Græco, hoc est medius. Qua Barbari saporem inter acidum & dulcem medium, & ex vtroque mixtum, denotant: Acido dulcem, aut dulcacidum dicere possis. Vinosum dicunt alij, inter quos Fuchs.

Fuchs. Sylv.
Dessen.
Cord. Ioub.
Monachi.

Syrupus Bizantinus. M.

V. Vcci Intybi, & Apij An. lib. ij. succi Lupuli, & Buglossi hortens.
Saut sylvestr. An. lib. j. Bulliant semel despumando & depurentur.
Huius depurati succi libris iiii. adde sacch. Tabarzet lib. ij. & ls. & fac.

syrupum. Hic simplex dici potest, si cum eo, quē deinde subdit Mesues, cōferatur. Et quia hic est in vſu, simplicem prætermittimus. *Accipit suorum succorum, ut suprā, depuratorum lib. iiiij. quibus adde acei lib. ij. roſ. 3. g. glycyrbi. 3. ls. ſpicē nard. 3. ij. ſem. anisi, fœnic. apij An. 3. ij.* Coquuntur ut artis est, & fiat *syrupus.* His ferē Mesues ſuum Bizantinum defenit. A quo diſſentit immeſit Iouber. quōd succorum omnium An. lib. i. tantū ſumit, contra omnium exemplarium, aliorūmq; authorum fidem & testimonium. Fuchs, etiam ſpicē nardi 3. ij. ls. male ſcripti; facili, parūmq; periculoſo lapsu. Peflime omnium Præpof. Nardum in totum obmisit; roſarum 3. j. glycyrri. 3. ij. ſeminum nullam deſcripſit quantitatē: ſed poſſunt eſſe hi omnes typi errores. Oſtendunt tamen non eſſe authori huic fidendum, vt faciunt Myropolæ. Atque haſtenus quidem ſyrupi omnes, & deinceps quoque, à baſi aut maiori ſimplici denomi nationem accipiebant. Hic verò unde diſcus fuerit Bizantinus, & Di nari, difficile eſt iudicatu. Bizantinum potuſſe vocari, à Bizatō Thraci vrbe, quæ deinceps à Constantino Imperatore, eius instauratore, Con ſtantinopolis vocata fuit: vbi nūc Regia eſt Otthomanorum Turcarum: vel quia ibi primūm inuentus fuerit, vel quia in maximo vſu Bizantinis foret, coniectare aliquis poſſet: & id nonnulli volunt. Sed obſtat quod Mesues dicit; & eius interpretatione eſt, de Bizantijs. Quo loquendi more potius materia, quam author notatur. Dinari verò diſcutum fuſſe ab Italib; qui pecuniam vocant *Denari*, quaſi dicas pecuniosum, & qui diuitias comparet Pharmacopœo; vt vult Deffenn. ridiculum mihi videtur. Me ſues enim cui Italus ſermo incognitus erat (præfertim cum tunc tem poris non eodem Itali uterentur quo nunc) cum ita inſcribit: additūque interpretationem, de Bizantijs. Sed fruſtra hæc omnia inquirimus. Acce damus ad utiliora. Saccharum Tabarzet vocant Arabes puriſimum Zuc carū, vt teſtantur omnes. Succus Intybi latifolij, quo in acetarijs vitium, hīc expeditur. Quamuis agrestis cichorij, ut pote amarioris, utilior eſſet ad abſtergendū & aperiendū. Apium hīc petroſelinum vulgō vocatum eſſe creditur. Bugloſum doineſticum eſt quam Borraginem vocamus. Cuius eadem eſt facultas quæ Bugloſi ſylueſtris; quod ſimpliciter Bu

Difſinct. 6. glossum nominamus. Et quamuis Monachi pluribus verbis conetur pro bare Borraginem noſtram non eſſe Bugloſum Dioscoridis, & aliorum antiquorū; aliāmque à Compoſtella allatam, verum Bugloſum eſſe credant: tamen & Matthiolus, & plurimi alij non immeſit Borraginem no ſtram, Bugloſum antiquorū eſſe autumant: & quod ſimpliciter Bugloſum dicitur, Sylueſtre eſſe Bugloſi ſpeciem; non Echij, non Cirſion. vt quidē falsò existimauere: Borraginē etiam vñū ex his vltimis credentes eſſe. Inter quos Fuchs, in deſcriptione ſyrupi huius, vt ſuadeat & Borraginē, & Bugloſum vulgare, eſſe Echij ſpecies, pro illis poſuit. Echij hor tēſis, vel Sylueſtris, &c. Porro ſic cōſici debet ſyrupus hīc. Succis incoquuntur ſpecies. Decocto colato, & clarificato adde aceiū & ſaccharū: & coqui ſyrupū. Quo quidē carere potest, qui ſyrupū de quinq; radicib; habuerit.

Syrupus de Calaminthe. M.

Et hic quidem superfluuus est, vbi de Artemisia, aut de stoechade patatur. Paratur tamen & iste. Qui sic habet.

U. Calaminthes domestica & Sylvestris An. 3. ij. ligustici, dauci, Schennanthos An. 3. v. vnuarum passarum purgat. lib. ls. mellis lib. ij. Hæc Mel. Qui aliam etiam subdit descriptionem alterius de Calamento. Sed que Fuchs inde herbe, tandem passula. & ultimè Schennanthos, in lib. vij. aqua ad me- Dessen dia. Colato & clarificato adde mel & fac syrupū. Certant autē authores, quam Calamintham hic vocet Mesues domesticam: cùm ex tribus quas recenset Dioscorides nullam dicat domesticam. Et Monachi quidem merito Manard. & Brasauol. (quorum sententiam sequutus est Dessenius) vellicant, quod mentham illi pro calamento domestico accipiendo censem. Et quia tunc syrumpum melius nuncupasset de Menta: & quia superius iam syrupsos duos de Menta descriptis: addamus nos, quia affectibus, quibus conuenire syrumpum hunc dicit author, commodior est calamintha, quam Menta. Ergo per calamintham domesticam intelligit hic author primam Diosc. quæ quamuis in montibus nascat, frequentissima tamen etiam videtur in cultis & campestribus. Per Sylvestrem autem, secundam eiusdem Dioscoridis speciem. Quæ cùm controuerfa adhuc sit, quemadmodum & tertia; in alterutrius defectu, prima duplici pondere sumi potest.

Syrupus Myrtinus compositus.

VI simplici abundat, hoc composito carere potest. Quamuis hic valentior multò sit ad omnem alui fluxum. Sed incerto est authore, proinde varia ab unoquoque traditur Methodo. Quare non est quod Fuchsius Cordum reprehendat, si non ijsdem ponderibus simplicia aestimet, quibus ille. Ioubertus enim etiam & ipse peculiarem sibi huius syrapi descriptionem attribuit. Sed non adeo illa placet, ac Fuchsij, cui etiam consentit Dessenius. Hanc propterea subiectemus, quæ habet.

U. Baccarum myrti 3. xx. ros. rub. santal. rub. & alb. sumachij, balau- florum, oxiacanthe, seu berberis An. 3. xv. mespillorum 3. L. aqua fontanę lib. viij. Coquantur ad medias. Colature addē succi granatorum, succi Cydoniorum An. 3. vij. sacch. lib. iiij. Coque ad consistentiam syrapi. Aliam etiam habet Præpos. huius syrapi descriptionem suam, nec illaudatam, huic omnino similem, præter quam in ponderibus medicamentorum: à qua suam extraxisse videtur Fuchsius.

Syrupus Iuiubinus. M.

2. *I* Viubas numero LX. violarum, seminis malua An. 3. v. adianthi albi, glycyrrhisa, bord. mund. An. 3. j. seminis Cydon. papan. alb. melonis, lactuca, tragac. An. 3. ij. aqua fontis lib. iiiij. sach. lib. ij. Huic descriptioni consentiunt omnes authores. Monachi, & post eos omnes alii, notant errorem nonnullorum exemplariorum, quae pro LX. habent L. X. & alia, lib. x. facili absurdoque lapsum. Et quædam etiam pro 3. v. violarum, habebat 3. v. Monet etiā Fuchsius & Dessenius sufficere sacchari lib. j. Nam si coctio fiat, ut in alijs sit, ad medias, manebunt tantum colati lib. ij. quibus, ut illis videtur, sufficit sacchari dimidium. Sed viscidus, qualis erit decoctio hæc, non tantam ferunt coctionem, quantam alia: & quia absumeretur visciditas, quæ in hoc syrupo requiritur: & quia difflaretur viscidorum virtus, quæ facilis est. Proinde plus sacchari opus est, ne tamdiu ferueat. Quod etiam mouit Rondeletium vt sacchari lib. ij. fs. caperet. Porrò hordeum primò, inde zizypha: postea semina, adianth. glycyrrhisa, violæ: & denique semina Cydoniorum, & Maluz, & Tragacanta coquantur: non in nodulo, ut quidam volunt, quia sic mucago non transiret. Cuius causa nonnulli eadem in parte decocti infundunt, & colatam mucaginem syrupo iam cocto, sed ahuc calenti injiciunt: hæque ratione syrumpum limpidiorem viscidiorēmque fieri aiunt. Notandum quoque est, quoties zizypha, pruna, & similes fructus nucleis prædicti, pondere æstimantur, sine nucleis pendendi sunt: quoties verò numero, cum ijsdem.

Touber.

Syrupus de Hyssopo. M.

2. *H*yssopi modicè sicc. rad. apij, fænic. glycyrrhi. An. 3. x. hrd. mund. 3. fs. seminis malua, & Cydon. Tragac. An. 3. ij. adianthi albi 3. vij. zizypha, mixa An. xxx. vuarum passa. purgat. 3. xij. siccias, dattyllos pingues An. x. penidiorum alb. lib. ij. fiat syrupus. Hæc Mes. Cui subscriptiunt omnes præter Ioub. qui Hyssopi & aliorum tantum 3. iij. imperat: nisi sit typi menda: & Cordum, qui hordei 3. solūm iij. & Præpos. qui passul. 3. xx. Addunt etiam omnes huic Ioannis compositioni, cum reliquis radicibus, radicem Petroselini. Quod parum interest, addatur nec ne. Consentiunt etiam omnes, quod coctio fiat in lib. viij. aquæ secundum artem, ut in superiori syrupo dictum à nobis est, usq; ad lib. iij. Quibus colatis addantur penidiæ albæ, id est ex albisimo saccharo purissimōq; factæ. Nam ex crasso, pingui, vel rubro cum amylo, & obliito marmori butyro, paratae difficile colantur, & impurum, ingratumq; efficiunt syrupū. Omnes quoque ferè hunc damnant syrupum: ut qui nec planè attenuet, nec incrasset. Proindeq; frustra paratur, vbi & qui attenuet, & qui incrasset, seorsum habetur. Ex his enim mixtis, medius fieri potest, qui plus minuscue hoc aut illud agat, pro rei exigentia.

Syrupus

Syrupus de Prassio. M.

MAGNA est circa syrum hunc inter authores dissentio, propter exemplariorum Mesues varietatem. Plura tamen exemplaria, pluresque in hanc descriptionem consentiunt. Quæ habet.

U. Prassi ȝ. ij. *Hissopi*, *Capill. ven.* An. ȝ. j. *Calaminthes*, *Anisi*, *rad. apij & fanic.* An. ȝ. v. *Ireos*, *seminis malue, & fænugræ.* An. ȝ. iiij. *sem. lini, & Cydonio.* An. ȝ. ij. *vuarum passar. purgat.* ȝ. ij. *ficus passas pingues xv.* *Penidiarum lib. j. mellis lib. ij.* Hæc ex correctione Monachorum, Propositi, Luminaris maioris, Luminis apothecariorum, Thesauri aromatariorum. Addunt nonnulla exemplaria & Lepleig, Sylu, Dessen, Cord, Fuchs, Ioubert, Rondel. *Glycyrriza* ȝ. j. quam, quia commodissima iudicatur, addendam censeo. Reliqua quæ controversa sunt, parùm habent momenti: scilicet an *Hyssope* & *Adianthi* sumas ȝ. j. an ȝ. vij. & passularum ȝ. v. & *ficus xvij.* & *penidiarum lib. ij.* Coctio debet fieri in aquæ lib. x. ut ferè omnes volunt, ad dimidias: additæque colaturæ melle & penidijs, coqui in syrum. *Marrubium* autem esto candidum recentis: non verò nigrum, quod ballote dicunt.

Syrupus de Eupatorio. M.

U. Radic. apij, fænic. intybi. An. ȝ. ij. *glycyrrhi. schœnan. cassuta, absynthij, rosarum,* An. ȝ. vij. *adianthi albi, bedegar, & suchaa, flor. aut rad. bugl. anisi, fænic. eupat.* An. ȝ. v. *Rhabarb. Mastich.* An. ȝ. iiiij. *spica nard. asari, folij* An. ȝ. ij. Coque in aquæ lib. viiiij. usque ad tertiam partem: & cum sacch. lib. iiiij. & succi apij. & intybi sufficienti quantitate fiat syrupus. Hæc tenus Mesues. Sed multa sunt quæ difficultatem patiunt. Primo, quia bedegar & suchaa incognita sunt, succorūmque apij & intybi quantitas non definitur, improbant nonnulli syrum hunc. At immerito. Præstantissimus enim est ad omnes affectus hepatis & lienis cum frigiditate coniunctos, maximè obstrunctiones: quemadmodum contrà syrupus de Cichorio mox describendus, ad calidas erundem viscerum passiones. Quod & Ioubertus notauit. Secundo, monent Monachi plura exemplaria habere liquir. &c. An. ȝ. xvij. idque ita fieri suadent. Sed aduersantur exemplaria nostra, omnésque authores, qui concordi animo ȝ. vij. accipiunt. Præterea ordo in describendis medicamentorum ponderibus, id indicat. Maiora quippe pondera, minora precedunt. Absurdum præterea esset, medicamenta eiusdem ponderis sub duobus ordinibus immediate collocare; & non uno eodemque completi. Et quamuis id Græcis aliquando familiare sit: tamen Arabes, maximè vero author noster, vix unquam id efficiunt. Denique non iustum videtur aromaticæ, subtiliora, leuiorâque, qualia sunt secundi versus medicamina, & quæ magno pondere accipi ac crassa, ponderosa, minus

efficacia; & viliora; vt sunt primò narrata simplicia. Cur autem potius vocauerit Mesues hunc syrupum, de Eupatorio, quām aliter: licet eupatorium nec præcipuum sit, nec primum in ordine, nec maximum in pondere: parum & constat, & interest. Videtur tamen consonum, vt eius simplicis aliqua habeatur ratio. Quare rectè Ioubertus primum id numerat, & eadem quantitate qua prima simplicia. Dubitatur etiam, quid per illa verbas *Coque usque ad tertiam partem*, intelligat Mesues, an scilicet ad tertię partis consumptionem, an usque quō remaneat solum decocti tertia pars. Illud volunt Rondel. Sylu. Dessen. Fuchs. Lepraig. Sed alij contrà vosunt, cùm dicitur, ad tertias, potius intelligendam esse remanentem, quām abeuntein coctionis partem. Et quamvis nimis videatur esse coctio, quæ ad tertiam partem decoctum reducit: tamen verborum sensus, *Coquantur ad tertias*, magis id videtur notare, quād ad tertię partis consumptionem. Quod etiam videtur probare Mesues, qui in syrupo de fumaria maiore, coctionem instituit in lib. x. aqua, vi- que ad consumptionem librarum viij. vbi vides plus quām duas tertias absumi. Conueniunt autem Fuchs. Sylu. Dessen. Iouber. Monachi, vt succi apij, & intybi, sumantur singulorum librā dua. Solus Rondel tres vult. Sed magna esset liquoris quantitas, scilicet libratum xj. ad facchari lib. iiiij. Superest nunc vt ad simplicium quorundam examen accedamus.

Eupatorium Græcorum eam esse herbam, quam Agrimoniam vulgo vocamus, & Dioscoridis testimonium probat, & ab omnibus iam receptum est. Sed habet etiam Auicenn. suum Eupatorium, in agrorum foliis, & viginosis locis proueniens, in omnibus Auic. descriptioni respondens. Habet & Mesuæ suum, quod Ageraton Diosc. esse creditur. Conueniunt haec tenus omnes auctores in hoc: & præterea (quod iustum est) vt in compositionibus Græcorum, in quibus expetitur Eupatorium, primo utamur. In Auic. medicamentis, suo. In Mesuæ, suo etiam. Deficiente autem hoc Mesuæ, ex eiusdem consilio absynthij & asari Ana pondus diuidium sumatur: aut si velis, vnum ex alijs. Nec tamen credendum Cordo, & Fuchsio, qui pro Mesui Eupatorio accipi volunt, gratiolam vulgo dictam, monet Matthiol.

Maior est in Bedegar, & Suchaa difficultas. Constat tamen ex collatione Græcorum cum Pœnisi, Bedegar his esse quæ illis *ανθελιανη* id est spina alba: & Suchaa, quæ spina **Arabica**. De quibus Diosc. lib. 3. c. 12. 13. Quæque ambæ ad eos ventriculi iecorisque affectus; ad quos syrupum hunc Mesues instituit, plurimum à Diosc. & Gal. commendantur. Vtque haec tenus conueniunt authores; sic in cognoscenda vtrique spina: & si ea desint, vt desunt, in substituendo illis debito antibalomeno, maximè dissentient. Quorum controversias, quia fastidiosum esset, & præter institutum, persequi, nunc prætermitemus: ad Matthiolum lectorum relegantes, qui eas abundè & refert, & refellit. Satis nunc sit monuisse, nos Arabicam spinam in vniuersum ignorare: quia nullam

Eius descriptionem dedit Diosc. forsan quia x̄tate suā æquè vulgaris erat, ac nostrā, inuisa. Alba autem quæ sit, adhuc etiam ambigitur. Et quamvis Matthiol. se quandam inuenisse in montibus plantam afferat, cuius imaginem depictam præbet: quæque veram referat spinam albam: tamen hæc adhuc & nobis, & Pharmacopeiæ incognita est. Quas ergo vtrique substituemus plantas? Sanè si albam haberemus, ea duplicato pondere pro Arabica sufficeret. Vtraque enim similis est naturæ, vt ait Diosc. An ambas expungemus, quia astringunt ut vult Musa Brasauolus? Minime. Nam tunc & ros. & mastich. & nard. & folium, & Rhabarbarum, exulare etiam iubenda essent. Quæ tamen astrictione viscera roborant, vt & spinæ. Quod & Matthiolus & post eum Dessenius notauit. Minus eidem Musæ assentiendum, qui harum spinarum loco Polypod. & Sabinam substitui vult. Multò minus illis, qui pro Bedegar, excrementum quoddam rotundum spongia modo, chinostrodi ramulis inhærens, afflumi volunt. Id enim nil habet præter insignem quandam astrictiōnem. Spinæ autem, vt & cœtera astringentia, quæ syrupū hunc ingrediuntur, præter astrictiōnem, habent etiam aromaticum quid, quod viscera roborat, vt rosæ, mastix: aut tenue, & non nihil calidum, quod aperit, incidit, tenuat, concoquit, exterget; vt Nard. & reliqua. Quod non aduertisse miror doctum Iouber. peiūsque adhuc quod Nymphæ radicem vni ex spinis substituat. Quæ quidem, præter id quod nec astringens, nec aromaticæ est, frigida insuper est. Quæ omnia syrupi huius scopo aduersantur. Ergo pro vtraque spina Cyperus, & Iuncæ odorati radix, si haberi possit: sin minus, Acorus, aut calamus aromaticus, accipienda sunt. Hæc enim & astringendi vim habent, & aromaticæ sunt, & Hydropicis, & Cœlicasis, & iecoris, & lienis obstrunctionibus, & ventriculi imbecillitati maximè conducunt. Ad quæ omnia & spinæ, & syrups hic commendatur.

Syrpus de Cichorio Compos. Nicol.

Florent.

Cichori latifolijs, & tenuifolijs, intybi latifolijs, & tenuifolijs, Taraxacum, id est, dentis leonis, Cicerbita, id est, sonchi laevis An. M. ij. lastuca domeſt. & ſylvest. lichenis, id est, hepatica, fumaria, ſumitatum lupuli An. M. j. Hordei integræ, Alkekengi An. 3. iiij. Glycyrrhi. Capilli. vini. Ceterach, polytrichi, adianthi, cuscute An. 3. vi. rad. apij, fænic. afparagi An. 3. ij. Coquantur in ſufficienti aqua quantitate. Colentur, & cum ſaccharo fiat syrpus. Pro cuius unaquaque libra ſumantur Rhabarbar. 3. 5s. spica nard. 3. iiiij. Involuantur puppa aut nodulo ex panno lineo raro, & ſub fine coſtitionis syrpi, filo alligata immittantur, exprimanturque ex interuallis: mantantque tandem ſuspensa in syrupo. Hec nos ita correxi.

mus, que phlebotomia dubiaque sunt in Nicolao Florent. lib. 5, cap. de Operatione, hepatis. Et quamvis nonnulli syrum hunc damment, quia parum in seridis historia versatus videtur Nicolaus, & in Capillarum specimenibus: tamen cum ad hepatis obstructionem, calidamque intemperiem, eiusdemque & ventriculi debilitatem, & plurimos alios affectus utilissimus sit non contemnendus est: praelertim quia facile est authoris

Fuchs.

Rondel.

Cronembur.

errores emendare, ut nos fecimus. Ordinem autem Iouberti in censidis simplicibus non probamus. Cichorium enim, cum sit huic syrum nominis causa, primum omnium in fronte collocari debet. Ille insuper hordeum vneijs duabus, & alchchengi 3. vi. tantum desribit; an bene nescio. Nec enim mihi ad manum est Nicolai codex. Num hoc scio, solum Cordum cum Iouberto sentire: cum contra Fuchsius, Dessenius, Rondeletius, & Lepleigtius singulorum unicas quatuor accipiverint. Quos nos sequuti merito videntur: cum duo haec simplicia sint ex precipiis hujus syrapi, proindeque maiori quantitate sumenda. Non melius idem semen Cassuta exposuit: cum omnes alij Cassutam integrum; cuius non solius seminis in medicinavimus est, vt epithymi. Quantum enim Cassuta opus esset, & epithymi, si semen solum in medicamenta traheretur? Iam nonnulla simplicia explicemus. Omnia seridis genera sumi debent: scilicet hortensis, quae Intibus & corrupte Endiuia dicitur, & in Latifoliam, & tenuifoliam diuiditur: & sylvestris, quae Cichorium & Picris, id est amara vocatur: quae etiam in Latifoliam, & tenuifoliam distinguitur. Quod si haec omnes non plene explorata fuerint, parum interest. Cum enim eiusdem sint omnes facultatis, una alterius vicem supplere potest. Idem de lactuca, domestica, & sylvestris. Idem de Capillaribus dicendum. Nec enim nimis cruciari debemus, quas ille species nominibus suis aequiuocis designarit. Sed album & nigrum adianthum, & trichomanem, & scolopendriam, & phyllidem si velimus (quae omnes nobis nota sunt) adsumere. Legunt etiam quidam pro lupulo, lupinos: sed non valde arridet. Calidores enim sunt iusto: nec cum herbis manipulo metiri consentaneum erat. Denique aqua quantitatatem ad cocturam omnium lib. xij. prescribit Ioubert ad tentacum consumptionem. Sed pauca videntur aqua. Hordeum enim plurimum coqui postulat: alias flatulentum est. Proinde placet lib. xv. accipere, & usque ad medias coquere, injecto primum hordeo, & alijs deinceps ex arte, ut sape dictum est. Tandem colato addere sacchari lib. v. & co-

Hippot. 1.
vict. acut. Hippot. 1.
Gal. in Hippot. 1.
comm.

Syrupus de Epithymo. cM.

Epithymi boni Cretensis 3. xx. mirobalan. Indar. & Citrear. An. 3. xv. Cassute, fumarie An. 3. x. (malè Præposi. 3. viij.) Epithymi, Calamenti, buglos. Stœcha. Glycyrrhi. polypod. agari. mirobalata. Emblica. & Bellerica. An. 3. vi). Rosarum sem. foenic. anisi An. 3. ij. s. (malè Præpol. 3. ij. tantum) pruna xx. vuarum passa. purgata. 3. iiiij. Tamarind. 3. ij. ls. Sacchari lib. iiiij. (mendosè in Præpol. pro Rob, legitur Rol.) sapo lib. ij. frust syrupus. Hæc est huius syrupi legitima descriptio ab eadem Melissæ extracta. Cui consentiunt omnes : præter Monachos cum Præposito : qui sacchari lib. iij. tantum sumendas afferunt, iuxta correctiora exemplaria. Sed cum saccharum sit materia syruporum, nec aliquid aut addat, aut minuat eorum facultatibus, parum interest siue quatuor, siue tres libras eius sumas. Grauius erat illud erratum, quo spithymi hortensis, pro Cretensi, in exemplaribus quibusdam legebatur. Quantitas vero aquæ ad decoctionem idonea videtur librarum duodecim, propter crassitatem prunorum, passularum, tamarindorum, & sappaz. Sed sapa, facta ex arte coctione reliquorum ad tertiarę partis consumptionem, colatur cum saccharo, sed longè post hoc, additur. Reliqua satis sunt nota. Arque syrupus hic ad lienis affectus quemadmodum superiores duo ad hepatis, parari potest. Nec opus erit de fumaria maiorem aut minorem habere. Hisque videtur absoluta, examinis syruporum, qui in vsu habentur, tractatio : ad laudem indiuiduæ Trinitatis, Deiparaeque Virginis, & sanctorum omnium Dei, qui sit benedictus in secula.





FRANCISCI SANCHEZ
DOCTORIS MEDICI,
ET IN ACADEMIA
Tolosana Professoris Regij

EXAMEN PILVLARVM
AD PHARMACOPOEOS.

LIBER TERTIVS.

PERMVLT A in officinis seruantur Catapotio-
rum genera: plura etiam apud authores de scripta
inueniuntur: quorum omnium maxima pars su-
perflua est: vt in eorum explicatione videbimus.
Proinde nos ea quæ in officinis parata haberi des-
ideramus, notabimus. Quid enim opus est reliqua
semicorrupta in longum tempus custodire? cum
aut raro in usum veniant, aut ex recentibus simpli-
cibus, (habemus enim semper omnia ferè, quæ pilulas componunt)
recentia pro necessitate confici possint. Adde quod si alia sunt ex ijsdem
simplicibus, aut paulò pluribus, aut paucioribus composita; reliqua
non nisi oneri & Medico sunt, & Pharmacopœo. Ne tamen officio no-
stro defuisse aliqua ex parte videamur: & vt, si quis omnia parare velit,
habeat unde legitimam hauriat compositionem: omnium, quæ hodie
in usu sunt, mentionem faciemus.

*Pilula ex Hiera simplic. & de Benedicta
D. N. Trapos.*

ACipe pulueris Hiera Gal. in Electarijs opiatis descripta 3. j. & cum melle rosato fac magdaliam. Eodem modo fiunt ex puluere Benedicti anobis etiam ibidem descriptæ, Catapotia de Benedicta. Proinde, cum pulueres isti tum ad Opiatam, tum ad Pilulas, tum ad Balanos, tum denique ad alia remediorum genera optimi sint, melius est hos paratos habere: non autem Pilulas, seu Opiatas ex his: multoque minus opus Myrepf. est pilulas alias ex Hiera composita, quas multas nonnulli describunt, Prepf. Fuchs Cord.

Pilula Alephangina. D. M.

ACipe Cinnamo. Cubeb. ligni Aloës, calami aromat. macis, nucis moscha. Cardamo. Caryophyllo. asari, mastiches, schænanthi, spicae, Carpobalsami An. 3. j. Absinth. sicc. rosarum An. 3. v. Tere crassifolia, & coque in lib. xij. aquæ ad duarum partium consumptionem: frica manibus, cola, & exprime aquositatem. Tunc accipe Aloës succotrine sepius lat. aquâ pluviâ in vase lapideo vibrato, & exsiccate lib. j. Cui puluerat superinfunde decocti superioris circiter lib. ij. tere, & sicca ad solem. Deinde ad inungmyrrhe & mastich. An. 3. v. croci 3. iiij. Tere omnia diligenter, adiungendo reliquum decoctum, ad solem, donec siccetur; tunc denique forma magdaliam.

Hæc est legitima Ioannis Mes. descriptio: Cui assentiuntur omnes in numero & quantitate, seu dosi, ut aiunt simplicium: excepto Manlio, auctore Luminaris maio. & Cordo, qui pro 3. j. Cinnamo. & aliorum, 3. i. ponunt. Sed fuit, ut facile in alijs contingit, librarij error. Vnde perniciem notarum harum ponderum hinc colligas; discasque non ex unius solùm authoris præscripto medicamenta conficere; quin alios etiam consulas, & ad inuicem conferas. Præpositus quoque crocum 3. vnâ auget. Sed aduersantur ei omnes alijs; & meritò. Crocus enim plures offendit, quam iuuet, caput tentat, & si maiore quantitate sumatur, cinicum spasnum inducit, & mortem, ut testis est Gal. 2. med. loc. l. & 1. Antido. & Dioscor. 1. e. 25. Sylvius etiam in Mesuæ suo, postquam in contextu posuisset lib. xij. aquæ, notauit in margine, alios vj. alios iiiij. libras ponere. Sed nullum haec tenus vidi Mesuæ codicem, qui aliter, quam nos & omnes alijs qui Pharmacopæas ediderunt, habeat: nec Monachi, diligentes mendarum scrutatores, id notarunt: nisi velit Sylvius pro diuerso cōficiendi modo, de quo mox, aliquos diuersâ aquæ quantitatem præscripsisse. Notandum etiam venit error in Lepleignio, qui, etiam & vocum ignoratione, hic & ybique pro macis, scribit Maceros;

cum tamen duo haec valde inter se differant, ut alias a nobis ostensum est: alius item in Manlio, ineptissimo authore, qui pro cubebis, exponit myrthum album: & absinthij succum (nisi scriptura erroris) pro absinthio sicco. Cordus etiam, in duplice vase coctionem fieri imperat: nec inepte tamen: quamuis non ex Mesua praescripto. Qui quidem Mesues, nescio quid intelligat per vas lapideum vitratum. Vitrae enim vasa sunt, quae plumbo, aut vitro contrito & pice aut alijs mixto illuminuntur: qua illitione non egent lapidea, sed figurina. Quare merito alterutrum, lapideum scilicet, aut vitratum, videtur expungendum: quod & Ioubert fecit. Nec melius habet Cordus, in vase vitro. Inepta etiam est Mesua dictio, coquuntur ad consumptionem duarum partium: quam duarum? tertiarumne, quartarum, quintarum, aut similis alterius? in toto enim potest diuidi decoctum. Tertiарum intelligendum est, vt notauit Cord. quod colligitur ex eo, quod ex decocto duas lib. primū aloë superflui vult, & in fine reliquum decocti; alias scilicet duas lib. A duodecim itaque lib. ad quatuor usque decoctum reduci vult. Absinthium vero hic sumendum est Ponticum, minutum scilicet illud aromaticum; de quo nos alibi differuimus. Quia autem simplicia omnia alias examinavimus, his obmissis, ad conficiendi modum, & aloës præparationem accedamus. Improbare nituntur Monachi, Cord. & Rondel. coctionem hanc aromatum; cum fiat contra regulas decoctionis, ab eodem Melius præscriptas in Canonibus. Ideo Rondel. aliter Pilulas has conficit. Et quamuis videtur absurdum aromata tamdiu coquere, & melius forsan esset in lib. vii. aqua usque ad quatuor coctionem fieri, aut iuslusionem sine coctione: tamen tantum valet Mesua authoritas, vt nemo audiat ab eius placitis discedere: & quamuis quis auderet, Pharmacopei, qui iurarunt omnino in eius verba, non assentirentur. Dicendum ideo nobis est pro eo, aromata crassè conquaßata, vt ipse iubet, satis longam ferre posse coctionem. Quare ex eius præscripto componenda sunt pilulae. Non minor est in aloës ablutione difficultas. Monachi enim, & cum his Sylvius, Cordus, Cronemburg. & alij, tritâ aloë, & pluviâ aquâ disolutâ & agitatâ, quod aquâ inuoluitur sumunt, quod vero subsidet abiiciunt, aut iterum terunt & abluunt ut suprà; idque toties, donec nil subsideat, nisi sabulosum: quod projiciunt. Aquam vero reliquam soli exponunt, quâ resolutâ, aloëm colligunt. Alij contrà vbi agitarunt aquâ, sinunt subsidere, aquam abiiciunt, nouam superinfundunt, agitant, permittunt ut quiescat, & iterum ut suprà. Hunc modum reprobant primi. At parum interest utro modo fiat: modò id obserues, vt in primo modo non permittas diu quiescere aloëm agitatam, sed vbi crassior pars fundum petierit, subtiliorem transuases: alias enim dubium non est quin tota subsideat. In secundo vero totam subsidere finito, & vbi aqua perspicua sit, projice sensim, aut ligulâ ex panno, aut filtro excola: & nouam infunde aquam. Hac methodo efficies, vt non sola fœc pro aloë maneat, quod primi timebant, si aqua ablutionis abiiceretur: aut ne purgatix

gatrix facultas absque roborate in ea maneat, quod metuunt secundi, si aqua ablutionis retineretur, residentia vero effunderetur. Ceterum sufficiant pilulae haec ad roborandum ventriculum, abstergendumque superfluo humore, pro omnibus stomachicis a Mefueo, & alijs descriptis. Quare autem dicantur Alephanigae, certum non est: quamuis inepti quidam, non solum Afri, sed ne Latini quidem sermonis gnari, velint dici ab Alephanige, quod est, aiunt, Arabicæ species, aut aromata, quia Mef. dicit, pilula Alephanige, & eius interpretatio est, de aromaticis. Sed non valet argumentum. Earum denique author Ioannes Mef. est, ut videre licet in eius Antidotario sect. x.

Pilulae Ruffi, seu Pestilentiales.

Accipe Aloës 3. ij. Myrrhae, Croci An. 3. j. Confice cum vino aromatico. Vocantur haec pilulae etiam communes, & de tribus, scilicet iebus, & sine custodia, quia non necesse est eis captis, domo contineri, cum aduersus pestilentis aëris vim dentur. Falso tamen Russo assignantur, cum alia sit Ruffi compositio, ut videre est apud Paulum lib. 2. c. 35. Superflua sunt, ubi puluis Hierae habetur: cui myrrha quoquo tempore adhiberi potest, & sicut efficaciora catapotia. Quod si aloë ablueda esset, ut quidam volunt, multò minus his egemus, ubi Alephaniga adiungunt. Sed satius est non abluta ut aloe in pestilenti constitutione.

Pilula Affueret Auicenna.

His etiam carere potest qui puluere Hieræ, aut Alephaninis abundant, quibus facile est Citrinas mirobal. addere. Habent autem, Mef. Mirobalan. Citrina. An. 3. fr. Pulu. Hieræ pic. 3. j. Aloës 3. j. cum syrupo de stœcha. fiat massa. Addito vero agarico istis, efficies mastichinas Conciliatoris: quibus proinde te non onerabis: quæ habent.

Pilula mastichina Conciliatoris.

Accipe mastich. 3. fr. agar. drach. ij. Aloës drach. x. cum succo arthemisiae; aut syr. de stœcha. fiat massa. Multò vero minus opus est alias mastichinas incerto authore & de aloë & mastiche Nicolai paratas habere.

Pilula Aggregatiua. M.

SI quidem qui nos præcessere medici, & compendij & dispendij rationem habuissent, quinque aut sex pilularum generibus contenti esse poterant: quatuor scilicet, quibus quatuor educerentur humores: quanto ad ventriculum roborandum: sexto denique ad trahendos è longe eisdem humores. Ex quibus mixtis subito poterant ad humorum ministram alia concinnari. Sed quando ita sors tulit, vt etiam in Medicinam superfluitas irrepserit, sequendum nobis est. Non sunt inutiles Aggregatiua in multitudine h. morum; vix enim unus solùm in vitro effe solet. Conferunt præterea, vbi dubium est quis, aut qui humores percident. Sed adeo varia est apud authores eorum descriptio, propter exemplarium multitudinem, vt non facilè constet quæ earum retinenda sit. Hæc tamen vulgatior est. *Accipe Dacrydij, turbith, aloës An. drach. vij. mirobalano. Ciriino. Rhabarb. An. drach. iiij. succi cupatho. succi ab simili. mirobala. Cepulo. Indor. agarici, colocynth. polypod. An. drach. iij. mafick. rosar. salis gemm. epithy. anisi, zingib. An. drach. i. electarij rosati Q.S.* In hac descriptione conueniunt (nos ordinem mutauimus, quòd dosum gradus seruaretur, & ne quæ codem pondere imperantur, diuersis locis dispersa essent) Nicol. Præpos. Cord. Lepleig. (nisi quòd falsò ultima sub drach. Semissile complectitur (& Ioub. (qui etiam Monachos sequutus, succorum singulorum drach. iiij. habet) & Rondel. (qui codem imitatus, turbit. & aloës An. drach. vij. scribit) & Fuchs. Matthiolus, & Sylvius: nisi quòd hi, exemplaria quædam sequuti, vt etiam notarunt Monachi, & reprehenderunt, Dacrydij drach. v. tantum accipi iubent. Dissident ab his Monachi, & cum eis Dessenn. & antiquis Mesuæ codex, in ijs quæ haec tenus notauiimus. Vnde constat, hanc, quam nos dedimus, descriptionem, pluribus probari, proindeque exequendam esse. Sed quancumque etiam ex alijs parare velis, parum refert. Nunc aliqua explicemus. Mesuæ Eupatorium hic sumendum consentiunt omnes: sed quod illud sit, in hoc vero dissentiunt. Herbam Gratiolam dicunt Cordus, & Fuchs. esse credunt. Hos damnat Matthiolus; putatque legitimum Mesuæ Eupatorium esse Ageratum Discoridis. Sed in hac varietate ego consulere sumi Agrimoniam, Græcorum eupatorium. Electarium etiam rosatum, quo pilulas confici author iubet, ab eodem auctore petendum, scilicet inter cathartica electaria paulò antè descripta: non vero à Nicolao. Sed cum illud non paretur, nec satis aptum videatur, pilulas opiatâ excipi, satis erit cum melle rosato eas conficere. Sunt porro aliæ duæ Aggregatiuarum (Mesuæ Polycrestas vocat, quasi multis affectibus vtiles: quemadmodum Neoterici Aggregatiuas, quia omnes vacuent humores) descriptiones, sub titulo maiorum, & minorum consequenter ab eodem Mesuæ traditæ: quas, quia superfluæ sunt, raroque in usum veniunt, libenter prætermittimus.

Pilula de Rhabarb. M.

Acipe Rhabarb. drach. ij. Hierę pulueris drach. x. mirobalanorum flauo. Trochis. derosis An. drach. ij. fr. succi glycyrrhi. absynth. mafii. An. drach. j. Seminis apij, fænic. An. drach. is. Confice cum succo fæniculi. Harum pilularum author Mesuæ filius, alias eiusdem nominis mox describit. Sed quia primæ hæ in vsu habentur, ideo hic apposui, mutato solum simplicium ordine; etiam Rhabarb. Hierę postpositus, nisi basis esset medicamenti. Cæterum huic descriptioni assentiunt omnes: exceptis Monachis cum Præposito, qui mirobalanos drach. ij. cum semissæ accipiendos volunt. Sed parum id est. Magis errant Rondel. hierę drach. xv. numerans; & Lepleig. hermodactylos compositioni addens. Suadeo autem has pilulas pro delicatioribus paratas haberi: biliosum enim humorem clementissimè educunt.

Pilula Fœtida maiores, descriptionis Mesuæ.

Vx hac tenus recensuimus catapotia, præter aggregatiua, præcipue ab bilem deiciendum conferunt. Nunc quæ pituitam ejciant, describenda sunt: cùmque multum diuque quereremus, vix inuenimus, quæ soli pituitæ conuenirent. Inter omnia tamen magis ad id accedunt hæc, & de agarico, mox subscribenda. Ex duabus autem descriptionibus, maiorum scilicet, & minorum, hæc ut visitatior, & efficiatora delegimus. Sunt autem non inventionis, sed aggregationis Mesuæ. Ex Auct. enim & alijs defumpsit. Habent autem, Sagapen. amomina. spopanacis, bdellij, harmel, aloës, colocynth. epithy. An. drach. v. turbith. 3. fr. scamm. drach. iii. At scebran id est esule, hermodactyl. smalè Lepleig. hos obmisit) drach. ij. zingib. drach. j. ss. Cinnamo. croci, spic nar. castor. An. drach. j. euphorbi. 3. ij. Dissolue gummi succo porri, & fac pilulas. Harmel est ruta sylvestris, in cuius defectu potest sumi hortensis. Dicuntur autem pilulae hæ fœtidæ, ob teturum gummi, rutæ, & castorei odorem, non quia putres vacuent humores.

Pilula ex Agarico. M.

Acipe agarici drach. ij. turbith. drach. v. Hierę pic. scilicet pulueris 3. fr. colocynth. sarcocol. An. drach. ij. rad. Iridis, prassij, myrrhe An. drach. j. cum sapa fiant pilule. Hæc est visitatior descriptio. Cui consentiunt Monachi, Sylt. Dessen. Rond. & Ioubertus. Addunt tamen Præposit. Luminar. Inai. Lumen apotec. Thesaur. aroma. Cordus. & Lepleig. mastiches drach. iij. & Fuchs. & Lepleig. Hierę drach. totidem virant tantum. Sed in utroque à Monachis damnantur ex professo. & Ioubertus Patribus ad stipulatur. Possunt porrò hæ quoque parata haberi pro delicatis: superiores enim violentiores aliquantū sunt.

Examen Pilularum
Pilulae Indæ Haly. D. M.

Accipe Epithy. stæcha. An. drach. vij. mirobala. inda. ellebari n. polypod. An. drach. v. agari. lapidis Lazuli loti. colocynth. salisinda. An. drach. iij. succi eupatorij. spica nar. An. drach. ij. Caryophyll drach. j. Hieræ pir. drach. xv. cum succo apij fiant pilula. Has ex omnibus ad melancholicum humorem deiſciendum fortissimas iudicauimus. parandæque proinde censemus pro robustioribus: ſequentes autem promillioribus. Eas deſcribit Mefues ſub authoritate Haly, neſtituit cuius, eisdem poſteribus, alio ordine, quibus nos. Cui deſcriptioni conſentiantur Præposi. Luminæ. M. Thesaur. aromata. Sylvi. Fuchſ. Cronenburg. Cordus. Diſſentiant ab hiſ Monachi, & Iouber. in Agatio &c. quorum drach. tantum iij. accipiendas aiunt. Sed ſatius eſt multis credere. Præpoſitus in ſuper thymum addit, nec multum refert. Sed vitia eſt in ſucco eupatorij deſcriptio eiusdem, faltem in eo qui excuſus eſt Lutetia anno 1564. Dictas verò eſſe pilulas has Indas ab Indis mirobal. aut ſale Indo, aut ambobus: potius quām quia apud Indos magno fit in vſu, certum eſt. Sed quid pro ſale Indo ſumendum hic fit, incertum. Hercula. Gentil. Manar. Bræſſauo. Iouber. candum ſaccharum ſupponunt: decepti æquiuocatione. Nam ſal Indus, & ſaccharum in arundinibus concretum in India vi ſolis, & veri ſalis ſpeciem ſignificat. Ultimi exemplum inuenies in Mefue C. De ſaliſ ſpeciebus, & in Canonibus, vbi de Vomitorij agit. Ergo merito Leonice. Manli. Thesaur. Apothecar. Daffen. Fuchſ. Cordus. Monachi, & nonnulli alij in purgantibus medicamentis pro ſale Indo, ſalem gemmæ, aut huius defectu, acutissimum quæque alium ſubſtituunt. Monet autem hic Daffen. & bene, ut quoties cum ſucco aliquo debent fieri pilulae, ſuccus ille cum melle coquatur, deſpumando, vñque ad omnimodam ſucci consumptionem: tunc illo melle excipient pulueres in magdaliam.

Pilula de quinque gener. Mirobal. D. N.

Accipe quinque gener. mirobalan. agari. Diachr. colocynth. ſenni A. drach. ij. ſs. Rhabarb. ſcrip. quatuor. epithy. anisi. turbith. zingib. maſtich. lapid. Lazuli loti. An. drach. j. gra. ſedecim. Aloës vnicia ſemifem. Conſice cum ſucco abſynthij, vel faſiculi. Variant in hiſ pilulis authores omnes: & cum Præpoſitus à Mirepſo exſcriperit, tamen neceſſe illius deſcriptione contentus, ſed aliqua immutans, effecit, ut alij hunc, alij illum, alij partim hunc, partim illum ſequerentur. Inter quos Fuchſ. & Iouber. ex vitroque hanc confeſcerunt mixturam: quam nos commodiorem iudicauimus: quamuis plura habeat quæ pituitam & bilem educant, quam quæ atrum humorē; adeo in hiſ deſcribindis componendis queſcetis, ſibi que parum conſtanties fuerunt authores. Quorum defectui ut nos ſuppleamus, pilulas deſcribemus, quæ ſeorsum bilem, quæ pituitam, quæ atrum ſuccum, denique quæ Ichores deiſciant.

Pilula Colagogae maiores, inuentione nostra.

Accipe aloës succotr. Rhabarb. & mirobal. cirrin. An. 3. ij. scamm. Pro qualitate cydonio cocti 3. iiij. D. j. grana iiiij. Colocynthi. subtilissimè trita, & bet drach- sapini irrorata multa 3. j. mastich. absynthiis pont. succi, & rosar. pallida, sunt siccari. An. drach. semissim, mirobalani irrita irrorantur quater succo cytho gran. tria: miorum non perfectè maturorum; totiesque exsiccantur in umbra. Tandem Colocynthi. omnia bene puluerata excipiantur melle rosato de rosis pallidis, & fiat mag. vnum, dala. Pilulas has vocamus Maiores, ad differentiam aliarum, quas inde describemus, pro mollioribus, tenerioribusque.

Pilula Colagogae minores, inuentione nostra.

Accipe Aloës, & mirobal. flava. Rhabarb. An. 3. ij. ss. succi absynthi. pont. succi fumar. mastich. & rosar. pallida. sicca. An. 3. ij. croci, spica galang. An. 3. j. Aloës & mirobal. irrorantur sexies succo, aut infusione rosarum pallidarum decies: totiesque exsiccantur. Denique fiat ut supra.

Pilula Phlegmagogæ maiores, inuentione nostra.

Accipe agar. recent. trochis. medulla sem. cart. An. 3. ij. turbith. 3. ss. hermodactyl. & Colocynth. An. drach. j. thymi, centaur. minor. sali gemme, zingib. piper. nig. Caryophyl. spica nard. macis, Cassia ligna, & senn. anisi, croci, An. 3. ss. euphorb. & pyreth. An. D. ss. cum melle anthosato, &c.

Pilula Phlegmagogæ minores sicut si hermod. colocynth. euphorb. & pyreth. dempletis.

Pilula Melanogogæ maiores, inuentione nostra.

Accipe mirobalano. omni. An. 3. ij. lapidis Cyanai, & Armeni, lotorum; epithi, cuzcu. ellebori albi An. 3. j. mastich. spica nard. viol. anisi, croci, succi Cython. An. 3. ss. polypod. & senna An. 3. ij. ss. Mirobalani irrorantur decies succo violarum, totiesque in umbra siccentur. Tandem cum syrupo de Buglos. fiat massa.

Pilula Melanogogæ minores, inuentione nostra.

Accipe senna, polypod. & mirobalano. Ind. Citt. Chebul. emblic. belleric. Arico. An. 3. j. ss. epithi, cuzcute, succi fum. eupat. glycyrrhi. An. drach. vii. semi anisi, stenoc. viol. spica Celti, croci An. 3. ij. Fiat ut supra.

Pilula Hydragogæ, inuentione nostra

ACcipe Coccognidi. seminis ebuli, chameleæ, scammon. elaterij, brasse
marinæ, tithi mali, succi Ireos, ricini, eubhorbij, croci An. 3. j. vbsintib
pone ros. viol. mastich. macis, spica nard. succi Cythonio. sicc. succi glycy-
rhi. carnium dactyl. An. 3. j. 3. j. cum melle ros. fiat maza.

Pilula Arthritica. D. N. Præp.

ACcipe Hermodactyl. turbith, agar. An. 3. s. cassia lignæ, spicenard.
Caryophyll. Xylobals. carpopbals. zingib. mastic. sœnic. anisi. saxifrage,
sem. asparagi, & ruscii, rosarum, granorum milij solis, sal. gemm. An. 3. s.
Aloës ad pondus omnium succi fænic. Q. S. fiat massa. Possent quidem
sufficere, quas hactenus descripsimus, pilulae. Nam omnes quæ subij-
cientur, superfluæ sunt. Sed sequendus nobis est communis vius. Ar-
thriticæ istæ dicuntur, quia articulorum doloribus prodesse creduntur.
Sed quæ pituitosos humores vacuant, ut nostræ Phlegmagogæ, non so-
lum articulis, sed reliquis corporis partibus prosunt. Describit has Ni-
col. Præpos. earumque descriptionem Mesuæo (nisi Typographi sit
error: facile enim M. pro N. supponi potuit) tribuit: cum tamen hic
nullam harum faciat mentionem. Nicol. autem Myrep. alias habet ali-
quanto ab his dissimiles.

Pilula Arabica. N. P.

ACcipe Aloës 3. iiiij. rad. brion. mirobal. omnium, mastich. Diachrisa-
ri. ros. An. 3. j. Castorei 3. iiij. Croci 3. j. Confice cum succo carni-
Ita Nicol. Sed alij, vt Fuchs. Cord. cum succo sœnicul; alij, vt Dessen-
cum oleo ros. conficere malunt. Fuchsius perperam aloës 3. iii. habet,
& castor. & croci 3. j. Peius multò Lumen apotec. & pauper ille The-
faurus aromotario. Superfluæ etiam sunt hæ.

Pilula Aurea Descr. N. Myrep.

ACcipe Aloës dacydij. An. 3. v. rosarum, sem. apij. An 3. iij. s. anisi,
fænic. mastich. An. 3. j. fs. croci, colocynth. An. 3. j. cum mucagine
trigacan. fiat massa. Hanc descriptionem sequutus est etiam Nicol.
Præ. & omnes alij: excepto Dessen. qui pro mastiche, male hicram
supponit. Quid enim Hierā opus est, vbi aloë præcessit? & Iouberto, qui
dacydium minuit, ex emendatione Præpositi, vt ipse ait. Sed ego nes-
cio, an glossemata quæ habentur in Præposito, sint eiusdem: & quam-
uis sint, non timendum est, ne script. unus Dacyd. ij. noxam inserat. Sape

eam ego integrum scammonij non correcti drachmam innoxie exhibui. Perueria est etiam in tenebroso Lumine apotec. & egenti Thesauro arom. harum pilularum enarratio. Dictas autem volunt Aureas, ab excellentia: quamvis nullus earum usus sit, ubi Aggregatiuæ habentur.

Pilulae Coccia Rhazis.

Acipe puluer. picroz. x. Colocynthi. 3. iiij. (male Thefaur. arom. ha-
bet 3. iiiij. ls. 9. j.) script. unum, scammon. 3. ij. ls. turbith. stæcha.
A 3. v. Confice cum syrupo stæcha. Damnantur hæ pilulae ab authori-
bus omnibus, quamvis ab omnibus nunc parentur: & meritò quidem
damnantur: violentiores enim sunt iusto. Sed immeritò scammoniæ
culpa tota datur: cum eius grana tantum septem in qualibet drachma
harum pilularum recipientur: quæ nihil periculi minantur: multò ma-
gistrinendum esset à Colocynthide, cuius grana decem singulis drach-
mis admiscentur: cum tamen periculosior multò sit scammonio, ut
tota medicorum caterua fatetur, experientiæque longâ nobis comper-
tum est. Ablegentur ergo: aut paruæ quantitate alijs mixtae, nunquam
per se sole exhibeantur. Dictæ verò putantur Cocciae, quasi grana,
quia instar granorum ciceris olim conficerentur, aut barbarè significa-
re capitalia, quia caput præcipue purgent. Et quamvis Doffenn. suadet sumere hic Hieram eiusdem Rhazis, tamen id non necesse est, imo
laboriosum esset ob has solùm pilulas, nouam hieram conficere: præ-
sertim cum hiera Rhazis à Galeni parum differat. Hanc ergo sumere
satius est.

Pilulae Imperiales. D. N. Præ.

Acipe Cinnamom. amomi, anisi, mastich. cardamomi. zingib. ze-
doar, * macis, nucis mosc. cariophyl. croci, nardi, cubeba. ligni aloës, * Male
turbith manna, agarici, follicul. sennæ, quinque gener. mirobal. Ana script. Fuchs. &
vnum. Rhabarb. aloës hepatici. Ana ad pondus omnium. Confice cum syrupo Lepleign.
babet Mal
ceros: &
Cordus. Hic
etiam per-
petrat Rhabarb. cum superioribus collocat, aut priorum de sim oblitus est: aut librarum suis errori
Doffenn quoque sequuntur Christoph. de Honest. aliam habet descriptionem. Sed, si he parando
sit, ex Prepos. descriptione parando sunt.

perpetrat Rhabarb. cum superioribus collocat, aut priorum de sim oblitus est: aut librarum suis errori
Doffenn quoque sequuntur Christoph. de Honest. aliam habet descriptionem. Sed, si he parando
sit, ex Prepos. descriptione parando sunt.

Pilulae de lapide Lazuli. D. M.

Accipe lapidis lazuli abluti drach. viij. epithy. polyp. agar. An. drach. viij. scammon. hellebori nig. salis Ind. An. 3. ij. & semis. Caryophyl. Anis. An. drach. iij. hiera pic. drach. xv. Confice cum succo endiniae. Hæc est probata Mesuæ lectio. Cui consentiunt doctores, excepto N. Præpos. qui malè Lazuli drach. iij. tantum habet: & Lepaign. quinque. Perperam quoque Rondel. elleborum album posuit, cùm iam experientia & omnium authorum testimonio confessiōnem multò esse album nigro. Pro sale Indo etiam saccharum etiū exigit, communi errore, quem nos superius patefecimus. Et haec etiam uon desiderabit qui nostras Melanogogas parare voluerit, aut Iudas Haly suprà descriptas.

Pilulae de lapide Armeno. D. M.

Accipe lapid. Armeni loti ac prepar. Hieræ pic. An. 3. v. epithy. polypod. An. 3. viij. scammon. in cydonio eotti 3. ij. cariophyl. 3. ij. salis Indi. 3. j. ss. cum succo solari confice. Conueniunt in hac descriptione omnes: excepto Præpos. qui malè habet, epithy. poly. An. 3. ij. & Monachis, qui quamuis in censura dicant, legendum esse, scamm. 3. ij. ss. tamen in receptario 3. tantum iij. habent: agaricum etiam polypodium addunt, sequenti, vt aiunt, exemplaria plurima. Sed cùm in hoc nullo audiantur, sequendi non sunt. Hæc quoque inutiles sunt: maxime cùm Armenus lapis vix nunc cognitus nobis sit: quemadmodum etiam Cyanus raro laudatus inuenitur. Vnde fit vt ex ytroque confecta Catapotia vix vnquam ego præscribam.

Pilulae Lucis maior. D. M.

Accipe aloës succotri 3. xij. 3. ij. euphras. 3. vij. agar. senna An. 3. v. mirob citr. cibeb. Ind. bell. embl. rhab. An. 3. ls. res. viol. absinth. colocynth. turbith. cibeb. calam. arom. nucis moso. spica. epithy. carpobals. zilebal. sesel. sem. ruta. schœnan. mastich. asari. cariophyl. cinnam. anis. fœnic. apij. cassia lig. croci. macis An. 3. ij. Confice cum succo faniculi. Consentiunt huic descriptioni omnes: excepto Fuchs. qui rutam oblitus est: aut Typographus: & Lepaignio; qui pro. macis, habet, macros, vulgari errore. Cæterum vocant has pilulas authores, Opticas, & Lucis, quia visui conferre dicuntur: sicutque alia eiusdem nominis apud eundem Mes. dicta minores: quæ non parantur, nec opus est: nec valde has.

Pilulaſ sine quibus eſſe nolo. D. N. Pra.

Acce aloës hepat. lota 3. xiv. ſcamm. prepar. & optimè puluerata 3.
vj. & ſr. quinque gener. mirobal. rhabarb. ſenne, agarici, cufcuta, maſtich. abſynth. roſ. viol. An. 3. j. ſucci fænic Q. S. ſcammon. linteo innolu-
tum infundatur ſucco fæniculi, & exprimatur: expreſſo liquorū reliqua ad-
miſſe: manibꝫque oleo viol. aut communi abluto inunctis, forma pilulaſ.
Has Præpoſitus ita deſcribit, conſentientibus omnibus alijs: dictasque
ita putant ab earum excellentia & neceſſitate: & propterea ybique pa-
tantur: quamuis ſuperfluè, ybi Aggregatiuæ habentur.

Pilulae de Eupatorio, maiores. M.

Acce ſucci Eupatorij, abſynthij, mirobal. citrin. An. 3. iiij. Rhabarb.
3. iiij. ſr. maſtich. 3. i. croci 3. ſr. aloës optima 3. v. Conſice cum ſucco
endiuia, aut ſero laſtis. Minores aliæ continuò ab eodem Mesuæ deſcri-
buntur. Sed non ſunt in vſu. Quamuis autem ſuadeant authores, Me-
ſeu Eupatorium h̄ic ſumere: tamen cùm parum adhuc conſtet quod
illud ſit; & agrimonía noſtra, Græcorum Eupatorium, non minùs, i. m̄
magis valeat ad hepatiſ affectus, quam illud Mesuei, eam accipi conſu-
lo. Atque h̄ec ſunt Catapotia que in officiniſ noſtriſ communiter pa-
tata habentur. Quorum quidem ſimplicia, quia in alijs operiſ noſtriſ
explicita ſunt, intacta præteriuimus. Ad alia proinde medicamentorum
genera nos confeſramus.

Laus Deo virginique Maria.

Q V I D?

D d d d



FRANCISCI SANCHEZ
DOCTORIS MEDICI,
ET IN ACADEMIA
Tolosana Professoris Regij

*EXAMEN ELECTARIORVM
solidorum.*

LIBER QVARTVS.

SERVANTVR in officinis multa solidorum electariorum genera tam catharticorum, quam cardiacorum: & haec partim in tabellis, vt aiunt, partim in puluere, ex quo ad libitum tesserae parantur, percocto scilicet in electarium saccharo. Nonnulla autem horum superflua sunt. Nos ergo morem nostrum sequuti, necessaria indigitabimus: reliqua verò quæ in v̄su sunt, etiam examinabimus, vt Pharmacopei habeant vnde legitimam hauriant descriptionem, si omnia parare velint. A catharticis semper exordium sumentes.

Electarium de succo ros. N. P.

Accipe succi roſarum, ſuccari An. lib. j. 3. iiiij. Trium ſantal. An. 3. vij. ſpodijs 3. iiij. Diachrydij 3. xij. camphora ſcript. unum. Coſto zaccharo cum ſucco addantur reliqua puluerata, & tandem ſcammon. Conueniunt omnes cum Nicolao in hac descriptione, excepto Fuchſio qui pro caphura, nymphæam ſupponit, non ineptâ ratione; quamvis à Louberio in hoc improbetur: caphura enim odore diſplicet, & tenuitate par-

Eum ad cor reducit noxiā scammonij vim, & calida potius quām frigi- *Fuchs.*
da à nonnullis censetur, biliosisque proinde affectibus, ad quos electa- *Rondel;*
rum institutum est minus accommoda. Ob quas rationes à Rondeletio quoque hinc expungitur, eiisque loco mastichem, aut tragacanthæ
gummi substituit. Quod nos probamus: non tamen quod scammonium non præparatum assumi velit, & cum eo Ioubert. Nec enim satis
corrigitur ex mixtione succi ros. santal. & spodij, ut ipsi volunt; præ-
fertim biliosis affectibus & corporibus vtenduntur, quibus eximia
eius caliditas & siccitas nocentissima est: nec timendum est ne non fa-
tis vacuet, ea quantitate, qua ab authore præscribitur; maximè quia bi-
liosus humor facile fluit. Satius autem est scammonium præparatum eā
mole, quam præcipit author, sumi, quām minori, scilicet 3. j. ut vult Iou-
bertus cum eo qui marginales in Nicol. annotationes condidit, non
præparatum: quē enim efficax erit tunc electarium, auctum subdupo
scammonij pondere; minus tamen noxiū, & effrene, ob correctionem, *Cord. Ioub.*
quām illud Iouberti. De spodio etiam certatur, volentibus aliquibus ut
ex ebore factum sumatur: Rondel. verò, & melius, ut antispodium ex
cythonijs, aut myrthro, cum Dioscoride: conuenientiora enim sunt hæc,
maximè cythonijs, ad scammonij, & bilis acrimoniam retundendam, &
ventriculum roborandum.

Elettariū Diacartami, Arnal. de Vilano. D.N.P.

Accipe medulla seminis cartami, specierum diatragacan. frigidi her-
modactil. *An.* 3. ss. mellis ros. col. carnis cythoniorum, & sacchari
candi. *An.* 3. j. turbith albi drach. vj. diagrydij drach. ij. gingib. albi,
mannæ granatae. *An.* drach. ij. sacc. **Q.** S. fiat electarium solidum secun-
dum artem. Nulla est adeo frequens, nec adeo varia compositio. Hæc ta-
men quam damus, correctior est, plurib[us]que placet: mirū tam
quām inconcinnam habeant, ut omnes alias, Luminare maius. & Thesau-
rus aromat. Cronenburg. aliam Nicoli Florentini tradit, quæ à nostris
Pharmacopœis non paratur. Rondeletius licet hanc probet, in nonnullis
tamen omnibus alijs repugnat: scilicet quod Cartami (cum Leplei-
gnio) 3. iiiij. (sed potuit librarij error esse, qui pro 3. posuit 3.) diagry-
dij, (malè etiam Cordus huius 3. vj. ponit) 3. ij. sacchari candi 3. vj.
& manna 3. j. præscribat. Nec etiam necesse est eius consilio anisum,
aut scenicum addere, propter flatus; quos satis discutit zingiber, tur-
bith, & scammonium ipsum. Ergo nihil immutandum à descriptione
Nicolai, quam tradidimus, & cui consentiunt Fuchs. & Ioubert. & secun-
dum quā à Pharmacopœis nostris paratur. Ego ordinem solū mutauī,
ut à basi inciperem, & quæ eadem dosi præscribuntur non dispersa, sed
eo niuncta essent, & à maioribus ponderibus ad minima sensim deuenie-
re mus: quæ methodus optima est, & obseruanda in medicamentorum
descriptionibus,

*Electarium de Citro solutium
D. Guid. à Cauli.*

Tract. 7.
dict. 1. c. 2. **A**ccipe corticis cierrj sacc. candi, rad. buglos. An. 3. j. 2. ingib. alb. 3. l.
conserv. ros. florum borrag. pulu. diatragacant. frig. An. 3. y. dia-
grydij 3. iiij. turbith 3. iiiij. senne 3. v. panis sacc. 3. x. Fiat electarium in
tabulis, ponderis 3. ls. quæ est iusta dosis. Nil frequentius hoc electario
viurpatur à Montispeliensibus medicis: & tamen variè ab eis describi-
tur, vt constabit legenti Rondel. descriptionem. Nos hanc tanquam
vulgatiorem, & authoritate Guidonis certiorem, nobiliorēmque cum
Iouber. delegimus. Dicitur autem de Citro solutuum, ad differentiam
alterius non solutiui, quod à Ioanne Damasceno præscribitur. Cito-
rum præstantius hoc multò & securius est diacartamo ad febres, propter
conservas, quæ catharticorum malignitatem redundunt, neque febrem
acuunt. Possimus tamen aut hoc, aut illo carere. Atque hæc sunt Ele-
ctaria cathartica solida, quibus hodie utimur. Accedamus nunc ad
Cardiaca.

Electarium Diarrhod. Abba. D. N. P.

Acciperosaram, sacc. candi An. 3. j. 3. iiij. santali albi & rubri An. 3.
ij. ls. gummi arab. iragacan. spodijs An. script. duos; asari, majich.
nardi, succi glycyrrhi. croci, cinnam. cardam. xyloalës, cariophyll. Gallie
mosc. anisi, fænic. rhabarb. sem. basilico. berber. scariola, portul. papau. alb.
melon. cucurb. cucum. citrul. An. 3. j. ossis de corde ceruï, margarit. An.
3. ls. camphora gran. viij. moschi gran. ij. ls. Fiat puluis, qui excipiat
syr. ex aqua rosarum. Hæc est legitima Nicolai descriptio, quam sequun-
tur omnes, excepto Iouber, in camphora solum, cuius grana duo tantum
præscribit, nescio qua ratione diuidens camphoram in quatuor portio-
nes æquales, vt notat alter ipse in margine: cùm tamen reliqua integris
ponderibus authoris numeret: nisi timeat eius grauem odorem; quem-
admodum & Dessenius; qui etiam ob eandem rationem, & moschum,
& Galliam hinc eliminat. Sed ab alijs, & à communi vsu reprobatur
uterque. Porrò Eleætarium hoc in maximo est apud nostros vsu: non
autem illud Mesuæ, nec Myrepfi, quod frustra huic præponit Fuchsius,
cùm in eo recipiantur papaueris semen, & mandragora, haud commoda
cardiacis medicamenta. Dictum porrò putant ab Abbe, hoc est præ-
fecto collegij, qui id composituit.

*Electarium Aromaticum Rosatum
Gabrielis D. M.*

Accipe rosarum drach. xv. Glycyrrhi rec. mund. drach. viij. cinnamo. drach. v. ligni aloës santali machazari, id est citrini An. drach. iii. gummi arabi. tragacan. An. drach. ij. ℥. ij. Caryophyll. macis An. drach. ij. sr. spicę drach. ij. nucis moscha. cardamo. galange An. drach. j. Ambre ℥. ij. moschi ℥. j. Fiat puluis, qui excipiatur syrupo rosato. & syrupo corticis citri. An. Q. S. Mesues in forma molli id parari volebat: potest tamen & dura, si syrupi æquis partibus in electarij solidi consistentiam coquantur. Sed satius est saccharum dissoluti aquâ menthæ, aut absynthij, ut vult Rondel. Frequentissimum est hoc tempore electarium istud; reliqua huius nominis non parantur. Quamvis autem Monachi in receptario correcto, habeant gummi arab. & tragacan. An. drach. iij. scrup. ij. tamen eis resistunt Mesuei exemplaria, & omnes authores. Potest tamen librarij error fuisse, qui vnam addidit inopinè. Sed in spica maior est dubitatio, asserentibus ijsdem Patribus, in Censura, haberi in correctioribus exemplaribus, spicę ℥. ij. quos sequuntur Cordus, & Lepleignius: his autem repugnant omnia Mesuei exemplaria, Sylvius, Nicol. Præf. Rondel. (hic etiam malè addit *Macer*) Fuchsius, Ioubert. & non videtur tam parua quantitate prescripta spica, ac si aut præciosissima, aut odoratissima, aut formidanda esset. Ergo communem sequemur descriptionem. Describuntur, præter hoc, multa alia aromatica ab authoribus, quæ non sunt in vsu.

Electarium Diamargariton frigidum.

Accipe Santalo. omnium, rosarum, violarum, seminis melon. munda. pastillorum Diarrhod. N. An. drach. ij. ossis de corde cerni, spodijs doronici roma. been. alb. & rub. spicę nar. Ana script. duos, rasure tub. sapphiri, hyacinthi, smarag. sem. acetosę, endiuę, auri purissimę An. drach. sr. Caphure gra. v. margarit. integr. & perforat. ligni aloës, ambre gris. An. ℥. sr. mosci gra. ij. Fiat puluis, qui excipiatur saccharo dissoluto aquâ ros. Hæc compositio est absque certo parente: proindeque varie à multis describitur. Videtur tamen hæc, quam tradidimus, optima esse: & à Fuchsio, Iouberto, & Leiplegnio (quamvis hic alijs ponderibus tradat nonnulla) cœteris præponitur. Dicitur autem à margaritis, quas recipit. Porro qui doronicum suspectum habet, ut Mathiol. potest pro eo, dimidium galangæ accipere, cum Nicolo in Lætifican.

Electarium de Gemmis.
D. M.

ACipe margaritaro drach. iiij. sapphiri, hyacinthi, sarda, grana-
ti, smaragdi, cinnamo. galanga, zurumbeth. An. drach. j. ls. ze-
doar. doronici, cort. citri, macis, seminis ocymi caryophyllati, ambe
An. drach. ij. coralli rub. charabe, limatu. ebor. An. D. ij. benni-
bi, rubri, caryophyl. zingib. piper. long. spica, folij, croci, heu iadt
cardamo. An. drach. j. ligni aloës, throckifse. diarrhœd. An. drach. vi.
foliorum auri, argenti An. aurei semissim: moschi drach. ss. Fiat pul-
uis: ex quo cum melle emblico. & melle ros. col. equis partibus. Mesu.
molle electarium facit: nos verò cum saccharo aquâ ros. dissoluto solidū
efficimus. Est autem maxima circa simplicium pondera inter autho-
res dissentio. Primum enim, quamvis in antiquis Mesu. codicibus
legatur, *margari drach. ij.* & ei lectioni abstipuletur. Sylui. Lepleig.
Ioubert. Monachi tamen, plurium veriorūmque exempliarum fi-
dem sequuti, contendunt, drach. iiij. legendum esse; & his contenti-
tunt Nicol. Præp. Cordus, & Fuchsius. Secundò, *coralli, chara,*
& *eboris* An. drach. j. D. ij. præscribunt Cordus, Lepleig, Ioubert.
pro, drachmæ unius partes duas; vt habent vetusta Mesu. exemplaria,
Nicol. Præp. Sylui. Monachi, Fuchs. & Duffenn. Tertiò, Cord. &
Fuchs. sumunt auri, & argen. An. D. ij. cùm tamen Aureum pen-
dat sesquidrachmam, secundùm omnes; & proinde semiaureum va-
leat D. ij. grana v. singulis scrupulis grana viginti assignando, vt ho-
die fit: & sic habet Duffenni. Quartò denique Ambram perperam sub-
ticuere, aut oblii fuere Monachi: Cordus verò cùm eam recensuerit,
quantitatem obmisit. Constat itaque nos, ex omnibus, electar-
ium hoc legitimè descriptissime. Quod quidem, et si poterat dici Dia-
margariton, à margaritis, quemadmodum superius, vt vult Ioubert.
meliùs tamen vocatum est, de gemmis, quas plures recipit quam
illud.

Electarium de Hyacintho vulgare.
D. Jouber.

ACipe Hyacinthorum, coral. rub. boli arme. terre sigill. An. drach.
iiij. ss. Grano-tineto. radic. tormentil. dictam. sem. citri mund. croci,
myrrhe, rosa. rub. Santalo. omni. ossis de corde cerni, cornu cerni vſi,
sem. acetosæ, portul. rasuræ ebor. præp. An. D. iiij. sapphiro. smarag. lapi-
topazij, margari. serici crudi, foliorum auri, argenti An. D. ij. cam-

phor, moschi; ambra cruda An. grana v. cum syrupo de limon.
fia mollis confectione: aut cum saccharo rosaceâ dissoluto, Electarium sa-
lidum. Nostri Pharmacopœi hanc confectionem mollem seruant:
et que valde frequens, quamvis à nullo antiquorum tradatur. Nam
ea quam describit Luminare maius, ab hac valde differt.

*Electarium Latitiae, dictum Galeni.**D. N. P.*

M.C.

Accipere succi pomorum dulc. odorifer. succi cydonio. succi florum bor-
rag. vini veteris, seminis basiliconis, croci, zedoar. xylobalsæ. caryo-
phillo. cort. citri, galanga, macis, nuc. mosc. styrac. calam. An.
drach. ss. anisi, rasura eberi, thymi, epithy. An. drach. j. ossis de corde cer-
vi, margari. ambra, moschi, camphore. An. drach. ss. anri, & argenti
sacerorum. An. D. ss. sacc. quod sufficiat. Hæc Nicol. Præpos. ad ver-
bum, duplicato tamen pondere, & diuerso aliquantulum ordine.
Qui quidem alteri Nicolao refert hanc descriptionem, nescio cui:
sunt enim plures huius nominis; scilicet unus, Myrepus cognomi-
natus, Græcus author: alias Alexandrinus, quem aliqui eundem
cum illo censem; alij verò vt Dessenius ubique, diuersum faciunt:
alius est qui antidotarium, quod habetur ad finem operum Mesuei,
in magnis voluminibus antiquis, Platearij commentario auctum, com-
posuit: quartus denique est Præpositus. Ut ut autem sit, perperam
Galen attribuitur confectionis huius inuentio: cùm nec in eius ope-
ribus legatur, nec ipse plurima, quæ hoc electario recipiuntur, sim-
plicia nouerit; alia etiam nunquam in medicamenta recipiat, ut au-
rum, argentum. Conueniunt omnes cum Nicolao, excepto Ioubert.
qui male carbobalsæ, posuit, vbi caryophill. habent alij: camphoram
quoque eadem ratione qua suprà, ad grana septem semif. reduxit.
Peius Fuchsius pro ea, Nymphæam substituit. Præter rationem etiam
Cordus auri & argenti An. D. j. legit: cùm Præpos. cuius ille des-
criptionem per medium secat, non plus ponat. Iam de modo com-
ponendi controuersia est. Qua enim ratione delcribit Præpos. nec in
tabellas, nec in opiatam, aut mollem confectionem reduci potest. Neque
verò placet etiam quod Ioubertus dicit, cum eo succo posse confici
electarium in tabellis & cum saccharo, sine igne: id enim vix fieri
potest & propter succorum paruitatem, & puluerum ariditatem & mul-
titudinem. Nam non benè recensuit & numerauit simplicia, dicens, pul-
uerem pendere vncias duas minùs granis decem: cùm tamen pendeat
vncias quatuor minùs granis duodecim cum semisse, etiam secundum

cius descriptionem: secundum verò Præpositi, vñcias quatuor & grana decem. Ergo, siue molle, siue durum electarium conficeret velis, satius est, cum Cordo, sumere succorum singulorum æquales partes, quantum sufficiat ad dissoluendum saccharum, & coquendum. Denique, quod benè aduertit Iouber. in margine; Græcorum epithymum, hoc est thymi flores, hic accipere oportet; non Arabum Catharticum. Atque hæc circa electarium istud exponenda videbantur. Quo tamen carere facile possumus, vbi superius de Hyacintho abunduerit.

Electarium Diatamarōn D. N. Myrep.

Accipe carnis Thamarōn id est dactyliorum, cinnamo. & caryophillo. An. drach. iiiij. Ð. j. grana xvij. antophyllorum, zingiber. An. drach. v. Ð. j. gran. xvij. ossium dactyl. galange, spicæ, zedoar. costi, pyreth. coral. rub. tragacan. rhabonti. salinæ id est spicæ celti. anacardi. carpobals. anisi, baccarum juniperi. An. drach. j. Ð. ij. gra. viij. pipis longi, albi, nigri. An. drach. j. Ð. j. gra. viij. limature anni pari, argenti, ossis de corde cerui. An. Ð. ij. ls. blattæ byzan. margari. imig. parfora. An. Ð. ij. rasuræ eboris moschi. An. Ð. j. gra. viij. ambra. Ð. j. melis, aut sacchæi Q. S. Esse compositionem hanc Pœnorum inuenimus, constat ex dictione, Thamar, (qua illi Dactylos, à Græcis ita vocatos à digitii similitudine, denotant, vel testantibus id Lusitanis dactylos vulgari idiomate tamara vocantibus, propter consortium, quod longo tempore cum Arabibus habuerunt) & Antophyllorum, (quos Nicol. exponit grandes caryophyllos, maturos, nucleo intus duro, bifidoque) vtraque barbara: & vsu auri, argenti, moschi, ambræ, margarita. ossis cordis cerui, zedoar. galangæ, anacardiorum, & blattæ bizantiæ: quorum alia veteribus omnino incognita, alia ad medicinam nunquam vocata. A tamariis etiam nomen lumpit confessio: vnde Diatamarōn dicenda, non verò Diacomeron, vt Actuarius, nec Diameron, vt Latini nicolai codices habent: quod inepti quidam interpretantur, hominem à morte ad vitam reuocans. Et hac eadem ratione nos Nicolai ordinem prætermittentes, à Tamariis incœpimus. Cœterum non conueniunt in descriptione authores, nec ipsem Nicol. eandem habet Græcè, & Latinè. Nos tamen Fuchsium, & Ioubertum sequuti, partim ex Graco, partim ex Latino, hanc consarcuiimus, seruatis tamen & ponderibus, & simplicium numero: in quibus ambobus deficit Cordus, album corallium addens, & diuersis ab utroque codice ponderibus vtens. In Præposito, Lepleignio, Luminari maiori, & alijs, ijdem sunt defectus.

Notandum

Notandum etiam est male Cordum pro Rhapont. accipi iubere Rhabarb. cùm vulgare rhabont. aut radix centaurij maio. sumi debeat. Quoties autem auri & argenti limaturam exposcunt authores, satius Fuchs. est foliatum vtrumque miscere, & quia limatura fundum petit, difficile miscetur, difficilius alteratur, & denique cùm hæc potius ad ornatum commendationemque, quād ad utilitatem præscribantur, foliata potiora sunt, vt pote perspicatoria & visui magis patentia. Portò si mollem compositionem efficere velis, melle, vt habet Latinus codex, aut Rhodomelite, cum Actuario: si verò tabellatam, saccharo percocto pulueres excipies, nec minus etiam in molli forma confici potest cum saccharo soluto Q.S. vt vult Græcus Nicol. Nostri Pharmacopœi solidâ formâ parant, vbi opus est; puluerem tamen semper habent in officinis.

Electarium Diamoschi dulce,

S amarum.

D. M.

Accipe moschi ȝ. ij. margarita. alba. serici crudi vsti, Carabæ, coralli rub. An. drach. ij. ss. Croci, doronic, zedoaria, lignis aloës, macis An. drach. ij. Gallæ moscha. ocymi citrati, zingib. cubeba, piper longi An. drach. j. ss. been albi, rubri, folij, spica nar. Caryophyllorum An. drach. j. Confice cum melle crudo, quod sit quadruplex ponderis omnium, & conde vase vitro. Amarum verò efficies, si superioribus addideris. Aloës bene lotè drach. iiiij. absynthij, rofarum An. drach. iiij. cinnamom drach. ij. ss. Castorei, & Keifun, id est Leuisticæ An. drach. j. Sic habenda est hæc compositio ex correctione Monachorum; quos sequuntur Fuchs. & Dessen. Antiqui enim Mesuæ codices, Sylvi. Cota. & Iouber, malè habent Galliam & ocymum eodem pondere cum margaritis. Parum tamen refert utro modo conficias; nec enim illorum aucta quantitas nocere potest. Magis mirandum est, Iouber. præter omnium exemplarium fidem, moschi drach. j. ȝ. ij. petere: præsertim cùm Gallæ, quæ plurimum habet moschum, drach. ij. ss. præscribat. Sylvius etiam aliter atque omnes alij, in amaro, cinnamomi tantum habet drach. j. ss. Cæterum Electarium hoc à moscho denominatum est: proinde nos à moscho voluimus inchoare; & reliqua sex ordine ponderum disposuimus, vt nostri moris est, non authorem imitati. Facile autem Confectione hac carere possumus, vt etiam consulit Rondel. in tanta aliorum muscatorum copia; & quamuis

Eeee

§86 Examen Electariorum solidorum, Lib. IV.

à Mesuæ filio in mollem confectionem instituatur; nostri tamen Pha-
macopœi dulcem cum saccharo in tabellas digerunt: amaram vero non
parant.

FINIS.

Lauds Deo virginique Maria.

Q V I D?





FRANCISCI SANCHEZ
DOCTORIS MEDICI,
ET IN ACADEMIA
Tolosana Professoris Regij.

IN LIB. GAL. DE
Pulsibus ad Tyrones
Commentarij.

CAP. I.

Tex. Quæ interest Tyronum &c.

Et omnis quidem calor cœlestis origine; proinde que peregrinus, apud nos quicumque errat. Quare cum ad principium & fontem suum perpetuo nitatur, viam affectat liberam, quæ si illi denegetur, suffocatur. Eget etiam continuatione cum superiori, ut viuat. Hac etiam si priuetur, interit. Verum eauendum etiam est, ne à superiori multum vincatur; tunc enim in illum totus abit, & ab eo absuntur, nisi aliquid eum in subiecto retineat: imo & à seipso nimium auctus exardest, nisi frigidiusculo aëre ventilatus moderationem naturalem conseruet. Sed & præter id non potest apud nos manere, nisi pabulo aliquo foueat, alaturque. Et id ergo si desit, volat: & si abundet, aut aliquid aliud extraneum, opprimitur. Prop. ^{a De Causis.} ut hæc omnia data sunt perfectioribus animalibus & respiratio & pulsus, ^{respir. de} Quæ quidem duo licet eiusdem finis gratia facta, sint diuersis tamē fiunt ^{utile respir.} instrumentis, & modis, & temporibus, & denique à varijs facultatibus; ^{de usu puls.} 7. v. sup. 10.

cum respiratio à musculis & pulmonibus manifestè, longis intervallo, & facultate animali libera fiat: pulsus vero à corde & arterijs, occultè & obscure frequentiori motu, tandemque coacta & necessariâ vitali posture. Sed de respiratione alibi latius, diffusiusque lib. de caus. & de usu resp. De pulsu hoc opere succinctè & quasi adumbratè tradit Galenus tyronibus, quæ diffusè valde libris de Differ. puls. quatuor, de Cognitione eorumdem totidem, de Causis, alijs quatuor, & denique de Præcogni. ex pulsu totidem. Ita ut sit hic liber quasi epilogus & epitome illorum: proindeque nos etiam succinctè, quoad eius fieri possit, elucidare eum conabimur. Pulsus ergo nomen primum Hippoc. in ar-

1. Dif. puls. tem inuexisse afferit Gal. & post eum omnes; artem autem & pulsum cognitionem & præsagationem aut non perfectè tenuisse, aut neglexisse; saltem non tradidisse. Quamvis autem iam ysu factum est vt omnibus flat me. nes noscant quid pulsus nomine significans, neque propterea videatur lib. alim. lib definienda res ipsa, maximè tyronibus, vt vult Gal. a. tamen, præterhum. 2. Epi- missis tot definitionibus quot ille tradit & reiicit toto lib. 4. de dif. dem. scit. 5. Puls. non inutile erit ad vitandam homonymiam, hanc vulgatissimam anim. mor. 8 pulsus definitionem ab eodem Gal. b. etiam probatam in medium ad 2. 4. dif. puls. ducere, scilicet quod sit motus cordis & arteriarum sensu percep- vlt. bilis.

b. 2. Loc.

aff. 3. 4. dif.

puls. 3.

Eandem pulsandi rationem.

7. Anat. adm. 15. **H**oc est eundem modum, eumdemque tenorem inter se, vt cum una arteria attollitur omnes aliae eodem tempore attolluntur, cum deprimitur, deprimuntur; quum resilit, repetit, deficit, omnes aliae similiter resiliunt, repetunt deficiuntque, neque est in aliqua disparitas vlla ab omnibus alijs in pulsatione. Duo tamen hic excienda videntur: primum quod non cum cor attollitur, arteriae quoque attolluntur, sed contrà deprimuntur, attolluntur vero cum illud deprimitur: idque fit ut cum illud se contrahendo, spiritus in arterias transmittat, illa se extendendo, eosdem recipiant & attrahant facilius; quemadmodum contrà dum illæ attractum diastole aërem in cor contractæ eructant, id se extendendo eundem commodius excipiat, contrà ac censebat Archige-

Usu puls. 5. nes. Secundum est, eundem esse tenorem in omnibus arterijs, iisdem 4. dif. puls. tamen & corde per se tota similiter dispositis. Si enim aut cordis partes 6. 8. inter se dissimiliter habeant in temperie, & arteriae dissimiliter à corde, 3. presag. 2. aut impedimentum aliquod inter cor & arterias intercedat, aut arteria aliqua aut pars ei propinqua peculiari aliqua intemperie aut affectione alia præter naturam occupetur, vt phlegmone, dispare erunt inter se arteriarum pulsus. Ergo verum quidem est cor & arteria eandem habere pulsandi rationem in genere, & specie pulsus, non tamen in ordine motuum & quietum. Atque hæc est communis opinio. Quæ tamen non ab omnibus probatur, neque caret difficultate.

etum & ipse Gal. dubius videatur, ut qui 7. Anat. admin. 14. hanc attin-
get questionem, neque definit; & rursus 6. vsup. 2. videatur asserere
eandem esse cordis & arteriarum diastolem, & 3. Prælag. pulsi. 2. Sed in
pulsuum compendio aliud sentire videtur: at *a* negant librum illum esse a Thom. &
Gal. qui contrariam sententiam superiori fouent. Cūm vero tota con- *Veiga.* in
trouersia sit de facto, *b* non de iure, rationibus non pugnandum esset sed *Art. parv.*
experimento. Quod cūm non certum habeamus, ad rationes necessariā *c. 34.* *b* 7. *Anat.*
confugimus: in quibus tamen non est cauillandi finis. Porro allatus *adm. 8. 9.*
locus Gal. ex Prælag. pul. hoc asserit, si manum vnam admoureas ad fini- *6. vsp.*
stram papillam, aliam verò carpo, sensurum te eodem tempore ictum in 14.
vraque manu. Huic vero experimento respondent alij, ictum qui senti-
tur in papilla sinistra, fieri à mucrone cordis se protendentis in longum,
quæ est illius coactatio & sistole, vt ipsem Gal. vult; prouindeque cum *6. vsp. 8.*
sistole cordis conuenite diastolem arteriarum, quod volunt. At huic ex-
positioni, quæ est in authore compendij pulsuum, aduersatur locus ex 6.
vsp. 2. in quo pulsuum qui sentitur in sinistra papilla, fieri à sinistro
cordis ventriculo manifestè dicitur. Sed id videtur difficile intellectu;
quamvis enim dixerit idem Gal. eodem loco, cor medium omnino te-
nere locum in thorace inter lœvum & dextrum, anterius & posterius, su-
periisque & inferius, tamen idem 7. Anat. admin. 6. apertè dicit, cordis
solam basim in medio positam esse, totum verò ipsum cor & maximè
eius mucronem ad sinistra tendere. Cui etiam loco adstipulari videtur
alius 6. vsp. 7. vbi ait, de eius mucrone loquens, *Ora verò ipsa inferior,*
processus est fortis & densus, qui simul quidem velut operculum ventriculus
ipsius est simul etiam quasi propugnaculum totius cordis, ne forte in vehe-
mentioribus motibus violenter incidens prepositis thoracis ossibus impediatur,
atque adeo afficiatur nonnunquam, &c. Hæc Gal. ex quibus, & loco in
quo sentitur hic pulsus, qui & satis ad inferiora, & ad lœva est & anterio-
ra respectu medij thoracis, videtur mucronem hic potius sentiri quam
ventriculum; qui superior est, & dexterior iuxta situm à Gal. illi assi-
gnatum. Præter id quod, nisi mucro antrorum vergeret, sed deorsum re-
ctâ, non posset vñquam incidere prepositis thoracis ossibus, vt hic vult
Gal. Sed & vñs magna arteria aut aortæ, & trium valuarum aut mem- *6. vsp. 14.*
branarum *orij uero id* intus foras vergentium id videtur indicare. Si enim *10. 11.*
verum est aortam arteriam ad excipiendos à corde spiritus & sanguinem
spirituositum, per vniuersum corpus deferenda, factam esse, & valvas ita
comparatas, ne fanguis idem & spiritus rursus in ventriculum cordis
remearent: Prætereaque dum contrahitur cor, à se reiçere, dum verò
dilatatur, ad se trahere, & recipere; magis consonum rationi videtur
eius contractioni respondere arteriarum distensionem, vt & illud simul
valvas aperiat, & spiritum & sanguinem se contrahendo foras in aortam
ejciat, & illa tunc se distendendo, & ad se missa trahat, & facilis recipiat,
& post recepta se contrahendo ijsdem impellat & claudat mem-
branas, ne intus in cor subeant fanguis & spiritus: consonum magis in-

quam id quidem videtur quam, cor distentum cum arterijs simili posse gnare de attractione, in qua quum ipsum vincere debeat, quia fortius, 3. Nat. sat. superest id potius ab arterijs, quam eas ab illo sumere; periculumque incurrere, ne vas hinc inde diuulsum laceretur, quod valde in vasis pulmonis timebat Gal. nisi his datę fuissent valua. Sed haec nunc sufficient, 6. V sup. 10. & seq. 15. Si enim rationes omnes alterius opinionis diluere tentem, prolixus nimis sim, praesertim cum litigandi nullus sit finis, ut dixi. Quare per me licet vnicuique eligere: & donec contrarium edoceat experientia, haec sint ita constituta.

Harum dum valet animal.

Qvia non decuit nos perpetuo dolorē, aut saltem pulsus triduum seruire, propterea que natura amplum spatiū arterijs omnibus ad pulsandum, liberūmque reliquit: quod vbi impedimento aliquo occupatur, aut affectum aliquem in se habet arteria, tunc in pulsu dolor sentitur, qui pulsatilis aut pulsatorius propterea vocatur, ut cum phlegmone laborat pars, aut arteria ipsa. Quod si vehementer emarcuerit corpus, mirum tantam esse maciem, & in tanta macie tantam superesse vim arterijs, ut ea quae est secundūm dorsum, ultra intestina quae ei superstans, sensum mittat. Sed credendum est Galenum id aliquando vidisse.

Neque honestius.

Honestas plurimum Medicum decet, ut testatur Hip. non solum in lib. de Medico & de habitu & incessu, sed & in tactu, & alijs omnibus rebus pricipue decenti oratione, verò erga fœminas.

C A P. II.

Distendi Arteria.

Timeo. 2. **P**LATO & Hippoc. pristinique Philosophi & Medici, & venas & arterias venarū nomine designabant, ut ait a Gal. Postea verò eas que Hippoc. & pulsant solum, arterias vocarunt, alias verò solum venas. b Constant a Plato 9. & tem arteriæ dupli. tunica, quarum superior crassitie similis est vena tude Fæt. for. nicæ; inferior verò quintuplo aut sextuplo crassitie duritięque venarum 9. lib. quod tunica superat, ut Herophil. placet c quia sanguinem subtilissimum, spiritusque continere debebat & qui motu cieretur perpetuo. Vena verò animi mor. 8. b. 7. Anato. vnicam tantum habent tunicam, quia solum sanguinem, eumque transducere admissum. 5. 6. sum deferunt, spiritusque aliquos etiam crassos.

Vsup. 11. 10. 17. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.

In omnem dimensionem.

Dimensiones propriè in solidis inueniuntur corporibus. In cauis autem impropiè corpus concavum cùm vacuitate intus contenta dimensiones efficit. Sed videtur dubium quomodo vna sine alia possit esse in pulsibus dimensione. Nam secundū naturam existente pulsu, fieri non potest quin secundum totam arteriæ longitudinem fiat pulsatio: cùm autem arteria non crescat secundū longitudinem in perferitis viris, nullo etiam modo quæcumque intercedat causa, longior fieri potest pulsus. Quo modo igitur moderatè habebit in omnibus dimensionibus sanorum pulsus? Difficile verò est intelligere longitudinem augerisne aut latitudine, aut profunditate. Sed latitudinem quid vocas in concauo corpore rotundo? Depressionem in quodcumque latut. Ergo quæ arteriæ facies digitum tangit, potest esse angusta, quia compressio facta fuit à lateribus: vocabisque tunc fortasse, ut hic vult Galen, angustum pulsum. Ego verò dico latum, si respi-
cias duo alia latera; quemadmodum superficies lata dicitur habita-
ratione extensionis suæ, non stricta, quia eius extrema, quæ sunt
lineæ, sunt angusta. Præterea, vt nuper dicebam, corpus cauum or-
biculare, si quocumque ex latere prematur, fit latum. ^a Quod si vndiqua-
que extendatur dilateturque æqualiter arteria, iam non latum, sed al-
tum efficiet pulsum; aut simul altum latumque, quod antea dicebamus.
Sunt hæc & multa alia difficultia in pulsibus. Dicendum tamen, nos non
considerare omnium arteriarum longitudinem, latitudinem, & profun-
ditatem, sed huius vel illius arteriæ, verbi gratia carpi, in Dione, bene ha-
bente, & extra omnem tum internum tum externum motum, qui pulsus
alterare possit. Huius perspectâ naturali arteriæ constitutione longo
tempore secundū omnem dimensionem quam illi permittunt partes
subiacentes, adiacentes, superiacentesque, vbi præter naturam Dion ha-
buerit, videndum est qua in dimensione peccet pulsus, & quantum.

^{2. Caus.}
puls. 13.
^{a 1. Pres.}
puls. 3.

^{2. Dign.}
puls. 1. 2.
^{1. Praesag.}
puls. 12.
^{2. Caus.}
puls. 13.
^{2. Praesag.}
puls. 11. 10.

Distendi sanè quam moderate.

QVanta sit in dignoscendis, discernendisq; pulsibus & eorum causis
& præfigijs difficultas, vel ipse Gal. & omnes alij ostendunt in hoc
principiū fundamento quod iaciūt, scilicet cōsiderandū esse ante omnia, ^{2. de Dign.}
moderatum pulsus futurum regulam & normam aliorum omniū. Hunc
verò inueniri in homine moderato, quē Gal. descripsit, media in atate, ^{puls. 2. & 3.}
vere medio eoque temperato, regione temperata, & nisi id sufficiat, horā
circiter nonā ante meridiē, sereno cœlo, nec nimis saturo, nec ieuno ni- ^{deopt. corp.}
mis homine, nec onusto excremētis, nec omnino vacuo, nec dormitante, ^{conf. de}
bona habita. ^{& 2. Tem-}
nec post multas vigilias, nec deside, nec nimis exercito, nec curis, studijs, ^{per. 1.}
animiq; pathematis agitato, nec omnino ab his vacuo, moderatè enutrito;

denique in medio omnium rerum , & si ita velis in media aëris regione,
aut melius in medio cœlorum constituto. Talem autem hunc pulsum
non semel, sed multoties tangendum esse à medico non quocumque, sed
doctissimo, ingeniosissimo , exacto prædicto sensu tactus, subtili cutes-
tentè valde , cùmque alijs conditionibus , quas omnes percurtere lon-
gum esset Quæ omnia an vnquam contigerint, nescio, quemadmodum

x. San. tu. 8. & perfecta sanitas : ita vt videatur Gal. nobis ideam potius moderati
pulsus describere velle quām rem naturalem & possiblēm, quemadmo-
dum si quis pulcherrimam fœminam ante oculos ponere velit, ex omni-
bus colligat quod in quoque membro formosissimum sit, ex hisque om-
nibus fœminam compingat , qualem non vidit vnquam sol, qualēque

Plin. 35.
nat. hist. 9. Zeuxis Iunonem Laciniam pinxit. Quid ergo faciendum? An quia valde
a 2. Dig. difficile est ac fortasse impossibile hæc omnia inuenire , vt idē Gal. iu-
pul. 2. dicat, desperandum est de cognitione pulsuum ? Et si non Galenum ip-
sum assequi possimus hac in arte, eam propterea omnino vitabimus? Imo
eum imitantes, multorum bene valentium pulsus, considerabimus cum
plurimis ex supradictis conditionibus quoad eius fieri possit, maximè
verò eorum quorum sanitati præficiuntur ; vt ex omnibus ideam quan-
dam moderati pulsus nobis constituamus, in memoriāque conseruemus,
ad quem reliquos conferamus. Maximum ergo hac in re, vt & in tota
arte medica, pondus habet exercitatio assidua, qua adeo non solum me-
dicos, sed & alios decet, vt Tyberius sexagenarium medico manum por-
rigere vetaret, vt qui tam senex naturam suam cognoscere deberet: aut
cuius tam senis naturam medicus exploratam iam deberet habere, nec
egere nunc arteria.

Qui auctus in omnem partem magnus.

*V*Idetur magnum pulsum moderato postponere, cùm hic dicat ma-
gnum pulsū in omnibus dimensionibus à moderato ad magnitu-
Et i. Pres. dinem deflectere : suprà verò dixerit , dum animal naturalem statum re-
pul. 1. tinet, arteriam pulsare quām moderatè. Ergo qui magnum pulsū ha-
bet, non retinet naturalem statum , atque subinde aut æger est, aut non
Lib. 1. c. 3. æque sanus vt ille. Sed his aduersatur quod idem Gal. ait de causis pul-
4. & de sum, pulsū magnum fieri à valida facultate, molli aut saltem non du-
Presag. cit. rā arteriā, & vsu auctō, scilicet calore, quæ omnia videntur hominem non
Art. med. c. solum sanum ostendere, sed valde sanum. Sed dic, quemadmodum tem-
peratum corpus magis resistit omnibus morbificis causis, & meliores ha-
2. Temp. 1. bet omnes operationes generaliter intemperato, ita etiam moderatus
pulsus vniuersaliter melior est magno : nam in illo nihil est quod cul-
pes, in hoc saltem calor auctus damnandus est: & facultas etiam valida
x. Aph. 3. aliqualiter suspecta est , vt in athletis. Quemadmodum etiam iuvenes
2. Aph. 39. robustiores sunt senibus , & tamē sèpius grauiusque ægrotant.

C A P. III.

Proprie ad motum pertinet, &c.

VNA QVAE QY E pulsatio aut pulsus vnuſ cōſtat duobus motibus contrarijs, duabūſque quietib⁹. Primus motus eſt quo arteria mo-
uetur à centro ſuo ad circumferentiam: qui dicitur diaſtole aut extenſio, elſque p̄cipiuſ & à facultate totus. Huic ſuccedit quies externa. Nec enim ad centrum potest iterum moueri arteria, quin priu⁹ quiescat quantumcumque tempore: cūm duo ſint contrarij motus, ab internis ad extēta, & ab externis ad interna. Ab hac quiete ſequitur contrarius priori motuſ, qui dicitur ſiſtola, aut contractio quæ fit & à facultate, & ab arteriæ graviitate. Huic denique connexa eſt quies interna & motuſ huic, & quieti externa opoſita. In motibus ergo quantitatem conſideramus p̄mū propter ſpatium: locus enim in quantitatis p̄diciamento po- nitur: ſpatiuſ autē quod percurrunt arteriæ quaſi locus eſt. Longū p̄- tere, latum & profundum ad quantitatem ſpectant. In quocumq; ergo horum tres ſunt species pulsus, longus, breuiſ, medius aut moderatus: la- tus, ſtrictus aut anguſtus, medius: altus, humiliſ, medius. Præter ſpecies autem has quæ à motuſ quantitate & ſpatij ſumuntur, aliæ ab eiusdem motuſ qualitate trahuntur. Idem enim ſpatium ſi percurrat aliquis bre- uori tempore quām aliud aut quām ipſem, motus ille dicitur celer, aliud verò tardus, & aliud qui medio tempore, medius inter celerem & tardum. Atque hæc circa motuſ conſiderantur. Circa quietes verò nil aliud p̄pendi potest quām mora qua quiescit arteria: quæ ſi magna fuerit, neceſſe eſt motuſ rariores eſſe: ſi parua, frequentiores: ſi media, mediocres in raritate & frequentia. In iectu deinde quo arteria mota di- gitum impet, conſideratur qualitas alia quæ non eſt de natura motuſ, ſed mouentem cauſam arguit. Si enim fortiter digitum percutiat, pul- ſus hic dicitur violentus ſeu vehemens: ſi debiliter, remiſſus, ſeu langui- dius: ſi mediocriter, medius. Præter id in eodem iectu ſentitur aliud quod non eſt etiam de natura motuſ, neque mouentis, ſed motuſ arteriæ conſtitutionem oſtendit, ſcilicet mollicies, duritię ſque, & media inter utrumque conſtitutio; iuxta quam pulſum molle, durum, mediumque dicimus. Eſt & aliud quod in pulſu etiam notamuſ extra hæc omnia, quodque contenta intra arteriam deuotat: ſecundū quod plenum pulſum vocamus, vacuum & medium. Atque hæc ſunt communiorum, ſim- plictorūque, & ſingulorum pulſuum ſumma genera. In quibus con- tinentur multæ ſpecies, de quibus Gal. lib. de Differ. pulſ. conſulendus eſt. Sunt etiam hæc ſatiſ tyroni ad intelligenda quæ hic ſcribuntur.

C A P. IV.

Intervallo, quietem inter duos ictus.

QVIA fuerunt multi qui negarent percipi posse sistolem seu contractionem arteriæ, ideo nunc Gal. pulsum vnum facilioris doctrinæ gratiâ ex duabus tantum partibus efficit, vnam ponens diastolem, vbi arteria tangentem digitum ferit, altera totum reliquum quod intercedit usque ad secundum arteriæ ictum, quo iterum digitum pulsat: quæ secunda pars duas quietes & sistolem sub se comprehendit.

C A P. V.

Æqualitas & inæqualitas, &c.

OPRIME quidem dixit Arist. Notiora naturæ minus nobis esse nota, & contraria: & alibi, intellectum nostrum se habere ad naturæ secreta quemadmodum oculus nocticoracis ad lumen solis. Sed quid opus fuit dicere oculum nocticoracis, immo oculus acutissimus cuiuscumque Aquilæ vel Lyncis, nedum hominis. Si enim oculum ad solem fereno cœlo dirigas, primo intuitu saltem eius orbem vtcumque vides: si diutius paulò intuearis, iam non orbem sed radios solùm & lumen: quod si adhuc aspicere perseveres, non lumen, non radios, sed tenebras pro luce habebis, dolorisque pro voluptate, cogerisque tandem solem vitare vel inuitus, nisi cœcus fias, quod aliquando contigit. Sic etiam si corpus magnum tibi offeratur, videbis illud facile, si diuidas, minus facile, si peruereres diuidendo, tandem aut valde difficulter videbis, aut nullo modo, ut de lineis ab Appelle in tabula ductis narratur. Sic intellectus humanus obiectum aliquod illi propositum primo intuitu vtcumque apprehendit: vbi vero diutius contemplatur, aut in penitiora penetrare vult in minutissimâque secare, tunc iam hallucinatur, cœcutit, somniat, & denique evanescit in cogitationibus suis. Id contingit in pulsibus. Quæ hactenus dicta sunt & si obscuriuscula sint, nec ab omnibus confessa, tamen vtumque capiuntur: quæ autem & hic nunc sequuntur, & in libris alijs de Pulsibus maximè in libris Præfagationum, nulla est mens quæ capere possit: & quamuis capiat, fictæ res ab acutiori ingenio potius videntur.

quam veræ; quemadmodum acutior auditus audit aliquando quæ non sunt, qualis erat cuiusdam qui cœlorū harmoniam se audire affectuerabat. Quæ autem potest esse in pulsibus tanta æqualitas ut nihil in eis variet? cum nihil tale sub cœlo esse possit: aut qui tam exactus sensus, qui parnas inæqualitates comprehendat, aut subtilis mens quæ causas detegat & his portenta præuideat? Sed dicamus tamen quæ primas frequentioresq; inæqualium inordinatorūmque pulsuum differentias manifestent Tyronibus. Quæ hactenus dicta sunt pulsuum genera in uno solùm pulsu considerantur: quæ vero sequuntur nonnulla in uno, & etiam in pluribus considerari possunt, vt æqualitas & inæqualitas: alia in plurimis tantum, vt ordo, & ordinis perturbatio. Si quidem pulsus secundus, 1. Diff. tertius & alijs sequentes primò in omnibus æquales sunt, æquales dicuntur absolute hi pulsus. Dico autem in omnibus vt motibus, quietibus, longitudine, & cæteris omnibus hactenus enarratis. Si vero unus alteri in uno aut pluribus æqualis sit vt in longitudine, & quietis externæ morâ, in his quidē dicitur æqualis, in alijs vero inæqualis cū adiectione eorum in quibus æqualis aut inæqualis est. Quod si in omnibus variet pulsus ab alijs, hic absolute dicitur inæqualis. Atque æqualitas hæc dicitur collectiva aut in aceruo, quia in multis collectiū pulsibus spectatur. Est autē alia simplex æqualitas, quæ in quolibet cōsideratur pulsu: cāque potest aut esse absoluta & simplex, vt si æqualis sit vterq; motus inter lē, æquales etiā quietes ambae, æqualiter item longus, latus, profundus, & sic de omnibus alijs simplicibus generibus; aut cū additione, vt æqualitas in motibus, aut in quietibus, aut in longitudine, aut in duobus, aut pluribus, & sic dealijs. Sic etiam est inæqualitas absoluta in uno pulsu, quādo non sunt duæ tantum res quæ conueniant & sint pares. Hæc de æqualitate & inæqualitate. Iam de ordine, & ordinis perturbatione. Genus hoc in pulsibus tantum inæqualibus collectiua, inæqualitate obseruatur. Si enim duæ aut tres pulsationes sint inter se inæquales, rursusque succedant aliæ tres primis tribus æquales, cum eadem inæqualitatib; proportione, & sic semper, dicitur hic quidem pulsus inæqualis, sed inordinatus in inæqualitate. Quod si non hoc modo sibi respondeat, dicitur inæqualis & inordinatus. Inter inæquales collectiua inæqualitate est Decurtatus μύουρος dictus, qui est cum primo pulsu secundus, est hoc tertius minor est sensim. Quis tandem quiescat, myurus aut decurtatus deficiens est. Si in eadem maneat paruitate consistens myurus, dici potest. Si iterum increbat, vocatur reciprocus. Inæqualis qui nullam seruat æqualitatem, si uno iœci aut pluribus priuetur, inæqualis deficiens dicitur: si iterum tedeat, inæqualis reciprocus, aut deficiens inæqualis reciprocus. Inter hos sunt intercurrentes, in quibus cū non separetur pulsus, micat: & intermittētes contrarij, in quibus inter duos unus intermittit prater spē. Est deniq; Hecticus dictus qui in hecticis reperiatur, firmā habens in inæqualitate æqualitatē & constantiā vt & hectica ipsa febris. Atq; hæc sunt inæqualitatis in aceruo nominata. & prima genera. Quorum omnium tot

2. Pres. 4.

sunt subdivisiones, genera, & species, ut vix eas memoriam tenere possit,
lib. Diff. quas ad fastidium usque Gal. persequitur: & quae magis ab ingenio ex-
 puls.
infrat. 14. cogitatē videntur iuxta temporis & aliarum rerum quae in pulsu sp. con-
 trahunt, mensuram, proportionem, & complexum mutuum, quam ab **plat.**
n. 6. tractat: cum, ut idem Gal. a restatur, non solum quas ille tradit, sed mul-
 tæ aliae excoigitari possint. An tamen multum conducat exquisita haec
a 1. Differ. inquisitio sanè dubium est. Interim quia hæc Tyronibus sufficere vi-
Puls. 13. dentur, imo & fortasse iam in arte proiectis, ad capitum octauum (sextum
 enim & septimum exposita nunc sunt) declarationem accedamus.

C A P. VIII.

Vt vermiculans, formicans, &c.

OPERAE præsum est, quando hoc capite Gal. aliquas recenset pul-
 suum nominatas species, ultimam huic materiae de pulsuum diffe-
 rentijs imponere manum, & omnes quæ nomine inuenire obiter percur-
 tere. Diximus de inæqualitate in multis pulsationibus. Dicamus nunc
 in una. In una ergo pulsatione infinitæ pene contingere possunt inæqua-
 litates in motu eodem, ut diastole, aut sistole, eius principio, progressu,
 fine, quietibus, complexu motus unius cum alio, & quietis cum quiete,
 & motus cum quiete, eadem arteriæ parte, aut diuersis, in eius substantia,
 contentis, situ adiacentibus, idque in longitudine, latitudine, vehemen-
 tia & omnibus alijs generibus simplicibus primò enarratis. In quibus
 tot rhythmis constituit Gal. ut musicus vix tam exactè ore aut auro tempus
 metiatur & proportiones: & quamvis multi sistolem sentiri vlo
 modo posse negent, & idem Gal. concedat internam quietem & circa
 eam ultimum tempus contractionis, & primum extensionis difficile ad-
 modum percipi posse: tamen circa hæc omnia admodum anxie multa
 ille inquirit & tradit ut vix credi possit. Dicamus ergo. Inæqualitas in
 uno pulsu vel sentitur secundum eamdem arteriæ partem, vel secundum
 diuersas. Secundum eandem vel in eodem motu vel in varijs: item & in
 quietibus. Et in his omnibus vel in magnitudine, vel in vehementia, &
 alijs generibus. In eodem motu & in eadem parte arteriæ inæqualis
 sentitur Intermittēs, vel Intercisus, Caprizans, Innūs & Circumnuens,
 Decurtatus, & Dicrotus. In varijs arteriæ partibus Vndosus, Cōnus, Vibrat⁹,
 Serratus, Vermiculās & Formicās. Præter hos omnes est qui De-
 ficiens absolutè dicitur, qui omnino deficit suo tempore, Intermittens
 etiam dictus. Intercisus ergo aut Intermittens est in quo ubi arteria in-
 ceperit extēdi, in media quasi diastolis via subsistit, atque inde rursus mo-
 tū incipiens diastolē absolvit. Quod si prima pars motus tarda lāguidaq;
 erat, secunda autem celerior, violentiōr, Caprizans hic pulsus dicitur.
 Si verò antequā digitū arteria feriat, intus quasi plicetur, nō interrupens

motum quiete, Innuens & Decurtatus: quod si circa internam quietem idem efficiat, Circuminuens vocatur, estque Decurtatus magnitudine ex utraque parte. Dicrotus contrà, in quo post absolutam totam dia- stolem & factum ictum, parua interposita quiete, subsequitur fistole: cuius nondum absolute toto tempore solito, à media quasi via repetit arteria digitumque iterum ferit, quemadmodum quum quis malleum ad incidentem impingit, resilit malleus, aliisque ictum, leuiorem ta- men, facit, item & tertium minorem, ex scipso sine primi impul- sois actione: sic aliquando Gal. bis repetere arteriam vidi. Porro hi ^{r. Diff.} secundum totius arteriæ longitudinem sentiuntur in inæqualitate æqua- ^{puls. 15.}
 les, & secundum omnes eius partes, eodemque similiter tempore: qui vero sequuntur in varijs arteriæ partibus inæqualitatem ostendunt & in tempore & in violentia; & in corporis arteriæ constitutione, & deni- que in situ. Undosus ergo est in quo pars arteriæ una digitum unum tangit satis distenta & mollis, pars sequens sequentem digitum vix tangit subterfugiens, rursusque tertium digitum subsequens alia arte- riæ pars in undam sublata impellit, & sic deinceps. Vibratus hoc mi- ^{2. presag.}
 nor est in ictibus, sed quemadmodum hasta vibrata, plures arteriæ par- ^{puls. 12.}
 tes attollit, & plures deprimit, frequentius fortiusque. Huic similis quidam est qui dicitur Tremulus, sed infrequentior, & qui arteriam habeat molliorem, facultatem debiliorem, & graciliorum corporis ha-
 bitudinem. Conuulsuus minus conspicuè arteriam vibrat, sed tanquam fides contenta ab utroque extremo, & quasi conuul-
 sus nesus modo deprimit, modo attollit eandem. Serratus autem est in quo partes arteriæ tanquam serræ dentes duræ ex paruis interuallis sentiuntur. Vermiculans, quasi eruca & vermes alij multipedes, aut lambrii, qui undatim progrediuntur, sic undatim procedit secundum longitudinem arteriæ, nec differt ab undoso nisi magnitudine. Quod si brevis sit pulsus ut unum aut alterum digitum tantum feriat, Decurta-
 tus hic dicitur longitudine in una pulsatione: aut si prima pars arteriæ primum digitum fortius feriat quam secunda, & haec quam tertia tertium vocatur Decurtatus vehementiæ. Formicans denique omnium pulsum minimus, qualis inter animalia censemur formica, ut illa minutissime secundum minimas arteriæ partes mouetur, deprimiturque leuissime, fre-
 quentissimeque, ut palpitare videatur potius arteria, quam moueri. Atque haec de differentijs pulsum dicta nunc sufficient. Accedamus ad differentiarum causas.

C A P. IX.

Quando multis modis pulsus. &c.

V^t morbum (qui nihil aliud est quam excessus à naturali constitu-
 tione actiones manifestè lādens) cures, necesse est excessus qua-

2. & 3. titatem noscas. Id verò fieri nequit, nisi naturalem simmetriam teneat.
Dign. puls. Hanc in pulsibus ut dictum antea est, quia non inuenire in aliquo individuo licet, ex multis colligere oportet. Id autem quamvis laboriosum valde difficulteque sit, tamen necessarium omnino est. Ad inividua enim omnia se conferre infinitum est. Sed præter id quantum fieri possit, eorum, quorum curam suscipimus, pulsus exploratum habere nisi id monitus scias, febre laborare iudices. Quando ergo unus tantum simmeter est & moderatus pulsus in tota rerum natura, quem nullus habet, sed eum tanquam exemplar ab omnibus colligimus, sequitur omnes hominum omnium pulsus ab hoc diuersos esse, variare, & mutari. Mutatio verò hæc alia homini vnicuique naturalis est; alia non naturalis, sed non adhuc morbosa; & præter naturam: quemadmodum absolutam sanitatem nullus homo habet, nec tamen propterea statim ægrotamus omnes, sed habemus quisque propriam naturam sanitatem; à qua si modicum immutemur, non quidem amplius habemus, sed non statim etiam ægrotamus; quod si magis ab ea impellamur, iam tunc laboramus. Quæ igitur pulsus à moderatione illo & idea immutant causæ, aut sunt eadem naturales pulsus cauli, aut non naturales, aut præter naturam & morbosa. Naturales sunt facultas vitalis in quoque homine, arteria, calor, & reliqua natura quæ intra hominem pulsus à moderatione illa summa deiecerunt. Non naturales sunt & res eadem naturales dum à natura sua aliquatenus deviarunt, & res illæ sex indifferentes non naturales dictæ, dum non multum naturalem constitutionem immutant. Præter naturam sunt eadem nimis austæ, & reliqua quæ in corpore præter naturam sunt. Ex horum igitur omnium vario complexu inter se, & ad stateram facta pensitatione, additisque alijs quæ ad hæc referuntur, vt sexu, aetate, anni tempore, regione, hominis conditione, & ante acta vita erit vicumque facile iudicare qualis pulsus esse debeat: & si talis non sit qualis decet, quantum à debita natura mutatus sit. Ut verò id commodius fiat Gal. communium quarundam naturarum pulsus nobis propunit sequenti capite, & deinde per non naturales & præter naturam dicens causas, pulsus generaliores cuiusque tradit.

C A P. XI

Viri mulieribus &c.

5. Aph. 16. M AIORREM, quia robustiores & calidores: vehementiorem, quia fortiores: paulò tardiorē, paulò: quia ratio he caloris maris & frigoris fœminæ non deberet tardior esse viri pulsus: sed magnitudo abunde sufficit temperando calori, quæ deficit in fœmina: in qua celeritas supplet defectum magnitudinis: satis rariorem, eadem ratione.

Calidiores natura.

Si quidem facultatis robur adsit, calor exuperans maiorem requirit pulsum ad sui refrigerium, celeriorem & frequentiorem, obtinetque talem nisi multum naturae modum excedat: vehementem autem non necessariò. Hic enim non potest nisi cum magno robore consistere. Quod si nimis abundet calor, non solum non vehementem, sed neque & magnum, at multo celeriorem frequentiorēmque habebit.

Graciliores.

Hil sunt ut plurimum calidiores. Sed cur ergo rariorem habent, 4. Aph. 6. Hecum calidiores frequentiorem, ut nunc diximus? quia cum excanes sint, patent magis eorum pori & subinde partes aëri peruiæ sunt.

Infantis pulsus &c.

QVIA qui crescunt plurimum habent calidi innati: senes autem 1. Aph. 14. quam paucissimum.

Pro anni temporibus &c.

CAUSÆ continentis pulsus sunt facultas pulsifica, arteria, calor. Reliqua omnia per hæc pulsū immutant. Facultas ergo per se magnum, si fortis violentum, si fortior sit, efficit: modò usus exposcat, & arteria non recuset: debilis verò paruum; debilior vermiculantem, debilissima formicantem. Arteria mollis molle, dura durum, plena plenum & tumidum & vndosum, vacua vacuum constrictum, obstructa iniquum, conuulsuum. *Calor ex se magnum, si aliquantulum excrescat, & facultas valeat nec arteria repugnet.* Si adhuc augeatur calor, nec facultas & arteria impedian, vehementem facit, & celerem, & frequentem. Quod si nimis sit calor, iam neque magnum, neque vehementem generabit pulsū, sed paruum, celerem tamen, & frequentem. His ergo expensis facile erit de atatibus, temperamentis, sexibus, regionibus, anni temporibus, omnibus denique rebus naturalibus, non naturalibus, & contra naturam iudicare quos pulsus quodque proferat. *Quod quia Gal. satis perspicue in sequentibus exequitur, non est quod de eo explicando amplius solliciti simus.* Sed satius est nominatorum illorum pulsuum causas à Gal. alibi traditas huc adferre, 2. Caus. scilicet Deficientis, Intercisi, Caprizantis, Innuentis, Circumnuentis, Puls. Dicoti, Vndosi, Vibrati, Cōuulsiui, Serrati, Vermiculantis, Formicantis,

Äequalis ergo pulsus fit vbi & facultas, & cor, & arteria, & vsum in omnibus æqualiter habent pro naturali ratione & modo. Inæqualis contèt vbi inæqualitas aliqua est in aliquo, vel in aliquibus ex his tribus, & ex alijs quæ hæc immutare possunt. Deficiens ergo aut intermittens pulsus pessimus est, fitque ab inæquali cordis intemperie, aut arteriarum, aut vtriusque, facultate debili, aut oneratâ humorum copiâ, aut crassit, quæ aut cor, aut arterias, aut loca circa easdem occupat, aut inflammatione, aut schirro in ijsdem partibus contentis. Quod si duorum pulsuum fiat intermissio, perniciosissimus hic est parùmque absit à morte pugnante scilicet cum morbo facultate, & sèpius fatiscente & vici. Eadem est & myuri, & intercisi, & caprizantis, & innuentis, & circumnuenti, & dicroti causa, sed maioris & minoris ratione, & aliquibus alij varia, cuas Gal. citatis conatur assignare, quibúsque magis credit mens quam ait atitur & acquiescit. Vndoso verò pecularis est multa humiditas & in corpore & in cavitate arteriæ contenta & in alijs corporis partibus, vt in hydrope citra tamen schirrum aut phlegmonem alicuius partis principis, & cum mollitie arteriæ & moderata facultate. Vibratus contrà fit à valida facultate, dura arteria, (renitit verò arteria si vel phlegmone, vel schirro, vel tumore alio, vel frigida vel calida & sicca intemperie, vel opilatione obsideatur) auctòque vis. Conuulsus verò & conuulsam ostendit arteriam, & conuulsionem neruorum portendit, & præcedit; quare ab ijsdem fiet pulsus cauis, à quibus & vibratus, sed fortioribus & conuulsio vera. Serratus habet quidem semper duritatem & siccitatem arteriæ comitem, & in eiusdem tunicis inæqualitatem. Vermiculans fit à debili facultate non valente totam arteriam simul distendere, sed per minutæ partes. Formicans denique ab extrema facultatis debilitate generatur, certissimumque est signum præsentis fati. Atque hæc breuiter dicta sint. In quibus tamen discernendis, & per ea de futuris iudicio ferendo maxima adhibenda est solertia, experientia, moderatio, pensatio. Contigit enim sèpe ut ex intermittente quis pulsu euaserit, & aliquando ex caprizante, quem medicus iudicans formicantem, de ægroti salute desperat. Ceterum quando tres diximus esse continentes pulsus causas, facultatem scilicet, arteriam, & vsum: harùmque trium facultas sit principalissima tum ad agendum, tum ad cognoscendum, tum denique ad prædicendum: & de arteria, vñque iam dixerimus: non erit inutile quæ si ista facultas, & vbi sita inuestigare.

De facultate pulsifica.

Lib. de vita & morib. DE pulsationis animalium efficiente causa dubitarunt olim philosophi & medici. Et quamvis Aristoteles & eius sequaces putarint arterias pulsare, quia cùm constent tunica dura, & continuæ sint cordis seneccit & de necesse sit hoc distento & illas extendi: tamen non soluunt questionem.

Cur enim pulsat cor? Præterea neque hoc dato sequitur quod volunt. *Spiratio.* &
 Nam & longè distitæ à corde tenuissimæ arteriæ pulsant eodem cum aorta tempore, quām tamen molles, & carne oppressæ non deberent pulsare; aut saltem non eodem tempore: & contrà vena caua pulsare debet, & aliæ grandiores; & multò magis vena arteriosa: contrà autem arteria venosa non deberet pulsare, propter molliciem. Quorum omnium contrarium experientia ostendit. Denique dubitatur adhuc num distento corde, distendantur arteriæ, aut contrà contrahantur. Minus verò etiam probanda est Erasistrati & Asclepiadis sententia, credentium in arterijs nil contineri præter aërem & spiritus, & in sinistro cordis ventriculo: quare per contractionem cordis expelli aërem in arterias, tuncque illas distendi ab aëre. Quamvis enim hæc sententia contraria sit illi Aristotelis, credentis simul extendi cor & arterias, tamen nec ipsa soluit dubium: quāram enim adhuc, quid est id quod contrahit, & diducit eorū: præter quām quod non possent omnes eodem simul & æquè impletiti tempore, propterea que citius pulsarent quæ vicinæ sunt cordi, tardius verò quæ distantiores, tardissimè quæ distantissimæ. Denique probauit Gal. in arterijs non solum aërem, sed etiam sanguinem naturâ continet; & vinculo arteriæ iniecto intromisso priùs in eam canali cessare pulsationem, cùm tamen aëris, spiritus & sanguis interim transeant. Tandem minimum habet probabilitatis Turifani cuiusdam monachomedici opinio, quod sicut cor ex ebulliente intra se sanguine pulsat, ita arteriæ ex ebulliente intrâ eas spiritu sanguini mixto: Cur enim non dixit cor ex ebulliente spiritu sanguini mixto intra se pulsare, quemadmodum arteria? An non cor author est spirituum? Sed quomodo ebullitio illa in corde adeo prudens est, vt tam moderatè attollatur, subsidatque, vt ne minimum quidem eueriet? Aliæ etiam rationes quæ contra Erasistratōs pugnabant, contra hunc quoque faciunt. Et quamvis Arist. vellet, (quod asserit Auerrous, eundem tamen male excusans, cùm ille aperte simpliciter lib. de spiratione, pulsus originem & causam tribuat sanguinis, qui in corde est, tumori, vt ille loquitur, & effervescentiæ) ebullientem languinem tantum esse iuuantem causam: tamen facilius est animæ arteriam moderari, quām sanguinem. Est ergo facultas aliqua quæ pulsationem in corde primâ & per se, in arterijs deinde communitate quādam & irradiatione facit. Sed quæ illa sit, aut cuius animæ, maius dubium est. B. Thomas in opere de motu cordis existimat animam non mouere cor mediâ aliquâ ex quinque suis facultatibus, vegetatiâ scilicet, sensitivâ, appetituâ, secundum locum motiuâ, & intellecituâ, sed per seipsum, sicut cœlum à forma sua, & leue & graue à suis ad certa mouentur loca. Et quemadmodum cœlum corporum nobilissimum motu circulari omnium perfectissimo mouetur, sic animal inferiorum corporum perfectissimum obtinuisse naturalem motum ab anima sensitiva quatenus sensitiva est, circulari simillimum in cordis pulsatione, sed interruptum quietibus: & quamvis motus animalium pendeat ab apprehensione, &

L. quod san.
in art. con.

liber sit ; tamen initium motionum omnium , hoc est motus cordis , in quod primum anima recipitur , à natura esse : Nam ita etiam reliquias potentias , licet sint voluntariae in processu operum suorum , initia tamen & veluti seminaria innata habere à natura indita , ut in intellectu assensus dignitatum , in appetitu appetitionem fœlicitatis : sic in motu corporis pulsationem cordis initium esse omnium animalium motionum.

Thom. Rod. à Veiga in Art. med. c. 32^e Hæc opinio quantumvis probabiliſſima sit , tamen his machinis ab aliquo addendus effet quartus motus , quo spiritus mouentur per corpus , & quintus quo sperma per deferentia vasa : non ergo est motus alimenti propriè , sed tractio , quæ fit sine partium motu vero & locali , de qua nunc agimus . Alias enim & vegetatiua facultas sub motuia quoque continetur . Vix etiam notare est magnum lapsum in uno ex his quin statim & alij motus lœdantur : nam pars paralitica nec bene nutritur , nec validè pulsat ; & qui atrophiâ laborat alicuius membra aut totius corporis , non libèrè nec mouetur , nec pulsat ; & denique si arteriam obliges , aut obseras , suppositum membrum mox motu , nutritione & vita priuabitur . Est enim homo viuum , & multa , vt dicebat Hipp. sed præter id spiritus vitales materiam esse animalibus spiritibus aiunt medici : quid ni ergo & cordis motus arbitriji motus erit prima origo , cerebrum autem secunda ? Secundò , aiunt , agnitus & assensus dignitatum naturalis conductus indagandis reliquis veritatibus , non verò pugnat cum processu , nec appetitio fœlicitatis : motus autem voluntarius pugnat cum inuoluntario . Sed nec id cogit ; eiusdem enim est facultas contraria efficere , vt vegetatiue alere & trahere sursùm deorsum , dextrosùm finistrorsùm , introrsùm extrorsùm : & trahere expelleréque : eodemque motu motricis localis ad contraria mouere : quare non impedit partem vnam huius mouere ex arbitrio , aliam sine arbitrio , & tamen cordis motum principium esse alterius , quemadmodum tractio principium est expulsione in vegetatiua . Nec mirum etiam est quod in initio erat voluntarium tandem fieri inuoluntarium , vt cum homo aut equus incipit currere , motus est voluntarius , postea verò fit inuoluntarius : nec enim sistere se possunt quum volunt . Contrà verò coactus motus & violentus in principio , fit in progressu naturalis & liber , vt in lapidis proiectione sursum , & cum bibimus . Quemadmodum vice versa motus fluuij aut riuiuli ad moletrinas naturalis , fit ingenio humano quasi voluntarius : sic etiam cerebrum naturalem cordis motum cum spiritibus suscepimus efficit arbitrium . Addunt tertio , si oportuit dari motum aliquem naturalem initium motus voluntarij , procedere

motum alimenti constantem ex tractu vtilis, & pulsu noxijs, & motu sursum pariter & deorsum. Sed iam responsum est, in alimento non esse verè motum, vt in pulsu, & ingressu: alijs plantas quoque moueri diceremus: præter id quòd etiam si hoc daretur, tamen hic motus nimis longè distat ab arbitrario: cùm inter vtrumque intercedat pulsatio. Quartò denique nimis inconsideratè obiiciunt, si est ab anima sensitiva, vt talis forma est, cùm informet totum animal, oporteret toti animali inesse motum pulsus, sicut toti cœlo & ciuiis parti eius inest motus circularis, & grauis partibus motus deorsum. Nam eodem argumento nos in illos vtemur, dum statuant pulsum esse partem facultatis vegetantis; ergo oporteret quoque plantas pulsare. Sed præter id non valet similiis argumentatio: si est visus ad anima sensitiva, vt talis forma est, oporteret toti animali inesse visum. Nam deest alibi oculus, quem si pes haberet, videret; & anima quæ est tota in toto, & tota in singulis partibus, quamvis in qualibet parte habeat suas omnes facultates tamen non eas exercet, nisi vbi debita obtinet instrumenta. Talpa ergo sub anima sensitiva continetur, & eius anima facultatem habet videndi, quemadmodum anima catulorum recens natorum, quamvis neutra nunc in actu exire possit. His ergo vbi D. Thomæ opinionem excusserunt, tallem astruunt, ex Auerroo, vim pulsantem esse partem facultatis vegetantis, & cùm vegetans sit communis plantis & animalibus, in illis reparare terream & aquam, quibus abundant, substantiam; in his verò præter hæc & aëream & igneum, quibus à plantis distinguntur: codéinde modo aërem in cor attrahi, & per arterias mandari villorum vi, quemadmodum solidum alimentum in hepar, & per venas. Sed huic videtur obstare, quòd efficientem causam à finali hauriant: cùm tamen eundem finem omnino contraria aliquando efficiant causæ. Sic enim dices & respirationem partem esse vegetantis facultatis, quando per eam reparatur aërea & ignea substantia in animalibus evidentijs, copiosiusque quam per pulsationem: & vinum, & iram, & saltationem idem esse, quia pulsus omnia pariant vehementer; & inanitionem & repletionem, quia vtrumque conuulsionem: & denique frigus & calorem, quoniam ambo febrem generant. Secundò, vera nutritio fit per ventriculum & hepar: per cùmque propriè reparatur quidquid in toto corpore & singulis eius partibus deperiit non solum terreæ & aqueæ, sed etiam aëreæ & igneæ substantiæ ingenitæ: quòd verò pulsu & respiratione attrahitur nil reparat eius quod de corpore absumptum est, proindeque abusiù nimis & methaphorice dicitur leuis hæc resocillatio, nutritio: sed solum calor nativus & infixus & magis etiam influens recreantur & fouentur pulsu & respiratione, & partes à putredine præseruantur, & ab excrementis expurgantur.

2. Colet. 7. 1

& partes à putredine præseruantur, & ab excrementis expurgantur. Tertiò, manca est similitudo illa ventriculi, hepatis, & venarum cum corde & arterijs, vt inde colligas eiusdem facultatis esse partes pulsus & nutritionem: nam & cerebrum quoque suos habet ductus nares, per quas trahit aërem ad nutrimentum spirituum animalium, arteriasque & venas per quas trahit sanguinem & spiritus vitales, ex quibus facit animales, & denique ventriculos in quibus concoquat & conficiat, & nutritios per quos tanquam per tubos eosdem spiritus deferentes sensum & motum impertitur toti corpori; nec tamen propterea cerebri facultas vegetatiæ pars est; nisi velis vegetatiuum, quia infima est & fundatum aliarum, eas omnes sub se complecti: quod tamen valde est absurdum. Quartò, ipsi sibi hanc proponunt difficultatem, quam tamen non soluunt, si est operatio vegetatiæ facultatis pulsatio, cur separantur medicis ceu variæ facultates naturalis & vitalis? Respondent, mentis separant, quia distant communitate, nam naturalis vis plantis omnibus simul & animalibus communis est, vitalis solis animalibus. At non, ne & plantæ viuunt? Anima omnis quatenus anima, est actus corporis potentia vitam habentis. Si dicas plantas viuere, sed non pulsat, ergo pulsifica facultas non est pars vegetatiæ, quando aliud est pulsare aliud viuere; aut si idem sunt hæc, cōmunia erūt omnibus quibus alterum competit. Quod etiam videntur istimēt confirmare, cūm alibi

I. Anim. 1. aiunt, vitam præcipue definiri nutritione: At non sola animalia nutritur, sed plantæ quoque: non ergo facultas vitalis solis animalibus communis est. Hæc videntur difficilia circa has opiniones. Quare si quis earum alterutram nolit recipere, hanc si velit, accipiat nostram. Cum tres sint summæ & præcipuae animæ species, aut partes, aut facultates; vegetatiua quæ alit, auget, & generat: animalis, quæ præter hæc, sensum & motum tribuit: intellectiua, quæ superioribus omnibus addit intellectiæ, & apertam ratiocinationem; primâaque continet sub se secunda, & ambas tertia tanquam trigonum tætragonus, non contrâ: cūmque pulsus sit manifestus motus localis saltem secundum pulsantia organa: neque ullo modo excogitari ille possit in plantis, imo, quod magis est, ne in multis quidem animalibus, nisi in perfectionibus; sub anima animali eum contineri potius existimandum est, quā sub vegetatiua, propter rationes dictas; aut quā sub intellectiua, quia multa alia præter hominem, qui solus intelligit, pulsu prædicta sunt: præter id quod intellectiua magis ad sentientem quā ad mouentem spectat. Huic sententiæ nil mihi videtur aduersari, quā quod motus animalis facultatis aut animæ arbitrarium & voluntarium deberet esse aiunt. Sed id non mihi necessariū esse videtur: imo quicunque motus manifestus ab intrinseca causa multiplicèque animam magis arguit quā alitio. At elementa mouentur quoque ab intrinseca causa, & tamen non sunt animata. Verū, sed simplici tantum motu, & uno vnumquodque naturæ suæ proprio & solùm cūm sunt extra

II. Anim. 2. que motus manifestus ab intrinseca causa multiplicèque animam magis arguit quā alitio. At elementa mouentur quoque ab intrinseca causa,

propria loca: pulsus autem duplice constat, perpetuo, eoque; inter se contraria, & arteriae etiam quatenus graue corpus. Multo verò magis ratione consonum videtur ut motus & voluntarius & non voluntarius sub facultate una aut anima mouente contincantur, cum qua in motu proxime conueniant, quam sub vegetante, à qua motu omnino distinguntur. Quod si arguas, ergo pulsu prædicta sunt omnia animalia, non fatebor, et si possem cum Gal. de Fœt. form. 9. sed dicam non sequi, nam & cum omnia animalia gubernentur ab anima animali, multa tamen sunt quæ nunquam mouentur motu locali totali ut ostreæ, vmbilici, mituli, & alia, quæ semper affixa sunt scopolis, quæque solùm mouentur partiali motu dum hiant, & clauduntur. Multa etiam sunt quæ tactu solo donantur, neque tamen propterea quæ loco mouentur, & quæ vident, audiunt, olfacti, & gustant, sub alia collocabis anima. Sunt in unaquaque anima, & in unoquoque animato, multi gradus perfectionis, qui non omnes sunt in aliquo alio quam in homine. Si adhuc instes, oportere saltem animalis eius quod pulsu praeditum est, partes omnes pulsare, non respondebo ut nonnulli, pulsare occultè, (id enim somniare est) sed non sequi; nam & quæ sensu prædicta sunt, non sentiunt ossibus & cartilaginibus; & quæ mouentur localiter, & respiratione prædicta sunt, non respirant pedibus: neque tam illa reijcies meritò ab anima aut facultate sentiente, & hæc à motrice. Est & aliud quod persuadere vtcūq; possit, pulsū anima motrice cōtinerti. Nā licet nō sit in potestate nostra omnino aut pulsare, aut non pulsare, quemadmodū respirare, tamē mediatè possumus pulsum aut accelerare, aut magnum aut paruum efficere, ut exercitio, vino, ira, mœstiā, inediā, laxitiā, amore, compressione spiritus aut frequentiā eiusdem, & alijs quæ sunt in manu nostra, ita ut si non in totum sit pulsus arbitrius, saltem non videatur omnino à voluntatis dictione liber. Accedit ad hoc, quod quamuis nobis dormientibus, & propterea nec scientibus nec volentibus respiratio fiat, ita propter respirationis necessitatem statuente & assuetā naturā, tamen non propterea non censemur respiratio actio facultatis animalis: sic etiam & pulsus licet nobis non volentibus fiat, animalis facultatis actio dici potest, ita cogente necessitate: præcipue cùm vtrunque eiusdem finis gratiā factum sit. Quod hinc etiam confirmatur. Nam licet actio muscularum oculos claudentium, ani, & vesicæ, sit omnino arbitraria, & animalis facultatis, tamen saepe in somno nobis intuitis laxantur illi, imò & vigilantibus cùm vrget necessitas; & si quis intentet oculis ictum, non est in manu nostra apertas continere palpebras. Quemadmodum contrà non licet nobis quotiescumque volumus egere, aut meiere, quamuis fiant hæc muscularis, nisi cogat necessitas. Necessest enim fortissima est omnium naturæ legum. Sed quid opus est adducere necessitatem? An non inter dormiendum mouemus corporis omnes partes, imò totum corpuss ingredimur, exurgimus, clamamus, & multa alia infici agimus liberae voluntatis & facultatis opera? Imò & vigilantes vix aut ne vix quidem possumus alijs flentibus, gaudentibus,

ridentibus, vomentibus, meientibus, non flere, gaudere, ridere, vomere, meiere : cùm tamen sint hæ omnes liberae actiones. Quid mirum ergo pulsus licet sit facultatis arbitriæ functio , sic virgente necessitate desinentem & coactum esse ? Sed potest adhuc obijci, si est pulsalis facultas pars animalis, cur à medicis diuersæ constituuntur ? Quia animalis amplior est , cùm in omnibus animalibus reperiatur ; vitalis aut pulsifica in perfectioribus solum : illa motum & sensum concludat, vitalis solum motum : illa motum voluntarium , & inuoluntarium ; pulsatis inuoluntarium tantum : illa præcipue in cerebro sedem habeat, sumitur enim à medicis animalis facultas strictè pro præcipua eius parte, quia sensum & motum voluntarium continet, ut sèpe nobilior species genitum nomen retinet) hæc verò in corde manifestè . Solent autem medici sensibus sèpe magis tribuere quam rationi , vt cùm morbum definitum, & sanitatem & neutram constitutionē inter vtrumq; medium ponunt, & cùm ad curationē ita conducit : conductus autē scire cerebrū esse partem in qua sedet mens, cogitatio, memoria, sensus, & motus voluntarius, vt in affectionibus horum cerebro prospiciamus : Cor verò pulsus authorem esse solum, non illorum, vt credidit Aristot. quamvis eadem sit facultas motrix quæ in cerebro sensum & motum voluntariū exercet, & in corde motum inuoluntarium. Sed querunt adhuc, cur vocetur pulsifica facultas vitalis ? Et respondent, quia vita præcipue definitur nutritione, & nutritio in animalibus alia est membralis alia spiritualis, & hæc magis necessaria est in animalibus, quæ fit in corde & arterijs, propterea vitalis dicitur. Ast nos iam supra diximus æquiuocè & impropiè dici alitionem & nutritionem eam quæ fit ex aëre, & per alias partes quam per ventriculum & hepar. Quare magis placet, quia in perfectioribus animalibus, inter quæ præcipuum locum tenet homo medici obiectū, vita præcipue cognoscitur præsentia pulsus, vt mors contraria absentiā: & quia ad sensum (ad rationem enim non minus continua est & necessaria vera nutritio, nec minus cessare potest calor innatus in depascendo, & reponendo, licet non perpetuò ingeramus, quam pulsus & respiratio) vita magis pendere videtur à respiratione, & pulsu quam ab alimento: & denique quia, ut experimento comprobamus quotidiano, cor est ultimum quod moritur in animali, & quod non potest leuissimas pati offensas saluā vitā, cùm reliqua omnia membra grauiissimas ferant superstite animali : cùmque idem cor sit principium & origo pulsus : ideo pulsifica facultas dicta est medicis inter omnes facultates vitalis. Hæc videbantur circa pulsificam facultatem dicenda. Quæ tamen iudicanda alijs relinquimus, & Academicorum more nihil affirmantes, cuique liberam eligendi potestatem concedimus.

Thom. à
veiga ubi
suprà.

Laus Deo virginique Marie.

Q V I D?



FRANCISCI SANCHEZ
DOCTORIS MEDICI,
ET IN ACADEMIA
Tolosana Professoris Regij.

IN LIBROS TRES
GALENI
DE CRISIBVS
Commentarij.

PROOEMIVM.

QUOD in magno mundo inter duas respublicas bellum, inter priuatos duellum & lis, id in microchosmo, homine scilicet corpore languido, ægrotatio est, Gal. Com. 2. in I. Epid. tex. 51.

Quemadmodum enim in bello, duello, aut lite duo sunt præcipui hostes aut inimici, qui certant de victoria, h[ic]que alios in subsidium vocant, sic in ægrotatione duo præcipui hostes; morbus & natura, quorum hæc in auxilium asciscit medicum, medicamenta, assidentes, & exteriora; ille autem eadem hæc omnia ad suas partes trahere conatur, præcipuè malum medicum, imprudentesque assidentes.

Et quemadmodum vbi rex vnum, pugil, aut litigator plurimum coni;
viribus, iure, amicisque aduersarium superat, breui illum vincit, debet
laetque uno conflictu, uno iectu, uno iudicio; aut etiam non expectato
conflictu aut iudicio. 3. Cris. 10. (vnde illud Cæsar, veni, vidi, vici) Si
verò ferè æquales sint, longè producitur bellum, duellū, aut lis, tardèq;
& aliquando citra certamen terminatur; eodem prorsus modo vbi aut
morbus multum naturam superat, vt ait Hip. lib. de Arte, aut ab ea
superatur, citò finitur aut cum insultu, aut citra eundem, aut salute aut
morte; vbi verò parum viribus differunt, longius protrahitur morbus,
variisque fortunâ nunc pro morbo, nunc pro ægroto inclinante victoriâ,
nunc leuibus certaminibus, nunc verò nullis manifestis, aut effatu dignis
pugnatur, tandemque soluitur aut morbus, aut vita.

Veluti etiam prouidus imperator non in luxu debet militem suum
habere, sed parcè alere, sic & medicus egrotum.

Et sicuti idem imperator debet saluti & vita militum suorum par-
re, & si possit hostem ad deditio[n]em cogere fame, à pugna, cædēq; abfi-
nire debet, ita medicus si conuenienti diatâ possit morbum oppugnare,
non debet ad medicamenta, multo que minus ad ferrum & ignem de-
cendere.

Et sicuti hostibus fugam simulantibus fidendum non est, ita etiam
nec morbo præter rationem sedato. 2. Aphor. 27.

Quemadmodum etiam in bello aciebus optimè dispositis plurima
fortuitò contingunt, quæ alteri victoriâ, alteri exitium pariunt, vt aquila
præteriolans, subitus ventus aut orta tempestas; sic in morbo terra-
motus, incendium domus, triste nuncium, hisque contraria, mortem
aut salutem adferunt. Idem etiam efficit in lite iudicium mutatio, aut
varia dispositio à rebus extra litem, vt ira, odium, misericordia, inuidia,
& similia.

Quomodo etiam in die pugnæ, & iudicij, in castris & foro magnus fit
concursum, perturbatio, strepitus, & trepidatio, finitòque prelio, & iudi-
cio sequitur lætitia lustusue; sic etiam instante Crisi totum concutitur
corpus, horret, tremitque, absolutâ autem, succedit aut gaudium aut
planctus.

Denique sicuti etiam in bello & duello, aut temerè & fortuitò, aut
indictâ die committitur pugna, & in lite ius dicitur aut extra ordinem,
aut certis quibusdam diebus, qui meritò iudicatorij dici possunt, sic
etiam in morbis aliquando fortuitò temeréque pugnatur incertis die-
bus, aliquando etiam certis & statutis iudicatur morbus, qui propterea
Critici, Crisimi, & Iudicatorij vocantur.

De Iudicijs ergo his & Crisibus libros tres Galeni enucleare hoc an-
no animus est, faueat modo indiuidua Trinitatis, intemeratae Dei geni-
tricis, totiusque cœlestis cohortis auxilium.

Quoniam autem fieri non potest, vt ait Gal. 3. Die. decre. 8. vt qui de
diebus decretorijs quidpiam referre aggressus fit, nihil de Crisi etiam
dicat,

dicat, vel qui de Crisi doceat, non etiam de diebus decretorijs verba faciat, ideo nos quæstionem hanc non solum medicis sed Philosophis etiam valde agitatam, nec, vt mihi videtur, hactenus satis discussam, de numerorum scilicet vi, hac prælectione quæm breuissimè fieri poterit ventilabimus, nec erimus vobis molesti, imò quia inopes nos copia facit, contrahemus multa in pauca, aut potius de multis pauca dicemus: si enim omnia vellemus, non sufficeret horula vna quæ nobis ad dicendum conceditur, sed nec dies, nec dierum quaternio, nec hebdomada, nec mensis, nec annus, de quibus omnibus necessariò agendum est.

Campum solum aperiemus, inuestigatoribúsq; canibus sensibus scilicet & ratione, veritatem, si poterimus, a latebris excitabimus, persequemurque, adiunctis etiam nobis sagacissimis molossis Hip. primo, summoque omnium Philosopho & Medico, Arist. Gal. atque etiam Pythagora numerorum auctore acerrimo, vbique quantum vobis visum fuerit sat cùcurrerimus, dato signo gradum sistemus, sequentibus diebus eius instituti vestigijs, nec vñquam tamen prehensuri: ipsa enim tanquam alter Proteus in infinitas mutata formas nos vbique deludet, tandemque cùm mordicus eam tenere cogitabimus, aut in profundum putoeum se immerget, aut in cælum aduolabit, nōsque aëra latratibus, hoc est disputationibus, ob eruptam faucibus prædam, replete deridebit.

Neque verò putetis rem esse parui momenti, quam mouemus, magisq; curiosam quæm vtilem, & dignam potius cōtentioso Philosopho quæm gravi Medico. Vt enim vobis demus, quamuis id concedi non debeat (quid enim utilius, quid iucundius, quid denique homo bruto, imò quid homini præstat quæm veritatis indagatione?) Vt tamen, inquam, hoc vobis obiter pro Philosophis respōdeamus, certè pro Medicis nunquam assentiemur inutilem esse & superuacuam numerorum hanc tractationem, imò valde necessariam, vtilemque, cùm ægrotō, tum verò maximè medico, & huic etiam insuper gloriosem.

Cùm enim ad morborum curationem vietus institutio præcipua sit, vt constat legenti Aphorismos Hip. & librum, de Vietu acutorum: vietus autem non possit ritè institui nisi præuisa Crisi. (si enim quartā die finiendus est morbus, vt in peracutis valde, in omnimoda abstinentia eibi & potus continendus est æger; si verò septimo aut decimo quarto, paulò liberalius cibādus, semper tamen circa Crisim subtrahendum cibo) sequitur necessariò neminem posse morborum medelam pro votis obtinere, quem futuræ Criseos tempus lateat.

Idem quoque de medicamentis dicendum. Ea enim nec instanti nec presente Crisi imperanda.

Futuram quoque Crisim præuidere, prædiceréque, ægrotō vtile est & Medico laudabile, vt ait Hip. i. Prog. i. sic enim Medicus & vietus, & medicamenta, vt nunc dicebamus, appositè præscribet, & eger maximam concipiet de scelici exitu spem, & Medico confidentiū se committet,

imperatāque adimplebit, eiūsque & ille & alij peritiam admītabuntur
prædicabuntque.

Iudicibus quoque nonne perutilis est hæc numerorum cognitio? Si enim verum est quod asserit Hip. libris de Carnibus, de Septimestri, & de octimestri partu, septimestrem vitalem esse posse, semestrem vero & octimestrem nullo modo, quantum hinc commodum iudicibus imo toti reipublicæ accedit, si amplæ hæreditates ijs quibus debentur conseruabuntur, impudicisque mulieribus eas inuadendi, peccandique via obstructetur? Huic etiam spectat de decimestri, vndecimestri, & duodecimestri partu quæstio. Sed iam rem aggrediamur.

Pythagoras maximus mathematicus tantum numeris tribuebat, vt diceret eos esse principia omnium rerum, & omnia ex numeris constare, faciebatque alios digitos, alios articulos, alios cōpositos, pares, impares, masculos, fœmellas, perfectos, imperfectos aliisque innumeræ numerorum species fingebat. Aduersus quem Aristoteles pluribus rationibus inuechitur, præcipue 13. Methap. quas nos nunc breuitatis causa præmittemus, & quia magis ad Philosophum, quam ad Medicum spectant, vnam verò aut alteram adjiciemus, quæ magis ad medicum pertinent.

Numerus non videtur esse aliquid Phisicum, sed solum ens rationis quomodo ergo aget in corpora nostra? Quod autem sit ens rationis constat ex eo, quod soli homines numerare sciunt ex Platonis sententia Ant. sect. 30. Problem. 5. Si ergo defint homines qui numerent, non erit numerus. Quod hinc etiam magis manifestum fiet; quid enim accedit quatuor hominibus, aut lapidibus si tu eos numeres? Et si unum adjicias, mutatur quidem numerus, quatuor autem primis quid additur? An non sunt eadem omnino res quæ erant antea?

Est & alia ratio, inter agens & patiens est analogia quedam, & genus & subiectum commune; nec enim album agit in dulce sed in nigrum; nec nigredo quæ est in corvo agit in albedinem quæ est in niue. Quo pacto igitur numerus quem ego mente conficio quémque vocant numerum numerantem, aget in corpora Socratis & Platonis febrentia numerata? Numerus quantitas est; quantitatis autem nulla est actio, sicut nec substantiæ, nec vlli alterius prædicamenti, nisi solius qualitatis. Nulla ergo est vis numeris.

Galenus autem noster quid ad hæc? Mirum quanta sit hominum cœcitas, quantaque cum superbia coniuncta. Vir hic eximio ingenio, multaque doctrinâ præditus, si quis alius, secundus ab Hip. Medicus secundusque ab Arist. Philosophus, nescit quò se vertat, omnia tentat, pulsatque sed nihil aperit. Aperiamus nos ejus inscitiam nostramque, vos verò radijs iudiciorum vestrorum tenebras nostras discussietis scientiamque nobis conciliabit scilicet.

Hic ergo primò tam sanctè colit Hip. suum, vt singula eius non solum dogmata, sed etiam verba tanquam oracula suspiciat, religiosèque interpretetur, adeò vt potius naturā ad eius sententias conforqueat, quād

huius sensa ad illam accommodet, nihilque est quod non fingat, ut illum ab erroris suspicione vindicet.

Deinde Pythagoræ eiisque sequacium sententiam fugillat. 3. Die. decret. 11. dicens, eos stupidos esse, nugarique cum aiunt, unitatem esse matris exortem, dualitatem vero esse spuriam, & unitatem esse formam, dualitatem vero materiam infinitam: deinde trinitatem esse absolutam harmoniam, vel numerum perfectum, aut primum, aut solidum, aut planum: multoque magis cum numerum aliquem vocant Mineruam, alium Dianam, alium Apollinem: & cum de Septimana agitur, addunt Pleiadas septem esse, & versus Septistellam, & Thebarum septem esse portas, & Nili septem ostia. Sed multo apertius c. 8. eiusdem libri eos subsannat, inquiens *omnia siquidem quæ de numerorum virtute nugantur, tam facile absurdæ esse deprehendimus, ut mihi subinde mirari subeat Pythagoram illum tam sapientem virum numeris tantum tribuisse.* Iam ergo videtis Galenum nullam vim numeris tribuere contra Pythagoram.

Videamus nunc & eum, & experientiam, magnam eisdem dare facultatem, deinde expendamus eius rationem. Idem ipse Galenus 2. Die. decret. 2. vbi dixit, quotidiano experimento constare septimo die Crisim esse tutam, simul & perfectam, notis praeditam & frequentissimam, subdit, *Aitque ego quidem in hac speculatione quiesco. Numeri vero ipsi agere naturam sunt, an ordinatos motus sequantur, non agere ipsi, verum substantias, quæ in temporis quodam spatio agunt, comitantes, Philosophis considerandum relinquimus.* Hac ille. Quomodo ergo qui nunc Pythagoram irridebat numeris facultatem tribuentem, iam dubitat num aliquam habeant, quæstionemque non audet tangere, & Philosophis discutiendam relinquit. Sed postea tamen tangit, malisque soluit, ut mox videbimus.

Principio itaque ostendamus, secundum eundem & Hip. sephenarium numerum magnam habere virtutem, idque experientiam constare ab omnibus cōprobata, non solum Philosophis, sed & Medicis, & vulgo ipso; reliquos autem numeros minus cognitos prætermittamus nunc. Habet autem vim sephenarius numerus in hominis generatione, in toto vita decursu, in sanitate, in morbis, præcipue vero acutis, atque etiam in cronicis & diuturnis.

In generatione quidem si Hip. credimus libris de Carnibus aut de Principijs (alijs enim inscripsere περὶ σφηνῶν, alijs, & inclius περὶ ἀρχῶν) & de septimest. & de octimest. par. atque etiam mulieribus, septimestris puer vitalis est, semestris vero & octimestris, nunquam. Septimo mense plurimi mouentur tentantque exitum naturaliter, in dictis alijs non nisi vi. Septimo mense à partu plurimi dentire incipiunt. Septimo anno primi dentes decidunt, aliisque subnascuntur. Decimo-quarto, qui est secundus sephenarius, tum mas tum foemina incipiunt pubescere, hircire, & ad generationem ferri, & virginis menses apparere, parante naturam alimentum fœtui. Eodem anno permittunt iura, ut audio, nuptias contrahere, (foeminis etiam ante, ob malitiam) tutorem reiijcere, res suas curare, testamentum condere, quasi etiam pubescente tunc anima.

Si ante id tempus quis epilepsiam, aut alijs affectibus detineatur, tunc sanatur, alias si vltre detineant, periculum est ne tota vita perdurent., Aphor. 28. & 5. Aphor. 7. sicut enim septimo quoque anno maximus calor is natui effulgescentia, quibus maxima contingunt in corporibus nostris mutationes. Hinc procedunt Climates anni per septenarium numerum ascendentes, adeo formidabiles formidolosis, diuitib[us]que. Atque hactenus de septenarij vi in sanitate.

In morbis vero, sed maximè in acutis, tam manifesta, tam valida, tam frequens, tam multis experimentis antiquorum, neotericorum, nostrorumq[ue] confirmata est septimi dici virtus in iudicandis morbis ut nihil magis ita vt meritò Gal. 1. Dier. decret. 4. eum Regi assimilet, vt in quo sunt infinita, tutissimæ, perfectissimæ, & maximè salubres Crises; & contraria sextum tyranno, quia in eo laboriosæ latiferæque. Secundum locum dignitatis obtinet decimus-quartus, qui est secundus septenarius, & finis verè acutorum.

Et hæc nunc breuiter dicta sint: properamus enim ad finem, quamvis vix à portu soluerimus, & hoc usque sub claro sole, tranquilloque mari nauigauerimus, deinceps autem in caliginosam lunam, aduersos collas. Etantésque ventos, tumidos fluctus, horridūaque scopolis pelagus ratem impellere cogamur, ubi fortasse veritas naufragium patietur, idque ob Gal. curiositate[m].

Hic enim cum numeris virtutem asserere nollet, conuolat ad calos, et septenarij vim inde hauriat, idque satis infeliciter, aitque lunam huius rei esse causam, quæ cum per zodiacum incedens proprio motu, quatuor recipiat præcipias mutationes, primam cum primum recedit à sole, secundam cum quartâ sui parte nobis lucet, tertiam cum plena est, quartam cum ad solem accedens iterum quartâ lucet, iisque sui mutationibus magnæ fiant in his inferioribus mutationes, fiantque ille septenarius diebus, ideo ex accidenti, numero tribuitur, quod causa, in quam cadit numerus, tribui deberet. **Hec Gal.** multis inculcat capitibus. Sed subeat mirari, quod ille dicebat de Pythagora, tam sapientem virum, tam fruillam rationem Crisium excogitasse. Hanc enim plurima euertunt.

Primò, aspectus illi triongi, tetragoni, & alij lunæ, astrologorum sunt mera figmenta. Nam cum illa sensim sine sensu continuò moueatur, continuò etiam in hæc inferiora aget, non magis uno die, immo nec uno instanti quam alio, nec postridie quadræ quam pridie.

Secundò, non potuit hactenus, nec poterit unquam ingenium & ars humana certò scire quantum tempus absumat luna, sol, & alij planetar[um] præcisè ut zodiacum percurrat proprio motu, quod Galen. ipse cogit fateri 3. Dier. critic. 9. dicens, exactam septimanam Deum solum nosse: nec enim integris diebus, quod ex Hippocr. notat Com. 3. Prognos. c. 2. mensis, nec annus numerari possunt, sed horæ aliquot, & minuta & secunda, & deinceps usque ad decimas minutiarum partes addere aut demere oportet, nec adhuc rem absolues, quin post

multos annos errorem deprehendas quod superioribus annis calendarij correctioni occasionem dedit, quæ tamen necdum absoluta est. Non ergo certum est lunam septimo quoque die magnas has efficere mutationes, sed potius septimo cum dimidio, si, ut aiunt, triginta dies insummat in percurrente zodiaco: & sic caderet crisis in octauum & esset laudata.

Tertiò, idem Gal. id manifestè confirmat: volens enim septimum semper diem criticum precipuum efficere, secundum lunæ suum motum per quadras, cogitur post decimum quartum, vigesimum primum criticum efficere, deinde vigesimum octauum, quod & Diocles, & alij volunt, sic enim additione septenarij procedit numerus. At Hip. eius Cynosura aliter numerat Aphor. 24. sect. 2. & in Progn. & Epidem. astruēs vigesimum, deinde vigesimum septimum. Quod ut tueatur Gal. mirum quanta fingat, ita ut nunc det lunæ tres dies occultationis, ut maneant vigintiseptem irradiationis, qui est Hip. criticus: alijs duos tantum iuxta Dioclem, & maneant viginti octo irradiationis. Sed longum esset hæc omnia minutum examinare. Pergamus ad alias rationes.

Quartò, deimus lunam his terminis maximas in sublunaribus facere mutationes, hoc erit generaliter in omnes, communēsque mutationes caloris scilicet, ventorum, pluviæ, & similes, ut Gal. ipse vult. 3. Die. criti. 5. Ad Theonem autem laborantem febre quid hoc attinet?

Quintò, necesse esset omnes ægros incipere conflictari incipiente lunâ ut septimo die crism cum lunæ quadra experirentur. Quotusquisque autem est qui aut tunc, aut aliquo ex alijs terminis affligi incipiat?

Sextò, decimus quartus dies esset præcipuus criticorum, & non septimus, eo enim die maximè in hæc inferiora luna agit, plurimùm nobis refundens calorem, & lumen.

Septimò, esto septimo die morbi incidente in aliquem ex his quatuor lunæ terminis, fiat crisis; quare potius laudata salubrisque erit quæna contraria? lunæ enim actio una & simplex est.

Octauò, si quis postridie nascentis lunæ incipiat ægrotare, primâ lunæ quadrâ aget diem sextum morbi. Cur ergo tunc non felicem experitur crism, si à luna pendet omnino crisis bona vel mala, & contrâ experitur malam, quia sextus est dies morbi? Numerus ergo est qui facit, non luna.

Nonò, si Socratis duodecimus aut decimus sextus dies morbi incurrit in aliquem ex illis quatuor lunæ terminis, cur non iudicabitur? verisimile autem est id sèpissime contingere, imò certissimum: & tamen Gal. asserit 1. Die. criti. 2. nullum se vnquam vidisse iudicatum illis diebus; neque Hip. eos inter criticos alicubi numerat. Numeris ergo est vis, non lunæ.

Decimò, silente lunâ nullæ fierent crises, certum autem est multorum ærorum incidere septimum, decimum quartum, vigesimum, &

alios iudicatorios dies in hoc tempus; & tunc etiam in sublunaribus maximæ fiunt mutationes dicente Galeno.

Vndecimò, Hip. ait morbos iudicari septimo, decimo quarto, vigesimo, qui eousque dicūtur acut; exin verò acuti ex decadentia seu transformatione, qui iudicantur vigesimo septimo, trigesimo quarto, & quadragesimo qui est terminus acutorum, proindéque in prognosticis edendis de vulneribus lethalibus, & ad secure pronunciandum de sanitate eorum qui peste laborant expeſtamus quadragesimum diem: posthac dicuntur cronicī seu diurni, iudicantürque sexagesimo, octuagesimo, & centesimo vigesimo. At hic nulla habetur ratio quadrarum lunæ aut lunarum, quæ non possunt incidere in hos terminos, sed numerorum.

Duodecimò, Demus has mutationes fieri in vna lunæ peregrinatione per Zodiacum, at quid septima luna valet in septimestri partu? omnes lunæ circuitus sunt æquales vi, nec est aliquis septimus in se, sed in hoc homine; & qui est huic septimus est alteri tertius, aut aliis. Idem dicimus de septimo & decimo quarto sole; omnes enim anni sunt similes: & tamen septimâ lunâ, & septimo anno, magnæ fiunt in nobis mutationes, ut dictum est. Numeri ergo est virtus, non lunæ, nec solis.

Multæ aliae rationes adduci possent, quas breuitatis gratiâ obmittimus, vnam solum addemus, quâ inscitia nostra redarguitur, retunditurq; superbia in inquirendis & afferendis rerum causis. Videns enim Gal. & qui eum sequuntur, ruere hanc lunæ structuram nisi aliquibus fulciret pedamentis, adiecerunt hæc fulcra, quibus tamen illa magis evenerit quam firmatur. Dicunt enim præter lunam ad efficiendas crises concurre etiam motum morborum, qui motus pendet à motu humorum, ita ut crises incident in dies quibus mouentur humores, ut verbi gratiâ in febre tertiana continua aut intermittente, crisis contingat in die paroxysmi, aut exacerbationis, non in die quietis, & sic de alijs. Sed fulcimentū hoc nouam excitat, imò veterem quæſtionem àque agitatam, àqueque haec tenus indiscrepantem atque hanc, de causa scilicet motus humorum, cur pituita singulis, bilis alternis, melancholia quarto quoque die moueat, quam Gal. libris de Feb. multis verbis longe prosecutus, sed non satisfacit, eamdemque obiter tangit 3. Dic. decre. 8. dicens, *Qua igitur causa sit, ob quam in acutis morbis tertio quoque die plurimum accessiones fiunt, in longis autem vel quotidie, vel quarto, non promptum est inuenire. &c.* Cùm ergo dicat Hip. I. Epid. Com. 3. tex. 13. morbos alios moueri paribus: alios imparibus diebus, ijsdemque iudicari, quibus mouentur, satius est à proxima hac & immediata causa repetere crisis rationem, quam à luna valde remota.

Sed & Hip. & Gal. eum sequutus Com. in 3. Progn. c. 1. tex. 4. dum volunt lunam cum morborum motu coniungere, seipso & nos in Cimmerias tenebras coniiciunt, & inextricabiles labyrinthos. Conantur enim septenarium cum quaternario componere, ita ut per quaternarium procedendo deueniant ad septenarium, quod cùm fieri nullo modo

possit; (duo namque quaternarij efficiunt octonarium) eandem vnitatem coguntur bis sumere, vt mox videbimus: quo quid potest esse faliacius? si quis in soluendo debito ita numeraret, an satisfaceret creditori? non mihi certe. Ita dato uno absurdo, plurima sequuntur.

Sed & præter id quamvis Gal. commentum de lunâ non recipiamus, Hip. ipse non valde certam nobis videtur præbere criticorum dierum doctrinam. Secundo enim Aphor. 24. ita ait, septenorum quartus est index. Alterius septimanæ octauus principium. Est autem & vndecimus contemplabilis: ipse enim quartus est alterius septimanæ. Rursus vero & decimus-septimus contemplabilis; ipse siquidem quartus est à decimoquarto (quomodo potest esse quartus à decimo quarto nisi item decimum-quartum numeres?) septimus vero ab vndecimo: & hic etiam vndecimum bis numerat.

Quarto autem Aphor. 36. habet, *Sudores febricitanti si incœperint, bini serio die, & quinto, & septimo & nono, & II. & 14. & 17. & 21.* (ecce quomodo iam non vigesimum semper criticum constitutus) & 27. & 31. Ergo non solù trigesimus est criticus, vt alibi. Rursus i. Epid. Com. 3. tex. 14. ait. *Est autē primus dies decretoriis circuitū qui diebus paribus iudicantur, 6.8.10. 14. 28. 30.48. 60.80. & 100. Circuitū vero qui iudicantur imparibus diebus, 1.3.5.7.9.11.17.21.27. & 31.* Ecce quanta cōfusio & varietas.

Quod si addamus quod Gal. addit libris de Diebus decret. quemcumque errorem commissum ab ægrotō in cibo, potu, somno, vigilia, labore, quiete, excretis, retentis, animi pathematis, aëre, imo & à medico, & ab affidentibus, & à fortuitis, crisi aut impedire, aut anteuertere, aut pervertere, quantam putatis in prædicendo suboriri difficultatem, quā paucāmque fiduciam & certitudinem? Et tamen vulgus exposcit à nobis vt & præterita auguremūr & quæ intra corpus sunt & fiunt exactè cognoscamus, & omnia quæ futura sunt, quæque Deus posuit in potestate sua, certissimè prænunciemus, aliàs nec morbum cognouimus, & ærum occidimus, quo quid potest esse iniustius?

Ergo missificiamus lunâ naturę typū, petamūsq; à sole naturę cōditore problematis nostri solutionē. Ante omnia autē agnoscamus conditamq; ingenuè infirmitatē nostram: verè enim sapientia humana stultitia est apud Deū, qui cōtrà superbis resistit, humilib⁹ autē dat gratiā.

Deinde supponamus, quod Gal. etiam asserit 1. Die. decret. 2. crises fieri singulis diebus, sed non æquales numero, nec ex æquali fide, sed alias bonas, alias malas, perfectas, imperfectas, tutas, periculosas; ita que semper obseruatū esse ab Hip. Diocle, Gal. omnib⁹que celeribribus medicis: & iuxta hanc rationem multos esse crisiū gradus dignitate varios, quos Gal. longā serie disponit. 1. Die. decret. 4. quōsque nos brevitatis gratia prætermittimus, medici autem ibi videre poterunt: inter eos vero septimus dux & rex est. Vnde rursus hoc colligamus, non à luna pendere crisiū rationem, quando in illa quatuor sunt tantum præcipua mutationes, dierum autem criticorum gradus

tot quot sunt in mense dies. Vnde necessariò sequitur, aliunde petendam esse criticorum dierum causam.

Ea autem non ab alio ducenda videtur quam à numerorum vi. Cum enim Deus O. M. omnia fecerit valde bona, nilque ille & natura faciant frustra, ut etiam Arist. & Gal. sàpē inculcant, feceritque ille omnia in numero, pondere, & mensura, nil mirum si numeris quibusdam, certas tribuerit virtutes, quas nos quidem à priori, ut omnia alia, ignoramus, à posteriori vero manifeste videmus, ut in septenario numero per tot sàcula à tot hominibus experientia comprobatum est. Nec enim rationi consonum est, ut ait Gal. 1. Die. decret. 5. nos ea quæ sensibus & experimento constant, omnino tollere, quia eorum causas inuenire non possumus.

Quòd si velimus coniecturam aliquam huius rei sumere, non quidem ab ostijs Nili, & Thebarum portis id faciemus, sed potius à rebus diuinis. Notum est antiquorum illud dictum, *Numerus Deus impare gaudet*, quod illi quidem verè, sed inscienter quasi diuino impulsu numine dicebant, precipiè vero de ternario numero Mercúrius Trismegistus, Plato, sed omnibus clarius Pythagoras quem Gal. imprudens fugillat, dum allebit Trinitatem esse absolutam harmoniam, numerum primum, perfectum, solidum, & planum, quibus verbis ad sacrosanctam Trinitatem ignarus collimabat. Sed ne tantam magestatem ad ineptias nostras demittentes offendamus, conuertamur ad septenarium nostrum, quo etiam gaudere ipsam ostendamus.

In mundi creatione, septimo die quæsuit ab omni opere, septimumque sanctificauit, & voluit sanctificari in æternum, & in eo quiescere homines, bestias, terram. Nonne potuit sexto, aut octavo? Eisdem sunt omnes naturæ, placuit illi tamenseptimus. Vis ergo est numero. Septimo quoque anno otiali etiam voluit homines, pecora, & terram. Absolutis etiam septies septenis annis, Iubileum fieri mandavit. Querenti Eliæ quòd solus relictus esset, responsum est à Deo, seruata esse septem millia quæ non curuarant genua ante Baal. Pharaoni ostendit Deus in somnijs septem spicas pingues, septemque macras, & totidem boues pingues & macros, prænuncios septem annorum fertilium, & septem sterili. Nonne potuit octona omnia facere? Septem annis Nabuchodonosor cum bestijs commoratus feno vixit. Septuaginta hebdomadæ Danieli monstratae sunt usque ad finem prævaricationis & peccati; & rursus usque ad Christum ducem septem hebdomadæ; & usque ad occasionem Christi sexagintaduæ hebdomadæ.

Septem instituit Deus in Ecclesia sua sacramenta. Septem sunt domini Spiritus Sancti. Septem sunt opera misericordia spiritualia, septemque corporalia. Septem à se peti in oratione dominica iussit Salvator noster Christus. Roganti Apostolorum principi, an septies parceret peccanti fratri, responsum est ab eodem, septuagesies septies. Vedit beatus Ioan. in Pathimo septem candelabra, & septem stellas. Vedit & septem lampades ardentes

ardentes ante thronum, qui sunt septem spiritus Dei: & librum in manus sedentis super thronum, signatum sigillis septem. Denique, ut finem faciamus, vix inuenias in libris sacris numerum alium toties repetitum. Quid mirum ergo si cum Deus eo numero gaudere, post ternarium, videatur, eodem vitam hominis dispensari voluerit (septuaginta annis vita hominis) quem ille ad similitudinem suam creavit, adeoque dilexit, ut eum assumere, & pro eo mori dignatus sit? Atque haec de ratione dierum criticorum a nobis dicta sufficient: quae tamen si minus placent, meliora date, accipiemus enim libentissime.

Ceterum quod innumerar. nostras nugas de numerorum vi innumerabilis patientia sustinere dignati esis, innumerar. vobis omnibus gratias agimus. Dixi.



LIBER I.

C A P. I.

Sine subitam Eccl.

BST hoc caput veluti totius operis argumētū. In quo Gal. præpositis quinque, Criseos, dictionis significationibus per transennam, (alibi enim sex annumerat) non se nunc nisi obiter de his dicere protestatur, sed quomodo hæc omnia futura quisque prænoscere possit. Nos quoque eundem imitati, de speciebus Criseos non valde nunc solliciti erimus, contenti modos hos quinque pro authoris mente explicare, fusiū exactiūque inferius explicaturi. Priusquā autem ad eorum explicationem accesserimus, operæ pretium est dicere ynde huius nominis, Criseos, origo & Ethimon fluxerit. Neotherici quidam volunt dictam esse, Crisim, quod duo significat, sequestare scilicet, & veluti per cri- brum aliiquid cernere: atque etiam pugnare: quia in Crisi fit pugna morbi cum natura, & secretio boni à malo, huiusque expulsio: idque multò iustius in his significatis hīc sumi, quam ab eodem ^{a Langi} ^{ep̄. 37.} ^{2. Aph. 13.} ^{4. Aph. 22.} ^{1. Epidem.} significat iudicare, quia, inquiunt, neque natura, neque medicus ^{et} qui esse iudices queunt, quām sint partes. Addunt insuper, interpres male pro Crisi, vertisse ubique iudicium, cū potuissent melius secretionem, aut pugnare. Confirmant hoc ex Gal. qui 3. de Cris. c. 2. ait non medicos primū inuenisse nomen hoc, sed plebeium aliquem, qui cum fortè adeslet agroto alicui grauia symptomata instantis Crisim ferenti, exclamauerit, adesse iudicium de vita aut nece agri: atque exinde

medicos hoc nomine vsos fuisse. At quamvis hæc sint vero similia, tamen indecens esse mibi videtur medicos omnes præcipue verò Hip. & alios proceres ab ignaro nomen Iudicij mutuatos esse, quo nihil frequentius est in eorum operibus. Secundò, ex hoc Galeni loco, & ex comment. 3. in Prognost. Hip. c. 1. & comment. in Aphor. 23. lib. 2. & 1. Dier. Crit. 1. & pluribus alijs apertè colligitur, nomen Crisis sumi pro iudicio, & non pro pugna, aut secretione. Nec deest huic significatoria ratio & similitudo. Quemadmodum enim qui de aliquo capitali crimine accusatus est, cùm instat iudicium, turbatur quamplurimum, non potest dormire, non comedere, non quiescere, sed anxius valde hinc inde torquetur, mouetur, implorat amicos, tremit, pallidus fit, intèque spem & metum vagus fluctuat, tandemque accepto iudicio, aut latus quisicit & animum recuperat, aut animo linquitur, eiulatique omnia complens ad necem trahitur: sic qui crisem expectat, similia fert, eaque peracta, eosdem etiam exitus habet. Neque verò necesse est, quod ille expetit, in omnibus iudicijs esse manifestum iudicem. Multæ enim sunt controuersiaꝝ quæ iudicantur forte ex condicō. Hinc sortes Virgilianæ.

Aliæ ferro etiam ex condicō, aliæ fortunā & casū, vt regnum Persarum hinnitu equi adiudicatum est Dario. Quia ergo in omni iudicio terminatur lis & controuersia aliqua; & in omni morbo, maximè verò in acutis, in quibus plurimum cadunt crises, lis maxima est inter morbum & naturam, quando subitò & apertè lis hæc terminatur, quod fit certis quibusdam diebus, meritò tunc possumus dicere, adeste iudicium, & dies illos iudicatorios, quod Græci vocant Crisim, & Criticos. Atque hæc de etymo sufficient. Iam quod ad rem spectat, nomen hoc Criseos pro sex rebus sumitur à Gal. 3. Cris. 1. vt nunc dicebamus: hic verò, quia de his accuratè non disputat, sed solum quid hoc opere intendat vult monstrare, quinque solum numerat eius significata idque aliter quam ibi. Primam vocat subitam in morbo mutationem; per quam intelligere possumus subitam aut ad salutem, aut ad mortem conversionem. Illud fit cùm septimo die post ingentem rigorem, & copiosissimum sudorem omnimoda sequitur infebritatio. Hoc verò cùm sexto, eodem rigore, & sudore superueniente, subsequitur mors. Secundum notat Gal. per inclinationem ad meliore statum, hoc est vbi post euacuationē aliquam insignem ægrotus incipit melius habere,

1. Epid. Cō. sed non statim sanus fit. Quem etiam modum adnotauit Hip. & Gal.

2. Part. 16. eius interpres nonnullis in locis. Tertiò, vocat Crisim, eam quæ antecedit

3. Aphor. 23. agitationem, hoc est vomitum, anxietatem, rigorem, astum, iactationem.

1. Cris. 1. nem, & alia quæ Crisim præcedere solent; de quibus ille infrà, & 1.

3. Cris. 2. Aphor. 12. Quartò, totam morbi solutionem, siue illa sit ad mortem siue ad salutem; siue paulatim, siue subitò fiat. Quintò & ultimò, eam solam morbi solutionem quæ bona sit, hoc est quæ ad salutem termine-

Optimum autem prænotionis.

Quod horum omnium quæ crīsis nomine notantur, præcognitionis initium sit, si quis futuri vigoris supre mutū gradum, statūmque subinde morbi præuiderit, à Gal. h̄ic pro cardine & fundamento horum librorum totiūque disputationis ponitur. Id autem omnino verum esse sic ostenditur. Si quis præuiderit vltimum augmenti terminum primūque proinde status, futurum esse die quarto, hic facile colliget quinto die aut septimo futuram esse crīsim, cāmque absolutam aut ad salutem, aut ad mortem, aut iunctis alijs coniecturis, de quibus in sequentibus dicendum erit, paulò minus quām absolutam. Nec enim hec potest vt qui prima tria tempora tam celeriter perecurrit morbus non citō soluatur: quemadmodum contrā qui lente incedit, & augmentum protendit usque ad trigesimum diem, non absoluetur nisi tardè. Ex hoc arglumento etiam sequitur, morbum, qui tria prima tempora celeriter perecurrit, per crīsim soluendum iri, illum verò qui lente, per līsim potius, aut solutionem.

2. Apb. 23.

1. Apb. 7.

2. Dier. 11.

Dier. 11.

Com. in 1.

Epi. tex. 18.

C A P. II.

Sunt enim omnia. Et c.

De quatuor morborum temporibus habes libros Gal. duos, qui dñus debent censer, in quorum primo, qui inscribitur de morbo temporibus, agit Gal. de particularibus pároxismorum temporibus. In secundo verò, de vniuersalibus morbi temporibus; ideóque hic dicitur, de totius morbi temporibus. In quib⁹ etiam librorum horum de Crīsibus meminit. Propterea qui volet morborum tempora tum particularia, tum generalia ritē nosc⁹, libros illos legat, & alium etiam, de Typis, & cum his conferat. Nos enim omnia in omnibus inculcare nolumus, vt non decet, nec ipse Gal. a probat multis in locis. **a** 2. crīs. 8. **b** Arist. 2. Dicemus tamen breuiter quæ ad intellectiōnē huius operis conducent. **c** Cum omne genitum tandem finiatu, morbus **c**. autem quid genitum sit, & ipsum finiri necesse est. Totum autē hoc tempus morbi ab eius insuitur ad finē usque nō omnes morbi eodē modo exigūt. Alij enim sunt qui cōtinuō affligunt, nec ægrōtū vñquā deserunt, vt sunt febres omnes ideo dictæ continua Græ. οὐδέχεται, tumores, vulnera, ulcera, fracturae & similes. **d** Alij verò sunt qui nō perpetuō ægrū torquunt, sed satis illū inuadunt, satisque etiam deserūt & liberi omnino relinquent,

lib. de Typ. quales sunt febres intermittentes Græc. διαλέπτονται propterea dicitur.
c. 1. & lib. hemicranea, epilepsia, strangulatio uteri, colicus dolor, arthritis & alijs
ad eos qui Sunt & quidam mixti, qui non in totum vñquam ægrotum deserunt, sed
de Typ. c. 1.
Cris. 6. perpetuò durant, neque tamen eodem tenore feruntur, sed habent certis diebus exasperationes & remissions quasdam, quales sunt quotidianæ.
Gal. com 3. n.æ., tertianæ, & quartanæ, omnes continuæ. Atque has febres recentiores Græci οὐεῖχον simpliciter, Latini Continuas vocant. Illas autem quæ parte 2. &
diff. feb. it. uno semper tenore feruntur, οὐεῖχον Græci, Latini Continentes. Primi quidem vnum tantum habent temporum genus, scilicet vniuersale, aut totale. Quod quidem nihil aliud est, quæam veluti atates in animalibus: quemadmodum febris continua quæ primo septenario soluitur, principium habet usque ad secundum diem, augmentum verbi gratia usque ad sextum, statum usque ad initium septimi, declinationem usque ad finem eiusdem septimi. Videntur autem optimè tum tempora in morbis, tum in alijs omnibus quæ principium habent, duratio in quatuor diuidi partes, principium scilicet cum latitudine, augmentum, statum, & declinationem, omnia cum latitudine. Ortus enim & interitus latitudine carent, proindeque tempora Medicis non dicuntur. Secundum *Aph 59.* morborum genus habet & id hæc quatuor totalia tempora, ut exquisita tertiana quæ septem circuitibus terminatur, habet principium primas duas accessiones, augmentum tertiam & quartam, statum quintam, & si ita libet, sextam, declinationem vero, septimam. Sed præter hæc generalia aut totalia tempora, habet hæc exquisita tertiana & alij omnes intermittentes morbi, in qualibet accessione aut paroxysmo, quatuor tempora, quæ vocantur particularia: veluti, verbi causa, si paroxysmus duret duodecim horas, principium illius erit duarum horarum, augmentum quatuor, status trium, & declinatio totidem. Tertium autem morborum genus & ipsum habet hæc quoque duo temporum genera, alia in toto cursu, alia in quaque exasperatione. Atque hæc nunc dicta sufficiant, in quibus discernendis, & constituendis multa litigant neoterici, quæ nos breuitatis causâ omittimus. Properamus enim ad prænotionem crisis, quæ maximi in remedica est momenti, cum contraria cauillationes sophisticæ parum aut nihil in arte facienda proficiant.

Quædam vero agritudines &c.

de Tot. mor. tem. c. 6. *Cris. 3.* Quid omnes morbi salubres, quatuor semper percurrent tempora, constans est omnium ferè opinio; idque vel manifestè & sensibili ter, vel immanifestè & insensibiliter. Quibus distinctionibus satisfit omnibus argutij Thom. Rod. à Veig. in 2. de feb. Gal. sect. ult. §. penult. *23. Cris. 9.* Ita contra noua sophismata, inueniuntur noua figura. Non vero simili, *de Tot. liter de lethalibus creditur.* Imò a Gal. & hic & scipio alibi cre-
mor. temp. dit nullum mortiferum morbum declinationem vñquam videre,

imò omnes interficere in augmento aut statu: sub quibus & hīc & lib. de Tol. mor. temp. c. i. comprehendit quoque principium, vt patet ex lib. 3. Cris. 6. & 9. Atque de hoc in subsequentibus se dicturum pollicetur; quod erit 3. huius operis lib. c. 5. vbi nos cum eo & neotericis, id examinabimus. Sed id parum interest. Nec enim regula vlla adeo generalis est & certa, vt exceptione careat, maximè in medicinā theoreticā, atq[ue] etiam practicā. Quemadmodum namque si quis dicat æstatem esse calidam siccām, & animalia habere quatuor ætates, id intelligitur naturaliter & ordinatè, nec impedit quominus aliqua ætas sit frigida & humida, & aliquod animal moriatur in primā ætate, aut morbo, aut casu aliquo: sic etiam cùm dicimus morbos habere quatuor tempora, intelligi debet ordinatè & vt plurimum. Maior enim morborum pars salubres com. 2. in sunt. Neque tamen id impedit quò minus aliqui ex salubribus subita 6. Epid. tex. Crisi & magnā, in statu terminetur, & aliis fortasse lethalis, in sui declinatione interimitur. ^{43.}

Definiuntur autem non dierum, &c.

Incipit nunc agitare difficultem quæstionem, quomodo scilicet quatuor illa morborum tempora distinguantur inter se, quib[us]que notis vnumquodque illorum deprehendatur. Quod etiam dictis libris de Morborum temporibus fecit. Sed hīc multò accuratiū. Et certè æquè difficile est tempora hæc exactè discriminare, ac si quis inter ver & æsta-^{1. Cris. 9.} tem, calorem & frigus consequens, pueritiam & adolescentiam, virilitatem & senectam, certos terminos & indubitatos statuere velit, primūque vnius initium, & alterius finem commonistrare. Maximè verò id difficultè est in Medicinā & præcipue practicā, quæ sensualis & coniecturalis & non Methaphysica est, & fortasse etiam non valde utile. Supponit ergo Gal. primò, quod omnibus in confessio esse debet, non definiri scilicet aliquid ex his temporibus certo dierum numero. Fieri enim non potest vt quorum tota certis diebus non finiuntur, eorum partes certis diebus definitantur. Omnes, autem morbi tum diuersorum generum, tum eiusdem generis, varijs temporibus terminantur, & pro naturā morbi, & pro magnitudine, & pro tempore, & pro more, & pro virium tenore, & pro variā denique fortunā.

Sed nonnulli quidem si anticipent, &c.

Recenset hīc primò quatuor varias opiniones circa distinctionem quatuor temporum morborum. Quæ omnes in hoc errant, quòd temporum morbi distinctionem capiant à re, quæ peculiaris est vni generi morborum, scilicet à paroxysmis aut remissionibus: cùm tamen multi morbi his careant, vt Atrophia, Paralyasis, Elephantiasis, Hydrops, Litiasis, & alij: & nihilominus quam reliqui, quatuor habent tempora.

Primi ergo distinctionem capiunt ab anticipatione aut retardatione paroxysmi; ut si febris tertianæ paroxysmus primus incipiat horâ primâ pomeridianâ, secundus verò aut sextâ matutinâ, aut sextâ vespertinâ, secundi verò ab eorundem paroxysmorum longitudine, ut si primus duret duodecim horas, secundus verò decem, aut quatuordecim. Tertiâ vehementiâ, ut si primus parum ægrum diuexauerit, secundus autem minus, aut plus. Quarti denique hæc omnia in remissionibus contemplantur. Quid autem ipse vocet remissionem, capite sequenti dicemus.

Hac enim viâ vix quispiam, &c.

Propositis quatuor his opinionibus, eas iam aggreditur oppugnare; aduersusque omnes constituit, non posse quemquam præfens tempus exactè cognoscere ex vnâ aliquâ simplici re, sed ex multis simul iunctis. Quod quidem certum est. Si quis enim colligere vellet in homine aliquo senectam ex simplici capillorum albedine, aut ex caluitio, deciperetur: cum aliqui sint qui in iuuentute canescant, aut caluescant. Si quis etiam maturitatem in fructibus colligere vellet ex rubro, aut pallido colore, hic quoque falleretur in nonnullis pomis, prunis, & pyris. Sic etiam in morbis non satis est contemplari anticipationem, aut retardationem, vehementiam aut leuitatem, nisi quoque multa alia confideres, quæ morbum aut crescere aut decrescere simul cum illis ostendunt. De quibus omnibus hic agit Gal.

C A P. III.

Nunquid igitur morbus augeatur, &c.

DOCE T hoc cap. author quomodo augmentum, status, & declinatio, tria morbi tempora yniuersali, ac cognoscantur, distinguanturque inter se. Incipit autem fortasse potius ab augmentatione quam à principio (de quo agit sequenti capite) quia cum in augmentatione omnia sint fortiora, & proinde manifestiora, facilius est hoc cognito, reliqua cognoscere, aut hoc pro regula posito, reliqua ad id conferendo elicere. Redargit ergo primo illorum sententiam, quia augmentationum adesse dicebant, cum accessiones anticiparent: eosque duabus rationibus oppugnat; tum quia id non sufficit, sed multa alia etiam respicere oportet; tum verò quia id proprium aliquando est alicui morbo. Accessionem autem anticipare est, quoties secunda accessione non eadem horâ quam prima inuidit, sed citius, ut si quotidiane accessione hodie sextâ horâ adorta est hominem, cras repeatat quintâ aut quartâ: similiter & tertianæ, & quartanæ.

Porrò quamvis nonnulli sint morbi, qui accessionibus carent, & pa-

*z. Apb. 30.
C. 23.*



paroxismis; aut exacerbationibus, ut antea dictum est, qui tamen quatuor habent tempora, Galenus nihilominus in febrium accessionibus exempla temporum ponit, quia febres notissimi morbi maximique, & ad quas *Hip. 1. Ep. curandas præcipue Medicum auxilium imploratur*, accessiones habent; *c. 3. part. 3. lib. de Typ. in ijsq; vel maximè conspicua sunt tum generalia tu particularia tēpora.* *ad se. q. 1. c. 1.*

Sed etiam earum longitudinem.

In morbis qui paroxismos habent, ad temporum habendam exactam cognitionem, quatuor considerare ait oportere, paroxismi scilicet anticipationem, longitudinem, magnitudinem, & denique morem. Subditq; statim, hæc omnia consideranda quoque esse in intermissione & declinatione; atque ita intermissionem & declinationem separat à paroxismo, cùm alibi in eo concludat, ut mox videbimus.

Voco autem intermissionem.

Nihil æquè scientias difficiles facit atque homonimia & verborum abusus. Quod quidem contingit in dictionibus, accessione seu paroxismus, intermissione, declinatio, integritas, interuallum, remissio, & non nullis alijs. Galenus enim lib. de morborum temporibus, accessionis partes facit sex, quarū sexta est quies seu infebicitatio Græci *σιάλιμα,* & *ετυξι,* quam ille vocat quandoque integratatem, quemadmodum *c. 7.* etiam & Celsus, quandoque interuallum. Alibi etiam cum *Hip. inter-* *c. 4.* *vallum & integratatem nominat partem primi temporis eorum sex in* *qua accessionem partitur.* Alibi verò accessionem diuidit in duas tan- *1. Aph. 12.* *tum partes, quarum primam accessionis nomine donat, in qua contine-* *& 1. Cr. 7.* *tur initium, augmentum, & status circuitus totius, estque grauius tem-* *pus ipsius paroxismi: secunda verò continet eiusdem accessionis decli-* *nationem, atque quietem simul: vocatürque hæc ab eo tota intermissio,* *de Morb.* *seu remissio, seu submissio, seu dimissio, seu inclinatio. Nunc ergo sumi-* *t. c. 7.* *tur accessione pro toto circuitu & typo, nunc pro priore & grauissima eius* *parte. Cum autem hæc ille ita dixerit, iam hoc loco intermissionem vi-* *detur quietem seu infebicitationem tantum vocare, declinationē verò,* *& quietem, & paroxismi inclinationem simul. Atq; o vtinam semel no-* *bis verborum legem aliquam constitueret, per quam liberè incedere-* *mus, neque ipse eam destrueret. Nunc autem cùm sape inculcet, conue-* *nendum esse de nominibus, & id alijs obijciens obstrepat, varios & in-* *1. Diff. ph. 1.* *3. Diff. ph. 1.* *2. Diff. fe. 8.* *2. Diff. ph. 2.* *3. Diff. ph. 2.*

Nam anticipatio sola, &c.

Quod sola anticipatio, augmenti signum non sit, probat hoc argumento, quia sunt aliquæ febres in quibus accessio, toto morbi decursu anticipatur, atque proinde vocantur anticipantes; quemadmodum & aliae tardantes, quia accessiones semper tardius inuidunt. Quare eadem ratione accessionis tardatio, declinationis signum non erit. Quamvis autem id verum sit in hisce febribus, tamen ut plurimum, & ex naturâ sua, anticipatio signum est incrementi, decrementi vero retardatio. Quod idem Galenus hic confirmat, cum ait, *Sed & in his plus quam proportionem exigit, vel anticipare, vel subsequi; alterum incrementi, alterum declinationis indicium est*: hoc est, si quatuor, verbi gratia, accessiones priores anticipauerint singulæ horam unam, quæ vero deinceps sequuntur anticipauerint duabus, tribus, quatuorue horis, signum est augmenti: ut contraria, si quatuor primæ accessiones tardauerint per horam singulæ, que vero has sequuntur tardauerint per duas, tres, aut quatuor, signum est declinationis. Hoc ipsum quoque viderur innuere Hippocrates Aphor. 4. Aph. 30. illo, *Quibuscumque accessiones fiunt, quacumque horâ febris dimiserit, si eadem cras occupauerit, iudicium habent difficile*; quia, inquit Gal. in commento, in longum protogantur. Idem quoque Galenus Comm. in lib. Aphor. lib. 1. tres in accessione requirit conditions, ut incrementum donotet, anticipationem scilicet, prolixitatem, & magnitudinem. Ergo anticipatio ex naturâ suâ morbum abbreviat, proindeque incrementi signum est. Ceterum quemadmodum sunt febres quædam anticipantes dictæ, aliae tardantes, sic etiam sunt aliae quæ dicuntur subintrantes, quæ scilicet antequam finiatur omnino prima accessio, incipiunt, & illam subintrant. Possunt autem illæ quæ eadem horâ repetunt, dici consistentes, tardantes autem, & anticipantes, communī vocabulo, mobiles, lib. de Typ. priuato vero, præoccupatoriae, & posteriores, quemadmodum Gal. vocat typos.

Oportet autem non solum, &c.

Si non solum aduertere oportet nunquid secunda accessio consuetudinaria? tam anticipauerit horam, ergo id quoque aduertere cum alijs oportet: ut hinc etiam colligas, anticipationem ad morbi augmentum significandum conducere quantum in se est, nisi morbi proprietas aut quidvis aliud repugnet.

Longitudinem

Longitudinem quidem temporis, &c

X quatuor illis quæ tum in accessionibus, tum in remissionibus patroxismorum consideranda esse dixit, anticipationem iam explicitum, reiecitque ex parte. Nunc longitudinem, magnitudinem, & morem declarare pergit. Atque in longitudine non multum laboris esse dicit. Facile enim est intelligere, longam dici accessionem, quæ multo durat tempore. Atque hoc modo iam habemus duo augmenti signa, ut si accessio quæ horâ quartâ matutinâ occupare incipiebat, & usque ad quartam vespertinam durabat, nunc hora secundâ manè inuadat, & sextâ vespere soluator.

Magnitudinem verò, &c.

Circa magnitudinem magis laborant authores, & Gal. ipse varius Argent. r. esse videtur; 4. enim Methodi c. 6. magnum morbum esse ait vel de morb. ob ipsius essentiam, ut Apoplexia, vel ob malignitatem aut cacoethiam diff. 7. & Pestis, vel ob partis præstantiâ, ut cordis vulnus: 7. autem eiusdem, Thom à lese actionis præstantiam addit, ut hepatis schirrus. Addunt quoque Veiga in nonnulli functionis necessitatē, ut carūcula in vesicæ collo. Alij etiā p. lib. 1. diff. nūculum morbū & symptomatis grauem, magnū vocant, ut Peripneu. feb. Gal. moniam, & eos quibus comes est syncope, cōuulsio. Idem quoque Gal. & hic, & 3. huius operis lib. & 4. Metho. cit. & 1. Aphor. 5. 6. & 7. & 2. Aphor. 23. & Com. 3. in 1. Epid. Par. 3. magnum morbum vocat, vehementem, & extremum, & acutum. Alibi etiam magnum dicit eum, qui de Tol. mor. regi vires superat. Qua ratione hec tica febris magna dici potest, quæ alio modo, ut febris est, non diceretur. Quid ergo nos in hac varietate 4. Presag. statuimus? Poterat Gal. aliquo numero concludere magnos morbos se- ex Puls. mel. Sed quando ille non fecit, conemur nos. Magnum eorū est quæ ad aliiquid dicuntur, & eorum etiam quæ magis & minus recipiunt. Quare non mirum si ad diuersa respicientes, multas magnorum morborum differentias inueniamus. Sed aliqua in his constituenda regula. Magnum in quacumque re est, quod naturæ suæ plurimum obtinet, aut eius in quo dicitur magnum, ut magnus Philosophus, magnus litigator, magnum fa- cinus. Sic etiam magnus morbus est, qui multum in natura morbi ex- 2. Meth. 7. cellit, quique propterea multum hominem torquet, & ad necem prope- rē certoque impellit. Huius autem tria summa constitui possunt genera, magnus scilicet, maior, & maximus: & uniuscēdiusque horum multi posunt assignari gradus, prout quanti dividendi nullus est finis. Maxi- Hip. 1. de mus ergo morbus sit qui celerrimè, crudeliter, certissimèque hominem Morb. perdit, ut Apoplexia, vulnus ampli cordis, cerebri, hepatis, ventriculi, & septi, tabes, pestis, veneficium aut intoxicatio. Magnus simpliciter est, qui lente, neque omnino crudeliter certeque intermit, aut si certè, sal-

K k k

tim lente ut Hydrops & Hectica febris, non absoluta, calculus vesica, & vlcus tum huius, tum viscerum. Maior hoc, & minor illo est, qui medio inter utrumque tempore occidit, minus quam ille, sed magis quam hic, etiam, & qui etiam grauius crudeliusque hoc, & quandoque etiam illo, ut Tetanus, Embrostotonos, & Epistotonos, Pleuritis, Epilepsia, Peripneumonia, Causus, Hemitriteus, Nephritis, Angina. Atque haec tenus collatio facta est inter diuersa genera. Quibus omnibus opponitur parvus morbus, qui a natura aut medicamentis faciliter vincitur, nec aegrum torquet, securissimumque est. Est autem quoque in quacumque magni specie, & in eodem individuo sua magnitudo, ut Angina alia, alia maior est, & Pleuritis, quae grauius aegrum torquent: & eadem Angina Pleuritisque maior seipsa dicitur, quoties fortius increscit, aegrotumque diuerst. Atque in hac significatione sumitur hic nunc magnitudo morbi, haec que sola est augmenti signum. Est quoque latius sumptus magnus morbus, Gal. 7. me- qui magnam occupat partem, ut totius cruris inflammatio, & Elephan- dic. Gener. tiasis, quam Aetius quoque magnam vocat, quia omnia remedia spemitt.

Qua ratione etiam Cancros possemus magnos appellare morbos. Sed sufficienter haec de magnitudine, ad quae facile sit omnes magnos morbos referre quomodocumque. Nec enim id multum interest. Nunc redamus ad magnitudinem quae augmentum ostendit. Ea quidem spectatur in tribus symptomatum generibus. Quorum alia sunt quae propriam ipsius morbi compleant naturam, alia quae extranea sunt. Prima autem cursus duorum sunt generum, alia quae statim cum morbo inaduent, ut cum Pleurite febris continua, dolor pungens, anhelitus difficultas, & tussis; alia quae paulo post, ut in eadem Pleurite sanguinis, & sanici, deinde puris sputum. Extranea vero sunt sitis, capitis dolor, astus, quietudo, & similia in eadem Pleurite. Ergo siquidem quis Pleurite perhensus, primis diebus lente febrifugio, parum tussit, satis faciliter spirat: paulo vero post febris exasperatur, tussis & anhelitus difficultas augmentatur, expuitque multum & cruentum aeger, iactetur insuper, & extuet, morbum in augmento esse pronunciabimus.

Et morem, quem etiam modum.

Quartum hoc est augmenti signum, mos scilicet morbi; quem quidem ille satis obscurè explicat, dicens, *Quem etiam modum appellant.* Oportet autem nos ab animæ moribus ad morbum similitudinem trahere. Dicimus autem hominem hunc bonis, prauisque moribus prædictum esse, illum rixosum, male cinctum alium, tardè incidentem, verpellem, mitem, astutum: item & brutorum alia' alios habere mores: quibus omnibus priuatam aliquam hominis aut bruti conditionem significamus. Sic etiam per morem debemus intelligere priuatam.

quam morbi conditionem, tenorem, & modum. Sunt enim quidam benigni, alij maligni, quidam lentè, alij celeriter currunt, nonnulli uniformiter, alij multiformiter, quidam cum graibus symptomatis, alij absque illis. Hinc dicuntur vlcera quædam boni moris, alia mali moris. Denique quæ peculiarem quemlibet morbum comitantur priuatæ conditiones, ea eius morem constituant. Qui quidem mos, quia particularis quædam res est, describi exactè non potest, neque scientiæ sed intuitu & obseruatione in quolibet morbo comparari. Atque id etiam videtur innuere Galen. 3. Cris. 3. & 4. & lib. de Artis med. constitutio. cap. 19. dicens, *mos autem ex morbi differentia & symptomatibus, quæ ipsam consequuntur, &c.* Hippoc. autem hunc morem sub nomine constitutionis morbi, appetat designas. 1. Aphor. 12. & 1. Epid. com. 3. Part. 10. vt videbimus infra cap. 4. huius libri. Si itaque accessiones primæ erant satis mites, & absque prauis symptomatis, subsequentes autem fiant grauiores, & cum malis symptomatis, signum id est augescentis morbi. Quemadmodum contrà si primæ accessiones anticipabant, longiores erant, (vt omnia quatuor signa in unum colligamus) fortiores aut vehementiores, & graibus symptomatis stipatae, quæ autem sequuntur, retardant, breuiores, leuiores, & simpliciores sunt, signum id est declinationis manifestum.

Tam ex ipsis quæ superueniunt, &c.

Va superueniunt symptomata morbo, sunt omnia quæ non sunt de *Hip. 1. de*
Quius essentia, quæque nos suprà vocauimus extranea, ut si Pleuritidi *morb.*
superueniat aliud fluxus, dolor capitidis, vomitus, singultus, lypothymia,
exanthemata, vigilia, delirium, & his similia.

Sic & intermissionis, ac declinationis, &c.

Non mihi videtur illum methodicè agere, qui cum in accessione anticipationem, longitudinem, magnitudinem, & morem contemplatus fuerit, nunc hæc eadem in declinatione consideranda esse dicat, hoc modo partem accessionis à tota diuellens. Non autem id adeo incongruum appetat in intermissione, quæ diuersum quid est videtur ab accessione. Nam anticipatio, longitudine intermissionis necessariò sequi videtur breuitatem accessionis, nisi accessione fuerit extensa & non seruatur typum. Magnitudo autem si, quamvis cessauerit febris, tamen pulsus multum distet à naturali constitutione, & calor sit febrilis. Ad morem vero pertinent symptomata, si eadem maneant, aut parum fortiora, aut etiam alia superueniant. Atque hæc omnia ego in typum, aut periodum totam coniecisem, infibricationem aut intermissionem to-

tius typi periodi, aut accessionis partem faciens, quemadmodum etiam Gal. facit, ut suprà ostendimus, & paulò post videbimus, & quemadmodum etiam fortasse intelligebant illi quos hic ille impugnat.

Sit enim ut accessione consuetam.

Exemplo in febro intermitte proposto, omnia quæ hactenus dixi, in unum cumulans, incrementi formam, deinde etiam declinationis, contrarij illi temporis, nobis ob oculos ponit: atque denique status obiter.

Ait enim accessiones esse inuicem.

Hæc omnia quæ hactenus dixit, confirmat autoritate Hipp. Est autem locus hic Hip. lib. 2. Epid. sect. 1. quem quidem librum Gal. com. 1. in lib. 6. Epid. in proœmio, non ab Hipp. sed à Thessalo eius filio conflatum fuisse, ex illis tamen quæ ipse Hipp. sibi collegerat credit, aut etiam ab alijs post Thessalum. Nunc autem eum ad Hippoc. absolute refert.

Vt quæ sit totius accessionis.

Hæc est homonimia quæ nos torquet. Hactenus enim accessionem sumpsit pro principio, augmentatione & statu paroxismi; atque hoc modo dicebat, non solum in accessionibus considerandam esse anticipationem, longitudinem, magnitudinem, & morem, sed etiam in declinationibus & remissionibus. Nunc autem declinationem facit accessionis partem.

Etiam si sape in morbis,

*Idem 1.
Cris. 9.*

Quod nos antea dicebamus, difficile admodum esse temporum successiones cognoscere, id nunc Gal. comprobat, non solum quando tempus unum definit, aliud verò incipit, id quidem nos effugere docens, sed etiam adeo momentanea quandoque esse tempora, ut tota tria prima nobis non aduententibus transeant. Id autem præcipue in statu contingit, propter rerum instabilitatem quæ pendet à cælorum perpetuo motu. Atque id est quod dicebat Hipp. de habitu athletico loquens. Non enim inquit, manere possunt in eodem statu, neque quiescere. Cum verò non quiescant, neque possint in melius proficere, reliquum eligetur ut decidant in deterius.

Quinta superuenit accessio.

QVx, supple, manifesta habet declinationis signa : cùm tamen antea nulla fuerint status, quia hic subito pertransiit.

In libris de Arte curativa.

INtelligit fortasse libros de Præcogn. ex pulsu, de dinotione ex insomnijs, de Prænotio. Et commentaria in libros Progn. & in primum Prophæt. Hipp. qui omnes parte curatiuâ artis continentur. In libris enim de Arte curat. ad Glauc. aut in lib. Methodi med. qui & ipsi vocantur quandoque de Arte curativa, nihil de prædictione aut præcognitione habetur, sed de curatione. Fortasse etiam scripsit alios de Arte curativa, qui exciderunt.

C A P. IV.

Sicut apprimè admirabilem Theſſalum.

CAP. hoc 4. obiter insurgit in Theſſalum, quem acriter vbiique impugnat, præcipue verò in lib. Metho. Deinde verò incipit principium morbi nobis manifestare, idque iuxta senis Hipp. principia, cuius propterea Aphor. 12. lib. j. suscipit hic exponendum. Cæterū nobis nunc negotium non est cum Theſſalo: eoque proinde relictó, authoris mentem explicabimus.

Nam si primum exquisitè aduentum.

CVM præfatus fuerit, principij cognitionem magnam habere difficit. Idem 1. Die decr. 6. Aphor. 12. Cris. 19 Cultatem, iam nunc eam ostendit, vt postea tollat. Principium ergo sumi potest, vt ille quoque alibi dixit: aut pro primo morbi insultu ~~in temporis~~ Græci vocant: & tunc cùm latitudine careat, non agnoscì à medico potest, quia non statim vocatur, & quamuis vocatur, non posset adesse, imò nec ab ipsomet ægrotō quandoque percipitur: & quamuis cognosceretur ab utroque, tamen prætemporis angustiā, nec adhiberi posset congruus vietus, nec commoda remedia, quæ Hipp. præcipit. Secundò, pro toto cruditatis tempore, vt mox dicetur. Tertiò, vt Theſſalus fngit, pro primo triduo. Hoc verò ultimum valde absurdum est. Nec enim fieri potest, vt morbi cronicī & acutī æquè longum habeant principium: & contingat aliquando vt non solum principium, sed & augmentum, & vigorem primo

triduo, imò primâ accessione, percurserit morbus. Superest ergo nō cundum significatum sit proprium.

Inquit enim, accessiones &c.

Dicit ex Hipp. sententia in Aphor. r2. lib. 1. & 1. Epid. com. 2. Part. 10. quomodo morbi principium agnoscí debeat. Vbi constitutionem videtur appellare id quod nos suprà vocabamus morem, vt patet ex sententia Hipp. in Epidemijs, vbi dicit, *sunt autem modi & constitutiones*: suprà autem Gal. dicebat, & morem, quem etiam modum appellant.

Accessiones enim dicit.

Non quidem hoc aphorismo id dicit Hipp. sed cit. lib. 2. Epid. sect. I.

C A P. V.

In primo autem libro Epid.

PROSEQVITVR hoc cap. Gal. temporum morbi manifestatio-
nem ex pluribus sententijs Hipp. tum in Aphor. tum in Epidemiis,
tum in Prognost. libris. Locus autem primi Epidemii. quem hic citat,
habetur com. 2. Part. 44. & 45. Ex quo & Aphor. citato colligitur, mor-
bi longitudinem aut breuitatem, securitatem item aut perniciem non
solum sumi à natura morbi, anni tempore, & accessionibus, verum
etiam ex ijs quæ morbum comitantur, aut mox sequuntur proprijs sym-
ptomatis, & ex communib. Ex quibus omnibus quædam sunt bona,
alia mala. Ex malis autem, nonnulla periculosa aut mala simpliciter, alia
verò pernicioſa.

Sed coctiones ha quidem omnes.

Vide Thom. Rod. à rei. de Diff. scb. S. Humori autem. a 4. Meth. 2. **Q**uamvis de coctione quæſtio, eiùſque naturâ, & differentijs aliis
que eiusdem accidentibus Philosopho magis quam medico di-
ga. in lib. 1. gna, rixosa magis quam vtilis videatur, tamen, quia Gal. his in libtis,
prater supradicta temporum signa, præcipuam vim ponit in signis à co-
ctione & cruditate excrementorum petitis, ideo nos breui de coctione
diferemus. Coctio est a Arist. victoria naturæ supra humorem, qui se-
cundum plurimum sui alit: & vtilis coctio, perfectio ab ignato calore,
ex oppositis passiuis. In viuentibus ergo alteratio alimenti omnis ante

nutritiōnēm, coctiō est, cuius terminus est nutritiō. Atque hēc est pro- 8. Med. loc.
 pria coctionis significatiō, qua vtitur quoque Gal. plurimis in locis 8. 4. Reg.
 prēcipiē lib. de natur. facult. de vſu-partium, & passim alibi, & Arist. acut. 44. 2.
 citato. Quamuis autem dicatur coctiō fieri ab innato calore, tamen Prog. 46.
 influens animalium calor, solis calor, & igneus, & alteri innatus, pluri- 2. Aphor.
 mum coctionem iuuant. Hac enim ratione Hipp. lib. 2. de Diæta dice- 47.
 bat, vigiliam in satiatis noxiā esse, quia non permittit cibum conco- 1. Epid. co.
 qui; & vere magis ad generandum prompta sunt animalia, quia 2. P. 44. 45.
 plus accumulant feminis, plus autem accumulant, quia plus con- S. simpli 6.
 coquunt: plantæ itidem producunt folia, flores, & fructus: & homo
 soli expositus aut igni, & admotis ventriculo calidis linteis, nuce mos-
 cha, & similibus potentia calidis, & denique applicitā eidē gallinā
 viā, aut catulo, aut puellā, melius etiam coquit. Ad hanc significa- Arist. cit. &
 tionem reduci debet fructuum mautratio, quæ & ipsa coctiō dicitur 6. 3.
 largē. Multò verò largius elixatio, & assatio in alimentis ab igne facta
 coctio dicitur. Habet tamen & hēc aliquem ad primam respectum:
 quemadmodum enim prima coctio innati caloris vi alimentum nutrien-
 do aptum reddit, ita hēc exteriū facta igneo calore idem alimentum
 ad nutriendum paratiū efficit. Est verò alia coctio apud medicos ab Arist. cit. &
 hac valde differens, qua scilicet humor aut excrementum quod alendo 6. 3.
 corpori ineptum est, ab eodem tamen innato calore, quandoque solo,
 quandoque extraneo admixto, aliquando etiam ab externis remedijis
 adiuto, mitigatur, demulcetur, benignius fit, nec adeo à natura nostra
 alienum. Ex quibus sequitur, vt quandoque id sit crassius, quandoque
 tenuius (quod etiam ad primam coctionem sequitur, quidquid dicat
 Arist. citato. 4. Metheo. 2.) nunc aptius exitui, nunc minus aptum.
 Naturalis enim calor non intendit nec facere tenuius nec crassius, nec
 aptum ad exiendum aut deiiciendum, aut minus aptum excrementum
 aut humorem, sed ad nutriendum elaborat, neque habet iudicium ad
 eligendum, sed semper id agit quod potest. Ad eam autem elaboratiō-
 nem & opus caloris sequitur pro varia rei quæ excoquitor conditione, vt
 id fiat modò crassius, modò tenuius, modò fluxibilis, modò minus
 fluxile. Atque de hac coctione intelligebat Hip. cùm dicebat. Concocta 1. Aph. 22
 medicari non cruda, & alibi, Maturationes excrementorum considerare 1. Epid. cit.
 speries, item, Coctiones celeritatem iudicij securitatemque indicant, cruda 6. Aph. 67
 autem acrisias &c. &c., Molles boni, crudi verò mali, & Gal. his in locis & 1. diff. febr.
 pluribus alijs, prēcipiē verò hisce in libris. Coctionibus autem his sunt 6. 3. Art.
 duz cruditates contrariae; primæ quidem quando quod aptum erat nu- Med. 6.
 tire, non bene coctum est: secundæ verò quum id quod non alere po- de Tol mor.
 test, multum distat à naturæ moderantia. Atque hēc de coctione 8. t. 3.
 sufficient.

Neque enim quod sanguineum est.

OMNES siaceras excretiones præterquam sanguinis, damnat vbiq[ue] Hippoc. 7. Aphor. 6. 23. Com. 1. Prog. 45. 46. 47. 48. & com. 1. 38. 39. 40. 41. 42. 47. & Gal. 3. Epid. com. 2. Part. 8. Sunt autem siaceras excretiones in quibus vnuſ & simplex humor excernitur, ut pituita, bilis, 1. Prorrhet. melancholia, & quælibet harum species. Siue ergo per vomitum, siue com. 2. Par. per sedem, siue per vterum, siue per vrinam, siue per tuffum siacerus 2. 8. aliquis humor exeat & impermixtus, malum id est. Ostendit enim aliquam ex principibus partibus, aut his inferuentibus, aut etiam totum corpus, valde esse intemperata. Solum laudatum pus, solumque laudatum sputum impermixta esse debet. Laudatum autem sputum est, quod Gal. 1. veluti pus, est album, lene, & æquale. Quibus notis decipit sape nos, putantes esse pus quod tussi expuitur, cum sit tantum sputum laudatum. Thomas Rhod. à veiga. in lib. 4. too. affect. sect. 4. Differt porro inter vtrumque secundum aliquos, quod pus omne aliquid habet fætoris, sputum autem nihil. Sed signum hoc dubium est. Nam neque omni puri fætorem tribuit Hip. neque idem à Veiga supradicta. differ. feb. sect. 2. §. vlt. v. Aduerte octauo. Imò Galenus ipse post Hip. 1. dif. feb. 8. minimè fætidum debere esse laudatum pus assertit: Et præterea, quid impedit pituitam putrefactione acquisuisse fætor? Com. 1. in rem? Omnis enim ferè putredo comitem habet fætorem. Addunt & id Prog. c. 14. ex Scrap. & Azarauio, quod pus in calidam aquam iniectum, fundum petit. & com. 2. pituita non petit: Et ex Gal. quod pus non aded' album est vt pituita, Par 41. sed cineritium: & pituita, lenta est, neque diuidi facilis, pus autem facile diuiditur. At neque hæc omnia valde sunt certa: Optimum enim 1. Cris. 11. pus Hip. Progn. cit. non graue est, sed potius leue: neque cineritium, 12. sed album. Et quamuis ita esset, tamen laudatum sputum, quale ferè 7. Aphor. in Pleuritide & Peripneumonia visitur, ferè pus est, & fundum petet, 44-45. & æquè quandoque cineritium est ac pus, & æquè dissolubile. Quam ergo statuimus differentiam? sanè difficile est iudicatu non solum in sputis, sed etiam in vrinis. Vidimus enim quandoque vrinas cum tali sedimine vt videretur esse pus, & tamen non erat. Ergo si quod est discrimen, id maximè est, quod pus sanguinem semper ferè sequitur. 4. Aph. 8. Ideoque dixit Hip. Si quis sanguinem aut pus mingat &c. Ratióque hæc est, pus non procedit nisi ab vlcere, vlcus autem ab erosione, erosio vero sanguinis exitum parit. Vix ergo vñquam aut per os aut per vterum, aut per vesicam, aut per ventrem pus exit, quin prius exierit aut simul exeat sanguis. Dixi, vix, quia aliquando ita pauplatum fit exulceratio, & erosio, vt in minimum, aut nihil sanguinis manifestè fluat, aut antequam fluat, coercitus transit in pus: quod aliquando fit in pulmonum ulceribus; & in externis vomicis. Secundum discrimen est in viscidityate, quæ sæpius maior est in sputo & pituita, quam in pure. Atque hæc de his sufficiant. Quod ergo laudatum sputum non est, id nec sputum appellari vult

tult. Gal. sed expuitions. Sed id parum interest. Ad rem verò magis est, quod expuicio ex pura pituita, aut bile flaua, crocea, porracea, eruginosa, aut nigra, mala est: mala etiam est quæ mixta est ex pituita & I. Aph. 12.
 sanguine, aut ex pituita & bile, nisi optimè mixta sint: tunc enim pa- & Com. 2.
 rum abest quin sint sinceræ. Quæ ergo benè mixtæ sunt, dicuntur hic à in Progn.
 Gal. subcruenta, subflauæ subfuluæ &c. quæ immixtæ, flauæ, fuluæ, 45. & seq.
 virides. Iam tum in his sputis, tum in alijs proprijs morborum acciden-
 tibus, tum verò etiam in communib[us] tres ille ex senis Hip. authoritate,
 differentias constituit, alia enim sunt bona, alia non bona. Bona sunt
 in unoquoque genere, quæ benè cocta sunt. Non bona autem sunt
 duplicita, alia quæ solùm cruda sunt, vt sputum tenuë, spumosum;
 vrina tenuis, alba: alia præter id etiam praua sunt, vt expuitions Hip. in
 virides, nigrae; vrinae itidem. Mala autem simpliciter, morbi tan- Prog. cit.
 tum longitudinem significant. Praua verò mortem. Bona denique
 salutem. Præter hæc autem sunt signa alia quæ crisia ab eo dicun- I. Cris. II.
 tur, de quibus paulò p[ro]st. Sed cur impermixtæ excretiones damnan-
 tur? quia coctio miscet. Vbi autem mixtio non est, neque coctio est.
 Cur verò flauæ & magis virides, multoque magis, nigrae? Quia quod
 color magis ab albo distat, qui color est partium spermaticarum, quæ Com. 1.
 coquunt, eò deterior est: flauum autem minus ab albo distat quam Progn. 46.
 viride, & minus hoc quam nigrum. Significant ergo hi colores, valde Com. 2.
 intemperatas esse partes, & iam victas à materia morbifica maligna, & Prog. Part.
 emrente calore. 47.

CAP. VI.

EX tribus nominis principij significationibus ab ipso & à nobis
 superius relatis, non posse in prima significatione momentanei in-
 saltus capi principium, nec debere, nec usui esse medico, probat
 hoc capite ex nonnullis Hippocratis autoritatibus. Quæ om-
 nia, quia sunt satis manifesta in contextu, non est quod nos magis,
 remotentur. Satiū enim est tempus obscurioribus rebus impen-
 dere.

CAP. VII.

Principium verò secundum &c.

ERAT aliud principij significatum minus primo absurdum, sed ad-
 buc tamen inartificiosum neque perfectum, quod cum aliqua

latitudine intelligebatur. Atque hæc latitudo incerta etiam est. Quidam enim eam ad triduum semper extendunt. Alij in prima accessione concludunt. Quod & Gal. hic facere videtur. Vtrique autem valde errant. Primi, quia in primo die quandoque non solum principium, verum & augmentum, immo & status continetur. Secundi, quia non omnes morbi accessiones habent, ut dictum est, neque omnis accessio æquè est longa. Et tamen ad hanc secundam sententiam magis accedere videtur Galenus, cum tamen neutram probet: & hæc in primam penè recidit. Cum enim accessionem hic capiat Galenus pro tota periodo, typo, aut circuitu, & in lateralī morbo primæ accessionis periodus ferè semper ad tertium usque diem extendi dicat, sequitur ferè morbi, qui accessiones habent, aut exacerbationes, principium secundum aut inartificiosum fere extendi usque ad tertium diem. Sed dimisso & hoc significato, hoc in capite ostendit Galenus verè principium cruditatis, signis cognosci, augmentum autem coctionis inceptæ, statum denique eiudem absolutæ.

Atque idcirco quedam statim.

i. Epid. com. 3. par. 10. c. 8. seq. **E**s hæc valde obscurus Galenus dum explicare nititur verba Hippocratis, ait enim verbum, *incipiens*, non denotare verum morbi principium, quia ei repugnaret illud florescere aut vigere: quasi dicat, florescere ac vigere, esse propria augmenti, non principij. Ergo illud, *incipiens*, denotabit augmentum, aut primum morbi insulatum, qui latitudine caret. At utrumque est contra eius intentum. Deinde asserit ille, dictiōnem hanc, *incipiens*, denotare principium exquisitè dictum, quod ut plurimum ad tertium extendit diem; & tamen statim subdit, febreūm hanc ubi principium illud sine latitudine fecerit, deinde hoc pacto ascensu usam, proprium recipere statum, quandam in primo die, aliam in secundo &c. Ergo si post illud sine latitudine principium, ascensu statim usam febris eadem die statum obtinuit, quomodo illud, *incipiens*, sumitur pro exquisito morbi principio quod ad tertium usque extendit diem? aut ubi est illud principium cum latitudine, si quidem statim post illud sine latitudine, febris florescit & viget? sed hoc parum est: & habent hoc mali scientiæ, & earum, naturæque cultores morosi, & scrupulosi inuestigatores, ut quum in minima vnamquamque rem dividere vellint, & ad imum usque in omnibus penetrare, in multos se detrudant errores, & obscuris inuoluant labirynthis: quemadmodum natantes cum in profundos gurgites se immergunt, non possunt quandoque emergere, sed pereunt. Id hæc contingit Galeno dum anxie & supersticiose nimis in quolibet Hippocratis verbo vel minimo explicando hæret. Voluit ergo tantum hæc notare Hippocrates

morem & modum quandam febris citissimæ in principio, augmentoque, ita ut vix sensile fuerit principium, sed statim, hoc est paulò post insultum incoepit florescere, & augeri.

Quæ ut plurimum in lateralī.

HVmores non solùm in febribus, sed etiam in tumoribus exacerbari excandescereque suo quoque tempore, ut pituitam singulis, bilem alternis, melancholiam quaternis diebus, author est Galenus hic & 2. Cris. 7. & seq. & post eum Guido Cauliac. Sed id non adeo est manifestum in tumoribus externis atque in internis. Cùm ergo *Tract. 2 c. 1* exquisita pleuritis fiat à sanguine bilioso, non mirum est si *accessio- 1. Aph. 12,* nes in ea fiant tertio quoque die. Sed an id fiat ratione humoris qui tumorem in pleura producit, an sanguinis biliosi qui toto corpore concinetur, dubium est. Vero similius est, excandescientiam incipere in eo qui tumore continetur, propagarique ad alium qui in ipsis, & sic fieri accessionem febrilem.

Nam cuiusque partis in corpore &c.

NOmini coctione fiunt superfluitates & excrementa. Tres autem sunt præcipue in corpore coctiones ordinariae; prima, quæ fit in ventriculo; secunda, quæ in Hepate; tertia, quæ in toto corporis habitu. Et vniuersiusque harum propria sunt excrementa. Primæ, *1. san. t. 2;* *17. de cib.* ea quæ per anum; secundæ, quæ per vesicam; tertia, quæ per cutan. tu. ult. poros manifestè, aut insensibiliter, reiciuntur. Sed præter hæc *1. Aph. 15.* *& 2. Aph.* sunt etiam aliæ excretiones quæ fiunt vel in salute, vel in morbo, ut *17. 1. san.* sanguinis per vterum, per anum, per vesicam, per narres, per os. *nit. t. 17.* Per os autem vel tussi, vel vomitu. Aliorum etiam humorum *2. lib. nat. fac.* exrementorum per easdem partes. Quia ergo omne excretum fit *& de usq.* ex materia aliqua: materiae autem communes sunt toti corpori humores, hinc fit ut in omni excretione generalis quædam indicatio & significatio fiat de totius corporis humoribus, ac proinde dispositione & temperie. *b* Quales enim sunt humoris tale ferè est corpus, & contrà. Secundò verò fit particularis indicatio & significatio super temperiem & dispositionem partis à qua fluit excrementum primò, & per quas transit. Exempli gratiâ, vrina generali indicatione humoris, constitutionem, & temperiem totius corporis & *a Com. 2.* *4. Aph. 2.* *42.* *2. Aph. 15.* præcipue venosi generis ostendit: particulari verò, iccoris, renum, vre-

terum, & tandem vesicæ, & in viris etiam, penis. Sic fæces, menstruæ purgationes, vomitus, excretiones aut sputa, sudores, hæmorrhagia.

I. san.t. 17. Sed vrina præcipue inter omnes totius corporis excretiones, humores com. 2. abundantes & coctionem aut cruditatem in toto significant, deinde **Prog. 13** verò deiectiones, hinc vomitus, tandem menstruæ purgationes : re-
2. Prog. 37. liquæ magis super priuatas partes attestantur. Oportet autem in his omnibus obseruare ne decipiari, néue significations has duas confundas, quæque partium excernentium dispositionem indicant, eato-
ti attribuas, aut contrà. Item & hoc, ne ex vnius coctione tantum, alijs crudis existentibus, salutem pollicearis (fieri enim potest vt co-
ctio existente in pleuritide sputo, intercat æger succedente empieuma-
te ; aut contrà coctâ existente vrinâ, pereat ex phrenitide) aut ex uno crudo, reliquis coctis apparentibus, mortem annuncies. Sed omnia bene penses, & secundum maiorem & præcipuam partem judices.

Denique in qualibet excretione quæ in morbo fit, hoc unum atten-
com. 1. pro. 8 dendum maximè est, vt illa sit quæ simillima sanis, deinde etiam lib. de Hum. vt similis sit eiusdem hominis dum sanus est, excretioni. Nam cum ea **I. cris. II. 12** sunt secundum naturam priora sint eis quæ sunt contra eandem, decret. & meritò naturalia ponuntur pro regula eorum quæ sunt contra natu-
7. Aph. 66. ram. a In sanorum ergo excretionibus sex considerare oportet, quanti-
2. 4. Aph. 1. tam scilicet excreti, qualitatem, crasim, excernendi modum, tem-
47. pus, & contenta. Qualitas verò comprehendit sub se colorem, odo-
I. Aph. 2. rem, saporem. Quæ omnia etiam in ægrorum excrementis contem-
2. com. prog. plari oportet, & si respondeant sanis, bona iudicare, sinminus, ma-
6. 3. 4. 5. Com. 2. la; & quo plus distabunt, peiora, vt inquit Hippocrates & Galenus Progn. 13. hic & alibi. Exemplum sit excreta per aluum, quæ debent esse quan-
& seq. Hip. ta pro ratione alimenti ingesti, subfulua, non admodum græcolen-
lib. de cris. tia, (gustus in excretionibus & vomitibus obseruatur ægri relatio-
I. cris. Gal. ne; nam in deiectionibus, & vrinis, quod quidam voluere, turpe nimis est, & homine libero indignum) modicè crassa, molliaque, & propterea quoque coniuncta, quæ cum facilitate, & sine strido-
10. re & torninibus deiciantur, assueto tempore bis in die, noctu se-
mel. Atque talia sanorum sunt. Ægrotorum autem, præter hæc de-
iectionibus admixti sunt vermes circa iudicationem aliquando, &
Com. 2. Pro. humores praui. In vrina verò debet esse pro vermis hypothesis
26. & Hip. laudata, quæ est candida, lœuis, & æqualis in imo vase & fundo vti-
lib. de cris. Gal. infra. næ, quæ etiam dicitur sedimentum : aut in medio vrinæ, quod dici-
e. 10. tur enoema, suspensum sublimamentum : aut in superficie saltum,
Gal. 2. que dicitur nubes ; aut adest in morbis sabulum, adeps, pilii, caru-
Prog. 6. 5. culæ.

Quod si etiam vitiosa cause.

Duo sunt malorum excrementorum genera: Alia quæ mala simpli-
citer dicuntur, quia cruda tantum sunt; idque vel quia fiant ex
ijs quæ minus apta sunt coquendo ex se, ut caro bubula; vel quia debi-
les inueniuntur vires, ut in senibus, aut alijs languidis iuuenibus. Alia
vero sunt quæ & ipsa cruda dicuntur, & præter id etiam prava & perni-
cioſa: idque etiam duabus de causis, vel quia fiant ex vitiosa & prava
materia, ut ex fungis, allijs, cepis: vel quia valde intemperatas offendant
partes coquentes, quæ coquenda adurunt. Si ergo simul concurrant
cruda materia cum debilibus viribus, valde cruda fient excrements: &
si prava & vicia materia cum partium intemperantia, nimis pernicioſa
producuntur excreta. Prima ut plurimū sunt alba; secunda crocea,
fulva, vitidia, coerulea, æruginosa, nigra.

Et quod in febribus omnibus.

Non omnes febres sunt in humoribus, sed Ephemera in spiritibus, *de Diff. feb.*
Hedistica vero in solidis corporis partibus, ut idem Gal. vult. Quare *ad Glauc. 1.*
neque in his aliquid ostendunt vrinæ, neque eas dicere possumus affe- *Meib. 8. 9.*
ctiones esse venosi generis. Sed cum ille hic agat de Crisis: & Crisis fiat *& seq.*
tum in morbis acutis: acuti autem morbi coniuncti sint ut plurimū *1. epid. c. 3.*
cum febre putrida, immo sint ipsamet febres putridæ, & haec sint frequen- *Part. 3.*
tores alijs: hinc est quod ille dixit, omnes febres esse affectiones venosi
generis.

C A P. VIII.

Ostendit breuiter hoc cap. quid principiū, augmentum, statum, &
declinationem vocet: reiectisque duabus principijs significationi-
bus primis, pro insultu scilicet indiuisibili morbi, & pro prima accessio-
ne, tanquam in artificiosis & inutilibus, de reliquo quod cruditatis signis
concluditur, deinceps se dicturum solum statuit. Tum demum inter-
coctionis & criseos signa, differentiam ponit.

Proprium igitur uniuscuiusque, &c.

Ex tribus rebus videtur posse capi distinctio temporum morborum.
Primò ex natura morbi: iuxta quod possumus dicere principium
Pleuritidis esse primum quatriuum aut aliquando septenarium, tertia-
nè vero exquisita tres primas accessiones. Secundò ex symptomatum
magnitudine: iuxta quod dixit Hip. Circa principia & fines omnia esse *2. Aph. 30.*

debiliora, in augmento autem fortiora. Tertio, ex cruditatis & coctionis signis, ut hic facit Gal. Atque ex his omnibus tribus certior omnis utiliorque est ultimus modus. Nam primus nihil habet statuti. Secundus est ille quidem ut plurimum primo certior, videntur enim symptomata, velut umbra corpus, morbum sequi; quare & augecente moto, & illa augebuntur, & decrescentes, decrescent quoque. At neque id semper certum est. Quandoque enim aliunde quam a morbo pendent symptomata, & sunt illa quandoque grauissima in principio, & moxque in augmento concidunt. Certissima autem omnium sunt cruditatis & coctionis signa. Namque fieri non potest, ut qui omnino crudus est morbus, non sit in principio, & qui coquitur, sit amplius in principio. Contingere autem potest aliquando ut omnia haec simul concident, hoc est Pleuritis toto primo quatriduo leuiora habeat symptomata, & cum omnino sit, consequentibus autem crescant tum symptomata, tum coctionis signa, aut stent, aut decrescent simul, & sic in alijs morbis. Sed id rarum est. Hic autem Gal. videtur duos hos ultimos modos commiscere, dum ait, principium finitimum primum coctionis signa apparet in cipiunt: statim autem esse vehementissimam totius morbi partem.

Coctionis igitur signa, &c.

Conferunt hinc coctionis signa cum signis & causis criticis: signa coctionis sunt in virinis, deiectionibus, sputis, & alijs, quæque in quoque. Critica signa sunt vigiliae, astus, deliria, & similia. Critica causæ sunt omnes humorum evacuationes, aut etiam decubitus in aliquas partes. Coctionis ergo signa semper ad bonum apparent, & in ipso principio multò magis: Critica signa, & causæ etiam ut plurimum in principio mala sunt. Coctionis signa crisim non necessariò portendunt: si vero futura sit, bonam futuram indicant. Critica signa & causæ in initio non futuram esse crisim demonstrant: in statu autem futuram, sed dubiam vel ad bonum, vel ad malum; ad bonum, si præcesserint coctionis signa; ad malum, si non præcesserint.

C A P. IX.

PROBAT hoc cap. 9. ex aliquot Hip. locis, principiū esse quādiū morbus crudus est: idque adeo perspicue, ut nullā egeat interpretatione.

Sicut igitur non habetur, &c.

ID est quod nos supra dicebamus, difficile esse transitum ab uno in aliud tempus cognoscere. Et quamvis Gal. conetur omnibus modis definire præscriberéque terminum cuiusque temporis, signisque quibusdam id patet facere, etiam antequam adueniat, tamen vix id consequi

potest; & vt h̄c cogitur fateri, non habetur primi cuiusque temporis cognitione antequam adsit secundum, neque id quidem in principio statim secundi, sed eo iam aliquantis per progresso: quanto ergo minus cognoscetur futurū tempus? Atque hac ille quoq; ratione dicit hic artificiā coniecturā, quæ est veritati proxima, id fieri posse. Ergo non scientia, non omnino certā, verāque. Idem etiam sequēti capite aperte habetur, dum ex collatione accessionum, temporum distinctiones auctoratur.

Nam in his tantum, &c.

Dilectum est à nobis suprà, ægrotationem bellum esse. Quemadmodum enim prouidus Imperator aduenientes hostes antequam imperii fines ingrediantur, adoritur pugnā, tumultusque & seditiones in regno nascentes facilius extinguit in ipsis exordijs antequām urbes alias munitas aut hostes aut tumultuantes ciues occupauerint, vbi vero occupauerint, non sanum est muris castra improuisō admouere, certarēq; dispari conditione: sed longā obsidione, commeatūque prohibendo, aut hostem ad deditiōnem cogere defatigatū, aut semi confectum fame vigilisq; adoriri intra muros, aut foras pellicere; sic turgentēs humores, fluitantes, discursantes, facile est priusquam partem aliquam nobilem occupent, cathartico pellere. Vbi vero alicubi confedererunt, non commodum neque tutum est eos aggredi purgante medicamento; sed oportet prius excoquere, tandem domitos extrahere.

Quicumque inflammationes, &c.

Liquitur Hip. de internis inflammationibus, vt Pleuritide, Perip-
neumonia, & alijs partium internarum. In quibus neque cathartica
neque alia remedia in principio aliquid humoris in phlegmone contēti
educere possunt; proptereaque ratione materiae coniunctæ parum aut
nihil prosunt. Prodeesse tamen poterunt ratione antecedentis causæ, ideoque ipsem Hip. codem opere cōsulit in initio Pleuritidis quæ ad imas costas vergit, veratrum aut peplium porrigeret. Sed hæc vt Gal. ait, ad in acut. Com. 2. Part. II.

C A P. X.

STATVIT hoc capite terminos omnium temporum breuiter, tum sex cruditatis signis, tum ex accessionibus hoc modo. Finis principij est initium coctionis. Idem initium principium est augmenti, aut ascensus. Præter id autem, augmenti signum est, si accessiones anticipent, longiores, & vehementiores sint. Vbi vero eodem modo progrediuntur, nec aliquomodo increscunt, signum est status. Quod si deinde decrescat

longitudine, anticipatione, & vehementia, signum est declinationis. Rursum si promptè adsint coctionis signa, multum deinde anticipent accessiones, longissimæ fiant, & vehementissimæ, signum est morbum per crism finitumiri: quantòque signa hæc auctiora fient, tanto citius, quantò autem mitiora, tanto tardiis futuram crism. Quod si tardè appareant signa coctionis, lentè etiam augeantur accessiones, & moderatæ, signum est non crisi finiendum esse morbum, sed lisi aut lentà solutione. Atque ex his omnibus sequitur, ut Galen. ait, aut presentia tempora, aut nuper facta, ex accessionum augmento, statu, aut decremento colligi.

C A P. XI.

EXPLORAT hoc capite omnes bonæ deiectionis conditions ex Hipp. sententia in Prognos. Com. 2. Part. 13. & seq. & lib. de Crisib. idque satis perspicue. Sed sunt aliquæ difficultates. Prima quod initio capitil dicat Hippocratem vocare loco cit. inferiorem ventrem, a quo exeunt deiectiones, ad differentiam thoracis. Puto per ventrem non capacitatem solam abdominis intelligere (quomodo enim diceret Hipp. alui talia excrementa sanam esse capacitatem hanc ostendere?) sed quæ ea continentur partes. At hic videtur Gal. solum ventriculum & intestina per ventrem intelligere, cum ait si excrementum sit molle, coniunctum, pro ingestis alimentis copia, & tempore assueto redditum, id sufficere ut sit optimum, & ostendat ventrem inferiorem sanitum esse & robustum: quamvis fieri possit ut propter vehementem adiacentium partium caliditatem exugatur atque exsicetur tale excrementum &c. Paulò vero infra dicit excrementum exquisitè secundum naturam se habere, quod neque in ventre, neque in circumstantibus organis aliquod erratum esse significat. Vbi quemadmodum primò, ventrem pro ventriculo & intestinis tantum capit; deinde sibi contradicit, quod nouas addat conditions ad laudatum excrementum, cum quatuor primas tantum, nec eas etiam omnes, requirere videretur. Secunda vero difficultas cum prima coniuncta est, quod scilicet colorem exrementi initio capitil parui faciat, in fine autem cum Hipp. adjiciat, idemque facit in Progn. Com. 2. Part. 17. & Hipp. ipse tum ibi, tum in lib. de Crisibus & coloris & fætoris semper meminit. Ergo per ventrem inferiorem satius est intelligere omnes quæ abdomine continentur partes, naturali aut nutritoriæ facultati inseruientes; quemadmodum & per medium ventrem, eas quæ thorace, vitali vi subministrantes; & per superiorē eas quæ caluaria, animalem virtutem fouentes. Neque enim satis est ventriculū & intestina rectè habere aut in sanitate, aut in morbo, nisi & reliquo. 1. Prog. quæ valeant. Vnde Hipp. non solum per deiectiones & vrinas ventris in 30. & seq. ferioris statu cōiectat, sed & per tactum explorat, & externam habitudinē.

Feces

Feces autem alii non solum de ventriculo & intestinis, sed etiam de mesenterio, iecore, liene, & renibus testimonium perhibent, ut hic ostendit Gal. Quamuis enim ventriculus & intestina optimè in se habent, si partes illæ circumiacentes præcalidæ sint, excrementum aduent, unde parcius exibit, & tardiùs, duriùsque, & nigrius quam par sit. Si obstructio adsit in circumiacentibus, cilius & liquidius, copiosius & ablicans effluet, propter impeditam distributionem. Si stipatus sit porus aut meatus, per quem à iecore, in ieiunum effunditur bilis, erit candidius excretum, tardiùsque descendet. Ex his itaque omnibus constat, ut oletum sit laudatum, necesse esse ut & color & odor quoque adhuc requisita, neque parum interesset hæc etiam considerare in eo, per quæ de tot, nec parui momenti partium, conditione certiores sumus. Sed & hinc etiam patet, quanta sit in dijudicando eo difficultas: cum supra tot partes attestetur: neque solum supra iam dictas, sed etiam supra universum corpus, quando à toto eo quandoque fluant humores, qui ei ad- 5. loc. aff. 6. miscentur, ut hic ait Gal. & sapientius alibi.

Varium autem varijs, &c.

Hactenus conditions omnes quas habere debent laudatæ alii fecerunt, longo sermone prosequutus est, & earum causas explicuit. Nunc autem illaudatas etiam addit præcipias deiectiones. Alias enim antea quoque promiscuè cum laudatis inuoluit, decolorata scilicet, aut malicolorata, citas, tardas, nimias, paucas, stridentes, spumosasque. Explicat autem locus hic, ut difficilem quæstionem paucis expediamus. An scilicet varia, an sincerae deiectiones peiores sint. Hic enim manifestè colligitur & ex cap. sequenti, varias & multiplices deiectiones, deteriores esse sinceras aut simplici, quia simplex affectus facilius curatur, & minus est periculofus multiformi, ut ait Gal. Idem affirmat Hip. in Prognost. Com. 2. par. tum de deiectionibus, tum de vomitionibus, & Gal. ibidem, & Hip. lib. 23. & 40. de Iudicationibus aut Crisibus, & 4. Aphor. 21. Contrà vero idem Hip.

a. Aphor. 14. in alii profluuijs, excrementorum mutationes iuuare ait, 7. Aph. 6. & sinceras euacuationes, vbique damnat, & cum eo Gal. ut suprà vidi- 23. Progn. mis. Celsus lib. 2. C. 7. dubius in hac re est, modòque simplex sputum Com. 1. par. laudat, modò varium. Nonnulli varietatem deiectionum ante concoctionem damnant, post eam vero commendant. Sed a Hip. & Gal. cit. 45. 46. 47. simpliciter damnant mutationes. Præter id quod ante concoctionem 48. & com. etiam simplex & sincera reprobanda est, post candem vero laudanda. Ad- 2. par. 38. de & hoc collationem debere semper fieri cæteris partibus. Nunc autem 39. 40. 41. quæstio est an simplex, an multiplex deiectione præferenda sit, eodem scili- 42. 47. ter tempore eodemque modo. b. Hugo Senensis laudat mutationem in a 3. Epid. quæ finita omni morbificâ materiâ, succedit naturalis humor alterius Com. 2. par. speciei, ut si illaudata bili superueniat naturalis pituita. c. Sed Hip. id re- 8. super Ap. erguit, quod plures sunt colores, non pranos esse dicens. Præterea quis c 4. Ap. sit.

Com. in probabit laudatum humorem deiici? Hieremias Triuerus Brachius
 Aph. 14. lib. 2. ilius alio modo tentat nodum soluere, dicitque sinceræ deiectiones
 opponi mixtis, simplices autem multiplicibus & varijs: tandemque
 excrementorum mutationem bis vult considerari, vt morbum scilicet
 varium ac difficultem ostendunt, & vt diligentem purgationem ac
 naturæ robur: vt illud quidem mala tanquam signa, vt hoc vero bona
 tanquam signa etiam & causas, esse. Atque ita sibi videtur optimè non
 composuisse. Sed manet eadem difficultas. Nec enim quædam excre-
 mentorum mutatio & varietas bona sit vt signum, aut vt causa: sed an me-
 lius sit exire à corpore humores variorum colorum, an unius solum, aut
 tanquam signum, aut tanquam causa, aut tanquam utrumque. Loci
 t. Cris. II. enim Hipp. & Galen. ex diametro pugnant. Ratio non multo securior
 est. Excrementorum enim varietas multas in corpore male affectas esse
 partes ostendit, proptereaque difficiliorem futurum morbum, longiorem,
 neque minus periculosum quam si unius solum essent coloris, ut inquit
 Hippoc. & Gal. citatis. Sincera quoque deiectione mala admodum est,
 vt quæ ostendat totum corpus valde esse intemperatum unicam intem-
 periebus. Quod ergo horum melius est? An plures partes varijs affici intem-
 periebus, an omnes unam? Nam quod deiectiones sive sinceræ, sive va-
 riæ sint, melius est fieri, & exire quæ noxia sunt corpori, quam recineri,
 id quidem certum est. Ita ut iam id solum supersit querendum, utrum
 melius signum sit, multos, an unum deiici colorem? Quod ut facilius innotescat, distinguendum est inter sinceram & mixtam deiectionem,
 simplicem aut multiplicem & variam, unam & plures, bonas &
 malas. Sincera est quæ ex uno simplici sit humore, mixta quæ ex multis
 simul iunctis; idque in una solum deiectione spectatur. Simplex est
 quæ semper eodem modo fluit, sive sincera sit, sive mixta ab initio;
 multiplex & varia, quæ mutat identidem colores: idque in pluribus de-
 iectionibus consideratur. Una deiectione est quæ semel fit: plures quæ
 pluribus vicibus. Bona est quæ à naturali conditione non multum di-
 stat, mala quæ multum abest. Malas autem Hippocrat. recenset lib.
 de Crisibus dicens, *Sunt autem tales ramentosa, biliosa, cruenta,*
prassina, nigra. Quibus addit in Aphorism. 4. Aphorism. 57. livi-
 das, fœtidasque. Idem quoque facit in Progn. cit. & cum eo Ga-
 len. Ergo paucæ supersunt quæ sint bona, & sunt pituita tan-
 tum, & serosa. Sed ex malis minus male sunt primæ, peiores vi-
 timæ. Ex his ita dubium soluamus. Mixta deiectione laudabilius est
 sinceræ, & multiplex variaque simplici, modò ad peiora mutatione non
 fiat, ut inquit Hippocrat. 2. Aphorism. cit. si enim ad peiora muta-
 tio fiat, melior est simplex multiplici, & quæ plures colores magis
 praui fuerint, peius, ut inquit Hipp. cit. 4. Aphorism. 21. Exemplis
 hæc manifestemus. Sinceræ pituita, aut bilis deiecta, peior est quam
 vtrah; mixta. Sinceram pituitam deiici per totum morbi decursum me-
 lius est, quam si succedant ei sincera bilis modò crocea, modò por-

nica; & multò peius si succedat liuida aut nigra deiectionio. Contrà verò nigra vel liuida deiectionio sincerā peior est quām vtraque mixta, Peius etiam est alterutrum semper deieci, quām si succedant eis bilis & pituita quālibet. Atque haec tenus conciliasse videmur sibi hos authores. Quod si petas, in genere, nullā factā distinctione bonorum aut malorum humorum, quid præstat in deiectionibus, simplex an varium? Respondeo, varium. In simplici enim videtur vieta omnimodo natura; nec habemus qui nos adiuuet. In multiplici autem cūm sint variæ intemperies, habebimus vnam earum contra aliam adiutricem. Atque propter id diuturnior est morbus in multiplici quām in simplici deiectione, vt inquit Hippocrat. lib. de Crisib. citato, & Gal. hoc in loco, quia resistunt aliquæ partes. Haec de deiectionibus sufficient: circa quas multæ sunt difficultates, quas nos breuitatis causa nunc omittimus. Cæterū quodde deiectionibus dictum est, & de omnibus alijs excretionibus dictum puta.

C A P. XII.

TO TVM hoc caput absumitur in explicatione vrinæ, eius differentiarum, & iudiciorum. Et sanè nūquam alibi videtur Gal. de vriniſ ex professo tractasse (liber enim qui de vriniſ inscribitur inter opera Gal. spurius est) sed varijs in locis obiter, & lib. de Nat. fac. lib. 1. & 2. Nat. fac. com. in Hipp. Nec nūc etiam id ex professo agit, sed vt ex 2. Prog. c. vriniſ futuram crisiſ p̄cognoscere doceat. Quia verò hanc materiam 5. 1. Epid. copioſe tractarunt post Galen. Auicen. Fen. 2. 1. doc. 3. multóque ele- c. 3. 23. 4. gantius & clarius simūlque luculentius Actuarius septem integris li- Apb. 75. & bris, ideo nos breuius de hac re differemus, quæ ad naturam solūm vrinæ seq. 3. Epid. spetant, ex probatissimis dogmatis principum virorum in vnum colligentes, quætionēsque omnes dimittentes, exceptā vnā de hypostasi, Fernel. 3. in qua dissident doctissimi medici, Fernelius, & Thom. Rod à Veiga Patbol. 17. post alios neotericos. Vrinam ergo sic possumus definire, quod sit ex- Thom. Rod. crumentum aqueum secundæ coctionis quæ fit in hepate & venis, à ma- Com. 1. lib. teria potulenta, vi renūm tractâ & à sanguine secretâ. Nec enim ego feb. Gal. cum his consentire possum, qui partem vrinæ quæ sanguinem deduxit in sect. 2. 5. & poros partium inanes ad earum nutritionem, partem in quam vrinæ quæ uerte olla p̄z crassitie nō potuit per halitū aut sudorem exire, per venas rursus ad hepatis & ad renes remeare credunt. Parū enim id est quod extra vltimas venas excidit, facilisq; est naturæ id per carnis proximæ poros, & cutis foras mittere, quām sanguini iterum cōmīscere, & per longā ducere viā. Quod si vrina quæ sanguinē comitata est extravasa, nō potest diffundi aut abluiri, quid facient terrea excrementsa tertię cōcoctionis? An & ipsa rediēt in venas? Præterea quomodo eodē die, imò intra paucas horas

qui bibit aliquos vini congios totidem mingit, si plurimum vinx ad artus & habitum corporis fertur, & inde post tertiam coctionem regredi debeat? Quod si dicas vrinam prandij ire in habitum, aliam vero hesternæ cœnæ æquali copia exire à prandio loco illius; ergo præsens vrina nunquam attestabitur super præsentem coctionem, sed super præteritam, aut super utramque: quod utrumque videtur absurdum: præterid quod, qui præsenti prandio bilit sex vini congios, hesterna autem cœna biberat tantum unum, non potest post aliquot horas sex meiere congios, ut dicit Gal. si totus prandij potus abit in habitum corporis,

Idem Gal. cuiusque loco meitur hesternæ cœnæ potio. Diffat ergo tertia coctionis *1. s. a. t. 17.* excrementa natura per vias sibi cognitas, & absunt, nec opus est eis rursum inficere sanguinem. Iam in vrinâ optimè sani hominis tria debent adesse, color scilicet flavius, crasis seu cōsistentia media inter crassum & tenue, & hypostasis seu sedimentum album, laxe, & æquale. Neque tamen propterea deesse debet qualitas pro ratione potus, odor vrinæ proprius, tempus meiendi assuetus, & meiendi modus liber & absque nixu, dolore, aut morâ. In his autem omnibus habenda quoque ratio sexus, ætatis, ciborum, temperamenti, temporis, exercitij, & priuatæ cuiusque conditionis. Circa sedimentum vero dubitant primò num in perfectè sanis adesse

Auct. 2. 1. debeat. Et quamvis Auicen. Rhaz. Isaacius, & Hispanus quidam, crederent, non debere adesse, tamen cum quaestio non sit de causa, sed de rean-

6. Rhaz. 31. Cont. 1. dant non debere adesse, tamen cum quaestio non sit de causa, sed de rean-

Isaac de sit, Hippocratesque summus vir, & Galen. post eum, Actuariusque assertant adesse semper in vrinis sanorum hypostasim, credendum illis est. *vrin. 8.* Et sane quantum nos experientia & obseruatione colligere potuimus à viginti-quinque annis aut amplius, tum in nobis ipsis, tum in alijs, semper in vrinis sanorum, hypostasim vidimus, nunc maiorem, nunc minorem pro varijs causis superius dictis. Quod si dicas, nos non esse perfectè sanos, verum est, sed sumus tamen sani, & à maximè sanis habenda sunt signa ad ægrotos; aut nulla unquam erit scientia. Quod si tu nobis non assentias, hæc in omnibus sanis obseruantibus, quomodo nos tibi assentiemur dicenti in perfectè fano non debere esse hypostasim, qui nunquam perfectè sanum vidisti? Sed dices ex Gal. sedimentum prouenit ex insanguificatione; insanguificatio autem à diminuto calore manat: ergo in perfectè fano, in quo non potest concedi immunitus calor, nullum erit sedimentum. At tu malâ cum ratione sensum visim-

2. de Diff. respire. Sedimentum multum & crassum, nisi id proueniat ratione *6. Epid. cō.* cibi multi & crassi, signum est immuniti calor; non autem mediocre, *2. tex. 19.* Neque tamen propterea putamus mediocre sedimentum prouenire ex *2. simpl. 1.* crasso excreimento tertia coctionis ob immunitum calorem, ut vult Hispanus ille. Sed potius fieri in hepate, & venis ex excrementis crassis secundæ coctionis, & si velis etiam ex ijs quæ prodeunt à nutritione

Lib. de nat. venarum. Cum enim in omni coctione fiant duplia excrementa, tenuia & crassa; in ea quæ fit in hepate & venis hæc inueniri necesse *fan. t. 17.* est; tenuia autem sunt bilis & vrina, crassa vero hypostasis, & melanco-

licus succus. Atque hæc de primo dubio. Secundum est , num hypo-
stasis in morbis sit crassior pars victæ & excocta materiae morbificæ ut
vult Gal. & Auic. & cum eis Thom. Rod. à Veiga cit. an portio crassa
alimenti quæ vrinæ mixta actione calidi innati ad imum pellitur, quem-
admodum in sanis , ut vult Fernel. citato ? Bonum autem præfigere in 2. Presag.
morbis, quia significat, naturam quæ haec tenus præ morbi vehementia 7.
deficiebat in sanguificatione , iam nunc vires resumat , & ut antea sole-
bat, alimentum coquat. Atque ut hoc paucis absoluamus , quamuis
Ferneli opinio & eius rationes impugnentur à Veiga, tamen non om-
nino videntur explodenda. Nam, ut omissam rationes Ferneli quibus
non sufficienter satisfacit à Veiga, & ne duplicationibus & triplicationi-
bus vix (arguendi enim nullus est finis) non videtur rationi conso-
num, eadem omnino apparere in sanis & in ægrotis. Aiunt quidem Hip. 1. Prog. 8.
& Gal. ægrorum omnia debere esse quam simillima sanis , & nos etiam 2. Aph. 18.
id concedimus, sed non eadem. Quæ enim differentia esset inter sanum
& ægrotum? Improbat Hip. si in febriensibus non omnino minuatur
corpus. Si ergo Hypostasis signum est bene sani , & appareat semper in
bene sanis , fieri non potest ut eadem appareat in ægrotis: & si eadem
sit in sanis ex materia alimenti non excocta, non potest fieri in ægrotis
eadem ex putrescente materia. Distinguendum itaque mihi videtur de
hypostasi, quod alia sit vera & laudata, qualis est sanorum: alia homo-
nimè dicta & spuria, qualis est ægrorum. Illa ex materia alimenti etiam
bene cocti fit, estque crassior, & excrementosa pars sanguinis alendo
inepta omnino, debetque esse candida , leuis, & æqualis , nec multa.
Hæc verò pars est putrescentis sed ex parte iam domita materia, im-
mixta tamen alteri, nec ipsi absolutæ , nisi vbi iam cessat morbus ; ideo-
que etiam tunc cum cessat morbus, laudabilior appareat hypostasis , &
sanorum valde similis , quamvis non nihil putridæ materiae admixtum
sit. Atvero in morbi vigore , argumento, & circa crism, hypostasis mor-
bosæ est obscura , grauis, diuulsa , multaque. Quoniam ergo prima sit
ex excremente alimenti bene cocti , secunda autem ex parte materiae
putrescentis ; quando materia hæc , cum alendo inepta sit , tamen eod
vix victa est , ut proximè accedat ad naturam alimenti , tunc hypo-
stasis etiam ægroti, proximè accedit ad hypostasim sani : proindeque si-
gnum est vincentis naturæ, salubrisque morbi. Contraria verò contraria.

C A P. XIII.

O STENDIT hoc cap. difficultatem præhitionis temporum mor-
borum, modumque eam superandi ex Hippocratis doctrina , di-
stinguendo genera & species signorum, & etiam gradus eaque omnia

sæpius animo reuelando, inspicioendo, obseruando, conferendóque,
Omnia autem perspicua sunt in textu.

CAP. XIV.

AD temporum morbi præcognitionem habendam tria hoc capite proponit signorum genera; eaque rursus subdiuidit in alia; & que bona, quæque mala sunt, & quæ fida, seu infida, & denique quæ neutra satis obscure & implexè tradit. Quæ omnia in eius contextu facile est videre. Nobis autem aliter hæc melius distingui posse videntur hoc modo. Quamuis signorum multa sint genera alibi discitæda, tamen quæ ad præsens negotium de crisibus spectant, tria tantum fitiū possunt, quorum alia sunt bona, alia mala, alia neutra aut indifferentia, quæ neque bonum neque malum per se denotant, at modò bonum modò malum significant, pro vario morbi tempore & pro vario aliorum signorum bonorum vel malorum cum his concursum. Rursus bona malaque alia sunt simpliciter talia, alia paulò plus & valde, alia verò summè. Omnia denique spectantur in excretis, in habitu corporis, & in animalibus, vitalibus, naturalib[us]que operationibus. Bona simpliciter sunt in excretis, quæ semper bonum denotant, vocanturque coctionis signa. Eadem autem, valde bona sunt: summè denique autem, summè bona. Mala verò contrà simpliciter, quæ leviter cruda sunt; valde mala, quæ multum à naturali constitutione distant: summè denique mala, quæ & perniciosa, quæ naturam victimam omnino ostendunt. De quibus omnibus suprà iam dictum est. In habitu verò corporis bona sunt, benè coloratum esse, decenter decumbere, faciem habere sibi similliman, hypochondria & ventrem tractabilem.

1. Aphor. esse, & alia huiusmodi. Contraria mala sunt, & peiora, pessimaque,

2. quò magis à naturali statu aberunt. **a** In operationibus naturalibus bonum est bene se habere ad ea quæ offeruntur, non multum sitire, non appetere absurdā. Contraria contrà mala. **b** In animalibus ubi somnus

c delirium sedat bonum. **c** In omnibus in orbis mente constare, facile spirare, facilèque moueri bonum. **d** Contrà verò in quibus morbis somnus laborem facit mortale, delirare, frigidum & difficulter spirare, & in pedes procubere malū etiam. In vitalibus denique pulsuum bonitas bonum; contrarium, contrà malum: & quò magis à naturali distans, ed peius. Animi item deliquia, & salutis desperatio, malum: contrà verò animi robur, & confidentia bonum. Atque hæc omnia sunt certa stataque in suo genere qualibet, demonstrantque quod apta sunt demonstrare, alia coctionem aut cruditatem, alia salutem aut mortem, bonaque sunt aut mala in omni tempore, per se & cum alijs? Quæ autem neutra vocantur, aut dubia, aut indifferentia, sunt ea quæ critica Galenus

1. Prog. cit.

vocat; quia s̄pē cr̄s̄m pr̄cedunt aut comitantur; quamvis non necessit̄d eam semper denotent, vt Galenus ipse dicit. Ea autem sunt duplicita, alia quæ solum sunt signa: alia quæ etiam sunt causæ cr̄s̄os. Signa solum sunt rigor, stridor dentium, anxietas, æstus, diffīlis respiratio, vigilia, caligo, obuersationes oculorum, clamores, lymphathymia, & similia. Causæ autem & simul signa sunt vomitus, aliñfluor, sudor, hæmorrhagia per nares, anum, vterum, hemorrhoides, decubitus humorum in varias corporis partes. Hæc autem omnia neutra dicuntur seu indifferentia, quia neque semper critica sunt, nisi in statu; neque semper bona, nisi præcedentibus signis coctionis, neque semper mala, nisi præsentibus cruditatis signis, aut alijs perniciolis.

C A P. X V.

Capite hoc nihil noui nec obscuri continetur, sed concludit tantum inter signa fidissimum esse coctionis signum ex Hip. sententia in Aphor. & Epid. principiūmque, cruditatis signis determinari. ^{2. Aph. 27.} Quod quidem ad cognoscendum bonūsne an malus futurus sit morbi ^{1. Epid.} exitus, & an tardè an citò, conducere potest; sed non an criticè an non ^{2. Com. 2. 44.} criticè, nisi ex accidenti, & largè.

C A P. XVI.

Tentat hoc cap. Gal. aliquam totius morbi formam exemplo sub oculos nobis ponere, doceréque quomodo quis cognoscere possit à primo die, an in primo quarternario, an in secundo morbus finiri debat. Et quamvis ille id conetur, tamen id difficillimum est cognitu, multoq; magis quām dictu, vt ille ait. Difficultas enim hinc confurgit, quod omnia per gradus distinguenda sunt, qui quidem sunt infiniti, neque scientiā comprehendi possunt. Gradus autem tum in vehementia morbi tum symptomatum, tum in coctione & cruditate, tum in dignitate & magnitudine signorum, tum denique in varia omnium horum mixtione considerantur. Quibus omnibus perspectis, additāque rerum humanarum inconstantiā, & instabilitate, erroribus qui circa ægrotum ^{3. Prog. 39.} *Vide infra* cōmittuntur, temporum varietate, ingruentiūmque casuum multitudine, ^{lib. 3. c. 4.} quamvis ego credam lōgo vsu & exercitatione id nos aliquatenus consequi posse, vt prope accedamus ad temporum morbi præcognitionem, & Gal. tantū tribuam vt putem eum in hoc raro errasse, tamen de me nō id

profiteri possum, neque confido posse me id obtinere ut certò prædicere possim diem criseos, & aliorum temporum, vt plurimum: licet aliquando, & sæpe id mihi contigerit; sæpe tamen etiam erravi; neque viði quemquam qui id præstaret. Quis enim omnia supradicta, & interna hominis, viriumque tenorem, ad vnguem tenere potest? Ut interim omittam, quod frequentissimum est, nos naturæ motum, morbiq[ue] cursum, nostris remedijis perturbare & interuertere. Supponit ergo Gal. duo extrema, vt hinc media colligantur. Alterum est, detur ægrotus laborans febre acutâ cum securissimis signis, qualia sunt facilis tolerantia, vrina cum æneoremate aut nube laudatâ, sat colorata, mediâ consitentia, bona facies, sensuum integritas, motus moderati, somni quieti, deiectiones quales à nobis superius descriptæ sunt, & multa alia. Alius contraria omnia habeat, hoc excepto quod quemadmodum ille, vehementissimè febrit. His, inquit, ambobus soluetur & terminabitur morbus primo quaternario, primo quidem ad salutem, alteri verò ad mortem. Nonnullis verò ex superioribus signis deficientibus, aut numero aut potentia & magnitudine, diutius proferetur morbus. Atque hæc quidem optimè in idea & dicuntur, & finguntur; vbi autem oportebit singula & vniuersalia ægro inspicere & conferre, & superiora omnia à nobis enarrata, apparebit quanta sit in omnibus difficultas. Qui enim leget libros Epidemiorum, & qui volet experiri in ægrotis, inueniet quoddam cum securissimis signis primo die febrire, secundo peius habere, deinde & tertio, quarto iterum melius. Alios contrà cum grauiissimis signis lethalib[us]que primo die, sequenti melius habere: & nonnullos ex illis mori, ex his autem eudere. Et quid dicemus Hip. ita referunt omnes.

1. Epid. cō. nium erant (de frebrius continua illius constitutionis loquitur) que in id tempus inciderunt, violentissima, longissima, laboriosissimaque. **Quis** crederet posse esse febres laboriosissimas, violentissimæque, & tamen esse longissimas? Repugnare videtur Hip. ipse dicens, Vbi paratus est morbus, statim etiam extremos labores habet: & alibi, Durrimus febres ac signis afflentes difficillimus, quarto die aut citius interimuntur: & Gal. hic dicens, acutam febrem cum bonis signis, aut cum pessimis, primo quaternario finiri. Tanta est rerum quæ in humana corpora cadunt, inconstantia, & incertitudo. Gal. tamen videtur in certis, constantibus, fixis, & quæ variari non possunt, versari; & de mobilibus & incertis certas regulas constituere vult. Quod an ille assequitur ipse viderit; ego non possum. Sed iam satis de hoc capite, in sequentibus enim idem melius confirmabitur.

C A P. XVII.

Thoc cap. idem repetit Gal. quod superioribus, principium scilicet morbi durare quamdiu nulla, aut valde leuia apparent coctionis signa; nullæ coctionis signum statuens vrinam omnino aquosam, tenuem, & sine aliqua nube, aut suspenso, nedum hypostasi; leuis autem aut debilis coctionis, eandem tenuem & aliquatenus pallidam aut turbulentam quæ talis manet, aut tenuem & fuluam: manifestum autem quod & mediocrem coctionis signum ponit, flauum vrinæ colorem, mediocrem consistentiam, & rubram nebulam aut suspensum; tuncque terminum adesse principij dicit, initiumque augmenti: perfectæ denique, cum his hypostasim albam leuem & æqualem, & tunc adesse augmēti finem statimque. Ad cruditatis signa addenda esse alia quæ durare principium ostendunt, ut sunt natura morbi, motus, anni tempus, regio, ætas, & temperamentum, ut si febris sit quotidiana, quæ lente mouetur, in hyeme, Germaniâ, sene, pituitofor: quibus addere potes sexum, vitæ genus, viatum pateritum, ut si sit mulier, sedentaria, gulosa, & cibis pituitofis passa: hæc omnia ostendunt principium in longum tempus productum in: contraria vero contraria. Atque hæc quidem satis largè dicuntur, neque præfinitum aliquod tempus ostendunt principij, neque proinde reliquorum, neque criseos, aut solutionis. Quod autem ait, si in primo die apparet aliquod coctionis signum in vrinâ, iam principium transgressum esse, & morbum eodem die esse in statu, neque fieri posse, ne cogitatione quidem, ut morbus à primo insultu, in summo consistat vigore ac si fulmine perculsus esset homo; dubitationes habet. Primam, quia sapissime, imò sere semper, vrina in primo die morbi etiam futuri longiori, habet manifesta coctionis signa, quia adhuc natura sui memor, nec multum à morbo possessa, (circa initia enim & fines, dicebat Hip. 2. Aph. 30. omnia sunt debiliora, circa statum autem fortiora) cibum satis bene coquit, & vrinam reddit non multum à naturali dissonam. Secundam, quia tollere videtur hæc paroxysmaticam febrem, quam alibi à principio ad finem usque decrescere ait. Ergo à primo insultu vigorem suum obtinuit. Et tamen durat hæc septem integrōs dies, cùm nihilominus in ipso sui ortu sit vehementissima; quamvis dicas principium, & augmentum præ breuitate nos latere. Cùm enim primo die saltem sit vehementissima, ex sententia Gal. hic, non deberet extendi ultra primum quartarium.

C A P. XVIII.

V o d superiori capite in vrinis fecit, hoc in capitulo in sputis exegitur, ostendens signa debilis coctionis, manifestæ, & perfectæ,

Nnn

item & nullæ. Nullæ sunt nullum sputum, sed tussis sicca: debilis spu-
tum tenue & paucum: manifestæ, idem modicè coctum & satis mul-
tum: perfectæ denique, perfectè coctum & multum. In primis signis
adest principium pleuritidis: in secundis, initium; in tertijs, finis aug-
menti; in quartis status: donec paucum & coctum expuatur: tunc enim
est declinatio. Atque hæc omnia in Anaxione, cuius historia habet

3. Epid.

com. 3. 81.

apud Hip. demonstrat; eum propterea quasi typum & regulam nobis
proponendo ad cognoscenda morborum tempora. In quo quamvis ille
multum laboret, & ingeniosè, ut solet omnia, perspicuèque conetur no-
bis apertum facere, quasi inductione & manu nos ducendo: tamen mihi
videtur incurtere virtutem illud quod ipse obijcit authori libri Propheti-

7. Propheta. c. 1. 4. 15. Quotusquisque enim est qui ut Anaxion ægrotet? Aut quomodo fieri
potest ut omnia in duobus individuis sint similia? mihi quidem nun-
quam contigit videre similem pleuriticum. Sed illi hoc condonandum,
quòd exemplis vtitur, quòd nos ad difficultia captanda instruat, & exer-
ceat, cum aliàs particularia sub scientiam non cadant. Nec enim aliter
in medicina fieri potest, ut quæ primùm obseruatione constet. Cæterum
in textu omnia sunt perspicua.

C A P. XIX. & XX.

His duobus ultimis capitibus Gal. fere omnia qua hactenus dixit, re-
colligit: præcipue ostendens verū principium vniuersale morbi, ap-
parentibus manifestis coctionis signis terminari, quasi toto hoc libro nil
aliud voluerit ostendere quam quod sit principium morbi vniuersale, reli-
quis vero sequentibus, de reliquis temporibus, & de crisi dicturus, quod
& hic præmittit: & insuper pollicetur se clarius demonstratum quomo-
do quis facta distinctione secundum magis & minus signorum co-
ctionis, & cruditatis in primo quaternario, & de reliquis temporibus iu-
dicet, & de crisi aut non crisi futurâ, & bonâ vel malâ; & denique quo-
modo primo die quis cognoscere possit morbi naturam, & ex eo conie-
cturam artificiosam habere ad vietum institendum, multò vero certius
secundo, tertio, aut denique quarto die. Quæ omnia, quia nullam ha-
bent difficultatem, prætermittimus; & ad secundum librum nos confe-
rimus.

F I N I S.

Q V I D?



FRANCISCI SANCHEZ
DOCTORIS MEDICI,
ET IN ACADEMIA
Tolosana Professoris Regij.

DE CRISIBVS
Commentarij,

LIBER II.

C A P . I.

IO TO hoc lib. Gal. nil aliud intendit, quam nos in cuiusque morbi, sed præcipue febrium, in quibus maximè contingent crises, cognitionem ducere: quando morbi natura maximè ad temporum cognitionem & præcognitionem habendam plurimum habet momenti, ut superius ostensum est ex Hippocratis sententiâ. Est autem totus liber satis breuis, dilucidusque, nisi vbi res in se sunt perplexæ difficultesque quemadmodum sunt febres complexæ, de quibus in calce agit.

Si itaque quispiam nobis ēc.

NON possum non valde admirari Gal. diuinum ingenium in omnibus artis partibus, sed maximè in morborum naturæ cognitione, praecognitione, & in pulsuum materiâ. Eique tantū tribuo propter multum, quæ in eius operibus elucet, eruditionem doctrinamque, ut facile &

Nnnn 2

Diff. feb. 1.

7. de Pra-

cogn. 2.

Diff. feb. 7.

in omnibus assentias, credamusque. Quamuis alij cuicunque non faciliter concederemus. Nam quod in prima cuiusque morbi accessione aut inuasione, ille quis morbus esset statim cognoverit, nonne id mirum est? Aut nonne dolendum nos nunc non solum non in primâ accessione, sed neque in primo triduo, neque aliquando in toto morbi decursu, morbi naturam non cognoscere? Nam ego, ut de me loquar, adeo sum stupido ingenio, ut etiam omnibus his Galeni theorematibus instructus, sape tentauerim in prima accessione, morbi naturam cognoscere, & quamuis aliquando id obtinuerim, tamen sc̄pissime errauerim, & etiam nunc. Et quid dicam errasse me in diiudicanda febris specie? cum singulis diebus tres aut quatuor medici dubitemus circa ægrotum aliquem febriatne, an non? Tanta est humani ingenij imbecillitas, vita brevis, aetas longa, iudicium in omnibus difficile. Atque ut semel causas difficultatis attingamus, quod & supradicta obiter fecimus, primo oportet Medicum semper adesse ægrotu, ut horas & momenta, & modos inuasionum & solutionum paroxysmorum obseruaret, & diuinitatem vniuersusque, & proportionem inter se. Videtur enim Gal. medicos Imperatorum alloqui, dum adeo exactè hæc omnia consideranda esse dicit circa ægrotos. At non omnes ægroti plurimos aut unum saltem semper habere possunt clinicum, ut Imperatores aut Reges habere solent; immo maior pars hominum nunc medicum non accersit nisi tandem post explorata multa remedia, sc̄pius laudentia potius quam iuuantia, aut nulla, & incongruam vietus rationem, & quandoque desperatis rebus: & tunc non nisi semel in toto morbo, saltem hac in Galliâ Narbonensi, & cum conditione, protestatione, & animo non parendi, nisi in ijs quæ illis libuerint, leuiibus, gratisque. Secundò, demus vocari medicum oportunitate; non potest tamen statim in ipso insultu. At id necesse est, ut discernat inter horrem, frigus, aut rigorem. Nam si dicas hæc posse disci relatione ægri, neutiquam id fieri potest, cum major pars ægrorum vix sciat referre ea

Hip. Prog. 1. quæ patitur. Sed adsit in primo insultu, durèque febris vingtiquatuor horas, aut quadraginta, ut aliquando sit, an perpetuè adhæret medicus ægrotu per vigil, & insomnis, ut obseruet tempora, modumque paroxysmi, & solutionem eiusdem? Tertiò, cognoscendæ primum sunt simplices, & exquisitissimæ febres, deinde mixtae, & complexæ inter se, &

Hip. lib. de Arte. 2. Diff. feb. 3. cum locis affectis ut infravidebimus. Simplicissima ergo tertiana est quæ incipit cum rigore, citò floret, valde urget calore & fitti, duodecim huius horis, sudore soluitur, aut vomitu bilioso, in homine bilioso simili pastus vietu, exercitijs dedito, studijs, & curis, æstate mediâ, suam seruante naturam, in regione calidâ siccâ, qualis est Æthiopia, Italiâque, plurimisque simul apprehendit. Hæc est exquisitissima tertiana Galeno. Sed an multæ tales sunt? Videtur idea quedam & exemplar potius quam res vera. Et tamen necesse est talem fingere, ut ad hanc reliqua minus legitimæ conferantur. Sed cum vix ac ne vix quidem omnes hæc conditiones simul reperiantur, & ynuis solum in corpore

nunquam fere abundet humor, sed plures, non vnaque sit pars affecta, sed multæ, non potest fieri ut paroxysmus sit talis qualem descripsimus, nec tot necessariòs sint accessiones, neque proinde tempora tanta, neque talis solutio. Multò verò maior est confusio, & obscuritas, vbi febres inter se sunt complexæ, compositæque, & cum locis multis, varièque affectis: ut si eadem horâ incipiat febris tertiana cum quotidianâ, & quartanâ, & cum duplici aut triplici quotidianâ, aut quartanâ, & consurgat una ab humoribus intra venas putrefactibus; aut extra easdem pulsis, alia vero à parte quapiam phlegmone, alia ab aliâ erisipelite laborante. Quòd si diuersis horis inuadant accessiones variæ, non minor erit dubitatio. Quartò, et si hæc omnia pateant, tamen si error aliquis circa ægrotum committatur, omnia pessum eunt. Sunt autem adeo frequentes errores, vt nil magis. Et tamen Gal. vt antea quoque diximus, ac si in 3. Cris. 4. ob hoc inferiore omnia essent certa & ordinata æquè atque in cœlesti, & seq. ita hinc accessiones debere inuadere, repeteréque quamlibet pro natu- râ sua certo & indubitate quodammodo, temporéque: cùm nihil omi- nus & intus in corpore nostro, & extrâ, tot contingent, tot fiant mutatio- nes singulis momentis, tot incident fortuiti casus, qui omnia peruer- tant, vt vix ac ne vix quidem certi aliquid statui possit, neque in arte nostrâ, neque in alijs, neque in rebus omnibus miseræ huius sphœræ ele- mentaris. Hinc est quòd artem nostram vocet sâpe Gal. coniectural- em, quod ad prædictum spectat. Neque solum nostra, sed omnes quæ circa particulae versantur, coniecturales sunt & incertæ. In tantis ergo re- rum difficultatibus quid præstandum? Conandum omnibus modis, fe- bris naturam assequi, aut febrium, si multæ sint. Quòd si id obtinere non possumus adeo præcisè, ut cupimus, non tamen propterea desperandum est de morbi curatione, & vt inquit Horat. 1. Epist. 1.

Non possis oculo quantum contendere Lynceus,

Non tamen idcirco contemnes lippus inungi.

Sed qui sint humores peccantes, ex proprijs eorum notis, & ex deiectionibus, & alijs excretionibus coniectandum. Hique præparandi, & expurgandi sunt. Partes etiam affectas intra corpus aucupari oportet, ea- numque affectum, ex signis proprijs vniuscuiusque: de quibus Gal. egit in libris de locis affectis: hisque mederi conuenientibus remedijis. Qui- bus ritè peractis, et si sebri proprium nomen non inueniamus, non tamen 2. Diff. sebe idcirco non curabimus. Quod verò attinet ad tempora morbi, & solu- 11. tionem, ea ex symptomatis, & coctionis & cruditatis signis, naturâque humorum circum circa, & artificiosâ coniecturâ colligi poterunt. Atque hæc in huius libri initio monuisse satis sit, ne vbique repetere necesse sit. Nunc si qua sunt obscura, breuiter transfigamus. Gal. enim satis est per- picuus & copiosus.

C A P. II.

Diem autem per totum hunc sermonem.

HORTATVR nos hoc capite ut nos exerceamus in cognitione morbi vniuerscuiusque, exemplo plantarum, quas primò nascentes non facile est cognoscere, nisi plurimù te exercueris; & sagittariorum, qui non statim album feriunt, sed post multum tempus, quo assueti sunt.

Idem 9. Monet autem nunc nos, se per diem intelligere spacium viginti-quatuor horarum, quo cōcluditur lux nocte. Qui quidem dies dicitur naturalis, ad differentiā diei artificialis, qui durat solum quamvis sol est super horizontem nostrum. Atq; hæc de die sufficient. Nec enim nunc temporis partes omnes, neque diei significata, & varias acceptiones enarrare oportet.

Meth. 1. *Idē 2. diff.* tunum esset. Ceterum hæc ille de die meminit, quia dixerat superioriter capite, & repetit etiam hoc, se primo die cognouisse, & nos debere etiā cognoscere simplicem quemcumq; morbum; vt Causum, simplicem quotidianam, tertianam, quartanam, ephemoram, hecticam, & similes alios morbos. Ad duplicitis autem affectionis cognitionem duos dies, & ad triplicis tres dies necessarios fortasse esse. Quorum quidem duorum ultimum probabilius est primo. Mihi enim videtur valde difficile, ne dicam impossibile, vt suprà quoq; aduertebamus, morbos omnes cognoscere in omnibus hominibus, & atibus omnibus, sexibus, temporibus, temperiebus, habitibus, vite generibus, locis, & vietis rationibus, primo statim die. Nam vt tibi concedam, quotidianam, tertianam, & quartanam, ex signis tuis te posse cognoscere, propter humorum differentiam; tamen quintanam, septanam, nonanamque, item & erraticam, non video quomodo possis. Sunt tamen aliquæ harum, & nos quianam semel vidimus, Galenus nunquam: erraticæ autem frequentissimæ sunt. Sæpe etiam videbamus febrem habere duos, aut tres paroxismos, deinde firmari in continuam. Maior etiam febrium pars cum frigore inuadit, & continua & intermittentes; neque tamen frigus illud vñquam postea redit in multis continuis, sed solum excandescunt per vices; & quandoque repetit, sed semel tantum, aut bis, idque sine ordine. Quid denique tot varietates referam? Ex modo autem caloris, hecticam in primo die iudicare ego nunquam auderem: imò sæpe quam & nos & alij non primo die, sed post vnum & alterum mensem hecticam pronunciaueramus, ea durauit plurimos menses sine aliqua exasperatione, sed eodem tenore, & tandem abiit relieto ægro incolumi, & sine remedij, nisi fortasse cum aliquâ bona victus ratione; & in alio cum omnimoda viuendi libertate, propter salutis desperationem. Quid autem dicemus de Mæcenate? Quem dicunt totâ vîta febre laborasse: & de illo qui quotannis natali suo febrem

feb. 7. 1. ad

Glauc. 4.

1. Epid. scđt.

3. initio.

1. diff. feb.

5.

ephemeram patiebatur. Sed hæc nunc pro exemplo sufficient. Reliqua enim tu experientia comprobabis, videbisque quād arduum id sit; quād admirandus Gal. noster, cui tam perspicax ingenium natura concesserat, vt nullus post eum vñquam de se tale quid prædicare ausus sit, posse scilicet primo morbi die eius naturam cognouisse. Vnum tamen monere te semel volo, ne minus properè de hac re iudices, sententiāque proferas. Sed potius dies aliquot expectes, & dubiè ad interrogata respondeas, propter varias, quæ in corpore contingunt, mutationes.

C A P. III.

EXPO NIT hoc cap. omnes exquisitæ tertianæ notas, interēamque, & continentem seu Causonem, & quotidianam & quartanam, diff. feb. 3. & 1. tentiam constituit: idque satis perspicue. Exquisita ergo tertiana est quæ cum rigore maximo inuadit, corpus pungente & stimulante, pulsu tardo, raro, debili, & paruo, sed in raritate parum à naturali diuerso, ordinato tamen & æquali, & in vna & in pluribus pulsationibus: paulò verò post statim increbit eius tū celeritas, tum magnitudo, & frequentia cum æqualitate, tum calor per omnes corporis partes æqualis, quique primo occursu manum valde exurit, sed post modicum tempus ab ea superatur: adestantem statim & multa sitis, & ubi biberint, vapor multus calidus per cutem exhalat; móxque adsunt biliosus vomitus, sudórque per universum corpus æqualis, cum pulsus celeritate, frequentia, magnitudine, & vehementia, deiectione biliosa, & tandem omnimoda febris solutio sequitur, post duodecim horas ad summum, post septem aut circum circa ut plurimum: sub cuius accessionis finem adebit vrina fulua vel subflava. Atque hic est tertiani paroxysmi naturalis cursus internaque essentia. Eandem verò etiam indicat hominis temperatura biliosa, exercitijs, curis, & studijs dediti, ieconijs, & paucō cibo, eique calido sicco asfuci, exitate mediā suam seruante constitutionem, regione etiam calidâ siccâ, exitate consistenti, & denique quod codem tempore multæ grassen- tur tertianæ. Differt autem tertiana à Causone aut Continente febre, (quæ & ipsa à bile fit, sed intra vasa putrescēte, cùm quæ tertianam committit, extra eadem continetur) quod continens aut causus non desinat in infibricitationem vñquam ante morbi finem: A quotidianâ, quod in hac non sit rigor, sed tantum horror aut frigus. A quartanâ autem, quod in quartanæ rigor nō in primâ statim accessione violentissimus sit vt in tertianâ, sed paulatim singulis accessionibus increbat: & quod non pungat carnes, sed cōtundat easdē usq; ad ossa, vt referunt ægroti: & quod pulsus in quartanâ sit multò tardior, rarior, depressior, minūlsq; æqualis quād in tertianâ; & deniq; quod non tā facile augeatur, incādescat, incālescatq;

2. diff. feb. 7

ad Glauc. 5

Idem lib. de febris. Consulit autem Gal. sequenti capite, vt si fieri possit, naturalem Puls. ad vniuersiusque pulsum cognoscamus, & familiarē habeāmus, vi primo Tyro. c. 9. die dijudicare possimus, & discernere tertianū à quartano paroxysmū concludītque tandem, qui tertianam à quartanā primo die nescit distingue, neque omnino medici nōmen mereri. Quod si verum est proh dolor! quām pauci nūne sumus qui medici nōmen meremur. Sed mihi videtur implicare contradictionem. Si enim differentia inter rigorem tertianæ febris & quartanæ penes magnitudinem, penesque sensum doloris pungentem aut contundentem consistit, qui ab egi ratione habetur: ægrorum autem maior pars nescit quæ patiatur refert, aut explicare, nec distinctionem inter magnum & parvum, contundens & pungens facere, quomodo facile erit medico, accessionem tertianā à quartanā discernere? Quod si ægroti pulsus naturā sit tardus, rarus, tenuis, & depresso, præhendatur tamen accessione tertianā febris, nūne medicus merito iudicabit esse quartanam? At quotusquisque nostrum est, qui multos ægrotos adeo habeat familiares & certos, vt eorum pulsus cognoscat? Cūm adeo inconstantes sint hōc tempore homines, vt vel ex leui, vel etiam ex nullā occasione nūnc hunc, nūne illum sibi suæ præficiant medicum. Ut interim omittam singulis diebus, singulis que horis in nouos nos incidere ægrotos, & quos nunquam antevidimus, nec vñquam postea visuri sumus. Sed & id quod antea quoque cibebamus, nūnc etiam reperendum est, scilicet requirere Gal. vt nos ægroti in primo morbi insultu præsto simus, & per totam accessionem ei assideamus; quod utrumque vel impossibile, vel rarum est. Sed ego hisce cum rationibus excusationem quæro inscitia mæ. Gal. enim has omnes superabat difficultates.

Hip. lib. de febris. *Artic.* *Pul. ad* *Tyr. c. 9.*

 Idem lib. de febris. *Pul. ad* *Tyr. c. 9.*

 V A R T A N A M hoc capite, quemadmodum superiori tertianam, *s. 1. ad* *Glaucio. 6.* delineat satis perspicue. Inuadit ergo cum rigore parvo, contundente, pulsu raro, tardo, submisso, inæquali, tardi deinde, & inæqualiter, & lente ascendit, diutius durat, sudore etiam soluitur, sed non æquè copioso, neque æquali, hominem tenet melancholicum, lenofum, etate circa senectam, vicetu crasso, frigido sicco nutritum, laboribus etiam, inæsthiāque confectum, erraticis febribus antea detentum, cum vīna albā & tenui; in Autumno, propriam naturam seruante, regione frigidā sicca, quæ quartanos paroxysmos solita sit generare, & tunc etiam multis tales producat.

C. A. P. IV.

2. Diff. feb. *Q* UARTANAM hoc capite, quemadmodum superiori tertianam, *s. 1. ad* *Glaucio. 6.* delineat satis perspicue. Inuadit ergo cum rigore parvo, contundente, pulsu raro, tardo, submisso, inæquali, tardi deinde, & inæqualiter, & lente ascendit, diutius durat, sudore etiam soluitur, sed non æquè copioso, neque æquali, hominem tenet melancholicum, lenofum, etate circa senectam, vicetu crasso, frigido sicco nutritum, laboribus etiam, inæsthiāque confectum, erraticis febribus antea detentum, cum vīna albā & tenui; in Autumno, propriam naturam seruante, regione frigidā sicca, quæ quartanos paroxysmos solita sit generare, & tunc etiam multis tales producat.

C. A. P. V.

C A P. V.

E Thoc etiam capite quotidianam describit, & à supradictis sciungit. ^{2. Tiff. feb.}
Adoritur illa cum frigore leui, quod procedentibus paroxismis ma- ^{4. I. ad}
gis apparet, cum pulsuum inæqualitate, quicque in ascensu non magnus
 est, non velox, non vehemens ut in tertianâ; neque quemadmodum in
 illâ, exuritur æger, vestimentaque projicit, sitit, iactatur, calidum efflat,
 frequenter respirat, neque in primis paroxismis sudat, sed procedente
 tempore; vrinæque illi albæ sunt & tenues, veluti in quartanâ. Sed ab
 hac differt, ut ait Galenus, pulsibus, quos in ægrotis familiaribus quis-
 piam exactè deprehendat. Ergo in non familiaribus non facile si de-
 prehendere, proindeque non valde promptū sit dijudicare an quartana,
 an quotidiana sit febris: cùm fieri possit, ut qui melancholicus sit con-
 stitutione, pituitosus sit humorum abundatiâ, & contrâ. Præter superio-
 ra autem febrem quotidiana indicant hominis temperamentum frigi-
 dum humidum, talis anteacta viætus ratio, vita deses & sedentaria sine
 curis, atas aut puerilis ob cruditates, aut senilis, crapula, cruditates, ru-
 etus acidi, coquendi mora, præcordiorum tumor & inflatio in principio
 febri, color albicans, pinguedo, carnis mollities, sexus fæmineus, tem-
 pus hyemale, aër, & regio frigida humida, & quod noctu ut plurimùm
 inuadat: quemadmodum contrâ (ut nos id Galeno addamus ex ratio-
 ne) tertiana circa meridiem, quartana sub vesperam, continua verò
 matutinis horis.

C A P. VI.

POSTquam intermitentes febres depinxit, nunc continuas eius-
 dem generis proprijs signis ornat. Vocat autem continuas eiusdem ^{Idz 2. Dif.}
 generis cum intermittentibus, quæ ab eodem fiunt humore à quo & ille, ^{stb. 2.}
 sed differunt primò in hoc, quod qui continuas committit humor, intra-
 vas contineatur, qui verò intermitentes, extra eadem fertur singulis ac-
 cessionibus. Secundò, quod intermitentes omnes semper cum rigore,
 aut horrore, aut perfrigeratione incipiunt. Continuæ verò, nunquam,
 nec in principio morbi totius, nec in initij exasperationum. Tertiò,
 quod intermitentes desinunt in infibricitationem singulis accessioni-
 bus, continuæ nunquam, nisi cùm omnino soluuntur. Quartò, quod in
 fine cuiusque accessionis intermittentium, sudor adeat, vomitus, aut de-
 jicio, aut omnia simul: in exasperationibus, verò continuarum, id non
 contingit. Vocantur autem hæ febres tertiana continua, quæ & ardens,

○○○

quotidiana continua, & quartana continua. In reliquis autem omnibus conueniunt inter se febres hæ omnes continua cum intermittentibus. Addit verò sub finem capit is, Cum verò neque declinatio aliqua sensibili sit, semper verò à primo principio febris usque ad crism, similis perseneretur, erit & hec de genere febrium deurentium: ab iisdem verò acutie differet.

4. Aph. 43. (hoc est acutior eis erit, Quomodo cumque enim febris intermisserit, inquit

7. Aph. 64. Hippocrat. periculum abesse significatur) : sed neque in primo die neque in secundo est huiusmodi febrem prenoscere, neque aliter veile; sufficit enim genus agnoscere, quod scilicet bilies a sit atque deurens & peracuta: neque enim si etiam Synochum ipsam nominauerit, ut quidam medici faciunt, appellationis ratione à febribus deurentibus differt: sicut neque ob id quod tres Synochi differentias agnoscentes, proprium singulis ipsarum nomen imposuerunt, has quidem Epacmaстichæ, &c. I am ex hac diuersitate appellationum differre est existimandum. Hæc Galen. Quæ omnia recensere volui, ut hinc constaret, non tantam esse certitudinem cognitionis morbi in primo die, ipsomet Galeno id affirmante in febre deurente, & reliquis Synochis, quantam ipse nobis inculcat. Nam ex hoc illius concessio ego consequentiam ad alia traho, quamvisque antiquissimum præceptorem vbiique suspiciam, tamen non possum non semper ignorantiam publicare meam, cùmque eius bonâ veniâ de multis dubitare, quæ illi apertissima erant: veluti de eo quod suprà dictum est, differe continuas ab intermittentibus, quod in continuarum principijs non adsit rigor, nec horror, nec frigus, quemadmodum in intermittentium: cuius contrarium ego per multos annos ex relatione omnium fere ægrotorum collegi. Vix enim unus aut alter est eorum qui febre continuâ corripiuntur, qui non dicat se inhorruisse in primo morbi insultu. Adeo ut sæpe aut locum hunc Galeni suspectum habuerim, aut cogitauerim num alter inuaderent morbi in Graciâ aut Italâ tempore Galeni, quæ nunc inuadunt in Galliâ. Nec satis est dicere, Galenum de rigore solùm loquuntur esse. Cùm enim dicat continuas quotidianas, tertianas, & quartanas differre ab illis quæ singulis, alternis, aut quaternis diebus inuadunt, quod nec rigor in illis adsit, nec febris omnino sudore soluat: in febre autem quotidianâ non adsit rigor, sed horror aut frigus, ex eiusdem dogmatis; sequitur illum per rigorem hic intelligere latè horrorem: quemadmodum etiam in lib. 2. Diff. feb. cap. 6. & 5. in quotidianâ rigorem agnoscit: aut breuitati studentem dixisse, non adesse in continuis rigorem, in quibus intermittentibus solet adesse rigor, quemadmodum nec horrorem, qui in intermittentibus eiusdem generis adesse debet; ut in quotidianis. Adde quod etiam in tertianis, aut quartanis, non appareat ut plurimum ri-

Idem Gal. gor adeo exquisitus ut vult Galen. sed sæpe horror solùm. Rigorem 3. Cris. 2. autem hunc violentum ego ut plurimum vidi in crisibus ardenti fe- & Hip. 4. brium. Ex hoc etiam capite patet id quod suprà dicebamus, non sci- Aph. 18.

licet debere nos esse valde sollicitos de nomine febris; modò constet ^{2. Diff. feb.}
quis sit humor qui eam committit neque si in primo statim die ^{11.}
morbū cognoscamus; quando tum ex humoris naturā, tum ex
symptomatum vehementiā conjectare liceat verisimiliter & circum-
circa quādū morbus durare debeat: & ad victus rationem instituen-
dam parum intersit si morbus septimo aut nono finiatur die. Neque
enī nunc, præcipue mulierculæ nostræ, adeo exactè victus regu-
las seruant, vt Hippocrat. vult & nos præscribimus, imò vt plurimū
invitis nobis ægrotos cibis, & iusculis, & tortiuis, & succis carnium,
& instaurantibus multorum generum tantū suffocant, imò tan-
dem suffocant. Sed de his satis.

C A P. VII.

Postquam simplices omnes febres tum continuas, cùm intermit-
tentē dignoscere demonstrauit, nunc optimā vtens methodo, ad
compositas & complexas diuertit. Diuidit autem eas multifariam hoc
modo: aut febris fit ab humorum putredine, aut sine hac ab alicuius in-
ternæ partis inflammatione aut affectione aliâ; aut denique ab spiri-
tuū alteratione (de hecū nescio qua ratione nil hic dicat: cùm
possint cum putridis commisceri: nisi fortasse quia in illis crises non
hunc.) Ultimo autem hoc membro relieto, quod Ephemeras constituit,
quia in his non est magna difficultas, neque contingit compositio cum
alijs; neque accidunt crises; ex alijs duobus sic fiunt compositæ febres;
vel quia hæ complexæ tantum sunt, vel quia confusæ. Complexas nunc
vocat (in sequentibus enim confusas & complexas confundit s̄pē) ^{c. 9.}
quæ ita mixtæ sunt, vt à se mutuò diuelli possint, & distingui, quia varijs
incipiant horis, vt cùm absoluto paroxysmo uno febris quotidiane, alter
deinde sequitur: aut cùm vix absoluto principio unius accessionis quo-
tidiane febris, altera ingruit, & ita duraat ambæ mixtæ usque ad finem,
vt vel ambæ simul finiantur, vel altera paulò priùs. Confusas verò quæ ^{Idem 2. dif.}
codem tempore incipiunt, ita vt una ab alterâ distingui non valeat. At ^{feb. c. 10.}
que hæc duo genera per omnes febres ita spatiantur, vt multæ fiant ea-
rum complexiones, confusionesque: scilicet earum quæ ex putredine
humorū cum alijs quæ ex eorundem humorū putredine, aut cum
his quæ ex partium affectionibus. Rursus putridæ cum putridis, aut di-
uerforum generum, vt continua cum intermittente, (cuius difficilem
admodum cognitionem esse dicit) aut eiusdem generis, vt intermit-
tentē cum intermittente. In genere verò intermittentium fiunt iterum
compositiones aut diuersarum inter se specierum, vt tertianæ cum quar-
tanis; aut eiusdem speciei, vt tertianæ cum tertianâ, vñâ, duabus, yek

Quæ itidem ex partium affectione consurgunt præter has compositiones, habent adhuc & alias: scilicet, cùm diuersarum partium affectiones inter se miscentur, ut pulmonis, ventriculi, iecoris. Quod & ipsum iterum bifariam contingit, vel quia idem est multarum partium affectionis genus, ut cùm hepar, & ventriculus utraque phlegmone laborant: vel quia varium, ut cùm altera phlegmone, eripelat altera torquetur. In eadem etiam parte varium passionis genus febrem compositam suscitare potest, ut si cum phlegmone hepatis coniunctum est eiusdem partis Oedema. Atque hæc in genere dicta sint. Species enim compositionum quæ & ex complexis, & confusis febribus consurgunt, tot sunt, ut non facilè eas quis omnes in numerum reducere possit; neque valde necessarium sit. Has igitur omnes, cognitis seorum simplicibus, cognoscere postea nos debere, & monet, & docet Gal. vno aut altero posito exemplo. Differunt autem febris quæ ex humorum putredine continuâ fit, ab eâ quæ ex inflammatione alicuius partis internæ,

2. Diff. feb. f. b. 11. primò quia illa morbus est primarius, hæc secundarius & symptomata.

4. Aph. 66. Secundò, more, qui aliud valde diuersus est in illâ & in hac; quod experientia tantum constat, nec exprimi certis potest verbis. Vnde pro-

7. Aph. 42. pter primam rationem non vult Gal. dici aliquam febrem hepaticam, lienosam, aut pulmoniam, sed Hepialon, Lipyriam, & Thiphodem; quia

4. Aph. 66. symptomata illic sunt, hic vero morbi: & febres ab Hip. vocari ait viliimas, non vero primas.

C A P. VIII.

TO RVM hoc caput absunitur in assignandâ difficultate omnibus satisfaciendi in docendo: cùm omnia omnes damnent, alij ut breviora, alij ut longiora, aliique ut clariora, & alij ut obscuriora. Concluditque optimam in hoc esse mediocritatem, quam solum putat sectari. Quod an verum sit, alij viderint. Certè mediocritatem, ut & virtutem, in genere quidem omnes probamus; re autem pauci assequimur. Cùm ergo febrium tractatio adeo ampla sit, ut de eis, decem volumina conscripsisse Archigenem dicat: locorum etiam affectionum notitia latè pateat; fieri non potest, ut si huc omnia congerantur, non fiat tractatio prôlixa nimis. Quare satius est ad loca propria recurrere: quod & Galen. hic præcipit, sequentiique capite, vno aut altero compositarum febrium exemplo contentus, reliquas nobis captandas ex simplicium signis relinquit.

C A P. IX.

PROPOSITIS h̄c duobus exemplis conatur nos ad exercitium; in *Holer. lib.* *de Feb. caput hoc per-*
dignoscendis febribus compositis, inducere. Primò igitur quomodo *per am ab*
hemitrit̄xus agnoscatur; deinde quomodo quotidiana cum tertianā, & *interpretē*
hemitrit̄xus cum tertianā: rursus quomodo continua cum intermitten- *versum ait.*
te, & intermittens cum intermittente, mixta, non tamen ad infebriticata-

tionem perueniente, longo sermone prosequitur; & quo pacto etiam
tres tertianæ anticipantes. In quibus exponendis illud s̄aepē inculcat,
non omnibus id peruum esse, sed sagacibus & expertis; difficileque
aliquibus videri continua admixtam esse intermittentem, imò impossibili-
bile: cū videatur implicare, expertem esse febris, quod est proprium
intermittenti, & continuo febrire, quod est continua. Addit & hoc,
medicos s̄aepē in cognoscendis compositis febribus errare, eas vocando
semitertianas, aut erraticas. Ex quibus omnibus constat, quād diffi-
cile sit complexas, & confusas febres dijudicare. In fine denique capititis
ad simplicium cognitionem nos remittit. Quare nos idem cum illo fa-
cientes, quia loci istius non est, quid hemitrit̄xus, quid semitertiana
spuria, quidque quālibet aliarum sit, exponere, neque omnes compo-
sitorum figuræ & mixtiones, earumque signa persequi (h̄c enim om-
nia ad tractatum de febribus, & de typis pertinent) ad ea quā sequuntur,
accedemus: si hoc nunc solū monuerimus, de hemitrit̄ao magnam
elle questionem Gal. cum antiquioribus se medicis, vocarēque eum. *1. Epid. cōd.*
veram Hemitrit̄um, quā ex quotidianā continua & tertianā intermit- *3. & 2.*
tente mixta est. Id verō & in hac, & alijs compositionibus continua- *Diff. feb. c.*
rum cum intermittentibus contingere, vt quemadmodum de Rodano *7. & 8.*
fluvio dicitur, sic illum per medium Lemanum lacum, in quem influit,
excurrere, vt nihilominus viam suam manifeste teneat, & lacus aquis
immixtus tamen continuo ductu extra feratur; sic etiam intermittens fe-
bris omnia signa sua seruans, continua miscetur suis periodis, & ab ea-
dem se explicat sudoribus & vomitibus, aut alui fluore.

C A P. X.

ET hoc etiam capite captatā occasione à febribus, quā à partium in-
ternarum affectione pendent, de pleuritide obiter tractat, ostend-
ens in eā alia esse signa, quā locum affectum, alia quā genus affectio-
nis, alia quā febrem, alia quā morbi magnitudinem declarant. Quā
omnia, quia pr̄ter institutum sunt, & tantum exempli causā ab eo
adducuntur, potiusque ad tractationem febrium, typorum, causarum,

locorumque affectorum spectant, ut idem author sub capit. finem sit
a nobis prætermittuntur.

C A P. XI.

PERSPICTA sunt quæ h̄ic dicuntur, idque contendunt, morbum futurum breuem, si & in loco nobili, mobili, raro, calidoque, & ex humore calido, ipsèque magnus & velox fuerit: quid si contraria parvus, tardus, locum occupans ignobilem, immobilēmque, & ex materiā frigidā fuerit affectus, longus & diutinus erit. Ex bile igitur *Idem 2.* *Nat. fag. 8.* morbi sicut breues, ex pituitā longi, magisque ex nigro succo. Quorum omnium una est ratio, mobilitas caloris, immobilitasque & segnitias frigiditatis. Qui ergo affectionis, & affectæ partis naturam non ignorabit, hic etiam ex his quadam tenus crisis futuræ tempus auctorabitur: certius autem si addiderit ea omnia, quæ sequenti volumine Gal. subdit.

C A P. XII.

EST hoc caput velut epilogus totius libri, in quo omnia quæ hactenus dicta sunt, paucis comprehenduntur. Simplices igitur humores putrescentes aut in vasibus, aut in aliquâ corporis parte, simplices producere febres, aut alias affectiones, ut tumores, ait: mixtos vero, mixtas. Pro humoris autem dominio, & signa etiam illius excellere: si vero duo vel tres ex aequo misceantur, mixta quoque aequaliter esse signa. De sanguinis etiam putredine, & degeneratione in alios humores, obiter quædam addit; de quibus oportuniū alibi tractabitur.

C A P. XIII.

CVm sub finem Cap. II. dixerit, permutationes quæ in febribus ephemeras, & hecūcias sunt, per abusionem ab aliquibus vocari solitas crises, hoc in cap. docet nos ephemeræ statim cognoscere. Ita enim intelligere oportet quod ait, exponere se velle, quomodo in primis diebus eas cognoscere valeamus. Quomodo enim in primis diebus cognoscetur, quæ non nisi unum durat diem? Iam signa, quibus eas distinguunt & inter se, & a continuis, adeo sunt tenuia, ut nisi ab exercitissimo, ingeniosissimoque medico, qualis ipse erat, percipi non possint,

ficiiliusque sit ea scribere quam re dignoscere, præcipue quæ in pulsibus statuantur. Sed quia hæc omnia satis in litera perspicua sunt, & parum ad rem faciunt, leuisque sunt momenti, de his plura dicere iuperedebimus, vt ad grauiora, quæ proximo libro promittuntur, veniamus. Hoc tamen prius adnotantes, vltima huius libri verba, quibus habetur, nullam hecticarum febrium in primis diebus fieri, sed in temporis progressu, repugnare manifestè ijs quæ dicuntur lib. I. de feb. c. 8. & seq. & 3. de Præfig. ex puls. c. 3. & 10. Method. 5. quibus locis diserte Gal. asserit, ab ipso statim initio ex ira, & marore, & pestilentes etiam hecicas febres fieri.

Sed reuera difficile est, & rarum, hecicas statim

ab initio fieri; & id vult Gal. cit. de

diff. feb. & præfiga:

quod magis com-

probat hic

locus.

DE CRISIBVS

FINIS.

QVID?





FRANCISCI SANCHEZ
DOCTORIS MEDICI,
ET IN ACADEMIA
Tolosana Professoris Regij.

DE CRISIBVS
Commentarij,

LIBER III.

C A P . I.

OCTVRVS hoc libro quo pacto futuras crises aliquis prævideat, præsentisque agnoscat, primo hoc capite sex criseos significata recenset, prout sex sunt mutationes quæ in morbis fieri solent. Aut enim subito ad salutem & manifestè mutatur morbus: aut ad mortem: aut lente & insensibiliter ad alterutrum: aut denique mixte ad vnum ex his duabus: cum scilicet facta aliquâ conspicuâ mutatione non statim consequitur salus aut mors, sed aliquanto post tempore paulatimque alterutruuis. Harum autem mutationum primam simpliciter crism per excellentiam dicitur; secundam verò malam crism; tertiam & quartam non crises, sed potius solutiones; quintam denique & sextam imperfectas crises. Et quamvis parùm intersit quomodo quis his nominibus utatur, neque Gal. semper ea eodem modo usurpet; tamen quia quod bonum est, prius est secundum naturam malo, ideo bonum iudicium, meritò simpliciter iudicium dici meretur. Bonum autem

autem est quod subito bonis ægri rebus morbum tollit: quemadmodum contrà malum, quo æger de medio tollitur. Atque veluti in foro iudiciorum litem integrè non dirimunt, sed ex parte, non absoluta dicuntur arresta, sed interloquitoria, sic imperfectæ crises. Denique quo pacto cùm fatigati litigatores longitudine litis, aut exhausti nummis, quiescunt & deponunt iurgia, neque sequitur iudicium, sed absque eo, aut remittunt sibi iniurias, aut parte debiti contenti, amicorum interuentu solvuntur curis, aut denique alter curis, ærumnis, fame, pædoréque carceris confessus sensim contabescens perit; sic in solutionibus morborum paulatinis fit: quamuis mihi non valde propriè morbus solui dicatur, qui ægrotum perdit. Sed de his hactenus.

C A P. II.

RESENSE T hoc capite signa omnia instantis criseos, sìque satis perspicuè. Vbi primum id videtur absonum, crism simeliciter dicam, quam per excellentiam ita vocari superiùs diximus, fieri subitis etatùque dignis abscessibus. Non enim est absoluta & perfecta morbi solutio, in qua nouus succedit morbus, sed materiae tantùm in aliam partem transpositio, morbique mutatio. Et sèpe quidem visum est subito parotides apparuisse, ægrumque morbo videri leuatum, cùm tamen ab iisdem parotidibus succederet deinde mors: quemadmodum cùm *infra c. 9.* duo exercitus configunt, quandoque casu aliquo terrore & metu perculsus alter terga vertit, fugaque arreptâ quamlongissimè aufugit sine magno detimento & cæde, deinde vero reparatis viribus, animoque recollecto, in insequentes hostes conuertit arma, eòsque superat & omnino ad internectionem delet. Non ergo qui hostem fugauit iam omnino nescivit, sed, qui profligauit, neque triumphum agit qui hostes abegit, sed qui subegit: sic etiam non perfecta victoria est quum natura in partem aliquam deposituit morbificam materiam, sed cùm omnino foras eiecit. Secundò notandum, quòd quemadmodum cùm insfat insultus aut pugna, omnes omnis ordinis homines à rege usque ad minimum calorem tremunt, pallent, horrent, concutiuntur, fit in totâ yrbe aut totis castris magnus strepitus, clangor & perturbatio; sic cùm adest crisis, totum corpus omnésque eius partes agitaatur; rex cor patitur lymphathias & anxietates; pulmo & thorax æstum, dispnoëamque: ventriculus cardinaliam, dolorem, nauseam, fitim, vomitum: hepatic & intestina, renesque, vrinæ, excrementorumque incontinentiam aut nimiam retentionem: & quandoque etiam testes spermatis inuoluntariam ejaculacionem: uteru, menstruas purgationes extra debitum tempus: venæ sedis hemorrhagiam: cerebrum vero & circumuinicæ partes, obliuionem, inanes visiones, præsentium ignorantiam, aurium sibilum, vigilias, delicas, vertigines, graues somnos, dolores capitum aut colli, surditates,

P P P

lachymas, oculi aut labri palpitatione, & tandem copiosam per narres sanguinis effusionem; totum denique corpus, agitationem, æstum, incontinentes motus, rigorem, & denique copiosum sudorem. Est itaque crisis terræmotus quidam, conflictatio, pugnâque naturæ cum morbo, & iudicium de vita aut nece ægroti. Neque tamen credendum est idiomam aliquem primum nomen hoc criseos, tali concertationi imposuisse, ut hic vult. Gal. & à nobis suprà aduersum est: quanquam fieri possit, & parum interfit.

C A P . I I I .

CRISIM præsentem quomodo quis agnoscat, superiori capite signis multis ostendit author. Sed id quamvis aliquid sit, ne medicus, vt cæteri assistentes, turbetur, & anceps animi, exitum expectet; tamen parùm est. Maioris autem negotij est & futuram præuidere, & quando, & quâ, & denique qualis illa erit, fœlix an funesta, perfecta aut imperfecta. Quæ omnia ex pluribus capitibus Gal. hoc & sequenti capite haurit. Sunt autem hæc partim iam dicta, partim dicenda, ut morbinatura, magnitudo, motus, mos, locus affectus, coctionis aut cruditatis signa, dies indicatorij, dies iudicatorij, habitus ægrotantis, sexus, ætas, conditio, antea cætus victus, anni tempus, aëris constitutio, locus aut regio. De quibus omnibus per totum hunc librum differit: alia cum alijs varie conferendo; & ex omnibus tempus, partem, & modum criseos colligendo, quantum ex particularibus artificiali coniecturâ colligere licet. Præcipue autem hoc capite per morborum genera discurrendo, quâ quisque parte soluatur, ostendit.

Primum quidem & maximum &c.

QVONIAM salus à vincente naturâ est, mors autem à victâ. Vincere autem naturam ostendit excretorum coctio, quemadmodum contrâ, vinci, ubi illa cruda sunt. Hinc est quod laudatam crism (qua nihil aliud est quam victria naturæ supra morbum) nil melius præmonstrare potest excrementorum coctione: quemadmodum contrâ mortem, aut *Epid. Cō.* diuturnum & difficilem morbum, & recidiuas, eorundem cruditate, vt *2. Parte 44.* dicebat Hip. & asserit hic Gal. Qui generale hoc profert testimonium, *¶ 45.* se nunquam vidisse aliquem peremptum, qui præcedentibus coctionis signis crism habuisset. *Quod* quidem hac cum cautione accipendum est, ut signa coctionis sint peculia ria morbo, & perseverent. Fieri enim potest ut cum bene coctis vrinis aut foecibus intereat æger pleuritide obsefus, si in sputis desit coctio: & causone detenus, nisi eadem vrinæ durauerint. His enim qua præter rationem eueniunt, inquit Hip. non est fidendum, talia namque stabilia non sunt. Propterea subdit hic

statim Gal. in pleuritide maximè attendendm esse sputis, sed non negligendas vrinas, & excrementa: quasi propria sit pleuritidi solutio per sputa, communis autem per vrinas & alui fæces. Quod vt melius intelligatur, & quæ deinceps sequuntur omnia, animaduertendum est, quod quemadmodum quelibet pars affecta, propria habet signa quibus cognoscatur eius affectus, ita etiam in ijsdem & ab eisdem partibus quæ immediatè prodeunt excreta, supra coctionem aut cruditatem affectus attestantur, vt sputa thoracis noxas declarant, excreiones gutturis, salvia oris, mucus è naribus extractus cerebri, sanies & pus ulceris & vulneris, vrinæ vesicæ, & renum, vomitus & deiectiones ventriculi & intestinalium, menstruæ purgationes uteri, sudor habitus corporis. Secundò notandum, qnōd quomodo sunt aliquæ coctiones toti corpori communes, & necessariæ, quas expedit in sanis & ægrotis bene fieri, ita etiam eorum excrementa consideranda sunt in ægrotis, quibus pars aliqua interior laborat, non propter partem affectam priuatè, sed ob totum corpus, & communes eius dispensationes. Nec enim satis est me domi meæ in pace viuere, nisi & respublica pacata sit & sine bello. Sic etiam in omnibus partium internarum affectibus acutis, inspicienda sunt vrinæ & alui excrementa; quia prima & secunda coctio toti corpori, & proinde parti affectæ, prodest, aut obest, si male celebretur. Tertiò, simplicis vniusque affectus una solùm fortasse inspicienda essent signa excretaque: at duorum aut plurium, necesse est plura. In sola enim & pura pleuritide sufficit sputa considerare. Febris namque quæ illam comitatur, symptomatica est. Propterea fieri quidem potest, quod nos antea dicebamus, & vidimus sàpe, vt & vrinis & alui exerementis optime coctis, tamen intereat æger, à lateris dolore. Aque ob hanc rationem Hip. & Gal. damnant in pleuritide & peripneumoniâ alui fluxum, subindéque & cathartica; quia materia quæ pleuritidem committit, non potest per alium duci. Bonum tamen est si ventriculus & hepar bene habeant dum latus dolet: proptereaque secundò horum excreta consideranda esse ait Gal. secus autem est si cum pleuritide, & eius febre, coniuncta sit alia febris ab humorum corruptela pendens, vt suprà dicebamus, & sàpe contingit. Tunc enim non solùm propter pleuritidem obseruandæ sunt feces & vrinæ, sed magis propter humoralem febrem, à qua non minus quam à pleuritide impendet periculum; vt sàpe visi sint à nobis qui cum signis coctionis in sputis, imò fere expurgatæ pleuritide, interiere, idque à febre. Atque huius commixtionis ratione non solùm non damnandus est alui fluxus, quem nos sàpe euidenter contulisse vidimus, sed pro-
pinanda cathartica, vt facit idem Hip. & vt sàpe nos fœliciter in pleu-
ritide & peripneumonia fecimus: præcipue verò si pleuritidi comes sit
distillatio, vt sàpe est, in pectus; ad quam reuellendam plurimum ya-
let alui commotio.

6. Apb. 17

De Ratio-
vict. in
acute. com-
z. tex. II.

Semper enim cùm febris affuerit &c.

Adeo repugnat hæc sententia alteri quæ nouissimè à Gal. scripto est.
ut nesciam quid illi venerit in mentem, & an error sit in codice.
Cùm enim dixerit paulò antè, in morbis thoracis præcipue sputa esse
aduertenda, neque tamen vrinas & excrementa negligenda: vbi vero
febris adest sine alicuius visceris interni inflammatione, maximè vris
animum adhibere oportere: nunc ex aduerso prater omnem rationem
subdit, *semper enim cùm febris affuerit vel ex solâ humorum partem accensa, vel ex membro inflammationem patiente consequitur*: præcipue vris
inspiciendas censeo, atque inde coctiones agnoscendas. Ergo vel illud, præ-
cipue, oblitterandum, vel largè sumendum, ut primò particulares mem-
bri inflammati coctiones cognoscamus, ab his vero, vbi febris iuncta
fuerit, præcipue vrinas consideremus, deinde excrementa.

Secundum autem quod ab aliqua die

Vbi dixit primum & maximum instantis bona crisi indicium esse
coctiones, addit secundum esse, quod ab aliqua die indicatoriante
tertium quod iudicatorius dies, qui indicatur, potest sit
 2. Aph. 34. ad decernendum. Indicatorij autem dies sunt quartus septenarius
 4. Aph. 71. cimus decimi quarti, & decimus septimus vigesimi. a Nox itē ante diem
 1. die. dec. 8 criticum grauis, præcedentibus coctionis signis, indicatoria rursum
 2. Aph. 13 est criseos. Sed illi dies contemplabiles dicuntur ab Hippo. Iudicatorio
 2. Aph. 23. rum autem dierum potentissimus, similique nobilissimus, fidissimus
 4. Aph. 71. 1. Die. dec. que est septimus, deinde decimus quartus, vigesimus nonus, vades
 5. 4. 3. prog. mus, b quintus, quartus, tertius, & denique dicimus octauus, annus
 4. & 1. nobiliores eo ordine quo sunt dispositi. Contrà vero sextus alterius dila-
 b Hipp. 1. sis princeps, tirannusque infidorum prauorūmque criticorum quen-
 Epid. 4. Aph. 36. quuntur octauus, decimus, duodecimus, decimus sextus, & decimus no-
 de Die. dec. nus. Medius inter has duas classes incedit decimus tertius. Oblitera-
 vigesimum dum enim est in primi ordinis diebus crises fieri solitas bonas, perfectissi-
 primum nu- que: in secundi vero, malas imperfectasque. Sed hæc nunc breueri di-
 merat. xisse sufficiat, quorum causam in lib. die. Decretor. Gal. inuestigare con-
 natur, idque satis infeliciter ut visum est postea multis medicis. Inter-
 rim hinc nos colligemus quanta sit difficultas in prævidenda crisi &
 eius modo, & tempore, quando omnes dies critici sunt, & gradatim
 aliis alio fidelior & ad mortem, & ad salutem, & ad alterutram aut per-
 fectè, aut imperfectè; quibus tot momentis distractus anatus & emer-
 bus qui circa ægros committuntur, de quib[us]que tam saepè Galenus hoc
 in libro conqueritur, vix certi aliquid statuere potest. Nitendum tamen
 est quoquomodo, si non ita præcisè, saltē præuidere.

Deinceps autem inspiciendum, &c.

Ad cognoscendum an futura sit crisis, & quo tempore, præter cognitionem, dies contemplabiles, & criticos, confert etiam species morbi & mos. Species, quia tertiana exquisita septenaria circuitibus ter^{4. Apb. 59.} minutatur, & crisis fit maximè in accessionibus, septimam periodo expectanda estit crisis, ac proinde ad decimum-quartum diem: angina exquisita primo quaternario terminatur, quare quarto die, apparentibus antè co-^{3. Epid. cō.} ctionis lignis, salus per crism^{2. agr. 4. cō.} speranda. Mos autem, si morbus fortibus symptomatis sit stipatus, aut malignus, primo quaternario, aut ad summum septenario absoluetur, vt pleuritis cum dolore lateris, spirandi difficultate, tussi, febrēque: contrà verò leuis & lenta angina ad septi-^{3. Prog. tex. 18.} part. 3. mum usque, pleuritis etiam tolerabilis, & in qua sexto, aut septimo canum die excreare cœpit æger, ad decimum-quartum, aut etiam vigesimum diem extendetur, aut si tardius expuerit vt Anaxion, etiam usque^{3. Epid. cō.} 3. 81. agr. ad quartum & trigesimum.

Deinde an forme morbi excretio respondeat.

Habetus an crisis futura sit, & quo tempore, præscire nos docuit Gal. Nunc verò qualis illa futura sit; hoc est an per vrinas, an per sudores, an per vomitum, an per ventrem, an per hemorrhoidas, an per vteri venas, an per narium hemorrhagiam, an denique per abscessus. Hi enim sunt omnes modi per quos aut singulos, aut mixtos solui possunt & solent morbi. Ad cognoscendum autem per quem horum modorum fieri debeat morbi terminato, plurimum confert eiusdem morbi species, cui adiungi debet ægrotantis ætas, natura, victus ratio præcedens, locus, anni tempus, & aëris præsens constitutio. Experienciam ergo & longā obseruatione compertum est, febres & continuas, & intermitentes sudore præcipue optimèque, deinde etiam alii fluore terminari solitas. Minus verò frequenter, sanguinis per nares fluxu, minusque etiam per vomitum, omnium denique minimè per solas vrinas: nisi cum sudoribus coniunctæ sint, vt sèpe fit. Atque hoc modo terminantur febres sola sine alicuius partis inflammatione: quia cum quæ cas committit materia sanguini mixta sit, aut cum eo simul exit per nares, aut aliquando per sedem, aut per vterum: aut à naturâ secreta à reliqua sanguinis massa ejicitur per cutis poros, aut vomitu, aut alii fluore, aut vrinarum copiâ, aut uno ex his, aut pluribus simul. Si verò coniuncta febris sit cum alicuius internæ partis inflammatione, sic etiam obseruatum est; phrenitidem curari sudore multo à toto corpore, sed præcipue à capite (vbi 4. Apb. 38. enim Sudor, ibi morbus) manante calido: hemorrhagia etiam per nares; qua tollit & exhaustit morbificam materiam calidam, subtilem, & fluere cum sanguine aptam. Lethargum autem non fœliciter terminat

eadem hemorrhagia; quia frigidus est & viscidus in lethargo humo;
propter eaque non facile fluens, & ad quem coquendum sanguis necessarius est. Peripneumonia quoque sanguinis fluxum non optat, quia longa nimis & difficilis est via a pulmonibus per eorū & arteriam magnam aut aortam ad caput usque, ut eodē sanguis qui morbum souet, feratur. Pleuritis autem melius quam Peripneumonia, quia brevior est via per venam azigos & deinde per cauam ad caput, minus vero quam phrenitis, quia longior, sanguinis narium fluore terminatur. Omnes quoque inflamationes partium quae sub septo transuerso sunt, eodem sanguinis fluore curantur prospere, reuulsā scilicet ad superiores & distantissimas partes antecedente materia, seruataque partium rectitudine, ut affectis partibus dextris per narem dextram, sinistris autem per sinistram fluat sanguis. Cuius rectitudinis causam, quia difficilis satis est & alterius

3. Cris. ult. loci, in aliud differemus tempus; hoc solū nunc contenti dicere, quod quando ita ab antiquis omnibus medicis obseruatum est, sanguinis fluxum, qui per narem dextram fit, affectis corporis partibus dextris plurimum prodesse, parum autem aut nihil sinistris, id quidem ostendere,

6. Epid. ser. ximum esse consensum simbolūque inter partes nostri corporis eiusdem lateris. Diuisum etsim est corpus nostrum in duo veluti corpora duas medietates; quarum qualibet alteri aequalis suam habet economiam sibi & partibus suis communem, & alteraque aliqualiter diuersam, quae tamen ambæ uno animæ vinculo contineantur. Quare patiente dextrâ vnâ parte, venæ eiusdem lateris ineffabili quodam modo eidem compatientes, sanguinem a se effundunt, qui phlegmonem souere paratus erat; calorēque ex eodem phlegmone & putredinē rectitudine suâ magis conceperant quam aduersæ: & partes eiusdem lateris affectæ parti auxilium ferentes, per notas sui lateris venas eas lexeare iuvant. Addunt & aliqui longos quosdam & in directum meatus, per quos qualibet corporis medietas meabilis est, sed non in transversum. At sanguinem per hos meatus ferri in crisi que fit per fluxum sanguinis narium quis crediderit? Aut quomodo astante corpore si bibatur vinum aut aqua, totus homo statim sudore perfunditur? Sed de his

Lib. de Chr. alias. Hæc porro partium rectitudo ea aliquibus esse videtur quam Hip. R. P. S. M. & post eum Gal. Ixim, Euty, Euthoriāmque vocat, iuxta quam eu-

15. & 16. cuationes administrandas esse suadent. Atque de his hactenus.

3. de Frac.

Com. 10. &

12. 2. ad

Glauc. 1.

14. de v̄sup. **F**ebrium solarum causam antecedentem, simul & coniunctam vniuersitatem. **I. Apb.** **F**atalibus euacuationibus recitatis exhaustis, item & inflammationibus internarum, quae cum febribus coniunctæ sunt antecedentem, dictum à nobis superioris est. Nunc autem continentis causæ earundem inflammationum, qua parte soluantur commodiūs, adiiciemus. Hepar ergo cum conuexas partes, & concavas habeat, si conuexæ laborent magis,

qui illæ cauæ venæ viciniores sunt, & ad eam terminantur omnes con-
nexum eius partium venæ, vrinis commode inflammationis materia
evacuat, à cauâ per emulgentes in renes, & vesicam disturbata: quam-
uis necesse sit eam ad dextrum cordis ventriculum priùs deferri: sima-
rum verò eiusdem hepatis partium inflammatio, optimè per portæ ve-
nam: quæ in illas inseritur, & inde per meseraicas, à quibus illa cōflat, in
intestinā: & hinc per sedem sèpius aliquando etiam per vomitum ex-
purgatur. Renum autem & vesicæ commodissimè per vrinas. Pulmo-
num, pleuræ, mediaстini, pericardij, & denique superioris septi superfi-
ciei, & tracheæ, per tussim, & sputa. Lienis tandem, per ventrem sàpe,
quandoque etiam per vrinas, & ani venas.

Quarum optimam qualis sit, &c.

Per quam partem futuram sperare liceat crisi, ex prædictis signis
coniectare nos docuit. Nunc verò præsentem iam bonâ-ne sit an
mala, tum ex ijsdem, tum ex alijs, iudicare. Si ergo in continen-
te febre, homine bilioso, iuuene, in æstate, calido loco, vietu calido
nutrito, studijs & negotijs dedito, aëre æstuante, præcesserint signa co-
ctionis quarto die, adhuc vehementia symptomata, magnaque sit febris,
septimo die expectanda erit crisi per sudores, vrinas, hæmorrhagiam per
nates, vomitiones deiectionesque biliosas. Quod si in septimo contin-
get rigor fortis, succedantque vnum aut plura ex supradictis, pauloque
post æger à febre liber sit, bona crisi est; sin minus, non omnino absolu-
ta & perfecta: à qua tantum aberit, quanta vis fuerit eorum quæ desunt.
Sed cum & ea quæ desunt, & quæ hinc sequitur imperfectio, omnia
quanta sint: quantitatis autem priuata nullus sit certus modus: ad quod
tempus progogetur deinde morbus scientiâ præscribi non potest: sed in-
geniosa coniecturâ colligendum est.

C A P. IV.

CAPITE hoc omnia quæ hactenus ad cognoscendam futuram cri-
sim, & quò illa euadat, dicta ab eo sunt, repetit; cùmque alijs variè
coniungens, exempláque nonnulla addens, nos in hoc exercere conatur.

Quare cùm totum caput in particularibus absumatur, quorum nullus *Vide infra*
est numerus, nec scientia, non opus est nos in eo nimium immorari, sed c. 8;
satius est id sàpe perlegere, vt aliqua inhæreat memoriae exemplorum
idea, ad quam ægrotos singulos conferamus. Hoc interim maximè no-
tandum eo in capite occurrit, quod alijs omnibus conditionibus & signis,
quibus ille animum aduertere suadet ad iudicandum de crisi futura &
præsenti, nouum nunc addit considerandum in omnibus ægrotis, erro-

res scilicet, qui circa ægrotos committuntur; pro quorum magnitudine & numero aut non fiunt crises, aut tardè fiunt; aut properè, aut malè, aut imperfectæ. Atque errorum tanta est vis, tamque frequens in morbi occursus, ut vel ipso Gal. híc dicente, rarum sit ut nullus sit error. Quid ergo diceret si tempore nostro viueret? in quo nil ægrotus, nil affidentes efficiunt, quod non sit error. Ut interim parcam honori Pharmacopeorum nostrorum, quin etiam & nostro. Quomodo igitur futuram crīsim & eius modum securè polliceri & prædicere poterimus?

Parum ab extremè pernicioſis.

Hoc parum, & supradictum maximum, indeterminata omnino sunt, proindeque dubia.

Debiles quidem & parua febres.

Magnum híc morbum vocat, non ut alibi, qui periculum adferret, sed qui in suo genere talis est, ut febris æstuans: & contrà parum, qui parum suæ naturæ obtinet, licet perniciousus aliter sit, ut febris pestilens mitis, hec tica, paruum cordis vulnus.

Et omnino huiuscemodi febris, &c.

Quod febris quæ omnia tempora celeriter percurrit, necessariò sit de genere intermittentium; contrà verò continua tempus unum vel duo necessè tardius exigit, videtur minus circumspetè dictum. Nam exquisita tertiana decimo-quarto die terminatur: continens autem aliqua, primo quaternario; atque proinde tertiana illa non adeo celeriter percurrit tempora sua vniuersalia, ac continens ista: & tamen illa intermittens est, hæc verò continua. Quin & quæ longas habet accessiones intermittens, ut quæ ad augmentum accedit, & quæ extensa vocatur, & longa quotidiana aut quartana, omnia tempora aut plura ex his tardè percurrit, & tamen non propterea continua est harum aliqua. Non ergo particularia intermittentium tempora cum generalibus continuorum conferri æquum est, ad crīsim præuidendam: quamvis ad cognoscendum morbi genus, id conferre possit. Vix enim fieri potest, ut si prima quatuor alicuius incipientis morbi tempora intra viginti quatuor horas pertransierint, morbus hic sit continens; quemadmodum contrà, si ultra duos aut tres dies morbus progrediatur, iam non intermittens esse queat: licet aliqua ephemera vñque ad id temporis peruenire posse datur: quæ tamen extra genus est continuarum. Sed quid faciemus exquisitè Synochè, quæ tota status est, ut ait Galenus? Longum hoc est tempus, ait, & hoc sufficit ut sit continua. Sed non satis id est, ad indicandum de crīsi. Nec enim an celeriter, an tardè moueatur, constat. At id in hac

in hac sola fortasse febre eontingit. In reliquis enim omnibus breuis temporum transitus, tum particularium tum vniuersalium cæteris paribus ad Crisim properare morbum indicat. Dixi, cæteris paribus, quia in eodem morbo accessionum longitudinem signum esse augmenti, in initio operis huius dicebat Gal. lib. i. c. 3^o

Motus verò ex tempore accessionis partium.

In quibus morbis accessiones, aut exacerbationes sunt, ex tempore partium accessionis aut exasperationis motus iudicatur. In quibus autem non sunt, ex his non potest iudicari de veloci aut tardo motu, ut in synocha supradicta, & hec̄tica, sed ex accidentium vehementiā aut priorum, aut extraneorum.

Contingit enim in tertio vel &c.

De natura, & causa dierum Criticorum alibi commodiùs dicetur. Nunc autem authoris mentem explicasse sufficiat. Critici ergo dies alij ex naturâ suâ tales sunt, alij ratione morbi, alij ex accidente Critici sunt. Ex naturâ suâ Critici sunt quartus, septimus, undecimus, decimusquartus, decimusseptimus, & vigesimus præcipui. Ex hinc enim qui sequuntur, debiles admodum sunt, Synocha ergo, quæ febris est à sanguine aut non putrente, aut etiam putrente, sed citra dominium alicuius humoris, uno ex his terminabitur ex dierum propria conditione, nisi aliquid impedit, ut error commissus. Vbi verò aliquis humor in massa sanguinis abundat, ut in synechi, aut continenti, aut causo, bilis; quia quo tempore mouetur & excandescit humor, irritat naturam, illa tunc in illum insurgit, contingitque propterea ut Crisis fiat in fine paxoxismi ut plurimum; ut hic asserat Gal. Archigeneū solūm bis, se autem semel in tota vita vidisse Crisim in die quietis aut intermissionis febris; quemadmodum etiam raro hominem homo interficit nisi in ira. Quod intelligendum est tam de continuis quæ per circuitus exacerbantur, quam de intermittentibus. Cum ergo in causo bilis secunda exacerbatio contingat tertio die morbi, siquidem vehemens fuerit febris, tertio die iudicabitur: si minus vehemens, quinto, quo iterum exasperatur bilis: fierique tunc tertius & quintus dies Critici ratione morbi. Eiusdem etiam occasione quartus Criticus esse potest, siquidem sub finem primi diei accessio incipiat, & ad initium secundi extendatur: Secunda autem incipiat in tertio & ad quartum usque prorogetur. Quod si error aliquis committatur, (committitur autem ut plurimum) quocumque die potest contingere Crisis. Sunt autem, ut suprà quoque dicebamus, & omnes etiam dies Critici, siue mali, siue boni. Si ergo omnia hæc in unum conieceris, & quod agrotus vix initium morbi nobis certò recensere potest, & quod raro synochæ fiant, & quod raro simplex

Q q q q

in corpore dominetur humor, & unus tantum sit affectus, & quod nullus sit error, & quod dies omnes Critici sunt aut natura aut casu, & quod quaterniones in Criticis diebus non integris diebus numerari possunt, neque propterea Critici ipsi dies integri sint, ut nec annus nec mensis integris definitur diebus; & quod tot circa agrotum consideranda sunt, ut morbi species, magnitudo, motus, mos, tempus, coctio, dies indicatorij, iudicatorij, modus Crisos morbo debitus, qui dies Critici tunc frequentes sint, etas agrotantis, eiusdem robur, conditio, anteacta vita, anni tempus, aeris constitutio, regio, locus, sexus, temperamentum, habitus: & haec omnia varie inter se conferenda sunt, & dignitas vniuersusque ponderanda, & circa omnia ponendi gradus magnum, paruum, mediumque; quibus adde casus humanos tot tamque varios; & quod agrotus vix scit quae patitur, apte narrare, & quod medicus illi adesse non potest semper, ut omnia obseruet, & errores impedit: si inquam haec omnia in unum conferas, non video quomodo quis futuram Crisim, eius tempus, modum, & exitum, securè praedicere queat. Ut hinc etiam magis ac magis liceat admirari diuinum Gal. nostri ingenium, quod per media haec omnia impedimenta, tanquam alter Lynceus per parietem, futurum praeuidebat accessionis initium, 7. lib. de morborumque finem certò & indubitanter, ita ut meritò ab aliquibus Prænotio. potius augurari, & diuinare, quam ex arte haec praedicere crederetur.

& infra c. Nobis tamen propterea desperandum non est, sed & ille saepius consulendus, & in operibus oportet nos exerceri, ut longo vsu saltem futuras Crises præcognoscamus. Vsus enim optimus est magister.

C A P. V. & VI.

HI S duobus capitibus nil aliud habetur, quam repetitio eorum, quae in superioribus dicta sunt. Solum hic tangit questionem, An contingat agrum in morbi declinatione mori; concluditque non posse. Nec enim videri fieri posse, ut natura que morbum in augmento & statu, cum ille scilicet fortissimus est, superauerit, eidem imminuto, & maiori ex parte debellato, succumbat: neque vidisse unquam se aliquem qui tunc perierit, nisi aut errore suo, aut medicorum. Addunt præterea ne-Rod à Wei-terici nouum morbum superuenientem, multoque alias casus & disting-Gal. de lib. diff. feb. in fin. lib. 2. ga super etiones. Quae omnia quia apud illos facile est inuenire, & parui momenti sunt, ut quae ad curationem parum faciant, nos libenter prætemitemus: hoc contenti animaduertere, ne nos falsa declinatione delusi, salutem statim polliceamur, neve agrum derelinquamus. Quamuis enim fieri non posse videatur, ut superata vietaque materiam morbificam à natura, eaque maiore ex parte pulsâ, succedat mors, tamen quemadmodum Pyrrhus Epyrotarum Rex superatis Romanis, quia id non citra sanguinem suorum & cædem militum factum erat, dixit, si sic iterum vice-

rimus, perimus: ita etiam natura post edomitam electamque materiae partem, afflictis in conflictu viribus suis potest concidere (veluti cum quis in duello hostem perimit, ipse vero paulo post aut lassitudine, aut exhaustis spiritibus, aut a vulneribus acceptis perit, aut si postquam hostem lethaliter percussit & humili prostravit, ad illum accedens ab eo moriente vulneretur interficiaturque) aut succedente noua materia, aut novo facto morbo, aut errore in vita aut remedijs commisso, aut denique clandestino hoste oppressa, ut in pestilenti constitutione. Quare concludere quidem possumus, in verâ, & vniuersali morbi declinatione, non posse ægrum interire ratione illius morbi, ut plurimum. Aliquando autem posse. Sed id raro morbi eiusdem ratione; frequenter autem alterius cuiusdam rei occasione.

C A P. VI.

NIHL aliud hoc cap. agit, quam septem enumerare modos, quibus morbi terminantur, eisque nomina imponere utcumque. Ad salutem ergo tripliciter morbum mutari contingit; aut enim cum manifestis agitationibus, & euacuationibus, aut decubitu materiae in aliquam partem, subito finitur morbus: & haec dicitur perfecta crisis. Aut cum iisdem euacuationibus subita sit ad melius mutatio, sed non statim, at paulo post, omnimoda salus: & haec est imperfecta crisis. Aut denique sine subito & effatu digna perturbatione & euacuatione sensim & paulatim morbus decedit: & haec non crisis, sed solutio tantum dicitur. Ad mortem autem quadrupliciter mutari contingit morbum. Horum vero modorum tres tribus illis qui ad salutem terminantur, utcumque respondent: quartus autem non habet cui respondeat. Nam si cum perturbatione & notabili euacuatione æger subito moriatur, perfectè aut absolute mala haec dicatur crisis. Si vero cum eadem euacuatione, manifesta sit in peius mutatio, & paulo post mors, vocetur & haec mala imperfecta crisis. Si denique sensim ad interitum tendat æger longo tempore, nominetur hic marcor. Si autem sine notatu dignis excretionibus subito in peius ruit æger, & moriatur, non habet hic modus nomen. Haec Gal. Quæ quia parum habent difficultatis, cum de nomine tantum sit quæstio, non nos amplius morabuntur.

C A P. VIII.

OCTAVVM hoc caput nihil aliud est quam in Asclepiadem & *Idem 1.* Sophistas inuestiuia, qui nominibus & occultis sensui inhærentes, *Diff. sib.* & circa ea altercantes & vitilitigantes quæ nihil ad artem conducunt, *1. 2.* ea quæ sensui manifesta sunt, & utilia, non solum negligunt, sed etiam

Qqqq 2

impudenter nimis oppugnant, & euertere conantur. Atque horum quidem magnus semper fuit & est numerus: & o vtinam Gal. ipse non s̄pē in futilibus hisce quæstionibus tempus absumeret. Certè magna pars medicinæ nostræ hodie inutilibus dubitationibus impenditur, nominumque definitionibus, & cauillationibus, distinctionibus, compositionibus, disceptionibus, conciliationibus, interpretationibꝫque. Quæ verò ad artem & praxim spectant, quibus præcipue comparatur salus, abigunturque morbi, hæc nos aut non attingimus quidem, aut siccō pede præterimus. Sed non est nunc quærimonijs locus.

C A P. IX.

ET hoc etiam capite nihil aliud quam plenior septimi capituli explatio continetur. Est autem alicubi paulo obscurior contextus propter confusionem temporum vniuersalium morbi cum particularibus accessionum. At nos ut confusionem hanc viitemus, sic rem disponamus. Morbus qui salubria habet signa omnia, & magnus est, & velox, primo quaternario finitur ad salutem cum crisi. Qui verò contra omnia lethalia, eodem primo quatriduo ad mortem terminatur, sed non necessariò cum crisi, immo s̄pē sine eadem. Omnis autem morbus salubris, quatuor pertransit tempora, manifestè, vel immanifestè. Quod dictum sit propter eos qui perfectè crisi terminantur; in quibus non est manifesta declinatio. Nullus contrà lethalis ad declinationem vniuersalem, verâmque peruenit: saltem ordinariè; quamuis aliquando fortasse peruenire possit, ut à nobis nuper dictum est. Quare omnes mortales interficiunt in principio vniuersali, aut augmento, aut denique statu. Quicumque verò exacerbationes habent, (habent autem fere omnes, ut suprà dictum est) hi in principijs, augmentis, statibus, & declinationibus particularibus exasperationum (quæ tamen omnes intra statum vniuersalem morbi concludantur) interficiunt: sed varijs de causis in varijs his temporibus, ut mox videbimus: atque aliquando subito & cum crisi, aliquando etiam sine illa. Qui quidem modus subito interficiendi sine crisi, non habet in salubribus similem. Nam nullus vñquam verè subito à morbo liber eusit sine crisi. Dixi autem, verè, propter morbos fraudulentos, qui aliquandiu delitescentes videntur abiisse, post modicum autem tempus ex infidijs erumpentes, velut Græci ad Troiam, hominem perdunt. De quibus propterea dixit Hipp. Ijs quæ præter rationem eueniunt, non esse fidendum. Atque hæc sunt quæ capite hoc habentur. Nunc nonnulla explicemus.

2. Aphor.

27.

Hoc autem accidit ubi natura, &c.

Dictum est à nobis suprà, ægotationem bellum esse, inter morbum & ægrotum, aut naturam ægroti. Quemadmodum ergo in bello cùm hostis alter alterum longè viribus superat, aut naturâ loci, aut temporis occasione, illum subitò opprimit aut non cogitantem, aut congrexi non audentem, sic cùm morbus multò naturâ fortior est, aut pessifer, eam opprimit sine aliquo naturæ conatu. Nec est quòd dicas naturam consilio carere, atque proinde non pugnam detrectare. Est enim docta sine doctore, & quamuis agat sine ratiocinatione, nil tamen agit sine ratione, nec aliquid agere obmittit quod ad sui conservationem faciat, si possit. Quod quidem maximè appetet in Crisibus. Si namque illa satis potens sit, hostem sensim exercet, cohibetque ferocientem, & tandem semidomitum tempore augmenti, vbi occasionem nata est, quod fit in statu, pugnâ adoritur, vincit, & extinguit. Quòd 3. Progn. 7. si fere patet sint viribus, congreiduntur quidem necessariò, tardius licet, & 1. cum verque naturaliter agat, sed qui fortior est alium foras ejicit: & quemadmodū saepe aliquis viribus suis confisus ad pugnam alium provocat, à quo tamen (ita res humanæ incertæ sunt) perimitur: sic morbo cum natura dubij sunt congressus.

Quod nonnulli videntes, idcirco, &c.

Adferit h̄c rationem qua nonnulli persuasi crediderunt fieri posse ut in declinationibus morbi vniuersalibus æger interiret: quia scilicet in particularibus accessionum declinationibus multi percunt; vt testatur Gal. hoc loci se vidisse sapissimè. Eadem ergo videtur ratio ut quemadmodum in statu particularis accessionis natura non succubuit, & tamen succumbit in declinatione; sic etiam in statu vniuersali à morbo non supereretur, in vniuersali verò declinatione vincatur. Et quamvis respondeat Gal. hoc esse discriminis, quia in primis temporibus accessionis, naturæ vis imbecilla quit perdurare, quia habitus ipse in vnum compressus contineatur: tempore verò declinationis à medio ad extrema calore retrocedente, naturæ habitus spargitur atque dissoluitur: tamen non videtur satisfacere. Primo namque difficile est intelligere quid habitum vocet. Deinde quidquid illud sit, quare non compressus continetur in vnu in primis vniuersalibus morbi temporibus ut in particularibus? Aut quare in declinatione vniuersali non potest spargi & dissolui, quemadmodum in particulari accessionis declinatione? Id quidem magis vrget, quòd dicat Galen. se vidisse quamplurimos in particularibus accessionum declinationibus interijsse, & hoc esse valde certum: nullum autem vñquam in vniuersali declinatione vidisse intentum, nisi errore. Quod si ita est, querenda ratio est alia, quare id

ita contingat. An non vera est declinatio illa accessionis in qua perit æger, sed potius apparens? Quia enim fatiscit virtus, videtur imminui febris, & inclinare accessio, ut hic ait Gal. cum tamen contraria prostruerit illa naturam; & quemadmodum ignis ubi lignum superauit aut oleum, eo deficiente etiam marcessit, sic etiam febris. Quod si haec est vera accessionis declinatio, illa etiam erit vera febris declinatio vniuersalis in qua perit æger, etiam si sit in statu, quia etiam tum cum agro inclinatur: aut si haec non est vera declinatio, nec illa quoque. Quod cum idem Gal. expressis verbis hic dicat, ponatur differentiam inter veram aut bonam, & non veram & malam declinationem accessionis, non video cur dicat multos in declinatione particularis accessionis interire: cum debuerit dicere in statu, aut falsa declinatione. Atque hoc etiam modo possumus nos dicere, multos in vniuersali morbi declinatione perire.

Qui rarissime accidit.

NE scio quomodo cohærent, multos interire in accessionum particularibus declinationibus, & id sàpissimè à Gal. visum; & tamen id rarissimè accidere.

C A P. X.

DOCE T hoc cap. præcognoscere malas crises. In quibus maximam esse ait incertitudinem, quemadmodum contraria bonis firmitatem. At bona rarissimæ sunt, ut omne bonum. Quare difficilis est de crisi futurâ iudicatio. Huius autem futuræ aut non, haec sunt signa. Si valde debiles sint vires, non erit crisia: & si morbus perniciösus sit, morietur ægrotus absque certamine. Quod si velox, & per impares dies moueat, adsitque aliquod, sed malum, coctionis in quarto die signum, ut suspensio aut nebula nigra in vrinâ peribit æger septimo; idque sine crisi, si vt cumque fortior: si vero paribus diebus exerceat, sexto interficiet. Hora autem qua peribit, patebit ex præcedenti ultima accessione. Quâ enim horâ illa grauissima fuit, eadem prorsus in sequenti accessione morietur, nisi anteuerterat accessio: quod si anteuerterat, tot horis citius peribit, quot anteuerterit. Haec fere sunt quæ hoc capite continentur. Reliqua enim, & haec quoque magis sunt particularia, & coniecturalia quam scientifica.

Determinati siquidem sunt, &c.

Res hic apponit conditions, vt determinati & certi sint motus naturæ; quas non est facile omnes inuenire. Prima & præcipua, & à qua reliqua pendent, est, vt valida sit natura. Forti enim naturæ nihil videtur impossibile. Hæc est quæ monstra facit, gangrenas superbit, lethalia vulnera sanat, rupta membra resarcit, pestem contemnit, venena perfert innocuè. Hæc est alter in bello Sanson, Achilles, Hercules. Secunda, vt materiæ dominetur. Nec enim satis aliquando est vt fortis sit natura, si materia sit inuincibilis, vt atra & æruginosa bilis, aut alia perniciosa imbuta qualitate. Nam non sufficit agens robustum esse nisi passum aptum sit euinci. Tertia, vt proprias operationes operetur; hoc est, actiones omnes corporis naturales, vitales, & animales obeat fœliciter. Hoc autem nil aliud est, quam validam illum esse. Fortis enim natura, qualem dicunt esse temperati hominis, omnes actiones habet perfectissimas simul iunctas. Aut, proprias operationes operari, est regulariter, & ordinatè agere, non verò irregulariter & inordinatè: quod fit cum natura irritata à morbo, ante tempus legitimum aliquid excernit, vt in principijs & augmento morborum, quemadmodum hic dicit Galen. Alias enim illa nunquam legitimè agens, ante statum, inconcoctamque materiam euacuat. Qua ratione etiam medicus naturæ minister & imitator, concocta medicari iubetur ab Hippocrate, non cruda, neque in principijs, nisi turgeant. Tertia ^{x. Aph. 22.} autem hæc conditio etiam hoc modo accepta, continetur sub primis duabus. Si enim natura valida fuerit, & materia sequax, necessariò statim sequitur, naturam proprias operationes obitaram, crisimque propterea stat tempore, hoc est in statu & post signa concoctionis facturam. Si verò aliquod illorum desit, aut non edituram, aut ante tempus, malèque edituram, vt cum aut debilis est valde, aut nimia copia, aut praua materiæ qualitate irritatur & premitur. Sic enim & sagax fortisque dux (vt semper nostra maneat collatio) nunquam cum hoste congeritur nisi postquam illum in angustias & iniquum locum compulerit, commeatique priuauerit, & ipse omnibus instructus copijs, necessariisque ad pugnam rebus, certam coniicit futuram victoriam. Qui verò non ita dispositis omnibus, importunè lacesitus confligit, magno cum suo damno confligit.

C A P. XI.

DOcuit haec tenus futuram præuidere crisim, & eius tempus.
 Nunc eius modum cognoscere monstrat ex præcipuis quibusdam
 Hippocratis locis in Prognos. & Epidem. Quoniam ergo acuti omnes
^{1. die decr.} morbi soluuntur sudore, hemorrhagiâ per nares, vomitu, alijs fluxu,
^{2.} vrinis, hæmorrhoidibus, sanguinis fluxu per vterum, & denique ab-
 cessibus, ideo vniuersiusque horum signa seorsum tradit; ex quibus
^{c. 3.} etiam mixtis colligere possumus an etiam duobus, an tribus modis
 morbus soluatur. Quamvis autem morbi species modum criseos indi-
 cet, ut suprà vidimus, tamen id amplio quodam modo fit: quæ autem
 hic ponuntur signa, propria sunt vnicuique euacuationis speciei. Sed in-
 ter illa quæ sudorem, vomitum, hæmorrhagiâmque per nares, indicant,
 certiora sunt alijs: incertissima verò sunt quæ abscessus. Omnia autem
 satis incerta. De quibus omnibus nos eo ordine dicemus quo disposita
 sunt, eorumque causas breuiter afferemus. Loca verò Hippocratis
 quæ hic recensentur, Galenus satis in eorum commentarijs explicat.
 Habentur autem ea 1. Epid. Com. 2. tex. 52. & seq. & Com. 3. in Prog.
 text. 25. & seq. & text. 32. & seq. & text. 13. & seq. & Com. 2. tex. 64.
 & seq.

Cum igitur quod crisis aderit, &c.

Postquam Galen. Hippocratis loca in medium adduxit, in quibus
 signa propria cuiusque speciei criseos, sparsim tamen continentur,
 iam nunc optimâ vtens methodo, ex omnibus his locis omnia vnicui-
 que criseos speciei peculiaria excerpens, in vnum congerit. Sudorem
 ergo futuram ostendunt morbus biliosus, & acutus, in quo præcedenti-
 bus coctionis signis paulò ante crisim, subito aliis & vrinæ iupptimun-
 tur citra rationem, rigor superuenit, totum corpus valde incalscit,
 quasique rore aspergitur, rubescit, & denique pulsus est vndosus &
 mollis. Si insuper iuuenis sit æger, mas raro corporis habitu, laboribus
 deditur, qui facilè sudet, vere aut æstate, calido humido tunc aut antè
 existente ambiente, & eo tempore plurimi sudent, tunc magis sudorem
 expectare oportet. Atque hæc sunt omnia sudoris futuri signa soli qui-
 dem, nisi alterius euacuationis signa quoque adsint; non soli, si adint.
 Horum verò causa est satis manifesta, biliosus scilicet humor, qui cum
 igneus sit, tenuis, mobilisque, à centro ad circumferentiam quasi in
 sublime naturâ suâ effertur: multo verò magis si reliqua tum interna
 tum externa consentiant, ut habitus corporis, & aëris. Suppressa verò alijs
 excrementa, & vesicæ præter rationem (possunt enim supprimi propter
 induratas feces, phlegmonem, colicum dolorem, vermes, calculum &
 alia)

alii non sunt causa, sed signa sudoris. Signum enim est, naturam
aliorum materiam morbificam, cuius pars antea per aluum & vesicam
fuerat, mittere. Quanquam si cum ratione illa supprimantur, possint
etiam esse sudoris causa; impedito per eas partes transitu humoris, qui
morbum committit.

Sed signa ex pulsibus sumpta, &c.

Quarti solet, an arteriarum pulsum nouerit Hippoc. Et quamuis vi-
deatur Galen, hic asserere, non nouisse, tamen idem Galen. con-
trarium afferit 1. diff. puls. 2. & 1. Progn. 31. & lib. de Vspuls. & 4.
Reg. acut. 23. Ex quibus locis, & ex lib. de Flat. de Alimen. &
de Humoribus, & 2. Epid. sect. 5. colligitur, non solum nouisse Hipp.
pulum, sed primum eum nomen hoc in artem inuexisse: neque per
pulum eum solum intellexisse pulsantem dolorem, ut quidam volunt,
(quamvis in aliquibus ex prædictis locis ita accipendum sit) sed natu-
ralem etiam arteria motum. Hanc tamen artis partem non eum valde
coluisse verisimile est: satis fuit primum cognouisse, & posteris ad in-
dagandum ostendisse.

Vomituum autem signa sunt.

Indicia vomitus futuri manifesta satis hic sunt cum eius causâ, quæ
est humor biliosus & mordax in ventriculi superiori parte contentus;
quæ quo innatante fit nausea, fastidium, lancinante vero morsus, cardial-
gia, restus, labri inferioris agitatio, & quasi tremor, (propter continui-
tatem tunicae interioris ventriculi cum internis oris partibus, sed præ-
cipue labri inferioris, ob proximitatem, & mobilitatem) saliuæ aut te-
mis sputi fluor (à parte humoris iam sursum repente) & denique dolor
capitis pungens, caligo, & tenebræ oculis obortæ, & vertigines, ob par-
tem subtiliorem eidem humoris ad oculos & cerebrum euaporantem,
& consensum ventriculi cum cerebro per neruos sexti paris.

Propria vero signa profundi sanguinis.

Et sanguinis etiam per nares fluxuri, perspicua sunt in Galen. signa,
præcordiorum tensio, (ab eodem sanguine ea repleta, dum in caput
viam affectat) sine dolore tamen, (dolor enim eorundem præcordio-
rum inflammationem denotat, quæ & ipsa quandoque & signum & cau-
sæ est fluxus sanguinis per nares, cum excretione solui debet) fulgores
quidam oculis apparentes, (quia lucidus & flauus est sanguis arden-
tium febrium, quæ hæmorrhagiæ terminantur: cuius quidem sanguinis
in præcordijs adhuc existentis, & surfum properantis, subtiliores partes
ad cerebrum & oculos efferuntur; aut in eodem capite iam contenti)

eisdem obuersantur oculis, qui etiam interna vident) spirandi difficultas, (ab eodem sanguine tum præcordia distendente, & his septum transuersum comprimentibus; tum maiores venas, quæ ab ijsdem præcordijs ad caput per thoracem perreptant, implente, respirationisque membra hoc modo, & vaporibus suis onerante & impediente) capitidis dolor grauans, distendens & calidus, & quandoque etiam pulsans (ab eodem sanguine replente vas a) oculorum obtusiones, (propter vapores à sanguine ad opticos sublatos, & eos obturantes) & rubor, (ab eodem sanguine capillares in adnatâ venas replente) & lachrymæ, (ob fluxus multitudinem) narium insuper & malarum rubedo, (à sanguine illuc efflorescente.) Per quam autem narem fluere debeat sanguis, ex parte affectâ dignoscitur, per dextram dextris, & per sinistram sinistris laborantibus, si crisis laudata debeat esse.

Prater hac omnia Etatas, Et c.

Aetas, anni tempus, regio, aëris constitutio, ægrotantis natura, habitus, vita genus, & alia superius relata indicant & ipsa an per crism, an per lisim; & si per crism, an per sudores, an per vrinas, an per sedem, an per vterum, an per fluxum sanguinis narium, an per vomitum, an per hæmorrhoidas, & an per abscessus finiendus sit morbus: vt iuuenis, biliolus, in vere aut æstate, Italiâ, aut Graciâ, aëre calidiori, habitu raro, exercitatûsque, fortiter laborans, magis per crism quam per lisim, & per sudorem quam per aluum liberabitur à morbo. Contrarius 3. Progn. contra. Atque id est quod dicebat Hipp. Iuuenibus nondum tringinta annos natis magis abscessus fieri, quam ijs qui tringita annos habent, & plures: & his potius quartanas febres contingere post continuas: & abscessus magis hyeme, quam vere aut æstate fieri, tardioresque esse, & minus recurrere.

Si vero per excrementa aliui.

NVllum esse futuræ per aliui fluxum criseos proprium signum ait, nisi priuationem aliorum, quæ per alias partes futuram præmonstrant. Nos tamen saepe adnotauimus, lumborum maximos dolores, aliui fluxu terminari, & excipi: Item & ventris rugitum & tortina. Quod si aliquo ex indicatorijs diebus liberiùs quam consueuerat, aliuis, fluat, & id etiam signum esse poterit futuræ per hanc partem morbi solutionis. Hic autem præcessisse criseos signa subaudiendum semper est.

Sed etiam per hæmorrhoidas, &c.

Non necessariò ex defectu signorum aliarum euacuationum, flumen ventris futurum colligi dicit: quia & per hæmorrhoidas, & per vterum, fœminis solui potest morbus. Ita ut iam alii fluorem vix habeamus quo portendamus, aut præuideamus. Et quatinus ille distinguere conetur, quia, inquit, grauitas in lumbis, & tensio, & dolor, menses antecedit, & hæmorrhoides non omnibus sunt confueti: tamen in alii fluxu, grauitas, tensio, & dolor lumborum quoque praecedere solet, ut nos antea dicebamus; & quibus sunt consuetæ hæmorrhoides, distingui non potest, ut hic ait idem Galen. nec etiam his, qui non sunt assueti, nisi quum iam adsunt. Ergo horum duorum mororum non sunt certa signa, & quia raro per has partes soluuntur subito morbi, & quia assuetæ sunt euacuationes omnibus mulieribus, & nonnullis etiam viris. Iuuat tamen alterutra quando contingit. Sed certior est mensium prædictio, quam hæmorrhoidum, idque ex signis dictis; maximè vero si instet tempus menstruæ purgationis consuetum.

Si vero abscessus conuertantur, &c.

Acuti morbi raro per abscessus terminantur, frequentius vero diu- Hippoc. in turni, aut ex decidentiâ quos vocant acuti. Horum autem am- Coacis, & borum nunc signa tradit. Vtrisque ergo commune signum esse ait, Aphor. quod ad abscessus conuertantur, primò, quod non de salute despereatur, sed sint aliqua salubria signa: secundò, quod non imminuat morbus, nec sit aliqua effatu digna euacuatio, ut multa vrina crassa, alii fluor, aut quid simile. Quod vero non valde diuturnus futurus sit morbus, ostenditur ex eo quod subita adsit spirandi difficultas, quæ mox discedat: sedque quia humor subito ad thoracem conuersus id operimat, inde vero in aliam partem statim migrans ibi abscessum minetur. Quod si ad caput irruat humor, id replens dolorem excitabit & grauitatem; inde vero ad capitum emunctoria & ordinaria latrinam, glandes scilicet quæ retro aures sunt, viam affectans, surditatem pariet. Qui ergo minus diuturnus futurus est morbus, hoc modo ut plurimum terminatur; quia eius materia leuior & tenuior sursum fertur. Qui autem diuturnior, quia ex materia fit crassior, & ad ima tendenti, in inferioribus propterea partibus sedem eligit, ibique dolorem excitat, inflammationem, & grauitatem, tandemque abscessum. Multò vero magis expectandus abscessus est in partibus naturâ aut casu aliquo debilibus.

In libro sequenti qui ultimus erit.

Hinc patet Galenum aut composuisse, aut certè voluisse quantum his tribus addere librum. Qui tamen hactenus non extat, nec valde desiderandus est, dicente hic eo ipso Galeno. Quare & nos cum comedem, finem huic operi imponamus.

F I N I S.

Lauds Deo virginique Mariae.

Q V I D?





FRANCISCI SANCHEZ,
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA
Professoris Regijs.

IN LIBRVM GALENI
DE DIFFERENTIIS MORBO-
RVM, COMMENTARII.

PRÆLOQUITIO.

ASOLVIMVS superiori anno (Auditores ornatissimi) fauentibus superis, Commentarios in libros tres Galeni de Crisibus. Sed nil fecimus, nullus quiescendi locus, Sisyphi saxum voluimus, recidiuūsque morbus, rediuiuūsque labor nos continuo vexat, versatque. Hæc est docendi muneris, quod quadraginta amplius annis exequimur, maxima felicitas, nunquam desinere, nisi quum esse definias. Veterani olim milites post exactam in armis & castris meliorem vitæ partem, rude donabantur & fundis, quod extremos annos in pace & tranquillitate sustentare possent: Nobis verò qui tædio & assiduâ animi contentione plenam, literariam hanc militiam ægrè sustinemus, ne in extremo quidem vitæ curriculo missio, laborisque remissio ylla fit, nedum ut agri ad fouendam exhaustam studijs senectam assignentur. Omiseram & ærumnosam plusquam mulionis perpetuarij literatorum, sed præcipue pædagogorū sortem! Tædet pigetque saxe animam meam vitæ meæ. Verum contrahamus vela querimoniarum, recipiamusque

nos in importuosum morborum portum, à quo mox soluturi in tumidum, innumerisque Syrtibus, fluctibus, flatibus, opinionumque tempestatibus agitatum pelagus rursus ad nauigandum. Ego enim iam à multis annis in animum induxi meum, nil ab hoc suggerstū in vos deriuare nisi quod solidam artis peritiam, gloriam, honorem, diuitiasque vobis conciliet. Proptereaque semper Pathologiam verso, eiūsque partes quām maximè Medico necessarias, utiles, digniores, difficiliorēsque annuatim percurro. Quæ enim ad Physiologiam spectant, leuiorū sunt momenti, & quæ quilibet per se ~~adīdātōs~~ discere possit. Quæ verò ad morborum cognitionem curationēmque, nemo sine nomenclatore, premonstratorēque docto, experto, & fido, percipere vñquam recte queat. Hoc ergo anno, afflante diuino numine, librum Galeni de Morborum generibus, vobis exponemus, sequentibus verò, quæ de eorumdem causis & Symptomatis ab eo tradita sunt, idque eā methodo quā vi solemus, non ut quidam faciunt, qui veluti asini molendinarij tritā viā triticum ad moletrinam ferunt, sic illi nil exquisitum, nil suum habentes, aliorum sententias male molitas solum referunt: nos verò contrā, tritum quidem & vulgare præmittentes, authorisque sensum breuiter exponentes, eum, & quæ post eum ab alijs dicta sunt omnia deinceps examinabimus, sententiāmque nostram liberè in medium profremus, liberūmque vnicuique iudicium permittemus. Et veniet tempus, cum vos ab scholis digressi, quæ à præceptoribus immensa ingessistis, rursus ruminando, non pœnitentibz hæc nostra reuisere, imò gaudebitis, & fortasse (quod citra iactantiam dictum velim) laudabitis. Quod si minus sensa nostra probaueritis, tamen conatus non improbabitis, qui vobis ad altius reuolandum, penitusque res inquirendas igniculos addent. Sed ad rem.

C A P. I.

ES T caput hoc primum totius huius libri argumentum. In quo patet quæ inquirere vult: atque id optimā methodo. Docet enim quenquam artificem subiecti sui naturam, partes, & qualitates noſce: & *Hip. lib. de* non potest Medicus morbum curare quem non cognoscit, neque com̄vet. *Med. positum*, si non ſciat ſimplices.

Gal. in Fn-

zrod. S. M.

.6.7.

C A P. II.

Sumendum verò ē hic, ē c.

Hip. lib. de **R**ECTE quidem Gal. à communi loquendi uſu sanitatis & morbi *vet. Med.* significationem aucupat. Consuetudo enim & hominum voluntas *& lib. de* sermoni vim dat. Sed hinc confurgit maxima scientijs difficultas.

Populus enim verbis non aptè vtitur, nec res intelligit verbis designatas: Art. Gal
 fuitatem enim populus quidem nominat, quid autem ipsa sit, penitus lib. an Ja
 ignorat. Doctores verò res intelligentes, aut propè accedentes, nominati.
 bas aliter vti coguntur, & ad alia significata transferre, quām populus, Thras. & 3
 aut etiam ex a. Galeni, Ciceronis, aliorūmque consilio, noua imponere. a Dif simp.
 Sed hi quoque nec cum alijs, neque semper secum consentientes, homo- 1. Acad. &
 nymā doctrinas perturbant. In quo Galenus noster sāpe impingit, aut 3. Fiu:
 non aduertens (quis enim adeo attentus semper esse potest, vt nunquam
 labatur?) aut negligens, quod quidem verisimilius aliquibus videtur,
 & ab eo alicubi indigitatur, cùm ait, Logicas & Dialecticas quæstiones,
 quæ curationem aut præcautionem non immutant, contemnendas esse,
 maximam verò habendam curam ne res confundantur. Et quid mirum si
 Gal. in ijs quæ medicum finem non impediunt, nominibus abutitur Art. med.
 cùm Arist. qui id agit vt omnia præcisè dicat, sāpiissime alibi atque ali- 88.
 bivariè dictiones vslipet, ideóque interpretes sāpe in sui explicatio- 1. diff.
 ne, excusationeque detineat? Magna ergo est de essentia sanitatis & simp. 1.
 morbi inter authores controuersia, multique integros de hac re libros 1. Metho:
 conscripsere; & frustra sanè. Quid enim hoc ad curationem morbo- 5. 2. 67. 8.
 rum? ignoretur esse ntia morbi in genere; non tamen propterea minus Hip. de
 agrotum sanabimus. Morbo enim nunquam opponimus contrarium; N. at. H.
 opponeremus enim sanitatem: sed eius causæ immediatae contrarium C. 2. 10.
 obijcimus, vt calori frigus &c. neque aduersus morbum directè pugna-
 mus; sed aduersus eius causam; quam cùm ille tanquam vmbra cor-
 pus sequatur, eā sublatā, statim euanescit. Hanc ergo tollere conan-
 dum, etiam nihil intelligentes de essentiâ morbi: quod fieri potest, &
 faciunt Empirici, qui sectam rationalē & methodicam deseruerunt
 tridio quæstiuncularum: sic enim & canis vulnus sibi inflictum linguâ
 lingit, nihil de vulneris cogitans essentiâ, & quilibet è plebe vlcus ex-
 pertis sibi remedijs sanat, non sollicitus, ne persomnium, de eius de-
 finitione. Sanitatem ergo & morbum variè definiunt & Gal. varijs locis
 & alij, multūmque circa hoc cruciantur. Quæ tamen omnia, quia so-
 phisticam magis redolent, quām medicam disciplinam, & nos à pro-
 posito fine auertunt, nos nunc lubentes prætermittimus, leuiter tantum
 quæ ad explicandam vtriusque naturam spectant, attingentes. Sanita-
 tem ergo & morbum contraria immediata censem Arist. & Gal. etiam
 aliquando, vt hoc C. textu illo, erit igitur sanitas moderatio quædam,
 morbus autem immoderatio: alibi autem & sāpius, & meliūs mediata
 efficit Gal. meliūs inquam, nisi velimus in omnibus nobis perpetuos
 statuere morbos. Vtrumque etiam, cùm qualitas sit, magnam habet la-
 titudinem, plurimōsque gradus, & inter vtrumque medicus, qui sen-
 sualis artifex est, medium constituit dispositiōem, quam vocat neutra-
 litatem. Neque verò sanitas, neque morbus, in operationibus con-
 fit, aut actionum causa est, imò vtrumque cum actionibus coniungi-
 tur, & ab eodē manat fonte: quemadmodum pulchritudo & deformitas à

sed nil agunt. Quod hinc etiam magis patet; sanitas enim una est specie qualitas; vnam ergo efficeret operationem; at actiones aliae sunt naturales, aliae vitales, aliae animales, quae omnes non solum specie sed genere differunt: non igitur sanitas actiones edit; nec in eis sita est; nec ab eis pendet, sed ab eis potius demonstratur. Homo enim, ut de subiecto medicinæ loquamur, est qui operatur, & vnaquæque eius pars, quia

Arist. 3 de actiones sunt suppositorum: & siquidem secundum naturam se habeat, Anima & benè operatur, si contrà, male. Illum nos sanum dicimus, hunc ergum, lib. de som. Sunt ergo actiones sanitatis & morbi comites & indicia, non effectus.
& vigil. Neque tamen alio melius quam actionibus potest vtrumque prodigiari. a. Homo enim propter actiones videtur à naturâ genitus, non propter quietem: ideoque vigiliam tanquam finem animalium dixit b. Arist.
Part. ani. 5 Si itaque benè suas edat functiones, secundum naturam se habet, si male,
Gal. lib. contrà. c. Iam quemadmodum bonum, virtus, & rectum, vnumquodque usum.
b. li. de so. vnum est, virtus verò & obliqua, multa; Sic quoque sanitas una est, & vigil. morbi verò multi. Est itaque sanitas constitutio secundum naturam, que c. Arist. 7. consurgit ab omnium partium corporis priuatis secundum eandem nat. lib. Eud. turam constitutionibus. Morbus verò eiusdem constitutionis oppositum, aut constitutio contra naturam, que consurgit ab unius auctor plenum partium contra naturam constitutione. Si autem velis constitutionem hanc vocare habitum, siue dispositionem, siue affectum, siue simmetriam, siue qualitatem, siue compositionem, siue harmoniam, siue temperiem, siue commoderationem, non valde curo. Mihi quidem videor vslus esse apposito vocabulo quo etiam vtitur Gal. hoc libro. Quò autem melius intelligatur definitio nostra, exemplum vnum subijciam. Supponamus sex homines voce canere, sex alios tibijs, sex cornibus, sex testudinibus, violis vocatis, alterum organis quæ follibus inflantur, alium lyrā, alium citharā, alium monochordio. Canant autem eandem cantilenam ad musicos numeros. Certum quidem est ex omnibus his resultare concentum & harmoniam vnam, hancque ex concentu & harmonia cuiusque generis instrumentorum, & rursus hanc ex proportione cuiusque priuati soni. Si ergo solus homo unus, ex his qui voce canunt, modum non seruet, voce canentium chorus peruerititur, & consequenter generalis & totalis harmonia: si verò in organo, aut lyrā, aut vtroque dissonantia sit, multo magis corrumpitur generalis melodia. Sic prorsus habet in corporibus nostris, ex bonâ similarium symmetriâ, organicarum concentu, in toto corpore resultat generalis harmonia, quæ sanitas vocatur: ex similaris contrâ alicuius aucto aut diminuto qualitatis gradu consurgit in organo, cuius pars est similaris illa, discrasia, & ex hac, in toto ametria, quæ dicitur morbus: cuius immediata causa est gradus qualitatis superans aut deficiens in similari, aut organi aliquod vicium, si ita contingat. Eodem etiam modo, quemadmodum reductio soni hominis, tibiæ, aut chordæ dissonæ, harmoniam & melos reducit, sic qualitatis aut compositionis restitutio, sanitatem reuocat, morbumque tollit

Porta

Potidam sanitatis & morbi definitione, actiones non comprehendimus, ne in multis difficultates incideremus, quas vitare non possunt, qui actiones inuoluuntur in definitionibus cause morbi, morbi, & symptomatis. Quod si actiones addere velim, ut morbum laesa actione determinemus, adiuvare possumus definitioni sanitatis, cum actionum integritate, morbi autem, cum earundem manifesta laetione. Quod si adhuc cupias sanitatem & morbum, actionum causam dicere, non valde labore, modò causam sine qua, aut instrumentalem dicas. Sed de his nunc satis: plura enim dicentur in libro de causis morborum. Nunc autem, quod semel tota sanitatis & morbi natura pateat, videamus ex quibus homo constitutus secundum naturam, ut inde colligamus quid sit sanitas, & quid morbus. Bonum malo prius est natura & cognitione: a sanitatis autem bonum est, morbus vero malum. At sanitas secundum naturam constituitur: Ergo quae secundum naturam sunt, priora debent esse cognitione & natura: b & proinde tanquam regula & iudicium eorum quae sunt contra naturam, qualis est morbus. Optimè ergo constitutum hominem, & subinde perfectè sanum, tanquam reliquorum, & minus exquisitè sanorum, & agrotantium regulam fututum partim experimento, partim ratione conatur describere Gal. lib. de Optimo corporis habitu:

& de Optima corp. const. quamvis nullus fortasse talis inueniatur, aut si inueniretur talis per instans durare tantum posset. Et licet talis inueniatur, non tamen propterea perfectissime sanus, & omnium hominum norma esset, sed eorum forsitan, qui Europam & Asiam partem aliquam incolunt. Reliqui enim omnes diverso sunt corporis habitu, magnitudine, colore, capillis, & alijs rebus a nobis. An Europei medij sunt omnium extremitatum, & temperatissimi? Illi sane iudicium proficerent, & inauditos alios condemnabunt. Hippocrates vero suos Asianos praferet, & Gal. quoque: sed præter haec omnia, cuique priuatæ prouinciae sua est sanitas, & cuique urbi, in modo & cuique homini; ita ut quod Petro est sanitas, sit Paulo morbus. Priuatam autem hanc cuiusque prouinciae, & cuiusque hominis sanitatem nosce oportet medicum, qui eam lapsam restituere debet. Sed reuertamur ad exemplar nostrum; supponamus talis, qualis a Gal. describitur perfectè sanus homo. a Hunc, cum natura totus, & qualibet eius pars propter actiones factus sit: actiones part. a Arist. i. inter alias sint partium dissimilarium, alia vero similarium: b ambas s. Gal. ii. optimè constitutas habere necesse est. c Similares autem Homoiomes, tota & singulæ eius partes eiusdem sunt ad sensum naturæ & nominis & rationis ut caro, adeps, os, cartilago. Dissimilares vero seu ethereogenes compositæ, quarum materia ex diuersis nomine & ratione partibus constat, ut manus. Neque vero opponitur organica pars similari; cum vena, arteria, & neruus sint organicae d & organa & tamen similares licet minus propriæ. Instrumentum enim, & instrumentale, quod significat organicum, formam seu figuram ad actionem aliquam e propriam lib. in. &

Nb. de nat. denotat: similare autem & dissimilare i materiam. Simplicium ergo hum. & hoc quatenus simplices sunt, factio[n]es naturales sunt attractio, retentio, lib. 4. concoctio, expulsio: quæ omnes fiunt à parte debito quatuor primarum h[ab]it. ani. 1. seu g qualitatum, seu elementorum temperamento ornatâ. b Organica d Gal. 2. de rum verò & compositarum sunt visio, auditus, motus ad locum, compr- v[er]sup. vlt. hensio, & similia, quæ à parte tum debitè temperatâ, tum benè confor- 1. Meth. 6. matâ prodeunt. Atque hæc nunc dicta sint succinctè: cùm tamen no- e Gal. 1. minum horum, scilicet, similaris, organici, partis, & instrumenti, tanta si f Gal. lib. confusio, vt nullus secum, aut cum alio conueniat. Consideret ergo h[ec] de nat. fac. omnia Medicus in ideâ illa perfectè sani hominis, & quæ ex his pendent, g 1. meth. vt colores, vnitatē, sapores, excreta, odores, & similia, proponatq; sibi om- 6. 2. meth. nia & singula tanquā canonem & regulam sani & benè constituti & se- 6. h Gal. li. cundūm naturam habentis corporis, partis, aut excrementi: vt huic con- de Op. c.c.t. ferat i deinceps reliqua omnia humani corporis & quæ parū ab his ab- i Gal. Art. med. lib. 1. sunt, sana, sed minus, iudicet: quæ verò multum, eo vsque quod mani- san. tu. hoc festè appareat læsa actio, ea dicat morbosā. lib. & 7.

Ap. vlt.

Sine igitur naturalem omnium, &c.

Hæc quidem melior est, quam sequens sanitatis & morbi definitio. Nam sanitas non est actionum causa, vt suprà diximus, sed qualitas Gal. de Op. quæ consurgit in toto ab omnium partium instrumentalium, in parte c. c. 1. & verò similari ab elementorum simmetria: quæ elementa sunt causæ sa- lib. nitatis partis similaris, si benè & debitè miscantur; morbi, si indebitè bonarum actionum, si primo modo; malarum, si secundo.

Sumatur verò & hic constans, &c.

Moderatum & immoderatum eorum sunt quæ ad aliquid dicuntur. In naturâ autem vtrumque necessariò inuenitur. An non natu- rale est arhenicum, & cicuta? Ad quod igitur collatum vnumquodque Gal. 1. de in plantis & animalibus dicitur moderatum vel immoderatum? Ad Temp. 6. & optimum sui generis. Optimum autem in suo genere vnumquodque infra hoc est, quod proprietates quas habere natum est tale genus, aut species, ha- 6. 4. simpl. 1. bet; & proinde actiones functiones ad quas natum est, edere potest quam exactè.

Corpora itaque animalium, &c.

Arist. cap. **S**i sanitas & morbus, qualitates sunt contrariae: b qualitat[er] autem de Oppos. proprium est suscipere magis & minus: c erit vnde sanitas alia alia b Arist. in magis firma aut comp[re]nsita, item & morbus. Pred. qu- c Gal. 1. de san. tu. & in art. med.

Quod si ex atomis, &c.

VI explodat opinionem Epicuri de atomis, & Asclepiadis de inseparabilibus corpusculis, hæc addit. Vult autem, si corpora nostra aut ex atomis, aut ex imparabilibus corpusculis consurgunt, in uno solùm constitit sanitas, in debitâ scilicet applicatione aut appositione corpusculorum ad inuicem: & proinde in uno etiam morbus, in indebitâ eundem appositione. Atque propterea unum tantum est genus morborum, quod in conformatione ponendum est. Si verò corpora ex quibus constitutimur passibilia sunt, & possunt qualitates sibi mutuò communicae, in hoc etiam erit constituenda sanitas; & consurget hinc etiam genus aliud morborum præter superiorius, quod in discrasia aut immoderatione harum qualitatum sedem habebit. Vnde iam appareat duo esse prima genera morborum, unum quod in temperamento, alterum quod in conformatione locatur.

C A P. III.

Compositio autem, &c.

VII clarius colligat genera prima simplicium morborum, dividit corpus nostrum in simplicissimas quasque partes. *a* Totus ergo homo componitur ex maximis organis, capite, thorace, ventre, artubus; *per. ani. 1.* quodlibet istorum ex alijs minus compositis, ut caput ex cute, craneo, *Gal. in Itr. 9. 1. de* cerebro, oculis, &c. Thorax ex muscularis, costis, pulmone, corde, &c. *Elemen. 15.* Unumquodque denique horum ex nervis, venis, arterijs, ligamentis & *8. de Plac.* alijs ad sensum simplicibus. Hæc autem ex quatuor humoribus. *b* Hi *Hip. &* *Plat. 6.* *b i. Elel.* *15. 8. Plac.* *6ff. 7.* denique ex quatuor elementis.

C A P. IV.

Sunt autem due prima, &c.

VIII tunc vigebat apud aliquos Epicuri de atomis, & Asclepiadis de impassibilibus corporibus opinio, cogitur Gal. hæc differere. Nobis tamen qui secundam de mixtione elementorum sententiam sequimur, nil opus est de primis differere elementis.

Prima caliditas, &c.

CAliditatem exuperantem vocare morbum, est abuti terminis, & canam præbere difficultibus & cauillationibus. Dicamus ergo sic, caliditate superante reliquas plus quam conuenit rei natura, conseruit intemperies aut discrasias, quæ à causa vocabitur ægritudo calida, ut 2. meth. 4. febris: & sic de reliquis. Nō autem supponuntur nisi quatuor elemēta. Ergo non sunt nisi quatuor simplices & primi morbi in partibus similaribus.

Proprias autem unumquodque genus, &c.

Absolutis morbis similarium partium, aggreditur instrumentales. Hos autem dicit in quatuor etiam generibus simplicibus contineri, prout scilicet sunt quatuor res quæ in quolibet organo bene composite considerantur, forma scilicet, & figura, tum totius, tum partium eius, magnitudo utrorumque, numerus, & dispositio. Iuxta quæ dicimus ut supra, morbum in figurâ, hoc est cuius causa est vitiata figura, in magnitudine, cuius causa est incommoda magnitudo, &c. Et calculum ergo in vesicâ, & viscidos humores hepar infarcientes, morbos vocare cum Auic. sen. 2. l. c. 3. insulsum est: sunt enim potius causa morborum, qui in figurâ vitiata & numero, fundamentum habent, secundum Galeni sententiam.

Vnum tamen commune est, &c.

Non videtur superesse genus aliquod morbi simplex, quod aut similes, aut organicas obsideat partes, præter superius memorata. Superest tantum genus unum commune utrisque, quod fundamentum habet in re utrisque communî, scilicet in unione. Nec enim similares vñæ esse possunt sine continuitate, nec organicæ sine similarium unione. Hac ergo unione vitiata, contingit tertium simplicis & primi morbi genus, quod à causa dicitur morbus in solutâ unione, aut unitate, aut continuitate. Atque hactenus prima simpliciaque morborum genera omnia enumerasse nobis videamus ex Galeni sententia: sufficeretque id ad curationem, si remedia adeo nota essent ut nos nomina volumus explorata. Nunc vero quia interpellant nos sophistæ, dandum est illis aliquid temporis, ne videantur cauillis suis nos à veritatis arce deiecere.

Argent. de Dubitant ergo primò an similaribus partibus alij contingent morbi, gen. morb. præter illos qui in qualitatibus primis sedent; dicuntque esse quosdam 4. & 6. morbos in formâ, ut pestem, morbum Gallicum, venena, aduersus quos *Fern. 2. de* pugnatur non manifestis qualitatibus, quia illi in his non hærent, sed *Abdi. rer.* caus. 9. 10. alexipharmacis, quæ à totâ substantiâ, aut à formâ, aut ab occultâ &c. & de proprietate illos oppugnant: formâque non minus, immo magis quam morbo diff. temperamentum, partes similiares constituere; proindeque morbos 7.

qui in formâ sunt, actiones similarium lædere, interficeré que non minus
imò magis, nec pauciores, imò plures quam qui in temperamento: for-
mam enim præcipue actionis causam esse, quâ labefactatâ, aut oppugna-
ti, actiones quoque labefactari necessum sit. Præterea videri etiam mol- Argent. 1.
litiem, duritatem, asperitatem, lauitatem, crassitatem, tenuitatem, rarita- de gener.
tem, densitatem, sensum exactum, aut minus acutum, colorem denique
hunc aut illum in partibus similaribus consideranda esse, vt quæ si se-
cundum naturam habeant, partes actiones optimas edant, si minus con-
tra: vt molles partes motui ineptas & laboribus; raras itidem, ob flu-
xum & exhalationem: sensiles nimis, vt ventriculum facilè lædi, proinde
vomere, non coquere, singultare. Tenui cerebrum ingeniosos efficere,
crassum tardos: si cornæ, aut humorum oculi color varietur, visionem
lædi. Ergo in his quoque ponendos partium similarium morbos; cùm
tria hæc constituant earum naturam, temperies, idonea materia, & forma.
Verum enim uero ut hi quidem primam sententiam inducunt & fouent
de morbis formæ, sic secundam, de morbis materiae non admittunt; sed
respondent, non officere hæc actionibus similarium, proinde eorum
vita & morbos non spectare ad similares partes, sed ad organicas, qua-
rum actionibus obsunt. Atque cùm hoc dixerint, tamen paulò post sui
immemores à morbis instrumentalium partium, vitia supradieta exclu-
dunt, quia in materia sunt, & non in forma. In organis autem, forma con-
sideratur, & non materia, quæ supponenda est talis qualis necessaria est;
proindeque temperiem vitiatam, etiam si instrumenti actiones lædat,
(vt crystallini intemperatura visum offendit; & febris, motum totius
corporis impedit,) non tamen ad instrumenti morbos referri. Itaque
iam non habemus ad quarum partium morbos reducamus hos, iuxta
horum sententiam, quamuis actiones lædere ipsi quoque fateantur. Iam
tertio insurgunt quoque isti in Galenum, quod solutionem continui
morbum communem similaribus & dissimilaribus partibus statuat. Et Argent. de
quamuis sat bene Auerroës pro Gal. dixerit, posse vocari communem morb. gen.
morbum, quia similares veram continuatatem habent, organicæ verò
contiguitatem: tamen quia per continui solutionem, similarium actio-
nes nullo modo lædi contèdunt, sed organicarum, ideo ad instrumenta-
rios morbos eam referunt: licet partes similares, solutione continui lædi
coacti fateantur; sed distinguunt lædi similares, non quatenus similares
sunt, sed quatenus organicæ. An verò propterea melius curatur ulcus aut
vulnus, si eos dixeris similarium morbos, aut organicarum? His se igitur,
& talibus alijs inuoluunt difficultatibus, qui in morbi definitione,
actionum læsionem includunt. Nos verò nouam aggrediamur doctrinam, vt
his nos expediamus tricis, non tamen fortasse minus rationabi-
lem. Sanitatem diximus suprà constitutionem secundum naturam. Et id Gal. hic &
quidem dicunt etiam omnes. Sanitas autem alia totalis est, alia partialis. in lib. Finie.
Totalis est quando totum corpus sanum est: partialis, quando una pars.
Sic sanum hominem dicimus, & sanam manum. De morbo non est ea- Med. c. 15.
7. & 1. san. m. 7.

dem ratio; sufficit enim quod vna pars labore, ut homo reger dicatur. Sanitas ergo totalis est constitutio totius secundum naturam, qua consurgit a constitutionibus partium secundum naturam. Vnaquaque autem pars secundum naturam constituta est, quando omnia qua naturaliter habere debet, habet. Debet autem habere debitam materiam, & formam. In formâ autem vix est peccatum. Partis enim essentialis forma

Arist. in eadem est qua totius. Huius autem forma, in substantialibus, quale est
Pred. Subst. Medicinæ subiectum, est substantia, qua non suscipit magis & minus;

& in homine, & equo, anima. Quod si dicas os à neruo diffire formam,

formam hæc non est substantialis & præcipua, sed subalterna substituta;

Gal. 1. vsup. que animæ tanquam nobiliori, contineturque materia gremio, & cons-

tit in mixtione elementorum. Quod si adhuc velis esse essentialē

neruo formam suam, quâ differt ab osse, et si id falsum sit, (tunc enim

homo esset cumulus multarum specierum substantialium) tamen i

Arist. 2. concedam, quia essentialis hæc forma creditur ab omnibus pendere;

Part. an. 1. mixtione elementorum, ideo nos hanc sub materia concludimus. Ergo

2. Gen. 1. cor. 8. Gal. iam omnes morbi à materia pendent, & ab his qua cam consequuntur.

lib. de elem. de temp. de simp. Hæc itaque iam relinquitur nobis consideranda, tanquam origo & ictus omnium malorum. Quas ergo debet habere conditiones vniuersitatis

partis materia, ut sana pars sit, & secundum naturam? Id nunc videndum

est, supponendumque nouum hoc principium; tunc scilicet aliquam

partem secundum naturam constitutam esse, quando non solum actione

a *Arist. 1.* nem sibi soli necessariam optimè edit, sed & si aliquam debet toti, aut

Par. ani. 5. vsum, eam quoque bene: alias aliquo ex his deficiente, non secundum

b *Arist. 2.* natura se habere. a Patet autem id verum esse, quia cum corpus propter

Par. ani. 1. anima factum videatur, b, & partes similares propter dissimilares & ipsius

Chir. lib. de alim. corporis partes omnes propter totum corpus & ad ipsius conservatio-

17. vsup. 1. nem factas esse credendum est; c nec aliquam esse qua sibi soli vivat, nec

1. vsup. 1. 2. toti aut actionem, aut vsum aliquem praestet. Quod si talis villa esset, illa

8. de fæt. inutilis omnino esset & superuacua, immo noxia & onerosa. Deus autem

for. 15. 16. 1 & natura nihil faciunt frustra. Quemadmodum ergo in hoc orbe, inter-

Elem. 15. de Anat. viuo. gno, in domo bene disposita, vnumquodque munus edit suum, & omnia

hoc lib. c. 7. mutuas sibi inuicem, & ad totius conseruationem conferunt operas, sic

1. Metho. 1. etiam in corpore nostro vnaquaque pars priuatum habet officium, quod

4. vsup. 1. tamen toti conducat. Atque id quidem patet vnicuique qui singulas

Arist. 1. persequi velit, & libros *Gal. de vsup.* legerit: Non ergo satis est venti-

Cœli 4. Gal. culo si se tantum nutriat, sibi tantum appetat, sed & reliquo etiam cor-

1. nat. fac. 6 d *Gal. 1. Fi-* pori: non carni, si in infinitum se nutriendo excrescat. d Officier enim

nit. med. c. 5 tunc alijs. An dices secundum naturam habere tunc carnem, quia bene

lib. de tum. trahit, retinet, concoquit, expellit? At nocet actionibus ut videre est in

pre. n. 1. Nicomachus Smyrneo, de quo infra c. 9. Dices morbum non esse in carne

comm. in & similari parte, sed in organicâ, in qua spectatur magnitudo & figura.

Aphor. 3. Immò primò & per se morbi causa in carne est, secundariò vero in manu,

lib. 1. quia caro pars est manus. Nam secundum naturam non solum caro

Difff. mor. 3.

nutrit debet, sed esse talis ac tanta, & huius figuræ, ut corpori inseruat, si ita opus sit. Sic cornea tunica, & humor oculi quilibet si crassiora sint, aut colore aliquo infecta, non secundum naturam se habent, et si benè nutritantur, quia debent etiam inseruire visui. Huc etiam spectat materiae Arift. 2.
 etasities aut tenuitas, raritas aut densitas, asperitas aut levitas, mollities Par. ani. 1.
 aut durities: quæ quidem temperiem sequuntur, & in similaribus partibus Arift. 2.
 sunt per se, & in dissimilaribus instrumentis secundariò: proindeque vi- Par. ani. 1.
 tia que in his erunt, morbos à similaribus dicemus efficere. Vnitas etiam & 2. de Gen.
 primò & per se in similaribus est, carumque propria, & secundum naturā. & Cor. 8. &
 Patet id, nam cum benè & secundum naturā se habent, non sunt diuisæ, Gal. 5.
 sed unitæ aut continuæ; ergo vnitatis huius solutio similaribus erit vitium
 & cōtra naturam: contraria enim circa idem subiectū versantur. Siecubi
 verò diuisæ esse debet, continuitas morbum parit, ut cuti in ore. Atque id
 etiam expressè videtur dicere hoc libro Gal. c. 11. Quod si dicas, actiones
 partis similaris diflectæ non minus fieri quam antequam diflecta esset, imò
 scelicius, cum cauum vulnus nō solum ut ante nutritatur, sed etiam nouā
 generet carneum; respondebo primò, non id quod immediate sectum est
 id efficere, sed proximas partes, quæ sanæ sunt; superficiem autē sectam
 abire in sanicm & pus, & propter sectionem, & ob intemperiem quæ
 ex sequitur. Præterea, nunquam quod reponitur loco deperditi, tam
 laudatum est quam quod abicit: ostendunt porti in ossibus, & cicatrices
 in mollibus partibus. Sed estò, lēdantur actiones organicas, nō propterea
 sequitur morbum esse in parte organicā, quemadmodum quamvis per
 febrem lēdatur motus voluntarius, non proinde sequitur febrem esse
 morbum partis organicæ. Secundò, non esse quod nos essentiam sanitatis
 aut morbi ab actionibus petamus, sed à partium constitutione, ut antea
 dictum est: nam non pender constitutio partium ab actionibus, sed contraria. Prima ergo constitutio est saltē natura, secundæ verò actiones.
 De essentia etiam cuiusque partis similaris est continuitas, non minùs,
 imò magis quam temperies, & prius: siquidem continuitas in quantitate
 sedem habet, temperies verò in qualitate: quantitas autem qualitate
 prior est, & materia coæqua, non ita qualitas. Sed dicamus subtilius,
 de essentia continuæ est continuitas, non temperies, ita ut sine hac illa
 esse possit, sine illa hæc non possit: Omnis autem pars similaris natura &
 primò continua est & una, secundò verò temperata, ideo emortua pars,
 & emortuus homō, temperata definit esse, manent tamen una, & extra-
 sum à corpore os, & australis ab arbore ramus. Si instes, vnitatem illam
 non pertinere ad partem similarē quatenus similaris est, sed quatenus
 organica, falsum est, sequeretur enim tunc nullam esse simpliciter & so-
 nus similaris: deinde, pars similaris cōmaxime similaris est quod una,
 & maximè una quod maximè similaris, organica autem & dissimilaris,
 quæ talis, non una, sed plures; & denique omne ens quod plus unum,
 magis ens, & contraria. Deinde, eodem momento quo vulnus infligitur,
 dolor fit: dolor autem symptoma est sensus: ergo morbum sequitur: Diff. Symp. 3

ergo morbum partis similaris: sensus enim affectio est partis similaris non organica: & nullus morbus organicus per se & immediate dolori intet. Præterea, multò celerius certiusque perit pars similaris ex solutione continua, quam ex intemperie: Ergo illi magis est intrinseca propria, essentialisque uno quam temperies, & prior. Propterea etiam eam supponit Gal. quando dicit similarium essentiam & sanitatem perdere ab earum temperamento: frustra enim temperiem quævis pars non est, pars autem non est, quæ una non est: morbos autem solutæ vnitatis inter primos partis similaris non numeravit, ut debuerat, quia unitatem censuit communem esse similaribus, & dissimilaribus; quare voluit primò proprios cuiusque partis, deinde communes recensere. Dicimus ergo sic, sanitas similaris partis est eius constitutio secundum naturam, quæ consurgit ab eius temperie, molilitate, duritate, crassitate, tenuitate & solutione. Vniuersusque autem horum vitium non morbus dici debet, sed causa immediata morbi. Quemadmodum enim sanitatem

Gal. in his. dicimus esse constitutionem secundum naturam, sic morbum dicere de *Phil. c. 35.* beimus constitutionem contra naturam. Calor autem naturæ modum excedens, aut durities, aut magnitudo, aut figura, aut solutio vnitatis, non sunt constitutiones contra naturam, sed efficiunt constitutionem contra naturam. Sicuti enim harmonia in cithara non est sonus unius chordæ, sed consurgit ex sono plurium chordarum bonum concentum efficientium, contrarium quoque harmonia non est immoderatus sonus unius chordæ, sed prauus concentus, qui consurgit ex immoderato unius aut plurium chordarum sono. Sanitatem autem harmoniae rectè comparaueris, morbum vero dissonantia, aut quidquid aliud est harmoniae contrarium. Densique in ea parte dicemus esse morbi causam, & huius partis esse morbum, in qua vitium est, quæcumque ex vito illo lœdatur actio. Iam itaque videmur enumerasi morborum omnium, qui partem similari infestant, prima & simplicissima genera, quæ quidem denominationem sument ab immediata morbi causa: eruntque vnde uiginti, à caliditate scilicet, frigiditate, siccitate, humiditate, asperitate, lauitate, crassitate, tenuitate, molilitate, duritate, raritate, densitate, magnitudine, paruitate, figurâ, formâ, colore, vnitate, solutione. Ab odore enim vix morbus sit. Laxum autem & adstringit, ad rarum & densum, aut crassum & tenue reduci possunt. Quod si dicas magnitudinem, figuram, & similiam, non ad similari partem pertinere, ut similaris est, sed ut organica, non morbo: hæc enim in similari parte inueniuntur inmediate & primò, mediatae vero & secundariae in organo; quare horum vitia merito in parte similari esse, & ibi causam esse diceimus. Accedamus nunc ad organicas partes, videamusque quid & quot haec addant supra similares. In tot enim rebus consistent morbi, & tot prima morborum genera, quot illæ erunt res, constituenda erunt. Porro organicarum triplex est differentia. Aliæ enim quæ ad sensum viæ, simplices,

Arist. I. de

Ani. 4. Gal.

lib. Finito.

Med. c. 5.

simplices, & similares, & apparent, & dicuntur, quemadmodum cartilagine, nerui, & ossa quædam: aliae verò et si vñæ simplicésque apparent, tamen non sunt, sed ex multis constant partibus, vt arteria, vena, & ossa quædam: aliae denique ex multis & diuersis inter se iunctis confurgunt, vt musculus, digitus, manus, thorax; arteria enim & vena constant duabus tunicis: os verò femoris, tibiæ, humeri, & brachij, constant appendicibus, ultra præcipuum os, & cranium ex multis ossibus compactum est. Harum denique omnium multæ sunt secundum magis & minus in simplicitate & compositione differentiæ. Primæ ergo partes, quæ verè simplices sunt, & vñæ, nihil addunt supra similares antea descriptas, proptereaque earum morbi iam sunt dicti. Secundæ verò & tertie, sive constent ex simplicibus & similibus, sive ex dissimilibus, addunt supra primas, multitudinem partium. In pluribus ergo quatuor saltem considerantur, substantia scilicet, numerus, dispositio ordo aut situs & connexio partium. Ut si in digito debeant esse ossa, musculi, nerui &c. (quod etiam notauit Gal. hoc lib. c. 4. textu illo, cum oporteat membrum quodlibet ad sensum compositum, non ex quibusunque particulis &c. quare male ab Argent. taxatur quod id omiserit.) & in manu quinque debeant esse digiti, & ita dispositi, vt pollex ex aduerso reliquis opponatur, & alij vno in ordine sic statuantur, vt index pollici propinquior sit, huic medius, post hunc anularis, & ultimus minimusque auricularis: & in unoquoque ossa, nerui, ligamenta, venæ, arteriæ, & cutis singula debito numero & ordine contineantur. Nexus verò etiam in omnibus necessarius est, & si non continuatatem dicere velis, saltem contiguitatem fateri cogeris. Neque enim si qualibet similarium partium per se separata ab alijs sit, organum vñquam compositum effeceris. Quare oportet, si instrumentum aliquod compositum esse debet, similares sibi aut continuas esse, aut saltem contiguas. Si ergo continuitas aut contiguitas hæc vitiata fuerit, morbus in instrumentalí parte continget, vt cum propter humorum defluxum inter cutim volæ manus, & subiectas partes magna sit cutis à subiectis partibus distraictio, aut subiectarum inter se, tunc morbus est in manu: cum tamen nulla similarium partium inselæ sit, saltem primo appulsi. Temporis enim tractu potest similarium temperies ab humore immutari: aut si cranij ossa valde hient ut aliquando sit: quemadmodum contrà si digitii, qui disiuncti esse debent, mutuò coalescant, morbus erit in manu, & incommodo nexus aut vniōne. Iam ergo habemus quatuor in organicis partibus compositis prima morborum genera, in substantiâ scilicet, numero, dispositione, & nexus aut colligantiâ similarium aut dissimilarium partium. Addunt quintum in conformatione: in qua spectatur figura instrumenti, soliditas aut cauitas manifesta. Quorum omnium exempla habes apud Gal. hoc lib. cap. 7. Quod si dicas quartum hoc genus contineri iam in superioribus, vt in figurâ & formâ partium similarium, numero, nexus, situque seu dispositione; et si id fortasse verum sit,

nil tamen impedit quominus addamus quintum hoc toti instrumento
clarioris doctrinæ gratiâ : neque mirum est si vna & eadem res in
multis inueniatur variâ ratione , vt vulnus & vleus ad morbos figurâ
& solutæ vnitatis referri possunt ; & tumores præter naturam ad tria
genera, intemperiem , vitiatam conformatiōnem,& continui solutiō-
nem. Et quædam sunt quæ dubites ad quod genus referri possint, quod
Gal. hîc dicit de instrumentis, & de multis morbis , vt decurtatis
digitis , sed non omnino amputatis, quos Gal. & ad morbos magnitu-
dinis,& figuræ vitiatae reducit , & lapides ad morbos numeri, & confor-
mationis. Et quamvis non ignorem quot circa vnumquodque hotum

Fuchs. Fer- difficultates Neoterici nunc Galenū sibi ipsi opponentes, nunc conci-
nel. Argent. liantes, distinguentes, excusantes, accusantes, mira fingentes, nunc se-
concil. **Ju.** concil. ipsos mutuis vulneribus & iniurijs laceſſentes, & ad Dialecticam & So-
Alex. Eras. à Vega u- phismata diuertentes, tamen quia contendendi nullus est finis, & nos ad
terq; **Comes** artis finem properamus, lubenter hæc omnia prætermittimus, & ad eos
Mot. Leon. vos remittimus , qui tantum habent otij , vt in his tempus absument.

Nos autem videmur iam simplicissima, primâque omnium morborum
genera exposuisse. Si cui verò hæc non placuerint, non multum curio, ne-
que impedio quominus aliter disponat , modò cùm ad rem veniendum
erit, sedulam nauet operam, grauitérque se in eorundem morborum cu-
ratione gerat. Nunc verò tria proposita dubia ex dictis dissoluamus. Eſſe
morbos in formâ non probamus, vt neque & sanitatem : ſunt enim hæc
passiones aut affectiones ſuppositorum. Aliquos quidem à formâ occa-
ſionem habere morbos certum eſt, vt ab irâ , mæſtitiaque corpus exſi-
catur, febit, marceſſit. Sed iam hi morbi ſunt totius. Eſſe venena & de-
leteria medicamenta quæ formam oppugnant primò & directè, & reme-
dia quæ à totâ ſubſtantia his aduersantur, non concedimus. Nec enim

Arist. I. **Pred.** ſubſt. dia quæ à totâ ſubſtantia his aduersantur, non concedimus. Nec enim
Gal. ſubſtantia ſubſtantia est contraria, neque inter ſubſtantias poteſteſſe
actio. a. Eſt quidem eſſentia & forma ſimilariū, ſi Gal. credimus, carum
nat. de Opt. temperies : ſin verò id nolis, certè ab ipsâ temperie fufiñetur & pendet.
cor. con. 7. **Metho.** & Hanc temperiem oppugnant venena & deleteria contraria temperie.
Cor. 3. A. His rursus refiſtunt medicamenta quædam contraria illis temperie pte-
phor. 51. & dita. Quia verò temperies hæc nobis ad amuſſim exploratae non ſunt, vt
1. v. sup. 9. 4. nec vllæ alia omniuo res, cogiñur eas vocare occultas proprietates, aut
de Conf. totas ſubſtantias. Subiuent ergo venena illa vehementiſſime tempe-
ar. m. & hoc riem noſtram, proinde perdunt nos citiſſime. Nec tamen inuenta adhuc
ſunt aduersus peſtes & venena tam certa remedias, quām certa ſunt vitz
ab his pericula. Sed ſufficient hæc nunc. Peculiaris enim hæc queſtio eſt,

b. Arist. I. **de** & alibi diſcutienda. Reliquis verò duobus dubijs, & de morbis materijs,
Part. anim. & de morbo communi, reſponſum eſt nouiſſime, non actiones eſſe quæ
I. 2. de Gen. morbos definiunt, ſed partium conſtitutionem. Quod si velimus tueri
Cor. 9. Galenum dicemus, qualitates materiæ ſupponi ad instrumentum,
Gal. 5. ſimp. 1. 2. tempe- vt iſti quoque dicunt: referenturque ad temperamentum à quo pen-
ram. 9. dent : b. aut ad aliquam ex partibus in conformatiōne necessarijs,

prout scilicet actioni partis similaris, aut organicæ oberunt. Vnitatis verò morbum communem esse, quia actiones partis similaris vulneratae à solutione lœduntur. At æquè bene nutriuntur: falsum est. Supercrescit quandoque caro: & id peius; supercoctus cibus non meliorem ventriculi actionem ostendit. Sed iam accedamus ad Galeum.

C A P. V.

Dua, iuxta hanc, similarium &c.

H I quamuis malè corpus ex impatibilibus & insectilibus componebant, tamen partibus similaribus optimè morbos ex earundem meatuum astrictione aut angustatione, aut contrà ampliatione, tribuebant, iuxta ea quæ nunc à nobis dicta sunt. Potest autem meatuum angustia reduci ad densum, ampliatio verò ad rarum: aut ad crassum & tenue. Coacta enim & compressa pars fit crassior, extenta autem tenuior.

Juxta verò suppositionem secundam.

N Ota hic duplē intemperiæ in partem similarem inducendæ modum: vnum scilicet cum sola & nuda qualitas parti communatur, ut cum à frigore algemus, aut à sole aut labore febrimus: diciturque hic à Neotericis morbus immaterialis, aut sine materiâ: cum tamen omnis morbus talis sit, quia omnis morbus qualitas: sed volunt morbum aliud produci à solâ qualitate, aliud à qualitate coniunctâ materiei. Hunc vocant materialem, aut intemperiem cum materiâ. Atque hic frequentior est, ille verò valde rarus. Quomodo enim fieri potest, ut nullus in corpore peccet humor, quantitate, aut qualitate? Quamuis autem à sola intemperie sine materia incipiat morbus, tamen sàpe in humoralem aut materialē terminatur.

In morbo autem attonito &c.

T Extus hic est satis obscurus. Quamuis enim conuulsio & emprosthotonus, & opisthotonus, & tetanus, & epilepsia, quæ sequitur yenenatam auram, possint aliquando fieri ab intemperie absque materiâ, tamen ut plurimum fiunt cum materiâ. Apoplexia autem nunquam fit absque humore, neque congelatio, aut catoche. Sed prater id, morbi hi omnes magis ad morbos conformatiōnis, quam temperiei reduci debent: fiunt enim oppletis ventriculis cerebri,

aut meatibus neruorum; aut depletis nimium, vt in conuulsione ab initio: quæ dispositiones non intemperie, sed vitiatæ conformatio-
nēt: proindéque melius ab Asclepiadeis ad laxum aut astrictum
referri poterunt. Sed non adeo exquisitè hæc nunc considerauit Gal.

In his verò, &c.

TAlibus se inuoluunt difficultatibus, qui morbum immediate actionem lädere volunt: & ipse etiam Galenus dum alios accusat, se condemnat, dum nimis anxiè minutias has inquirit, vt videbimus sequenti cap. Nam cùm sèpe morbus morbum pariat, imò & duos, & tres consequenter, ruit ordo statutus inter causam, morbum, & Symptoma morbi, vt lib. de causis morborum videbimus.

Ex quo etiam illud facile &c.

HInc colligas partium similarium substantiam & facultates à temporeamento pendere. Colligas etiam nullum morbum omnino curari posse, cuius causa cognita non sit, neque partem aliquam sanari, cuius constitutionem ignoraris.

C A P. VI.

In his igitur aliquam &c.

DE MONSTRATVR hoc à Gal. varijs in locis præcipue in libris de Vsup.l.1.e.9.l.4.c.12. & alijs, & in lib. de Placit. Hip. & Plat. &l. de Opt.corp.const.c.4. & 1.loc.aff.2. Quemadmodum, verbi gratiâ, in musculo, qui instrumentum est motus animalis, præcipua primâque pars ^{r. de motu} actionis causa neruus à Gal. dicitur esse, à Vesalio verò, caro musculi, ^{musc. 1.4.6.} reliquæ omnes in musculo habentur partes, ad melius agere, aut ad ^{& seq. Ves.} conseruationem totius musculi conducunt, vt fibræ ligamentorum, ^{lib. 2. de Fa-} bri. cor. quæ musculum intertexunt, ad fortius mouendum, venæ ad nu- ^{trientia. c. 1.} triendum, arteriæ ad fouendum calorem innatum, caro ad fulci- mentum & stratum harum omnium, tunicæ ad earundem tuitionem & colligantiam. Dicit ergo nunc Gal. primarum & præcipuarum instrumenti partium affectus, morbos esse: reliquarum verò, siquidem solùm parti principi impedimentum afferant, non mor- bos, sed morborum causas vocari debere: sin verò ex ipse per se actioni obsint, harum affectus, morbos esse dicendos. Quod ^{infrā c. 7.} quidem ex eo pendet, quia alibi vt morbum illæ à causa morbi ^{de Diff.} distinguat, dicit morbum per se primò & immediate actionem Symp. i. lädere, causam verò medio morbo, secundariò & mediatè.

Quod an verum sit, videndum erit postea. Nunc autem sufficiat exemplum aliquod proponere, quo mens authoris patet. Ergo, si nerus, ut in proposito exemplo persistamus, in inflammatione laboret aut obstrukione, ab humoribus eius substantiam impletibus, sine dubio obstru-
ctio illa aut inflammatio morbus erit in figurâ, aut conformatio, vt
vult Gal. quia immediatè motum impedit. Quòd si caro prope ner-
um posita, adeo increuerit, vt in athletis, aut paruum patiatur tumorem,
ita vt nерum vicinum comprimat, & sic motui obfit, tumor hic carnis
non erit dicendus morbus, sed causa morbi, scilicet obstructionis nerui,
quæ obstructio motum tollit. Quòd si tumor, vt inflammatio, tam ma-
gnasit, vt præ dolore, tensione, & amplitudine impedit quominus pars
moueri possit, etiam si nерum non intercipiat, aut si etiam intercipiat,
tunc etiam morbus dici meretur, quia immediatè per se & sine inter-
ventu alterius, actionem lædit. Atque hic mihi videtur esse authoris
sensus. An verò id verum sit, nec ne, longum esset nunc exagitare. Nec
etiam multum interest. Quòd si insistamus principijs à nobis superius
positis, vbi offensa, aut vitium in aliqua parte seu similari, seu dissimilari,
huc notatu dignum, siue illud primò, siue intermedio alio affectu
actioni offecerit, id nos causam morbi vocabimus partis in qua est pri-
mò deinde etiam alterius, sed hujus remotam, illius verò propinquam.
At de hoc in lib. sequenti de morborum causis fusi.

Quod primi instrumenti officiunt, &c.

Primum instrumentum hic vocat partem illam primam quam actio-
nis totius organi præcipuam causam diximus esse, vt nerus in mus-
culo.

C A P. VII.

Fiunt autem (ut diximus.)

RECENSET deinceps quatuor genera morborum quæ fiunt in par-
tibus instrumentalibus, vt ille dicit, aut dissimilariibus, vt melius
dicamus; eaque exemplis manifestat. Sunt verò ea in magnitudine par-
tium similarium, numero, situ seu connexione, seu colligantiâ, aut dispo-
sitione, & figurâ seu conformatio. Exemplum fit in manu, si maior
tota, aut minor, aut quælibet eius pars, quam toti conueniat: si sex, aut
quatuor digitorū: si pollicē habeat loco indicis: si denique quadrata
fit, aut tota rotunda. Hoc ergo in cap. de modis quibus figura vitiatur,
differit primò.

Qui & introrsum, & extorsum.

Q Vibus crura amba introrsum contorta sunt, vt genua se tangent
de caus. mo. c. 6. & 7. 3. usup. 9. 3. de off. med. com. 32.
 vari Latinis dicuntur & Galeno rhæbi & manci: quibus contrâ
 extrorsum distorta, ita vt arcus oppositos efficiant, valgi, & vativi, Gale-
 no etiam bleſi. Ceterum hæ omnes figuræ vitiosæ, morbum efficiunt
 in figurâ. Porrò memineris me deinceps morbi dictione non semper
 exactè usurum, vt communi loquendi vñi subseruiam. Quamvis enim
 vitiosæ hæ figuræ, causæ sint morbi in figurâ, tamen nos morbos in figu-
 ra vocabimus.

Aut plantis lauigatis.

Fortasse intelligit eos quos Latini vocant pansas, qui latos habent
Arist. 1. bift. an. 15. 3. usup. 8. artic. com. 92.
 pedes, & extorsum deflexos: aut plancos quibus nulla sub pede ca-
 uitas est, sed plana superficies. Iſti enim non possunt firmiter ingredi,
 sed labuntur facile, & proinde à Gracis λειόποδας ait vocari Gal. 3. de

Et hac quidem figurarum, &c.

DVplices in nobis possunt esse morbi; alij quos vocant nativos &
 congenitos, quos contrahimus in matris utero: alij accidenta-
 les, qui ob accidens quoddam nobis iam natis contingunt. Inter pri-
 mos autem numerantur & hæreditarij, cum alter parentum suos nobis
 communicat morbos. Alias enim non necesse est omnem natuum
 morbum, esse hæreditarium: veluti si iactu dum in utero sumus, nobis
 crux aut brachium perfringatur, aut distorqueatur, aut vleus contrahatur,
 vt puellæ illi Gorgia apud Hip. 5. Epid. ægro. 10.

(Aliquando indurata, &c.)

VT si ventriculi inferius orificio sibi coalescat, aut vesicæ col-
 lum, aut extremum intestinum propter schirrum eorundem, quod
 nos aliquando vidimus; ita vt nec ille cibos ad intestina transmitte-
 ret, set vomeret omnia; nec iste vrinam, nec hic aliui excrements
 reieceret.

Qui quidem ab ijs plurimum differunt.

Orum qui atomorum concursu partes fieri dicunt, meatus parui
Quidem in partium substantia inueniri possunt, quos nos poros vo-
camus. Magni verò hi qui in venis & arterijs conspiciuntur, nullo
modo, inquit Galen. At ego non video, quomodo etiam hi fieri
non possint, secedentibus hinc inde atomis. Quod si velit manifestos
hos meatus esse diuersos à meatibus illorum, quos illi dicunt astrictos
aut laxos sanitatem aut morbum facere, poterit id quidem verum esse:
sic etiam & nos pororum astrictionem, febris ponimus causam. Sed
id non impedit, quominus patentes hos etiam meatus illi intelle-
xerint.

*Galen. de
cau. mor. 2.
1. dif. feb 5.
7. Aph. 42.
8. metb. 2.*

Nonnunquam una tantum, &c.

Hoc exemplum confirmat superiorem nostram expositionem. Non
mirum est autem si ex affectu affectus nascatur, & sint plures
simil in eadem parte, prout scilicet una & eadem pars plures habet
ad constitutionem suam necessarias conditiones, & plures quoque
operationes.

Nonnunquam verò effectus ipse, &c.

Morbi morbi causam esse dixit superius. Nunc verò morbum
non morbum parere, sed symptoma aliquando: & morbum non
semper morbum sequi, sed causam morbi tontum, ostendit. Sit hoc
omnium exemplum. Si inflammatio intestina obsideat, ita ut excre-
menta exire infra non possint, sed reuomantur, duplex est morbus,
vnu inflammatio, qui est morbus in magnitudine, & solutâ unita-
te, & intemperie etiam, ut volunt neotetici alter obstructio, qui est
morbus in conformatione intestini; & primus est secundi causa. Quod
si inflamatio non adeo magna sit, ut viam excrementorum præclu-
dat, præ dolore tamen intestinum sursum repellat excrementa, est hu-
ius symptomatis, depravata scilicet actionis, causa inflammatio;
morbus scilicet accidentis. Si verò excrementa absque ullam intestini Gal. 6. loc.
inflammatione, præ multitudine suâ aut duritate obstruant intesti- aff. 2.
num, ita ut reliqua pertransire non possint, sed sursum ferantur;
tunc excrementa sunt causa morbi qui in conformatioне intestini
consistit.

*Guido cant
tr. 2. c. 1.
ex Gal. loc.*

Si vero excrementa absque ullam intestini conformatio-
ne obstruantur, ut reliqua non possint transire, tunc excre-
menta sunt causa morbi qui in conformatioне intestini
consistit.

Ipsa siquidem obstructio est aegritudo.

Sanè si prautus vnius chordæ, aut vnius vocis concinentium sonus, & deprauata harmonia, & non potius deprauata harmonia causa immediata. Sed hic est Galeni mos, qui operationes immediate lœdi vult à morbo, propterea que interceptam cauitatem cogitur vocare morbum. Sed de hoc latius in lib. de Causis morb. Cœterum miror quod Neotrixi non aduerterint hic Galenum male morbum in conformatio[n]e vocare interceptam ab aliquo corpore cauitatem naturalem alicuius partis: verbi gratia si in vesicâ pituita subsit, quæ mictionem impedit, aut in opticis quæ visum, aut in vena vescidi & crassi humores, aut in intestinis excrements, quæ distributionem prohibeant. Quis enim hic dicet vitiatam esse partis conformatio[n]em? Cum in nullo, vt supponimus, partis ipsius substantia offendatur, neque etiam cauitas. Si enim dicas cauitates has debere esse vacuas, falsum est: vena enim, sanguinem; optici, spiritum; vesica, vrinam; intestina, cibum, & excrements continere debent. Quid autem interest venæ si sanguine aut pituita referta sit, modò non ultra modum distendatur? Non autem distendi supponimus, nec opticos, nec vesicā à pituita, nec intestina ab excrements. Ego quidem tecum consentio, pituitam, & excrements esse causas morborum, sed quorum morborum? Nec enim video partium conformatio[n]em vitiatam, sed contenta alia esse ab his quæ naturaliter cauitates has occidunt. Ergo erit morbus in contentis non in continentibus. Atim. Et mihi quidem etiam videtur nos debere rationem habere contento-

a. *Hip. lib. rum quemadmodum & continentium: (contenta enim nos etiam con-*
denat. hum. stituunt:) a & sanitatem non solum consistere in continentibus, sed
Gal. 8. de etiam in contentis, quare & morbum quoque sanitati contrarium. b. Hu-
dac. Hipp. & Plat. 7. mores quatuor asserit Galen. & Hipp. esse hominis elementa. Quando
Fin. med. 5. ergo quatuor elementorum communium tantam habemus rationem,
11. Aph. 3. quidni etiam habebimus & horum priuatorum? Si quidem hi debitæ
b. 8. lib. de qualitate & quantitate in nobis sint, & reliqua à Galeno desiderata non
Hip. & Pl. absint, nos bene valebimus. Si vero illi aut quantitate aut qualitate
de. 6. 7. 8. 9. de nat. peccauerint, aut extraneum aliquod corpori inuehatur, aut innascatur,
hum. Gal. etiam si omnes partes in se optimè habeant, tamen ægrotare nos necesse
1. Elem. 15. erit. At dices non posse hos humores aut extranea corpora actiones im-
2. Elem. 1. pedire, quin aliquem ex prædictis morbis prius inuehant. At ego con-
trà ostendo id fieri posse, & tamen te non posse partes accusare, sed con-
tenta, si propriè & sincerè loqui velis. Nec enim si vas lapidibus, vino,
amurcâ, aut visco impleueris, eius formam mutaueris: Quinimo in ha-
bitu athletico vbi omnia laudata sunt, à solâ laudati sanguinis quantita-
te præsentaneum adest mortis, non morbi tantum, periculum; eumque
habitum malum vocant Hipp. & Galen. 3. Aphor. lib. 1. & lib. finit.
med. 5. in eo ne sanitatem quidem esse asserit Gal. Quare mea hæc est
sententia

sententia; ad sanitatem constituendam & morbos, contentorum haben-
 dam esse rationem, & in his peculiares constituendos esse morbos,
 contentaque quemadmodum & continentia morborum causas, non
 morbos, esse dicenda. Nec minus etiam rationem habere oportere
 nos eorum quæ impetum faciunt, ad sanitatem & morbum, ostendit
 plurimæ affectiones quæ in spiritibus contingunt, ut tria illa ab
 Hipp. notata, continentia scilicet, contenta, & impetum facientia;
6. Epidem.
 omnia ad utrumque ad sanitatem scilicet & morbum plurimiū con-
 sette, & utrumque constitutæ credamus. Quamuis autem videantur
 spiritus sub nomine contentorum comprehendendi posse, tamen satius est
 cum Hippoc. eos seorsum ponere morborum quorundam causas. At
 quod hi morbos peculiares pariant, ostendunt depravata visio ob spiriti-
 rum inopiam, aut crassitudinem, humiditatem, aut impuritatem; sive
 sufo à ventriculo, vertigines à vaporibus à ventriculo sublatis sus-
 citat, & multò magis à circumrotatione, aut motu in gyrum, aut af-
 pectu rotantium rerum, velociter currentium equorum, fluentium Gal. 1. cas.
 aquarum, & vorticum earundem. Nihil enim hic aliud causari possit
 quām incompositum spirituum in cerebri ventriculis motum. An hic
 variat formam cerebri? Est tamen aetiolæsa, nec enim pedibus stare
 potest vertiginosus, & omnia illi videntur in circum moueri. Cuius
 ergo morbi symptoma hoc est? Non habes quem dicas. At per te
 actio omnis lesa symptoma est morbi. In paralyſi trium digitorum il-
 lius quem a Gal. curavit admotis ad spinā remedijs, nonne erant digitī Gal. 3. loc.
 male affecti, morbos? b Tu definis morbus per actiones manifestè lœ-
 sis. quis morbus in digitis? Nullus alius quām defectus spirituum, 1.8. de dif.
 aut mala digitorum constitutio propter defectum spirituum: quemad-
 modum ubi in manu digitus unus deest, digitus ille non est morbus, sed
 causa morbi, qui est mala constitutio manus ob defectum in numero.
 Quod si dicas morbum per sympathiam non esse propriè morbum,
 Gal. teredarguet lib. 3. loc. aff. 8. & saepius alibi, 1. loc. aff. 6. ubi ait, de
 vertigine, quæ à ventriculo pendet, loquens, licet caput per alterius partis
 sensum afficiatur, affectio tamen nihilominus ipsi ascribenda est. Quare
 concludamus sanitatem esse constitutionē secundūm naturam quæ con-
 surgit ab optima secundūm naturam constitutione continentium,
 contentorum, & impetum facientium. Morbum vero contrariam huic
 constitutionem, quæ consurgit à mala continentium, aut contentorum,
 aut impetum facientium constitutione. Quas autem conditiones ho-
 rum unumquodque habere debeat ut secundūm naturam sit, seorsum
 considerandum est: atque ubicumque peccatum fuerit, ibi morbi cau-
 sam esse dicemus. Neque vero quidquam plus habent morbi qui à Gal.
 partibus tum similaribus tum dissimilari bus attributis, quām iij quos
 nos contentis & spiritibus. Quemadmodum enim vitia quæ in parti-
 bus inueniuntur non sunt morbi, ut saepius à nobis dictum est, sed causæ
 morbi, ita etiam & in contentis: sextus enim digitus in manu, morbus

non est, sed causa morbi in numero. Sic etiam lapis in vesica morbus non est, sed causa morbi in contentis sita. Quia verò contenta, part in qua continentur, attribuuntur, ideo & contentorum passiones, & morbi continentibus partibus assignantur. Atque hac ratione dicimus vesicam laborare aut affici, in qua calculus est, quia rem continet toto genere contra naturam. Ergo contenta debent esse & substantia, & quantitate, & qualitate, & modo, & tempore secundum naturam ita & spiritus: alias vno horum vitium faciente, morbus sequetur. In vesica igitur vrinaria vrina solum contineri debet, tanta, talis, tanto tempore: si verò adsit calculus, si sanguinis grumus, si lenti humores, si fabulum, si multa vrina, si valde crassa, aut acris, si diuinus retineatur ita ut deinde non possit exire, morbus erit in contentis. Quod si aliqua etiam sit in ipsa vesica affectio, erit morbus compositus, aut complicatus, ut & in alijs morbis fieri solet. Idem dicendum de contentis in venis, vesicula fellis, intestinis, neruis, ventriculis & alijs meatibus tum patentibus, tum latentibus. Spiritus etiam crassi, tenues, pauci, moti turbulentè, & alias prater naturam affecti, morbos pariunt, ut in paralysi ostendimus. Sed sufficiant hæc nunc: quæ si non placeant, parùm curo; modò hoc constet, curari morbos qui ab his pendent causis, earum ablatione, sine aliqua alia opera: ut hiæc etiam colligas nullam in partibus esse noxiam, neque propterea morbum ab his pendere, sed à contentis. Scio quidem te nonnulla horum vocare causas morborum, alia verò symptomata, noui morbos: & plura circa hæc cauillaturum. Sed mihi perinde est, & breuitati studens sat habui sententiam nudè dixisse meam; alias rationibus tuis responsurus.

Constat igitur quod, &c.

Sic Galen semper immediatam causam morbi morbum vocat, quia actionem immediatè lædit. At nos dicemus continentem causam morbi in conformatione esse nasi angustiam meatus, antecedentem verò, similitatem nasi.

C A P. VIII.

In numero vero partium, &c.

Arist. 2. de part. an. 1. Gal lib. de vñas similares esse quod ad sensum, vt vena, neruus, ligamentum: alias vñsup. & hoc lib. c. 4.

verò dissimilares, vt oculus, lingua. Rursus harum, alias ex solis similaribus constitui, vt musculus ex neruo, venâ, arteriâ, carne: alias ex dissimilaribus, vt manus ex digitis. Notandum secundò omnia à Galeno & quæ vocari instrumenta & organa. Venas enim, arterias, & 2. vñp. vlt.
neros organa vocat. Manum etiam & musculum, & linguam, & 1. vñp. 1.
oculum organa quoque nominat. Vnde multa consurgit confusio. de Motu
Notandum tertio in organis verè similaribus non propriè esse mor- mus. & hoc
bum in numero. Vbi enim vnum tantùm est, nullus est numerus, lib.
neque propterea vitium in numero, nisi pro vno organo duo sint, aut
plura, aut omnino illud deficiat: sed tunc morbus non huic organo
ascribitur, sed composito cuius hoc est pars. Dixi autem in verè si-
milaribus, quia sunt aliqua quæ vocantur similaria, cùm tamen re vera
non sint, vt arteria, vesica, renes, cor, hepar. In quibus quidem
numerus conspicitur similarium: proindeque & morbus in numero es-
set, si vesica vñâ tantum tunicâ donaretur aut tribus, & hepar, & re-
nes, duabus. Ultimò denique notandum, partes dissimilares siue
ex similaribus tantùm constent, siue ex dissimilaribus, in numero
bisariam tantùm propriè vitiani posse: si scilicet plures quâm pars sit ha-
beant partes, & si pauciores, vt si musculus plures habeat venas, li-
gamenta, aut tunicas, quâm naturaliter habere debeat, & oculus
plures tunicas aut humores, aut pauciores; & manus sex aut qua-
tuor digitos. Malè ergo Galen. vesicæ calculum numerat inter mor-
bos numeri; non enim calculus de numero partium vesicæ est, vt
abundet tantùm numero, sed tota substantia; neque vermes de nu-
mero partium intestinorum. Quod ex ipsiusmet Galeni verbis col-
ligitur initio capituli huius; quæ talia sunt, *In numero verò partium
simplicium ex quibus vnumquodque constat instrumentum, dua erunt
egritudinum differentia, cùm scilicet pars aliqua deficit, aut superabun-
dat.* Atque hæc tenus bene. Cùm autem mox diuidit ea quæ su-
perabundat in ea quæ sunt secundùm naturam, vt sextus digitus, &
ea quæ toto genere sunt præter naturam, vt lapis, vermes, verrucae, &
fissi, non mihi videtur secundùm rationem agere. Nam hæ non sunt
partes simplices ex quibus vnumquodque constat instrumentum, ne-
que subdivisio debet plura continere quâm quæ primâ diuisione con-
tinebantur: atqui prima diuisio erat partium in eas quæ deficiunt, &
eas quæ superabundant: ergo sub neutro horum potest comprehendendi
aliud quâm pars ex qua instrumentum constituitur. Neque etiam
illi opus erat fauosi, meliceridas, pus, atheromata, verrucas, & her-
petas ad morbos in numero vocare, cùm illi sint tumores præter na-
turam, aut abscessus; qui reducuntur ad morbos in unitate, & figurâ,
& magnitudine, & si velis etiam in intemperie; vt suprà dicebamus. Pe-
ius quoque mihi videtur sentire cùm morbi in numero ponit, quoties
pars aliqua mutilata fuerit, & non omnino sublata; vt cùm nasi, aut

auris, aut labij, aut penis, aut linguæ, aut digitii particula abscisa fuerit. Tunc enim potius erit morbus in figurâ aut magnitudine, quam in numero. Oportet namque, ut morbus sit in numero, unam integrum partculam ex ijs quæ membrum constituant, aut deesse, aut superesse. Non verò sic in quantitate continua, in qua dimidium quid dari potest; in discreta verò, non nisi unum integrum. Sed Gal. in hoc dubius videtur ideoque etiam prope huius capitî finem, morbos hos ad utrumque genus quodammodo pertinere & referri posse dicit, scilicet ad numerum & magnitudinem; proindeque morbos in magnitudine, & morbos in numero, communis vocabulo sub quantitate posse collocari, que cum continuam, tum discretam complectitur.

Quacumque autem ex his operationem, &c.

IN eodem semper hæret salo Gal. ut operationem lædi immediate à morbo dicat, & laborat in distinctione affectuum, & satis infelicitatem quamuis hæc omnia deberet contemnere, & indicare solum, qua via institui debeat curatio in complicatione affectuum.

Ex ijs qui manducationi, &c.

Gal. lib. de Offib. 5. & II. vñp. 8. **C**onfusus est hic textus; dentes enim molares seu maxillares dicti manducationem videntur efficere. At Gal. hæc eos qui manducationi præsunt, distinguit à molaribus; & videtur vocare incisorios eos qui manducationi præsunt. Quod si verum est, miror quod molaris amissione, & manducatio, & sermonis explicatio lædatur: incisorij verò desperditione, sola manducatio; cùm anteriores multò magis ad sermonem conferre appearant quam molares. Cuius rei fidem faciunt senes qui anterioribus dentibus amissis, vix percipi possunt, molaribus autem non item. Atque huius rei causa in promptu est, quia eti molares defint, aer tamen qui materia est sermonis, continetur à buccis. At deficientibus incisorij, & hiante ore, ut opus est loquentibus, effluit aer antequam sermo possit optimè formati.

C A P. IX.

Iam verò quoniam, &c.

Agit hoc capite de morbis in magnitudine; atque duo tantum esse morborum genera in magnitudine. Alterum cùm partes maiores sunt quam toti conueniat, aut ipsum totum: alterum cùm minores. Vbi memorabile exemplum adferit de Nicomacho Smyrnæ

cui in tantam molem excreuerat corpus ut loco moueri non posset: neque tamen in eo aliquid videtur taxare, præter corporis molem; quæ non aliunde consurgebat quam à partibus similaribus optimè, ut videatur sanis: appetebat enim, comedebat, & concoquebat, & in sui alimento conuertebat quæcumque comedebat: & tamen sanus ille non erat, ut qui loco moueri non posset, & quem ab Aesculapio curatum dicat Gal. veluti per miraculum. Quid igitur hic accusare possimus? Morbus quidem est in magnitudine, proindeque per te ad partes organicas pertinet, quia earum actionibus officit, scilicet ingressui, & alijs. Sed quæ est morbi causa? omnium similarium aucta quantitas. Quid hanc effecit? optima carum temperies. At hæc est naturalis & laudata res; nec proinde morbi causa esse potest. An & in bonis modus quidam est, & certi fines, quos si transferint, iam non sunt bona? Atque hac ratione dicebamus superius: carnem secundum naturam non habere, si plus se nutriret quam toti conueniret, & carnem in ulceribus, aut vulneribus supercrescentem non propterea ostendere bonam partium constitutionem: sic etiam luxuriantes agros, præpinguisque aut crassas fœminas damnare 5. Aphor. 46 solemus, quia semina aut suffocant, aut non admittunt, quamvis in se verumque alias optimè habere videatur. Eadem quoque ratio est de illo euilingua præter naturæ modum excreuerat, nullum aliud habens malum, neque in sua substantia aliquomodo vitiata, ut inquit Gal. Bonum quoque habitum athletarum improbat Hip. 1. Aphor. 3. non alia de causa quam quia nimis bonus est.

C A P. X.

Euaniente &c.

TRACTAT hic de morbis in positione; ponitque duo prima genera; aliud in positu; aliud in connexione. Quorum quidem primum optimè ad positionem refertur. Secundum verò maiori ex parte multò melius ad morbos in unitate referri posset, ut mox videbimus.

C A P. XI.

Reliquum est quintum &c.

BSOLVTIS morbis proprijs & partis similaris, & dissimilatis, accedit nunc ad enarrationem communis morbi specierum, scilicet solutæ unitatis. Vbi ille non multò meliori methodo quam in superioribus, fusus est. Nam primò, quod Neoterici etiam non animaduertunt, debuisset supremum hoc genus morbi in duo subalterna genera

diuidere, scilicet in solutam vnitatem, & vnitam solutionem. Secundò species solutionis non arte nec scientificè tradit, sed hic & alibi in his assignandis confusus est & sibi repugnans : quod notarunt quidem recentiores, nec propterea necesse est nos in his immorari ; sed lectores remittimus cùm ad Gal. tum ad hos , vt ibi videant controvërsia. Nos tamen more nostro quod rationabilius videbitur, conseruabimur. Nam vt plurimum de nomine quæstio est. Ergo quia vnitas similaribus partibus primò & per se debetur, dissimilaribus autem secundariò, vt antea ostendimus, aut contiguitas his primò : si soluta fuerit vnitas naturalis , morbum efficiet in partibus similaribus , & in soluta vnitate ; vt vulnere cuti manus illato. Si verò pars aliqua alicubi soluta aut diuisa naturaliter esse debeat, & continua sit, morbus erit in vnitate solutione , vt ita loquar, aut vnitate non naturali , & in parte similari, vt si cutis in ore , oculis , auribus , naribus , ano , pudendis, non sit diuisa , sed continua , vt in aliquibus visum est , quibus vnum ex his orificijs clausum erat, aut duo, pluráue. Si verò partes similares non bene cohærent inter se , morbus erit partis instrumentalis in soluta vnitate , aut contiguitate , vt contingit in eutercochle, luxatis articulis , nimis hiantibus capitibus ossibus , & similaribus. Quòd si nimis cohærent , vbi aut parum cohærere debent , aut nihil , tunc morbus erit in vnitate solutione , vt in ijsdem articulis contingit cùm membrana aliqua , aut ligamentum , aut ossa sibi mutuò cohærentia motum impediunt , aut capitibus ossa continentur, quæ per futuras tantùm contigua esse debent. Transeamus iam ad aliam diuisionem, quam etiam nec Gal. nec recentiores hic adnotarunt. Vtrumque horum supradiectorum, scilicet vnio , & solutio, vel est sensui manifestum , vel eidem occultum. Manifesta sensui vnio est in cute oris , aut ani ; vbi ita contingit : manifesta solutio eiusdem cutis in vulnere. Occulta vnio est sensui in astrictione cutis à fure , aut siccitate , aut astringentibus , & coalitu partium internarum. Occulta solutio est sensui , in tumoribus præter naturam , contusione, diapedesi. Rursus horum omnium quædam , parua sunt nec notata digna, quæ propterea non efficiunt morbum : alia magna, quæ morbos pariunt. Porro secundum morbi genus quod nos in soluta vnitate , aut contiguitate partium similarium inter se posuimus , vt in laxis articulis , quamvis Gal. ad morbum in positu referat , nos melius ad vnitatem instrumenti reduxisse videmur. Positura enim aut dispositio potius situm , ordinemque denotat, quam connexionem : & laxa ligamenta præter naturam , in vnitatem sua patiuntur: & denique nisi laxos articulos ad vnitatem instrumenti vitiatam reducamus , non video , quomodo vnitatis solutionem , morbum communem similaribus & instrumentalibus partibus possimus cum Gal. afferere : nisi dicamus , vt ille hic ait, primò esse ligamenti morbum , secundariò verò totius instrumenti : sed hoc non est esse

commune, nisi ex accidenti : at proprium simili parti. Sed id pa-
rum interest ; nec obstat aliquid quominus idem morbus simul &
semel sub diuersis generibus, diuersis rationibus collocari possit,
vt in articuli luxatione & est soluta vnitas, occulte tamen, &
vitiata figura, & etiam dispositio : & in enterochele est morbus
intestini in situ, peritonei in soluta contigitate, Scroti verò
in contentis secundum sententiam nostram, in numero verò partium
secundum Gal, & etiam in magnitudine. Sed iam satis. Reuertamur
ad continui solutionem ; cuius iam genera omnia prima tradi-
ditse videmur. In differentijs autem inferioribus assignandis va-
ria est authorum sententia. Nos tamen quod probabilius videtur
festantes, dicemus, solutiones continui à diuersis rebus diuersa esse
sortitas nomina. A causa primū vulnus dicitur quod ab acuto inci-
dente corpori infligitur, siue molli vt carni, siue duro, vt ossi. Et
rursus ab eadem causa aut modo, quæ solutio punctum fit, dicitur
punctura, quæ cæsim, vulnus particulariter. Ab eadem causa,
vclus dicitur solutio continui ab erodente facta. Et hæc rursus
à parte, alia dicitur vclus priuatè, quæ fit in parte molli :
alia caries, quæ fit in osse. A causa etiam & modo, dicitur
contusio, quæ vt plurimū fit in parte molli à duro corpore.
Nam etiam in tenellis puerorum ossibus fiat contusio, tamen ea
communi, cum ossium morbis in solutione continui, nomine do-
natur. A parte verò dicitur fractura in osse, siue fiat à corpore
duro contundente, siue manibus, aut chordis, modò non fiat
ab incidente, aut secante. Ab eadem parte dicitur in membranis
auulsionis ; in venis verò aut arterijs, & alijs mollibus partibus quæ
tendi possunt, à repletione, aut ictu, aut saltu, aut tractione, ruptio.
Atque hæc sunt visitationa nominum horum significata : quæ si semper
ita ab omnibus usurparentur, non parerent tot difficultates nec contro-
versias. Nunc autem cùm idem author variè his abutatur, & alij variè ab
alijs, cogunt nos in his exponendis tempus absumere. Cœterum dictor-
um generum subalternorum solutionis continui, vulneris scilicet,
vleris, fracturæ, luxationis, contusionis, & ruptionis, multæ sunt species,
quas Gal. satis confusè vt alia multa & dispersim tradit, Guido autem à
Caulaco optimus Chirurgus laudata methodo, & exactissimè, in suo de
Chirurgia opere, quod legat oportet qui huius rei perfectam notitiam
desiderat. Nobis enim satis est hic prima morborum genera indicare.
Hoc vnum supereft, conuulsionem à Gal. non satis propriè hic inter
solutiones continui referri ; dictio enim proprie significat nerui aut
musculi retractionem, & proinde inter depravatos motus à Gal. alibi *Finit. med.*
meliùs refertur. Et videtur quidem contrariam esse conuulsionem aut *12. de pal-*
contractionem auulsioni, & ruptioni. In ruptione enim extenditur pars *pit. t. rig.*
plus quam opus esset, vnde rumpitur, facta continui solutione. *c. 22. 2. simp.*
In conuulsione autem contrahitur & cogitur in angustiorem locum : *Aphor. 39.*

quare videtur potius esse morbus in unitate aut continuitate occulta contra naturam, aut solutione unita, unde compressione partium sequitur etiam dolor, quemadmodum & solutione: quod etiam Gal. testatur cap. 4. huius lib. dum dicit, non posse animalium corpora quomodocumque aut rarefcere, aut densescere, sed quosdam hic à natura constitutos esse limites, quos præterire non licet sano superfite corpore. Sed de his nunc dicta sufficient. Alius enim erit in quo de natura & causis conuulsionis commodius tractabitur, locus. Nunc autem reuertamur ad Gal. quem in conuulsione excusant aliqui, quod mendum sit in codice, aut interpretis lapsus; adducuntque exemplaris alicuius manuscripti testimonium in probationem: qui tamen ipsi alijs non permittunt dictio[n]is alicuius in eodem Gal. correctionem; sicque perpetuo ligant omnes de nominibus, vanisque vtuntur probationibus ad fulciendas opiniones suas. Quis enim est qui non possit hoc modo omnia quæ velit aut astruere, aut destruere? Sed trahimur in absurdia inuidia in alios, nimisque in nos philaphtiā. Quod si Gal. excusat velimus, satius erit dicere, in conuulsione partes alias nerui aut musculi contrahi nimis, alias verò distendi, & hinc sequi continui dissolutionem & dolorem. Sed iam satis. Nos autem Gal. nec quemuis alium nec accusamus, nec excusamus, ne in his tempus malè perdamus. Omnes autem plurimum collaudamus, præcipueque Gal. præclarum virum, & medicinæ parentem alterum. Quæ enim Hippoc. tanquam pater iecit semina parua rudiaque, Gal. tanquam mater efformauit, auxit, fouit, in lucemque grandia facta emisit. Proindeque sicuti ab eo discedimus, id coacti facimus, non à veritate, ut quidam dicunt (quis enim veritatem nouit?) sed ab opinione nostra, quæ libera est; nec odio nec amore in aliquem inuehimur. Quod quidem in morbo hoc continui contigit, in quo à Gal. opinione discedimus, ut vidistis, neque sine ratione, ut nobis videatur. Ille namque coalitum labiorum, aut oculorum, ad morbos vitiatus conformatio[n]is refert, nos autem ad continui, aut potius soluti vitia. Primo enim, cutis has diuisiones naturales, vocare cavitates, non videatur proprium. Cavitas namque est ampla caui alicuius corporis capacitas, quales non sunt diuisiones haec: proptereaque male ad morbos cavitatum reducuntur. Secundò, cavitas est instrumenti alicuius propria, ut ventriculi, thoracis, venæ, caluariæ: diuisiones autem haec sunt partis similaris. Talis enim mihi videtur esse cutis. Tertiò, contrariorum contraria sunt rationes. Si ergo continui naturalis, solutio morbus est, ut vulnus in cute, sic quoque soluti naturalis, uno morbus erit, ut in clausis his orificijs. Quis enim neget cutim, quæ alibi continua tota est, in his orificijs naturaliter diuisam esse? Scio quidem posse te continuatatem quandam fingere cutis in labris cum interiori tunica oris, in oculis cum tunicis palpebrarum, & sic de alijs. Sed ego cutim propriè voco quæ in corpore extat, reliquas verò partes non cutim. Quod si ita est, alicubi terminatur in ore & oculis cutis, & proinde diuisa à reliqua est. Ossum

*Comes
Montan.*

*Comes
Mont. ad
has refert.*

etiam divisiones naturales, per quas aliquid transmeat, & septum transversum quia vena caua permeat ad cor, & similes aliae ad hoc genus spectant. Præterea, si in eiusdem cutis, aut partis alterius tensione in qua dolor fit, tu solutionem continui licet occultam, doloris causam & proinde morbum facis, nonne ego maiori cum ratione cutis has solutiones, naturales diuisiones vocare possum? Quod si respondeas cutim labiorum & oculorum cum reliqua continuam esse, et si superius labrum aut palpebra cum inferiori non committatur, quia continuatur ad angulos, ergo eodem modo dicam ego, & vulnus cuti illatum morbus non est, quia in eo continuatur cutis ad angulos vulneris. Si iterum, non idem esse, nam in vulnere partes quæ anteavnum erant, ut cutis labra in medio vulnere, separatae nunc sunt & factæ duæ, id quidem sufficiet ut vulnus dicamus morbum, non autem cutis in labijs diuisionem: sed id non excusat quominus cutim labij vnius diuisam esse, naturaliter tamen, ab alterius labij cute dicamus, & denique totam cutim non ubique continuam, sed alicubi vere diuisam & solutam: atque proinde si diuisiones haec desint, morbum vocemus in continuo præter naturam, quemadmodum si minimi eiusdem cutis pori præter modum amplientur, ut in extensione sit, morbum ponimus in solutione continui præter naturam. Sed satis hæc nunc sint. Quamvis enim possemus multas alias adducere rationes, tamen, quia nimium excurreret oratio, & non defunt responsiones ei qui contendere vult, nec multum interest, ut dixi, siue ad conformatiōnem, siue ad uitatem hos referas morbos, contenti nostram vobis aperuisse sententiam, finem huic disputationi imponeimus, hoc unum tantum addentes, frustra neotericos quosdam conari hic dare *comes M&e* morbos soluta unitatis primò in similaribus, deinde in instrumentalibus tantum, denique in similaribus, & instrumentalibus simul. Hunc enim tertium cum non possint excogitare, mira & absurdæ effingunt, *Séque & Gal.* etiam exrutiāt ut ab eo morbum hunc executiant. Nos autem dicimus, ut supra, continuatatem propriè & primò in similaribus spectari, in dissimilaribus autem impropriè & secundariò: proindeque morbos unitatis aut continuatatis ad partis similaris morbos retulimus. Quos quidem in genere uno vocabulo possumus nominare morbos unitatis aut continuatatis, quia omnes circa continuatatem aut uitatem versantur, aut solutam contra naturam, aut eandem non naturalem.

C A P. XII.

Erit igitur iuxta &c.

Absoluimus hactenus præcipuam huius libri partem. Quæ autem sequitur facilior est, & serie contextus, & sententia, quam ut in ea exponenda multum laborandum sit. Nam quilibet vel mediocri ingenio

præditus, potest positis simplicibus morbis, compositos elicere, nisi
alijs cum alijs miscendo. Nec exspectare debet ut omnes aut Gal. aut
nos ob oculos illi ponamus, sed ipse se in hoc exerceat opus est, ut inquit
Gal. in ultimis huius operis verbis. Nec etiam à nobis exposcat aliquis
ut morborum omnium naturam, quorum hoc in libro meminit Gal.
illi exponamus. Hoc enim esset præter institutum; nec omnia in omni-
bus tradenda sunt. Sufficiat tantum verbo tenus quid sit unusquisque
demonstrasse, quod verò reliquum est, à Gal. petere oportet in lib.
Method.med.de Arte cur.ad Glauc.de Tumor.præter nat.de cau.morb.
de simpt.& med.topic.& à Guidone à Cauliaco. Hoc ergo cap. author
morbos compositos partium similarium, & secundum suppositionem
eorum qui sanitatem & morbum in meatuum laxitate aut coarctatione
ponunt, & secundum eorum qui in qualitatum primarum mixtione,
recenset. Iuxta primam itaque suppositionem, ait, partem tandem in
varijs sui particulis, aut meatibus posse & laxam esse præter naturam &
astrictam. Nam simul utrumque in eadem particula, aut ijsdem menti-
bus esse nequit. Iuxta secundam verò, primò sunt quatuor compositi
intemperaturæ, calida humida, calida siccata, frigida humida, frigida siccata.
Frigida enim simul & calida nulla esse potest. Atque haec quatuor sunt
sine materia. Totidem verò sunt etiam cum materia. Ergo iam habemus
octo compositos morbos in parte similari. Quia autem unitatem etiam
diximus similaribus communem, poterunt etiam misceri morbi soluti
unitatis cum morbis intemperiei, & efficere morbos compositos in par-
tibus similaribus : ut si vlceri aut vulneri superuenerit intemperie aliqua
simplex, aut composita, sine materia, erit duplex morbus, intempo-
ries, & solutio : si aduenerit phlegmon, erit quoque duplex morbus ;
soluta scilicet unitas, & intemperies calida & humida cum materia.
Quod si tumorem etiam consideres, & hic actionem lœdat, erit hic ter-
tius morbus, in magnitudine scilicet, aut figura vitiata : sed iam hic mor-
bus spectat ad partem organicam, non ad similariem, secundum Gal.
sententiam. At hic nolumus adhuc miscere morbos partium organica-
rum cum morbis partium similarium, de quibus tantum hoc agitur capite.
Vnde mirum quod Gal. hic inuoluat magnos tumores. Nec enim
dubium est quin eadem pars quatuor, aut etiam plures simul ferre possit
morbos, si similares cum organicis misceas, ut in luxatione humeri cum
phlegmone & vlcere, est intemperies, soluta unitas, vitium in figura, & in
situ seu dispositione, & magnitudine. Si autem solum morbos compo-
sitios partium similarium recensere velis, præter dictos octo, consurgent
alij ex illis variè cum solutione unitatis commixtis, ut vulnus cum sola
caliditate, aut cum caliditate & siccitate : & his aut sine aut cum mate-
ria, & sic de ceteris.

C A P. XIII.

Nunc verò Et c.

Tradit iam ultimo hoc capite compositos morbos in organis: id que eti confusè satis, &c. vt videtur Argenterio, parum constanter, methodicèque; tamen cum parum id ad curationem attineat, non est quod nos valde vrgeat. Sensum verò vt captes, nota, eum organicos morbos duplices statuere, primarios alios, qui non offensâ aliquâ similari parte, instrumentum tantum lœdunt, vt suffusio in oculo, sextus digitus, aut quartus, lapis in vesica, aut ventre alio, vermes in intestinis, paruitas, aut figura vitiata partis alicuius: alios secundarios, & ex accidenti, in quibus primò & per se lœditur similaris aliqua, secundariò verò organum, quod constituit similaris illa in qua est affectio, vt si sit inflammatio in coniunctina, primò est adnatæ morbus, secundariò verò, oculi. Deinde siue duo ex primis in eodem organo sint, vt si manus sex habeat digitos & sit luxata, siue ex yltimis, vt si in eadem manu, libera tamen organicis morbis, adsit vlcus, & phlegmone; siue misceantur morbi, vt si in oculo adsit suffusio, & ophthalmia: & seu in eadem organi parte duo, aut plures consistant morbi, vt in cornea vlcus & phlegmone, siue in varijs partibus plures, vt si in cornea, sit vlcus, per quod subiecta vuea procidat, & adnata inflammetur: hos omnes compositos ait vocari morbos; quamvis aliqui non compositos vocare velint, nec unum morbum, sed plures: hoc autem nihil referre, vt quidem nihil refert, ad curationem, modò constet eos varijs egere remedijs, & quidem pugnantibus. Quare & nos quoque non in his inanibus disputationibus amplius immorabimur. Sed ad morborum causas transibimus.

Q V I D?

Laus Deo virginique Maria.



FRANCISCI SANCHEZ,
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA
Professoris Regij.

IN LIBRVM GALENI
DE CAVSIS MORBORVM,
COMMENTARII.

a 2. facult.
nat. 9.
b Com. 2.
Aph. 22.
Art. med.
88. 89.
c 4. meth. 3.
2. Aph. 12.
de sang.
mis. 9.

Dif. mor. 5.

Art. med. 84
Diff. simp. 1



VPERIORI libro Galenus morborum genera constituit, & differentias. Hoc verò iam corundem causas inuestigat. a Praeauturo enim & cuncturo medico, causarum cognitio omnino necessaria est, b cùm curatio nihil aliud sit quām causa ablatio, que semper per contraria fit: c præcautio autē à curatiōne non nisi tempore differat, eadēnque quæ curatiōni, ipsa etiam præcautioni debeantur, sed minora.

Cùm autem Philosophis causa quadruplex sit, efficiens omnium præcipua, maximēque eo nomine digna, materialis, formalis, & finalis, de prima eum hīc agere manifestum est. Morbus enim cùm accidens sit, materiam propriè non habet, nisi in qua, aut circa quam, non ex qua materia autem eius, in qua, est corpus humanum, sanitatis & morbi subiectum. Nam quòd intemperię aliquam dicimus cum materia, id abusiuè dictum est, non quòd intemperies constet materia, sed quòd inuehatur cum materia in corpus, aut partem aliquam. Formalis autem morbi causa est, eius species; de qua dictum est generaliter superiori libro, specialiter verò tractatur libris de compos. medic. locum, & alijs. Finalis denique est, hominis corruptio. Est ergo morbi causa præcipuè, quæcumque morbum parit, minus præcipuè verò quæ eundem auget, & quæ fouet; morbus verò, ut dictum est Superiori lib. ametria facta in nobis cum actionum lœsione notabili,

Symptoma autem, quod tanquam umbra morbum comitatur, ut breuiter nunc inter haec tria praeter naturam aut contra naturam, differentiam constitutā, mox latius explicanda. Ut cum ex insolatu quis incidit in febre, morbus est, non febris, si febrem voces calorem illū immodicum in corpore accensum, ut vocare solet Gal. & reliqua medicorum turba, sed ametria ab illo calore suscitata: eius causa sol: symptoma vero lassitudo, inquietus, sitis, delirium. Quia autem Gal. & cum eo reliqui celebres medici morborum curationi attenti, non adeo exactè nominibus his vñtūr, & sāpe morbus morbum parit, ut phlegmone pulmonis, febrem, & symptoma etiam causa est morbi, veluti larga hæmorragia, aut diarrhoea parit hydrope, ideo magna fit circa haec tria confusio & rixa, quam tantam excitauit primus Galen. & qui eum deinde sequuti sunt medici omnes Græci, Latini, Arabes, & nostrates neoterici, ut nullus nec secum nec cum alio conueniat, ut in expositione supérioris lib. de Morb. diff. adnotauimus elapso anno: quam tamen nos vitabimus, si semel rem distinctè tenuerimus. Quamuis ergo morbus, morbum pariat, tamen non propterea non dicetur causa morbi, quatenus cum efficit, & morbus, quatenus est ametria. Licet si exactè loqui velimus, non morbus morbum parit, sed eadem causa duos efficit, ut materia contenta in pleura facit morbum in magnitudine primū, eadem autem putrefacta suscitat febrem; morbus autem in magnitudine primus non suscitat febrem secundum. Tamen loquendum est cum multis, & sentendum cum paucis, ut ait Aristot. ubi autem morbus morbum parit, secundum Gal. lib. de Const. art. vocat primi symptoma. Idem erit de symptomate iudicium quod dum aliquem efficit morbum, eius causa dicetur, dum vero aliud sequetur, erit eius symptoma & comes. Inueniuntur tamen haec tria manifestè distincta inter se, ita ut vnum non sit aliud; coguntque propterea ea diuersa agnoscere; quamvis aliquando commisceantur, quemadmodum causa & effectus, pater & filius contraria sint, & tamen aliquando idem qui pater est, filius quoque est, sed non eiusdem. Eadem quoque incuria efficit, ut quandoque humorem putrentem causam efficientem, quandoque materialem febris dicamus, & febrem vocemus humoralem, nominibus abutentes, rebus autem consulentes: parum enim interest agroto, quo cumque tandem modo dixeris, dummodo humores hos sustuleris, eumque sanaueris. Eadē quoque licentia paralysem, spasmodum, epilepsiam, coma, deliriū, syncopeim, similiisque symptomata morbos vocamus. Medici enim non similiter ac Philosophi minutissimè res & nomina tractant, sed tantum quod ad curationem deseruit seriò rimantur, logicas autem quæstiones contemnunt. Atque his nunc breuiter ita constitutis, cognitaque essentiâ causæ morbificæ, ad eius differentias præcipuas accedamus. Causas omnes efficientes morborum Gal. varijs in locis tres constituit. Procathartem unam lib. de Causis Procatharticis, qui quamvis barbarè nimis traductus sit, quia ab Arabico fortasse (nec enim in Græcis codicibus

*Gal. 1. loc.
aff. de diff.
symp. 1. &
passim ali-
bi.*

habetur) translatus est, & per interpretem parum latinum, tamen legitimus est Galeni ut constat ex hoc lib. de Causis morb. c. 2. & ex phras.

- 2.3. Praef.** quæ Gal. stylum omnino redolet. Procatarticam hanc causam & alibi pul. 6. hoc vocat externam etiam, alibi quoque primituam, & præincipientem, & lib. cap. 2. anteincipientem. Hæc autem est, quæ extra corpus posita morbum in 4. sanit. eo parit, vt gladius vulnus, sol febrem. Secundam vocat ijsdem locis t. 1.
- 4. Meth. 3.** ~~meritoriu~~ præcedentem, antecedentem, & antegressam quæ in corpo- 1. diff. sev. re latens nondum morbi parit, sed parata est parere, aut iam partum 3. 2. Meth. fouet & auger. b. vt plenitudo & cacochimia causa antecedens est febris, o. Epid. c. 3. 20. Art. pleuritidis, peripneumoniae, ruptionis vasorum, mortis denique. e Ter- med. 88. tiam tandem nominat ~~meritoriu~~ contentiuam seu continentem, non 85. de cōf. nullique ex recentioribus coniunctam & proximam & immediatam art. 17. quæ iam actu morbum efficit vt bilis erisipelas, lapis obstruktionem in b. 2 Ap. 22. vesica, vnde stranguria. Harum omnium porro hic est ordo, vt prima se- 1. Aph. 3. cunda præcedat, secunda tertiam. Neque tamen necesse semper est c. 7. Aph. 30. 1. cauf. omnes adesse in quolibet morbo: nam sagitta immediate continuo so- puls. 1. de lutionem efficit, & intestina sine aliqua externa causa, ex sola vocis con- Plen. 4. ad tentione, aut spiritus retentione, in scrotum delabuntur, & vena in pe- Iulia. 11. Store rumpitur: & quandoque non solum tres, d. sed plures causæ mor- d. Dif. sym. bum efficiunt, quæ tamen omnes ad has tres reducuntur: quidquid enim t. intercedit inter primituam seu procatarthricam, & continentem, ad antecedentem pertinet, veluti cùm sol liquat humores, hi vero in ven- triculum delabuntur, & ibi excitant vlcus, aut in pulmonibus, vnde fe- bris suscitatur, & ab hac marasmus, sol est tabis procatartica causa, fe- bris vero continens, humor, & vlcus, antecedentes. Sunt tamen non- nulla quæ utramque naturam participare videntur, primituæ scilicet, & antecedentis causæ, imò, si velis, & continentis, vario licet tempore, vt alimenta & medicamenta quæ intra corpus sumuntur. Ante quam enim de conf. ingerantur procatarticæ sunt; vbi ingesta sunt, ne cum morbum pa- art. 17. riunt, antecedentes: vbi denique morbum efficiunt, continentes. Non ergo necessaria est in omnibus morbis primitua causa (quidquid dicat Fernel. lib de Morb. cauf. 11.) cùm ex sola partis imbecillitate fiat tu- mor sæpe per congestionem, non etiam antecedens (ignis namque sine antecedentis alicuius interuentu corpus vrit.) An vero continens ne- cessaria sit, dubitant authores, alijs afferentibus, negantibus alijs: non autem quærimus an necessaria fuerit ad eius productionem: certum enim est, non potuisse aliter generari morbum, si productus fuit sine an- tecidente, & sine primituia, imò etiam si cum illis productus est; sed post productum eum, an possit eā sublatā, manere; & an omnis morbus cau- sam habeat continentem, quæ eum foueat, quomodo cumque ille geni- tus primò fuerit, & sine qua omnino non possit esse, eaque præsente, ne- de Mu'ti. 4 cessere sit esse. Ut autem quæstio melius intelligatur, scire decet ex Gal. ad Iulia. 11 Stoicos authores esse continentis causæ, quam omnibus rebus præfige- bant, ita vt dicerent aërem & ignem continentem esse causam aquæ &

tertia, aeris verò & ignis, tenuiora alia corpora. In quo, quamuis ab antiquis Philosophis, & ab eodem Galeno maximè improbentur, tamen non fortasse omnino errabant, si aliter continentem causam assignassent: nam præter id quod verum est, locum esse tanquam formam locati, & conseruare locatum, unde & corpora omnia inferiora à superioribus pendent & cōseruantur, qua significatione Stoici usurpabāt continentis dictiōnem, præter id inquam totus mundus continetur formā & essentiā suā tanquam continente causā, & rursus forma & essentia eius sustinetur substantiā & materiā: & ad hunc etiam modum omnis substantia continetur formā & materiā suā, forma rursus continet materiam suam, & vicissim sustinetur & continetur ab eā: & accidentia materialia continent, & ab ea continentur, licet vario modo. Sed mittamus nunc alias res, quāramusque in morbis an sit causa aliqua, præter eorum formam, & subiectum corpus humanum, & efficientem primam, quae eos sustineat perpetuò, & soueat, veluti ignis calorem, & sol lucem; quemadmodum medici quidam Herophilei, & Arabes ab Stoicis nomen mutantes, asseruere: quibus etiam videtur Gal. fauere 1. Caus. puls. 1. & 1. loc. affect. 3. in quorum primo omnibus rebus continentem causam videtur astrugere; in secundo verò, cum morbum inter res permanentes & fixas collocet, febris autem putrida sit ex his morbis, ea tamen sublatō humore putrente confestim finiatur, sive id fiat artificiali euacuatione, sive naturali per crīsim, sequitur morbos continentis causā foueri, vt quidam arguunt. Alij verò contrarium omnino sustinent, cùm morbus sit ex rebus fixis & permanentibus, qui suam essentiam totam simul, vbi semel introductus est, habeat, non egere causā continente, vt videre est in intemperie impressa ab igne, quae manet, etiam post extinctum ignem, & in vulnere, quod restat nullo præsente gladio. Quidam denique me-
Thom. &
dīa incedentes viā, dicunt morborum, sicut & aliarum rerum, duo esse Veiga com.
 genera, quosdam fixos, statos, & permanentes esse etiam ablatā causā, vt in 1. loc. aff.
 sunt vulnera, fracturæ, luxationes, febres nonnullæ, vſtiones, vlcera ca-
3.
 cœthia, alios verò instabiles, infirmosque, nullum habentes firmum esse, sed pendentes perpetuò ab aliqua causa, vt sunt tumores præter natu-
 ram, febres putridæ, obſtructiones ab humoribus, vermis, calculo,
 contracta, aut extensa manus præter naturam, dilatata pupilla, & similes.
 Primos ergo non habere continentem causam, alios habere. Sed si id
 verum est, non omnis morbus firmam habet constitutionem, vt vult
 Galen. 1. loc. affect. 3. Rectius propterea censem, qui omnibus mor-
 bis continentem causam assignant. Oportet autem sumere morbi di-
 fitionem propriè & exactè, vt dictum à nobis est in lib. de Differ. morb.
 non verò impropriè, vt multi sumunt. Qui enim continuū solutionem
 morbum vocat, non inueniet unquam continentem causam distinctam
 ab ipsa solutione, quidquid tandem molitur, vt quidam faciunt;
 & qui dixerit fractionem, & calorem immodecum, esse morbos.
 Nobis autem qui dicimus morbum esse ametriam, discrasiamque
1. sanit. th.
2. 3.

in corpore factam, non erit dare morbum aliquem, cui non adiunctus sit
tim sit causa continens: ut solutio continui continens causa est morbi,
qui ab ea pendet, estque discrasia suscitata in corpore ex defectu unionis,
aut continuatatis, quæ antea aderat, & cum reliquis conditionibus natura-
libus optimam efficiebat harmoniam: sic etiam febris, quæ calore ex-
cedens naturæ modum, causa est immediata vitiæ harmoniæ in qua-
litatibus primis. Sublatâ ergo solutione, & caliditate, protinus cessat
vterque morbus; neque morbo priuò & per se opponuntur remedia.

Aph. 22. Art. med. 89. sed causæ morbi, ut antea ex Galeno admonebamus. Quod si aliquan-
do contrarium asserere videatur Gal. non tam præcisè loquitur, sed la-
xius, & medico more, ut qui non solum causas has immediatas morbo-
rum morbos vocet, sed etiam symptomata multa, ut spasmum, paraly-
sim, cæcitatem, surditatem, hemicraniam, delirium, & similia, ut suprà di-
cebamus. Aliás enim non dubium est quin is omnibus morbis causam
continentem assignet, ut videre est locis omnibus ex eo citatis, pricipuè
verò 1. caus. puls. 1. vbi non solum morbis, sed omnibus rebus conti-
nentem causam ascribit. Neque est quod doctissimus Thomas à Veiga
interpretetur locum illum de omnibus rebus pulsi similibus, cum
author absolute dicat, nec distinctionem hanc adhibeat, immo ut
ostendat pulsum habere causam continentem, sumit, omnem rem ha-
bere causam continentem, quod verissimum est. Sed obijcies ad hac
locum eiusdem Galeni 1. loc. affect. 3. in quo videtur Gal. discrimen
constituere inter morbum & pathos, quod morbus sit permanens
affectio, pathos autem non permanens: unde arguant quidam, mor-
bus non debere habere continentem causam, aliás enim non differet à
pathos. Si enim pathos non permanens est affectio, sed tamdiu durat
quamdiu eius causa, & eâ sublatâ perit: morbusque item cum causa
continentem ita coniunctus est, ut nos dicimus, ut simul cum ea & adsit,
& absit, quid differet à patho? Sed hi non necessariò concludunt. Quod
ut apertius fiat, & simul locus ille Galeni difficilis, valdeque in scholis
tritus, elucidetur, explicanda sunt quinque hęc, quę adeo sibi coharent,
ut difficile ab inuicem diuellantur, plurimis imponant, & vnum saepe
pro alio sumatur: ea sunt causa, actio, passio, morbus, symptoma: quo-
rum licet iam causa, & morbus vtcumque videantur exposita, tamen non
erit extra rem iterum omnia simul & declarare, & distinguere; idque ut
commodius fiat, sit exempli causa, aliquis, qui longo tempore ad solem
commoratus, tandem incidat in febrem, à qua astuet, sifiat, vigilet, lassitudinem
fentiat, & deliret, ut saepe fit. Sol hęc causa est, qui dum primo
tempore calefacit, antequam febris excitetur, actionem profert, eadem
porrò actio, ut in homine recipitur, passio dicitur, (non differt enim phi-
losophis actio & passio, sed ratione tantum, vniusque est motus) &
Græci propriè pathos: vbi verò febris accensa est, iam tunc morbus est,
qui permanet etiam si iam non adsit sol, cum tamen actio & passio non
amplius adsint. Quippe quæ, cum motus sint ad qualitatem, & alte-
ratio,

*de Diff.
symp. I.*

ratio, non plus durant quā agens agit; & hoc est quod Galen. vult
 textu illo, morbum scilicet differre à patho aut passionē, firmitudine:
 ubi medico more febrem vocat calorem excedentem in corpore suscita-
 tum, aut intemperie in calidam inductam à sole visq; ad certum gradum,
 & relictam post alterationem. Quam etiam & ipsam abusiuē pathos ab
 aliquibus dici ait, & passionem, vt etiam & nunc dicitur quicumque
 morbus passio, & affectus: quamuis non nimis abusiuē etiam secundūm
 cum de diff. sympt. 1. patitur enim semper homo à morbo quandiu
 agrotat, id ēq; morbus passio dicitur, quasi passionem inducens, & af-
 fectus, quasi afficiens, non passio quod fiat nunc. Denique astus, sitis,
 vigilia, lassitudo, & delirium, symptomata sunt quæ morbum stipant,
 eoque sublato, statim abeunt. Sed de his latius differemus proprio loco:
 nunc reliqua persequamur, ostendamusque ex prædictis, illos non ne-
 cessariò concludere ex loco Gal. cit. 1. loc. aff. 3. morbum non differre
 à patho aut passionē, si utrumque tollatur cum causa sua: quamuis enim
 dicamus morbum esse firmam qualitatem, tamen id non impedit eum
 habere continentem causam, & simul tolli cum ea, & poni; & tamen dif-
 ferre à passionē aut patho firmitudine. Nam non in hoc differunt, quod
 cum sua causa simul sint & non sint utrumque, sed quod unum firmi-
 tam & stabilitatem, & existentiam certam habeat, & ens sit absolutum
 totumque simul, alterum verò nullam habeat firmitudinem neque exi-
 stentiam, neque ens sit absolutum, neque totum simul, sed transiens, in
 continuo fluxu, in fieri, partim factum, partim fiens: talis est omnis mo-
 tus, atque subinde pathos, aut pathema, quo introducitur morbus, & ta-
 lia sunt etiam symptomata, quæ eum sequuntur: ita vt ex illis quinque
 supradictis causa & morbus firma sint & stabilia, reliqua verò tria, actio
 scilicet, passio, & symptomata, instabilitia, fluxa, caducaque. Neque enim Annot. in
lib. de sym.
diff. in.
 audiendus est doctissimus Ioubertus olim præceptor noster, causam po-
 nens inter ea quæ sunt in fluxu, & in rō γράψ. in rō τοτεy essentiam
 constitutam habent. Nam quamuis causa quatenus causa actu est, in
 faciendo consistat, tamen quatenus est, essentiam habet firmam & sta-
 bilim, & constitutam in esse, non in fieri. Quis enim dicat absolutè Phili-
 lippum Alexandri patrem habere esse in fluxu, quemadmodū cantilena,
 aut saltatio? Et licet causa præcipue & potissimum dicatur de ea quæ
 actu agit, quod vult Gal. locus à Iouberto citatus de Const. art. 17. &
 causa particularis actu cum suo effectu actu simul sint & non sint, vt
 Arist. 2. Physic. 3. ab eodem Iouberto corruptè allegatus, tamen vter-
 que causam in potentia causam quoque vocat, & Gal. ibidem incoctionem
 ventriculi, causam morbi profert esse, eius qui nondum est, sed po-
 test esse; & in Art. med. c. 2. & 84. causam vocat salubrem, vel insalu-
 brem, quæ sanitatem vel morbum facere potest: & Arist. causam in po-
 tentia sine effectu suo posse esse afferit, vt eum qui sanat, sine eo qui sa-
 nandus est, & vice versa. Quod si causa quæ potest aliquid efficere, causæ 1. diff.
 nomen meretur, vt efficiens, & finalis, quæ finalis semper est causa ante feb. 4. 5.

Y y yy

de diff. suum effectum , & manet etiam post eum non obtenta , quanto magis
 sympt. 1. talis dici meretur , quæ iam effecit , vt pater meus caula mei ? Nec enim
 1. loc. aff. communis loquendi modus patitur , vt dicam patrem meum non esse
 3. 4. 7. Meth. 88. mei causam , quia iam non generat me . Et si verum esset quod dicit
 Art. med. Ioubertus ; nulla esset causa procathartica ; nec antecedens ; harum enim
 neutra aliquid facit cum causa dicitur , sed aut facere potest , aut feci-
 nam cum nondum morbus est , causa procathartica & antecedens etiam
 est , & dicitur , quæ eum efficere valet , sed nondum facit ; & cum iam mor-
 bus est , etiam eius procathartica causa , & antecedens & est , & dicitur ,
 cum tamen iam neutra agat , sed egerit . Distinguenda ergo est ratio
 cause , à ratione eius quod causa est : accidit enim Philippo ut sit causa
 Alexandri , non tamen ut sit homo ; & hic homo ; & Neroni quid can-
 tet accidentis est ; & in fluxu quatenus & quamdiu cantat , est , non autem
 accidit , nec in fluxu est , quatenus Nero est . Huius porrò observationis
 defectu idem Ioubertus , incidit in aliam difficultatem , (dato namque
 uno absurdio , plurima sequuntur) cum enim dixisset causam omnem in
 fluxu esse , nec habere firmitatem , pauloque post , morbum eorum esse
 quæ firma sunt , iuxta Galeni & omnium sententiam affereret , sibimet
 obijciens , morbum causam esse symptomatum , & tamen stabilem &
 firmum esse , contra primam eius propositionem , respondit , morbum
 quidem non quatenus causa est symptomatum , sed quatenus causa ali-
 cuius effectus , firmitudinem habere ; & sic omnia alia quæ causa sunt ,
 non quatenus causa sunt , sed quatenus aliarum causarum effectus , con-
 stante habere essentiam . In qua distinctione multipliciter habitur .
 Primo enim nil docet , quid enim potest alterius esse causa quin ipsum
 sit prius ? Deinde tollit primam causam , quæ constantissimè & firmissi-
 mè est essentiæ , & continua omnium causa , nullius tamen effectus . Ter-
 tiò incidit in retia quæ fugiebat , si namque causa essentiam habet in
 fluxu , item & effectus habere debet , cum sint relata : nec enim effectus
 amplius est quam quatenus causa agit ; aut si est , eodem quoque modo
 causa est : Ergo nec morbus , nec qualibet alia res , non plus est permanen-
 tens & firma , quatenus effectus unius est , quam quatenus causa alterius ;
 licet prius , & sine quo non , sit effectum esse , quam causam esse , in omnibus ,
 præterquam in prima causa . Neque vero mirum est nos rebus
 firmis & permanentibus continentem causam assignare ; vix enim aut
 ne vix quidem illa est , si primam causam excipias , quæ tales non ha-
 beat causam , quæ eam foueat sustineatque , vt suprà dicebamus , modò
 aliter quam Stoici , eam assignemus . An non enim firma res est homo ?
 Ille tamen præter corpus & animam , quæ sunt primæ eius causæ conti-
 nentes , spiritum , calorem , sanguinem inque continentes habet causas , cum
 quibus viuit , & sine quibus statim perit : si ulterius procedas , omnia
 sublunaria continentem habent causam cælestem calorem , sine quo ne
 tantillum quidem durare possint . Sed de his commodius aliàs . Nunc
 tantum sufficiat dicere , & morbum à patho , & symptomate , & om-

fbiid.

nes alias res à se inuicem mutuò differre, non dependentiā à causa, sed propriā constitutione; ita vt alia sint firmæ, absolutæ, totæ simul, vt homo, lapis; alia verò fugaces, instabiles, imperfectæ, quarum esse sit in fieri, vt motus omnis. Sunt etiam quædam alias, quæ licet totæ simul sint, tamen essentiā parum differunt à secundis, vt lux, imago in speculo, vmbra, situs, habitus. Morbus ergo & eius causa, de plurimis crunt numero; actio autem & passio, aut pathos, & symptoma de posteriorum. Atque hæc de quaestione ista sufficientant: si enim omnia minutissimè persequi vellemus, nunquā finem faceremus. Transamus iam ad differentias aliquas causarum, quæ necessariæ sunt ad intellectiōnē Galeni. Ut morbi alij nobis in utero existentibus, alij extra eundem editis contingunt, ita illorum causæ congenitæ nobis sunt, sperma scilicet, & maternus sanguis, vt plurimum; (quamvis ab idu posse intra uterum prefringi crus, aut fieri ecchymosis) horum autem externæ & aduentitiæ. Hoc autem scire quamvis ad curationem parum conducere videatur, tamen ad cognitionem morbi, & prognosim plurimum prodest. Congenitos enim morbos vix unquam correxeris; nec infitas ad morbum propensiones. Rursus cum omne agens unum semper agat primò & per se, aliud verò imò & alia secundariò & ex accidente, sic quoque morborum causæ vel per se morbum pariunt, vel per accidens: ita etiam & sanitatem. Frigus itaque per se refrigerat, & calorem extinguit, per accidens tamen eundem auget condensando cutim & ad interiora propellendo; unde ventres hieme calidissimi: & idem convulsionem per accidens parit pungendo, cogendoque, paralysem verò per se, calorem extinguedo, & eandemque rursus convolutionem soluit per accidens, calorem ad interiora pellendo. Calor contraria per se calefacit, per accidens verò frigefacit, dissoluendo; b ideo astestate ventes frigidissimi sunt, & facultates languidae, & c calor neruorum impotentiam inducit, & d ad intemperiem calidam hepatis sequitur hydrops frigidus. Hæc porro causarum diuisio plurimum ad curationem confort: cum enim curatio perficiatur oppositione contrarij ad causam morbificam, vt suprà ostendimus e ex Hipp. & Gal. qui causam morbi cognoscet, magnam curandi spem habebit: si vero nesciat distinguere id quod per se fit, ab eo quod ex accidenti, quomodo contrarium aptè obiectet? Si quis namq; densatis à frigore cutis meatibus incidat in febrem, num bene curabit, qui ægrotum ducat ad fluum, vt ibi lauetur in frigida reputans calidam febrē frigore extingui debere? Neque solum expedit ritè curaturo medico scire quæ causa quoque modo, per se an per accidens, morbum pariat, sed etiam quid remedium quoque efficere valeat, & quomodo, per se an per accidens: ita vt distinctio hæc per se & primò aut per accidens & secundariò, omnium maximè in medicina pateat. Sic enim vomitus vomitum, & fluxus fluxum curat, & rhabarbarum calidum & siccum febrem calidam & siccam, ab humore bilioso calido item & sicco suscitatam sanat, si-

*Cap. 7. 8.
9. bnius lib.*

1. Aph. 15.

5. Aph. 17.

20.

a 5. Aph. 21.

b 4. Aph. 5.

c 5. Aph. 16.

d 5. loc. aff.

6. & 2.

prog. 1.

e 2. Aph. 22.

Art. med.

89.

mile scilicet simile, contra medicum axioma, contraria contraria
t. San. tu.
10. curantur, ut videtur, sed ex accidenti contrarium. Sed de his aliis.
 Reuertamur ad causas morborum, addamusque ultimam earundem partitionem, non valde tamen obscuram, nec necessariam: possunt enim quæ sequuntur causæ & omnes aliae ad efficientes & materiales vtcunque reduci. Morbificarum ergo causarum aliae sunt primariae & præcipuae, aliae secundariae, & coadiuvantes, aliae sine quibus, & communes: si quis ad solem ambulans incidit in anginam, aut pleuritum, primaria causa est sol, materialis proxima humor in cerebro cōtentus, secundaria & coadiuvans situs mandatis partis altus, recipientis inferior, latitudi viarum, mittentis robur, recipientis imbecillitas, natura hominis distillationi obnoxia, si item clamauit multum, aut inflavit tubam. Sine quibus denique sunt tempus & locus: nec enim si diu non mansisset sub sole, nec si in loco perflatō ventis ambulasset, in morbum incidisset. Hæc opus fuit, sufficitque præmississe ad sequentis operis intellectiōnem, quibus facilius sit sensum authoris assequi: ad cuius propterea textum explicandum iam conuertamur.

C A P. I.

3. Nat. fac. 7. 7. Metb. **E**ST hoc caput vice procēmij, in quo nullā præmissā causarum trāstatione in vniuersali, quia magis ad Philosophum spectare videtur, de qua re acturus sit, quóque ordine, declarat: probatāque opinione eorum qui elementorum mixtione omnia sublunaria composita exurgere & constare afferunt, improbatāque contraria eorum qui atomorum concursu, de similarium partium primò morborum causis optima methodo, vt & superiori libro, agit, acturus deinde de organicarum: & cum inter similarium morbos prima sit simplex intemperies, & inter has periculofissima fortissimāque calida (sunt enim, vt ait Hipp. i. Epid. Com. 3. 3.) acutissimi, maximi, grauissimi morbi, ac præ ceteris omnibus mortales, in continua febre) de eius causis prius tractat, deinde de frigidæ, quæ secundum in actione à calida locum tenet, tertio de sicca quæ tertium, quartò denique de humidæ quæ minimè omnium efficacissima est: ab his de compositarum intemperaturarum calidæ sicca, calidæ humidæ, frigidæ sicca, frigidæ humidæ causis eodem ordine & ratione differit.

C A P. II.

TRADIT hoc capite quinque causas augendæ caliditatis in corporibus nostris, idque satis confusa, & mutilata, vt mox ostendamus. Quia autem nos ab eo, & ab Arist. & aliquibus alijs in quibusdam,

dissentimus, sumendum est altius principium. Calor unus est in tota natura, sive origine caelestis, ut nos putamus. Neque enim Fernelij rationes duos afferentes, unum caelestem, alterum elementarem, quidquam conuincunt, ut alibi ostensum a nobis est. Hic ergo calor in fonte suo, sole scilicet & astris (nisi & haec quoque a sole illum mutuantur) nullo eget somite: inde vero scaturiens, & in haec inferiora inductus, quasi hospes, ut in eis maneat, dupli etiam fomento, altero commodo subiecto, quale est humidum pingue, altero libero commercio cum fonte suo. Horum alterutrum, vel utrumque, si ei desit, vel nimium adsit, calor perit & cum eo res cui ille infidet: praeципue vero si destituatur superioris influxu, (ad quem tota ratio feret, saltem principalissima, durationis, aut extinctionis eius, reduci potest) aut plurimum externi caloris suscipiat. Nec enim qualibet forma cum quocumque calore manere potest, aut cum quocumque humido, nec cum quantocumque calore, aut quantocumque humido; praeципue vero animalium formae, & maximè perfectorum. Sed unicus genuinus calor, & humor, (quaes duo sub nomine calidi innati comprehendit Hip. & post eum Gal. & tota medicorum turba, & caloris nativi, & humidi radicalis; quia cum semine in principio vitae & generationis nostrae a parentibus deciduum utrumque nobis inditur, in nosque transfunditur) utrumque iuxta specie rationem tantum, nec multo maius aut multo minus, assignatum est: quos si limites excedat aut infra, aut supra, necesse est & animal, & quodcumque aliud mixtum interire. Vnde optimè ab Arist. & post eum Gal. Arist. de omnibusque Philosophis, & medicis dictum est, omne animal constare, long. & br. & vivere calido & humido, (intellige internis) corrupti vero, & putrere vi. corruptione proprij calidi in humido, ab extraneo calore. Idem nos possemus dicere de omni mixto, non quod vivat, sed quod duret, quæ duratio est eius vita. Sed quia de homine sanando quaestio est, mittamus nunc inanimata. Fouet ergo & sustinet calorem innatum humor radicalis, Arist. 4. Metheo. 2. Gal. 5. simpl. 15. 11. Metheo. 8. calor autem & humiditas externa calorem & humiditatem internam, dummodo non superent debitam mensuram: debita autem mensura est pro ratione speciei; & in quaque specie sui sunt limites, extra quos non potest consistere vita. Si itaque individuum sortitum sit debitam pro Art. med. specie sua temperiem calidi & humidi, (idem intellige de frigido & 85. 86. 1. secco) in ea conseruandum est omnino aequalibus & similibus; quod si à Janit. su. 10. iusta natura temperie declinet, modico, ad excessus proportionem, contraria vnu ad normam reducendum est: sed id iam utrumque ad curationem pertinet, illud vero ad conseruationem. Interim ut haec melius innotescant, familiare de lucernâ, aut candelâ exemplum proponemus, in cuius elichnio humidum est ingenitum quo constituitur & perficit, quodque admoto igne, nisi addatur oleum aut seuum, aut denique pingue humidum, citissime absurbitur; Ne ergo tam facile exauriatur, addimus externum humidum, quod quidem internum nunquam auget, sidenim nullo modo fieri potest, propterea dixit optimè Hip. Qui 1. Aph. 14.

r. sanit. tu. crescent plurimum habere calidi innati , & Gal. nos in primo vitz in-
t. 2. 16. stanti plus habere humidii radicalis quam vñquam pōst illudque per-
petuō toto vitæ cursu imminui) imò ne restituit quidem in totum, nec
tale nec tantum, quantum absumptum est reponit, sed minus deterius
que ; & id in viuentibus , in alijs autem nihil omnino , sed caloris tan-
tum impetum cohabet & retardat se ehibendum ei præbens, quò elich-
nium diutiùs duret ; cuius radicale humidum vbi absumptum est, iam
amplius elichnium non est, neque calorem & ignem sustinere valeret,
quantumcumque adsit oleum, sed exustum & incineratum aut cadit,
aut à nobis emungitur , aut si totum flagrauit, extinguitur lucerna:
atque hic est vñus extingueandi caloris modus , absumento humidū
radicale. Alter verò est, non in totum extinguenda, sed citius, si desit
humidum pingue externum, vt oleum. Qui tamen duo ad vnum reduci
possunt, si desit scilicet humor. Tertius, si contrà nimius adsit : multum
enim oleum, & multum seuum affatim fusum flammam enecat. Verum
hunc modum nos ad priuationem commercij & communitatis cum ori-
gine caloris reducimus. Eodem enim modo obruitur calor à multo oleo,
seuo, aut ligno, priuatürque continuitate cum fonte suo, ac in cucurbi-
tula, & similibus. Addit Gal. quartum perimendi caloris modum , per
contrarium scilicet frigus. Sed id raro contingit vt ignis extinguatur à
frigore, imò cogitur magis, & acuitur. Quòd si tandem pereat, id nos
etiam ad prohibitam cum fonte suo continuitatem referimus : interci-
pitur enim à frigore via à sole ad nos, quemadmodum nube. Sed desit
frigore mox. Interim decipiuntur qui ignem superfusione aquæ extingui à
frigore dicant : id enim efficit humiditas nimia, non frigiditas. Nam si
bullientem aquam, aut oleum superfundas, non minus extingues. Et hic
etiam modus ad prohibitam continuitatem caloris cum fonte suo re-
duci debet : quemadmodum etiam si lucernam in balneum inducas,
aut super lebetherum bullientis aquæ : obruitur enim à vapore, eodem
modo ac ab aqua & oleo , licet tardiùs, quantum scilicet vapor ab illis
crassitie superatur. Quod autem dicit Gal. calorem habere duos motus
vnum deorsum in candela ad pabulum , alterum verò sursum, & vtrum-
que motum conseruandnm esse , si calorem seruare vis ; si vero alter
motus pereat, alterum quoque, ac subinde calorem extingui, propterca-
que modicā ventilationē , & refrigerio opus esse calorī ; non videtur
esse nimis acutè dictum : non sunt enim motus qui calorem conser-
uant, quamvis hic sine his esse nequeat ; sed sunt causa sine qua non:
veluti generatio est motus sine quo non potui esse, neque tamen est
causa mei conseruans. Collimauit quidem Gal. ad veritatem, sed non
attigit. Non potuit hisce in locis sublunaribus esse calor, nisi deluper
venisset , & de super venit (vt inferiora hæc fouveret, agitaret, misceret,
viciissimque & generaret, & corrumperet) ideoque sursum ad originem
viam affectat, & gaudet commercio superioris , non tamen quatenus
sursum mouetur, conseruatur in subiecto suo , imò perit subiecto

*de vtil.
resp. 6.*

transvolans ad fontem: contrà verò conseruatur & sustinetur moderato superioris ad se appulso: sic etiam quia sine pabulo hic non potest manere, cogitur descendere ad pabulum, vbi id deest; non autem descendet ynam, si pabulum non descenderet, aut non in inferiori loco esset. Vt ergo conseruetur, magis eget quiete, vt & reliqua omnia conseruantur quiete, destruuntur motu. Sunt ergo illi motus accidentiarum. Et quid si dicamus nullum illi proprium esse motum? sed cum sit actuolissima qualitas, & totius naturæ instrumentum præcipuum, quaquaversum se diffundit, producit, omnia agitat, sursum, deorsum, ad latera: ideoque ad ignem accedentes, incalescimus transversè, & si ligna à latere addamus, comburuntur. Vnde nec valida est ratio illorum, qui ignis elementum adstruere volentes, idque super aëra circa lunę orbem statuere, aiunt, ignem sursum ferri, ut constat in flamma; numquidque autem ad suum locum naturaliter ferri, ignis ergo locum suprà esse. Admitimus enim quodque ad suum ferri locum, non tamen concedimus ignem sursum ferri. Nam quod in flamma ascendit, non est ignis, sed tenuis substantia aërea, & subinde leuis, quæ in mixto alligata continebatur, à calore soluta sursum ad locum suum fertur, ut contrà crassæ, atque proinde grauis, deorsum, vtrāque comitante calore, quamdiu humidum in quod agat, superfit. Non ergo primò & per se calor sursum, nec frigus deorsum fertur, quamuis ex accidenti calida omnia suprà sint, frigida verò infrà; sed levia sursum, grauia verò deorsum aguntur; levia autem sunt quæ tenuis sunt substantiæ, grauia verò quæ crassæ. Tenuitas itaque, motus sursum certissima causa est, non calor, crassities verò deorsum, non frigus. Quia autem quæ ad cælum accedunt propius, tenuissima sunt, simul & calidissima, ideo hoc illis imposuit, ut calida, calorem, & ignem sursum ferri dicant. Quod si etiam eis id demus, non tamen propterea sequitur, ignis elementum aliquod esse, ideoque sub lunæ concavo contineri, quinimo iuxta nostram suppositionem, caloris fontem esse solem & astra, ad quæ calor noster fertur, & à quibus continuè fouetur nouo germani caloris influxu. Qui tamen calor moderatus esse debet, æqualisque inferiori, quem conseruari volumus. Quod si maior sit absunit affatim pabulum inferioris, & Arist. de ita eum extinguit & absorbet, si verò minor aut prohibeat ad inferio- long. & bre. rem accedere, perit etiam & hic inferior ea ratione. Ventilatio ergo mo- vi. derata pabulum solum confert calori, aëris enim humidus est & calidus 1 san. iu. 2. 3 Aristoteli & Gal. & si maior sit, calorem extinguit impellendo pabu- 2. art. & lum, & soluendo continuatem inter superiorē & inferiorem. Refri- int. 3. geratio autem nullo modo confert calori conseruando, immo destruendo, nisi moderata sit, aut si inferior hie maior sit quām pro ratione subiecti; tunc enim cogendo, reprimendoque prodest, impediendo Art. med. ne dissipetur, retinendo, aut reducendo ad moderantiam. Quia utilit. resp. verò calor agens in humidum, semper aliquid egerit fumidi & sanit. iu. vitulati, ea quoque ratione eget perspiratu & ventilatione 612. 3.

libera : aliàs enim obruitur à fumo & excrementis proprijs, atque ita priuatur commercio externi & congeneris caloris, & extinguitur, vt in cibano aut furno clauso. Ergo, vt rem in summam contrahamus, lucernæ calor, & quicumque alias sublunaris continentibus causis fouetur humido proprio eius rei cui primùm inhæret, & libero commercio cum superiori & influente ab astris calore: internum autem humidum moderato externi appulsu sustentatur, quemadmodum & internus calor mediocri calore externo. Prorsus autem omnino ijsdem rationibus animalium & viuentium calor alitur, quibus inanimatorum ali ostendimus,

I. Elem. {I. vt iam ad causas calidæ intemperiei accedamus. Ingenitus enim omnibus corporis nostri partibus calor, à primordijs originis nostræ cum semine parentum & materno sanguine nobis communicatus, humido radicali ab ijsdem deriuato fontibus, tanquam continentis causa, fouetur, (hoc autem perpetuo alimentaris appulsu) & communione tuncum calore à corde perpetuò fluente, tum cum externo solis & astrorum. Est enim cor in paruo hoc mundo alter sol. Quòd si horum alterutrum desit, perit calor, & vita, aut partis aut totius. Hinc fit vt fame perdamus

I. san. tu. 2. defectu humili, & febre hec tica, & arbores longo senio: animalibus enim vix id contingit. Si verò laqueus brachio aut alteri parti, aut etiam verrucæ, aut fico indatur, moritur subiecta laqueo pars, defectu communionis cum influente à corde calore: quòd si collo injiciatur, aut aqua demergatur homo, aut superfumum collocetur, aut in balneo, suffocatur calor cordis, & subinde homo, defectu communionis cū calore externo, quæ communio magis etiam intercipitur fuliginosis exrementis, quæ respiratione diffundantur. Si verò homo in hipocausto valde calido diu maneat, moritur, aut nimirum calore suo primò, deinde toto exhausto, & absunto ab externo, & in eum transeunte. Si autem contrà per niuosa loca & glacie rigida iter faciat, aut commortetur, extinguitur illi aut pars aliqua, aut totum corpus, à contrario scilicet externo frigore enecato calore interno, vt putat Gal. vt autem nos, impedita cōmunione cū calore solis & astrorum, aut agente in frigus externum interno calore, & in ambiens agendo dissipato; eius enim natura est semper in omnia agere. Quòd si aliquis crapulâ, aut nimo cibo subito stranguletur, nimis humili, etiam laudati, copiâ extinguitur in eo calor: quemadmodum lucerna à multo oleo. Sic etiam athletæ suffocantur à laudato sanguine, vt

I. Aph. 3. ait Hip. & Gal. in com. & infir. c. 3. & maior pars eorum qui subito condidunt, vt apoplectici, & qui Syncope tolluntur. Atque hæc de calore nunc diæta sufficiant. Est enim quæstio multis implexa difficultibus, quas alibi commodius discutiemus. Videamus nunc quibus modis augeri possit calor in corporibus nostris. Gal. quinque tantum assignat, motum, putredinem, calidioris viciniam, angustationem, & calidorum

a Arg. 1. de cauf. mor. 2. exempla apud eum manifesta sunt. Sed an non sunt plures causæ augendi b. 1. di. se 4. caloris? an ad pauciores reduci possunt? a Arguant cum quòd b. alibi cruditatem

diatem addiderit, & mœrorem, iram, inediam, vigilias : & quod retenta & excreta etiam calorem augeant: suppressa enim bilis febrem suscitat, & evacuata multa pituita, bilem scilicet retundente contrario liberando: & deinceps quod ex quatuor generibus ab eodem Gal. adnotatis, s. sanit. tu. quæ vim habent immutandi corporis nostri, multò melius haberí possent ea quæ calorem in nobis augere valent, quām ex quinque supradictis rebus: ea autem sunt quæ foris adhibentur, quæ intus afflumuntur, quæ à nobis geruntur, & quæ in nobis retinentur, aut excernuntur: & nec etiam hæc causas esse posse, nisi adsit dispositio corporis nostri, tempus, modus, debita causæ magnitudo, & quædam alia. Verùm-enim uero excusatione dignus est Gal. Nec enim poterat totam artem primus tradens, omnia tam exactè persequi: & præterea quæ obijciuntur sunt levia, nec substantiam rei euertunt ingeniosusque discipulus facile ea supplebit. Nam quod aiunt à Gal. alibi addi cruditatem, illa sub putre- 8. Metho. 5. dine continetur: (nec enim cruditas immediatè febrem suscitat, sed humores putredini aptos efficit, qui tunc febrem accendent cùm putrefescunt) aut sub constipatione: multitudine enim & visciditate poros opplenit, & ita etiam febrem succendere possunt antequam putrefescant, sed mox putrefescunt. Inedia verò per se febrem non accedit, imò calo- 1. diff. feb. 4 rem extinguit marcore, sed ex accidenti febrem suscitat, bilem augendo & exacuendo, item & vigilia: quamuis hæc, & ira, & labor, & mœstitia, ad motum facile reducuntur: sunt enim animi motus: quod idem Gal. 1. diff. feb. 4 etiam ait: Retenta verò & excreta ad angustationem & putredinem reuocari possunt, quibus medijs febrem accendent, reliqua verò quæ necessariò requiruntur, ut dispositio corporis, tempus, magnitudo causæ, & similia, non sunt causæ præcipuae, sed concausæ, & sine quibus nil fit; qualsque non prætermisit Gal. imò hoc cap. manifestè tradidit, agens de lassitudine. Meliori ratione possemus nos aut angustationem pororum tollere, aut putredinem: sequitur enim hæc ad illam vt plurimum. Alimenti etiam aut medicamenti calidioris ingestæ copia, commodè sub calidioris vicinia comprehendi posset, sed Gal. de calidi externi vicinia agit; & præterea non possunt in medicina adeò exquisitè, & ordine omnia tradi, atque in geometria. Maioris operæ est quærere quomodo motus non solum augeat calorem, sed ignem generet, ut in attritu chalybis cum silice, & fodi cuiuscumque corporis cum duro, imò & cum molli; ita ut constans sit opinio calorem, qui à cœlestibus corporibus in nos manat, non in eis esse, sed gigni in supraem aëris regione, attritu & rotatione cælorum: & notatum sit aliquando rudentes nauis ignem concepisse. Sed de hoc fusiùs in tractatu elementorum. Nec minor est de putredine difficultas, de qua etiam commodiùs alibi agetur: interim tamen non videtur vniuersaliter verum, putredinem augere calorem, cùm contrà eundem extinguat, & ab extremo frigore sâpe contingat, ut in his quibus per niuosa loca iterfacientibus putrefescant extrema, & in fructibus qui hyeme putrent, videre est. Nihil ergo est quod absolutè

& simpliciter calorem aut gignere , aut destruere dicere possis ; quod etiam contrarium non efficiat , aut cuius contrarium non idem agat. Addendus propterea semper est modus , & tempus , & quantitas. In communi enim omnia quæ calorem excitant, conseruant, & augent, eadem eundem minuant & destruant : quemadmodum de eodem ca-

2. san. tu. 5. lore C. sequenti ait Gal. & de frictione quæ eadem & carnem auget, & minuit , & rarefacit, & densat pro vario sui modo. Sic etiam parvus

motus (vt de quinque modis augendi caloris à Gal. hic numeratis per exempla agamus) ignem auget, vt in incipiente flammâ parua agitatio, aut insufflatio, & in homine moderata exercitatio : magnus eundem extinguit, vt in rapido candelæ motu, & valida insufflatione, & illo qui ni-

6. Apho. 58. mio cursu examinatus est. Putredo à calore (fit enim quædam etiam à frigore) initio calorem auget, vt in phlegmone, tandem minuit, & destruit, vt superueniente gangræna. Calidi corporis vicinia primò calorem auget, vt cum vere ad nos accedit sol, mox imminuit, vt per estatem, & in Africa ; imò etiam extinguit , vt magna flamma paruam vorat.

Pororum parua coarctatio calorem auget, vt initio hyemis, & in febribus ab obstruktione obortis, magna verò eundem suffocat, vt cum gangræna à multitudine fit. Copia denique alimenti calidioris initio eundem calorem auget, vt & copia vini, paulo verò post frigidos morbos inducit,

vt paralysim, arthritidem, lethargum, & tandem omnino frigus, apoplexiā, mortem: ita & paucum oleum, & lignum, flamman auget, multa obruunt. Atque hæc omnia ad unum ex duobus principijs nostris, quibus calor in his inferioribus conseruatur, reduci possunt, scilicet aut ad humidum ; quod nos moderatum & proportionatum calori diximus debere esse, vt constat ex exemplis antedictis, aut ad commercium cum calore externo & germano , quod non debet esse minus moderatum & proportionatum eidem calori. Omnia enim quæ in nos agunt, in relatione consistunt, vt Gal. ipse hoc cap. asserit, dum de lassitudine tractat, quæ in debilibus mediocris febrem excitat, in athletis verò ne ullam quidem noxiam. Atque hæc de causis calidæ intemperiei.

infrà c. 3.

C A P. III.

AGIT hoc cap. de causis frigidæ intemperiei, quæ sunt prorsus eadem quæ calidæ, vt suprà à nobis ostendebatur, differentes solum & quantitate & modo : nisi forte hoc unum excipere velis, quod frigida intemperies inducitur, augeturque à frigidis cum admotis, tum afflitionis quibuscumque & quantiscumque & quomodocumque; non autem ita calida intemperies fit à frigidis. Sed id quidem directè & per severum est, per accidens autem non item : nam & constitutio frigida, & latatio in frigida, & esus frigidorum sœpe febrem accedit, vt ostendit Gal. & hic & lib. i. diff. feb. & lib. Metho. Quod si dicas frigus per accidē-

calorem augere, eum scilicet intropellendo, cogendo, & calidorum,
 sumosorumque expirationem impediendo, propterea que non inter
 causas calidæ, sed frigidæ intemperiei collocandum propriè, sic etiam
 ego dicam malè coarctationem inter causas calidæ intemperiei nume-
 rari, cum eam non efficiat nisi per accidens: contrà enim coarctatio po-
 totum, impediendo communionem caloris interni cum externo, inter- *Gal. hoc c.*
 num propriè & directè interficit, ut in cucurbita manifestum est, per
 accidens vero auget, ut nunc dicebamus, cohibendo fuliginem. Idem
 etiam est, si laqueum faucibus injicias. Quamuis enim Argenterius ar- *2. caus. mor.*
 guat sequi potius calidum morbum, retento intus calore, & deinde 3.
 mortem, & non morbum; tamen morbus ille calidus si quis est, parum
 durat, & post eum sequitur etiam intemperies frigida, licet breui tempo-
 re, & tandem mors, quæ summè est frigida. Si autem laqueum alicui
 membro injicias, sequitur statim intemperies frigida manifestè, vnde
 torpor, stupor, formicatio, immobilitas, & manifestum frigus, & tandem
 perseverante ligaturâ, mors. Ergo quicumque id quod fit per se, ab eo
 quod fit per accidens, distinguere nouerit, si facile inueniet causas frigi-
 dae intemperiei, easdem esse in genere cum causis calidæ, easque omnes
 in exuperantia consistere & immoderatione: idque siue ordinem *Gal.*
 sequatur, & à quinque rebus, quas & superiori cap. & hoc etiam tradidit
 idem, siue à quatuor generibus illis, admotis scilicet, ingestis, retentis,
 & gestis, ut vult Argent. causas frigidæ intemperiei, quemadmodum &
 calidæ, haurire velit. Siue denique à duobus principijs nostris, (aut po-
 tius à suis contrarijs) quibus calor in nobis conseruatur. Eadem enim
 proflus quæ calorem imminunt, eadem frigidam intemperiem in no-
 bis generant. Neque valet similitudo, nec ratio Argent. qua *Gal.* loco
 cit. inuidit, dicens, aliud esse extingui ignem, aliud refrigerari, nam etsi
 ignis extinguatur lignorum penuriâ, non tamen propterea refrigeratur,
 non valet, inquam, similitudo, nec ratio, à mixto ad elementum: in
 omnibus enim mixtis, quæcumque eorum calorem minuunt, ea refri-
 gerant, quia illa frigoris & caloris capacia sunt, ignis autem capax non
 est frigoris, neque tamen propterea non valet *Gal.* ratio, imò quæcum-
 que calorem ignis extingunt, ea vt cumque eum refrigerare dici possunt,
 ita ut semper maneat vera propositio illa, quæcumque calorē minuunt,
 frigus inducunt, modò frigoris capax sit subiectum: id autē in omnibus
 actionibus semper supponitur: nec enim propterea nix non refrigerare
 dicetur, quia ignem non refrigerat, neque ignis qui sub concauō lunā, vt
 volunt philosophi, continetur, non calefacere, quia cælum non calefacit.
 Non magis vrgit idem Argent. dum ait, motum non frigidos morbos
 committere, sed frigidos simul & siccios, & ciborum inopiam siccios pri-
 mū, deinde frigidos facere: nam quod vtrumque facit, alterum quo-
 que facit, & parum interest siue primò, siue secundò: siue per se,
 seu ex accidenti: præter id quod vix reperias simplicem in corpori-
 bus nostris exactè intemperiem; neque elementa ipsa simplici tantùm,

sed duplici polleant qualitate, neque tamen propterea dicas; ignem non calidos inducere morbos, quia simul & siccios, neque siccios, quia id seundariò, primariò verò calidos. Sed idem Argent. Sui immemor cap. 4. cùm dixisset sulphureas aquas siccios inducere morbos, timens hanc obiectionem, sicut non aliquem mouere debere, si etiam & calidos inferant sulphurea balnea, si enim æqualiter exuperet vtraque qualitas, calor scilicet & siccitas, morbum dici compositum, si verò altera excellat, ab ea denominationem sumi: ubi pro Gal. contra seipsum respondet. Sed hæc parua sunt. Illud magis disquisitione dignum est, num frigus positiva qualitas sit, aut caloris sola priuatio, & an aliquod corpus sit simpliciter & absolutè frigidum, an nullum tale dari queat, sed quod tale dicitur, comparatione dicatur ad calidius, cùm tamen calidum, omne corpus sit sub luna: cælestia enim corpora harum qualitatum non sunt capacia. De qua re nos fusi in tractatu de elementis.

C A P. IV.

EXPLICAT hoc cap. causas morbi siccii, idque satis perspicuè, quamvis non satis amplè, & methodicè. Poterit autem solers studiosus positis fundamentis ab eo, reliqua superstruere, scilicet si per quatuor illa dicta, admota nempe, ingesta, acta, & retenta (quæ nos comprehendimus his quatuor verbis scilicet quæ adgeruntur, ingeruntur, geruntur, & egeruntur) discurrat, distinguatque insuper id quod primò, ab eo quod fit secundò, & id quod per accidens, ab eo quod per se, & denique addat modum, tempus, dispositionem subiecti, & reliqua iam dicta. Omnia enim ferè quæ siccum morbum committunt, eadem etiam humidum efficiunt, cum aliquâ ex dictis distinctione. Per se tamen & directè, æstiuus aër, balnea sulphurea, ferrea, & denique omnia naturalia calida, laconica, balnea artificialia ex calidis composita, famel, fatis, ingesta omnia secca, ut vinum, piperata, salsa, cibi & medicamenta exsiccantia, (quorum syluam habent libri Gal. de alime. & de simpl. & compos. medic.) labor, vigilia, studium, mæstitia, curæ, sudor, diarrhæa, vomitus, & similia, sicciam inducunt intemperiem. De quibus omnibus specialius agitur in lib. Terapeutices: hic enim solùm causas morborum in genere ostendimus. Cæterum & de siccitate etiam dubitari plurimum possit, an positiva qualitas sit, aut priuatio solùm humidi: & an aliquod corpus sit omnis expers humiditatis in hac sublunari regione, an verò contrà nullum sine humido esse possit, sed quod minus humidum est, illud siccum vocamus. De quare nos etiam in elementis latè disputauimus.

C A P. V.

ET hoc etiam capite humidorum morborum causas persequitur; quæ facile ex antedictis colligi possunt, contrariorum enim contrariae sunt rationes. Ergo hyems, & austrina constitutio, balnea dulcium, & tepentium aquarum, copia ciborum & potus, satietas, maximè humidorum, ingesta medicamina humida actu & potentia; otium, signities, somnus, hilaritas, vrinæ, menstruorum, stercoris, & pituitosorū per nares & osexire solitorū, suppressio, & hemorrhoidū, & antiquorum ulcerum, & denique sudoris, aut vomitus assuetorum humidos pariunt affectus.

C A P. VI.

CAPITE hoc mixtarum intemperierum mixtas dicit esse causas, quod facile est intellectu, & ita ferè fit, vt mixta semper & composita sit disrasia, raro simplex, immò ut plurimum cum materia, vix sine eadem, cuius rei occasione composita frequentius est intemperies; humores enim qui eas cognoscunt, omnes duplii constant qualitate. De quibus propterea hic obiter nonnulla dicit Gal. item &, vt ostendat concuscas horum morborum, transuersim facultates naturales attingit, & fluxionum causas, quæ omnia, quia alium habent locum (non enim videtur oportunum agentibus de morborum similarium partium causis, & proinde de solius intemperie, inuoluere tumores, & eorum causas, qui magis ad organicos morbos spectant, & compositi sunt ex tribus generibus morborum, vt hic facit Gal. & Argent. eum sequutus; precipue cùm multæ in corporibus nostris suscitentur intemperies cum materia, citra fluxionem & tumorem, & Gal. initio sequentis cap. dicat se proprios morbos similarium partium recensuisse, quod tumebus conuenire non potest, quos ille 13. Meth. 1. ad morbos in magnitudine refert) ne omnia in omnibus immiscantur, prætermitemus: quemadmodum & id quod addit, quodque iam partim dictum est à nobis, vnam scilicet & eandem rem nonnunquam unum, nonnunquam contrarium parere effectum, multoque magis plures res, pro variâ scilicet corporis parte, dispositione, modóque agendi, ita vt inde inæqualis succrescat distemperantia, quæ in varijs corporis partibus, & in eadem parte & caliditas & frigiditas simul ultra naturæ modum sentiatur, & humiditas & siccitas, prout scilicet contrarij inter se miscentur humores, manetque hæc inæqualitas donec unus eorum, aut plures, potentia, numero, aut morâ, vicerint. Sed hoc & in lib. de Inæquali intemp. & in arte curatiâ latius docetur, vt idem Gal. dicit, proptereaque iam ad causas morborum organicarum partium accedamus.

C A P . VII.

AC T U R V S de causis morborum instrumentariorum, incipit à *vito* conformatiōis, quod praecipuum est organicorum malorum. Sub conformatiōe alteriā partis ille comprehendit figuram, asperitatem & lauitatēm, & meatus aut cauitates, vt in superiori libro. De quibus omnibus seriatim agit, causas vniuersitatisque ante ortum, & post, ordinem generationis & vitaे seruando, non præter rationem, tradens: quamvis Argent. malit quatuor supradicta genera persequi, eorum quæ nos immutare valent. Si ergo quis figurā est vitiata, vel est in toto corpore, quod valde rarum est, vel in aliqua parte; & aut id habet ante, aut in nativitate, aut post eandem. Ante nativitatem quidem figuram fœtus in utero corrūpi cōtingit, vel ab internis causis, vel ab externis, quod yltimum nec Gal. nec Arg. animaduertit. Ab internis, si materia ex qua fœtus formatur, vel qualitate vel quantitate peccet. Vitiū enim formatici facultati aſtruere non licet, cūn anima non ſuſcipiat magis nec minus, nec erit niſi per instrumenta, aut materiam; instrumenta autem ſunt calor, ſpiritus, temperieſque ſimilariū partium; materia vero ſemen, & ſanguis: quæ omnia materiae nomine comprehenduntur. Non ergo videtur Argent. reſtare ſtatuerat causam corruptæ figuræ, yltum formatici facultatis, ob imbecillitatem nequeuntis ſingulas partes aptè figurare: cūn Gal. reprehendat eos, qui deficiente ventriculo in concoctione, dicunt causam eius rei esse imbecillitatem; cūn imbecillitas non aliunde pendeat, quām à praua temperie: ſic etiam hic conformatiōis defectus non ad formantis facultatis imbecillitatem reduci debet, ſed ad materiæ defectum in quantitate, aut qualitate, vt facit Gal. Multā ergo existente materiā, monſtroſi ſunt partus, quia eam regere non potest natura; paucā itidem, quia non ſufficit; intemperatā, quia inepta eſt. Quod si in his omnibus debilem dicas eſt facultatem, quia non potest perficere quod intendit, incongruē loquēris: nec enim ego debilis propterea dicendus ſum, quia ducenta pondo ferre non valeo, neque ſartor, quia marmoreā tunicam mihi non conſuit, aut ex centum, aut ex vlna una panni aptam mihi non fingit vefem. Sub intemperata vero comprehendi potest nimis dura, mollis, fluxa, lenta, crassa, tenuis, materia. Externa vero quæ fœtum deformare poſſunt, ſunt duplia, vel extera fœtui, vel extera matri. Externa fœtui ſunt vterus, coxa, lien, & ſi quid aliud male habet in muliere quod locum fœtus occupet, vt ſi ſit in utero tumor durus, mala eius conformatio, prauus ſitus. Externa mulieri ſunt fortis ligatura, & compressio externa fasciarum & vefium, quibus aut impudicæ conceptum tegere volunt, aut delicatulae corpus gracie efficere, quod & tempore Gal. fiebat, vt conſtat ex hoc capite, & nunc etiam fit à noſtratibus & puellis & mulieribus, ita vt hac ratione

2. Caus.
morb. 9.2. Caus.
morb. 9.de Diff.
m. b. 5.

non solum comprimantur distorqueanturque foetus in utero, sed & matres, & virgines gibosae fiant, ut hic quoque notat Gal. Puerum quoque in utero deturant ictus, impressiones, onera imposita ventris, saltus, & similia. Quaecumque denique peccat mater, eadem eodem modo foetus laedunt, atque ubi ille exclusus est, suam culpam laeditur. Non ergo solum deformis fit conceptus defectu seminis alterutrius, sed etiam materiali sanguinis quo alitur. Multus enim hic obsum, pautus vero strigulum reddit, prauus deprauatum. Praeter haec autem omnia addere oportet vitia impressa a parentibus; claudi enim saepe claudos, straboli strabos, & deformes deformes generant. Sed hoc, si voles, ad vi- Hipp. de Aer. aq. loc.
tum seminis reduci potest, cui impressa est labes. In ortu vero vitiatur figura, vel quia stricta est via per quam exit puer, vel quia obstetrix imprudens cum vi extrahit, vel Chirurgus, si ita contingat, in hisque difficultibus membrum aliquod distorquetur, aut confringitur, aut comprimitur. Ab ortu denique, si velis sequi quatuor illa genera, vitiatur figura ab admotis fascijs, manibus nutricum comprimentibus inepte (quod & Hipp. notauit in macrocephalis, lib. de Aer. aq. loc. & Gal. hic) distendentibus, aut distorquentibus: item ab incurrentibus extra lapidibus aliisque duris corporibus contundentibus, vulnerantibus, rumpentibusque; unde cicatrices fiant & calli deformes, & turpes repositiones: item & alterantibus calidis & frigidis, quae fluxionem in aliquam partem faciendo, paralysim aliquando excitant, & ab hac tabem pannis affecta, aut conuulsionem, aut dislocationem luxationemque in vertebris, coxis, aliisque iuncturis, aut tumorem praeter naturam. Ab ingestis alimentis nimia copia, fit tumor totius corporis in honestus, ut in Nicomacho Smyrnæo notauit supra Gal. aut in aliqua parte, ut in ijs quibus crura elephantica sunt iuxta Arabum sententiam: multo vero magis si praui sint cibi, ut in verè elephanticis, hydropicis, & ijs quibus membrum aliquod totum laxo tumore distenditur. Si vero parcios alantur, sequitur tabes aut totius, aut partis alicuius, unde deformitas. Ab ijsdem etiam vitiantur interni meatus & cavitates, obstruendo copia, aut subsidendo inopia, aut comprimendo, aut laxando. Medicamenta vero alterando humores idem efficiunt. Sub quantitate autem alimentorum & medicamentorum continetur etiam tempus, ordo, & similia, quæ hic nec licet nec libet specialiter recensere. A gestis vero laeditur puer proprio onere, si ante tempus ingredi cogatur, aut iam adulterus ab externo pondere, & a violentis actionibus, aut contraria nimio ocio erat, scit nimium. Ab excretis incidit in hippocraticam faciem omnium sedis, aut si retineatur praui in eo humores, fiant defluxiones in partem aliquam, & inde omnimodi tumores, qui formam corrumpunt. Quia vero hoc loco videtur commodius de defluxione agere, ubi de tumoribus praeter naturam, qui figuram præcipue vident, necessario tractauimus, pauca de utroque obiter dicemus. Tumorum causa alia est materialis, alia efficiens: materialis est humor, vel fatus; efficiens de-

- Haliab. c. bilitas partis alicuius, per se sola, vel simul cum robore alterius. Modo
 6. Guido denique duo, per paulatinam accumulationem (congestionem dicunt
 Caul. tr. neoterici) aut repentinam defluxionem. A sola partis imbecillitate
 detu. doc. per congestionem fiant verrucæ, strumæ, calli seu cornua vocata quæ in
 t.c.i. pedibus fiant, schirrique aliqui. Nec enim dicere possis, fieri hac per
 defluxum, quia eorum materia aliunde fluat; alias nullus vñquam tu-
 mor fieret nisi per defluxionem. Et quamvis Gal. 6. sanit. tu. 18. vi-
 deatur afferre nullam partem ægrotare à sola imbecillitate, quia alias
 semper ægrotaret, tamen id intelligendum est, citra omnem materiam,
 aut causam aliam; ubi autem materia adeat, aut fortior pars quæ mittit
 aut externa causa quæ lædit, excitatur tunc morbus, ut ibi ait Gal. & 1.
 Aphor. 17. Fieri autem per defluxum dicimus, cum repente in aliquam
 partem decubuit humor, qui tumorem manifestè excitauit: per con-
 gestionem autem, cum pedentim & longo tempore in parte conge-
 tur ex proprijs partis excrementis, quod tumorem efficit. Vnde in he-
 13. Meth. pate fiant sæpe schirri, ut ait Gal. vtpote quod naturaliter lutulentum
 15. quiddam habeat; & in liene, quia crasso nutriatur sanguine; nec tamen
 per defluxionem id fieri dicas. Nam quod à ventriculo ad hepar, & ab
 hoc ad lienem fertur, non fluere dicitur, sed naturaliter & mitti, & trahi.
 Defluxio autem omnis est contra naturam. Porro defluxionis causa
 præcipua, (præter materiale in qua spectatur quantitas, qualitas, te-
 nuitas, lentor, & contraria) est Gal. & hic & 13. Meth. 3. 5. & lib de Nat.
 hum. Com. 2. II. & 6. San. tu. 18. & 2. ad Glauc. & 2. feb. partis mitté-
 tis robur, & recipientis debilitas. Robustiores verò sunt naturâ nobiles
 ignobilibus, dextræ sinistris, & internæ externis: debiles etiam naturâ
 6. San. tu. communi, ea quæ dictæ sunt; priuatâ, quibusdam caput, alijs aliud
 18. membrum: aut accidente morbo scilicet vt casu, contusione, vulnere,
 fracturâ, intemperie. Concausæ denique sunt situs mandantis altus, re-
 cipientis depresso, illius stricti meatus, huius laxi, illius substantia du-
 densaque, huius contrâ mollis, raraque, & inter vtramque rectitudo.
 Quis autem sit defluxionis modus optimè dixerunt antiqui, ut ait hic
 Gal. mandante scilicet fortiori parte id quod inutile est in debiliorem.
 Sed Gal. non videtur id probare dicens cap. superiori. Non satis expli-
 catum id est, rationem autem & mentem naturæ tribuimus, si ita simpliciter
 ipsam quidquid inuile est deponere affirmemus ex robustis partibus ad im-
 becillas. Sed quod quidem in morbis bona iudicationes ab aliqua huic sensu
 facultate fiant, manifestè appareat. Hæc Gal. quæ non multum antiquis,
 magis eidem Gal. videntur aduersari. Natura enim nostri gubernatrix
 docta sine doctore, eadem agnoscit utilia, & nocua; cupit, & assequitur
 illa; respuit, & repellit ista, fiant hæc licet ministerio facultatum tracti-
 cis, retentricis, coctricias, & expultricis; eadémque per crisim humores
 4. Aph. 32. prauos à bonis fecernit, & sæpe in propinquam partem deponit, tumo-
 33. résque excitat; & extra crisim in copiâ, & malignitate humorum, aut
 vitroque, eos ad ignobiliores debilioresque partes transmittit, variisque
 pari

patit abscessus: nec tamen propterea magis h̄ic quam illic rationem aut
mentem habet; nec Gal. aliud addit ad antiquorum opinionem, quām
quod quæ illi generaliter & confusè dicunt, h̄ic fusiū explicat, modum
tradendo quo ea siant. Interim notandum videtur, non semper fluxionem
fieri à valida parte in debilem, sed aliquando contrà, vbi motus materiae,
rationem fluxus totam in se habet, vt cùm à animo calore, li quando, aue
figore comprimendo, humor à cerebro in pleuram, aut pulmonem
fluens, pleuritidem, aut peripneumoniam suscitat: tunc enim debilius
est cerebrum ab intemperie extrà illi impressa, quām pulmo aut pleura
nondini morbo occupata. Sed possumus dicere, Gal. h̄ic agere de eau;
sis internis solum, secundūm quas fortior pars verosimilius se exonerabit,
dēbilior verò cùm non possit repellere à se quod influit, necessariò
succumbet oneri. Quod verò Argent. improbat in Gal. quia dicat *caus. 2. caus. 6.*
morb. 6. lorem, dolorem, & vacuum attrahere ad partem affectam, non videtur
valde premere. Nec enim credendum est Gal. intellexisse, directè, &
per se, sed secundariò & per accidens. Qui namque probris aliquem la-
cēlens, eum ad arma concit, meritò illum traxisse dicitur, & aues trahit
aveps in retia cantus, & lupos venator balante oue: sic etiam ignis in
elichnio contentus, oleum à latere vel ab imo distantissimum ad se tra-
hit, non quod trahēdi propriè vllam habeat vim, sed secundariò; atte-
nuans scilicet oleum, id liquat in vaporem, & aërem, & in locum abeun-
tis succedit aliud continuitate. Si enim tractionem propriè accipias, vix
inuenias alibi quām in viuentibus. Nam & fortasse magnes non trahit
sernum, sed hoc illum sequitur. Eodem etiam modo vacuum cùm nihil
sit, trahere non valet, sed ne id detur, quoties necesse est dari, nisi cor-
pus aliquod succedat in locum alterius, abeuntis, quodcumque etiam
contra propriam naturam sequitur, moueturque. Similiter & dolor
trahit vicumque ad partem affectam, dum naturam irritans ad expulsi-
onem nocui, cogit ad eandem pellere humores, aut ut subsidium ferat la-
boranti loco, aut denique partem debilem reddens, obnoxiam facit de-
fluxioni. Atque hæc de causis defluxionis dicta sufficiant; persequa-
mus nunc depravatæ figuræ occasiones; & quando de admotis, & inge-
nūdiximus, dicamus iam de gestis, & retentis. Quæ ergo agit homo
cum deturpant, vt cùm tenellus ante tempus incedit, fit distortis cruri-
bus, vt hic ait Gal. & si plus oneris gestet quām possit, fit, ultra superio-
ra crurum vitia, claudus, aut gibbosus, & si nimis manibus laboret, eas
reddit deformis idem quoque circa pedes contingit. Si plurimum ope-
retur, strigulos fit, si otietur, obesus, vt robisque turpis. Nil opus est om-
nia persequi. Nisi excernat, ventricosus, si plus iusto, macilentus & ex-
carcas, si cohibeatur pituita, tumet vt bufo; si bilis vtraque, seaber fit &
leprosus. Atque hæc de causis depravatæ figuræ satis sint: facile enim
musquisque reliqua ex his colligit. Secundum quod in conformatio-
ne spectatur sunt meatus; horum alij sunt magni & patentes, qui & ca-
uitates dicuntur, vtriculi, yteri, venarum, os, pudendorum foramina;

aliij occulti & parui, quos poros vocamus, vt in cute & omnibus corporis partibus. Hi omnes, aut quilibet eorum, aut deficiunt, aut abundant, aut nimis patent, aut [n]imium connuent. Deficiunt, vt cum anus clausus est, aut unus solum in cerebro ventriculus: abundant, vt cum duplex ductus est a iecore bilis, alter in ieiunum intestinum, alter in ventriculi fundum, quod Gal. notauit 2. temper. 13. & in hermaphroditis: nimis patent vt in narium hemorrhagia, multum connuent, vt in menstruorum defectu. Omnium causae sunt aut a primordijs, aut post ortum, vt in figura dictum est. In primordijs iterum defectum formaticis facultatis causatur Argent. aequè male atque in figura diximus.

*2. Caus.
morb. 10.*

Ab ortu vero ambientia meatus occludunt, vt laquei, frigus; aperient, vt ictus, calor. Ingesta multa occludunt, pauca referant, frigida alimenta & medicamenta illud, calida hoc efficiunt. Otium cogit, labor dilatatur. Fluxus aperit, cohibitio obstat. Reliqua tu tibi speciatim, aut ex authoribus comparabis. Supereft ut asperitatis & lauitatis causas affligemus. Illius ergo simpliciter causa est siccitas; huius vero, humiditas: calor autem non nisi ex accidenti exasperat, aut exsiccando scilicet, aut humores, qui errodunt, exacuendo; frigus vero cogendo, & humidum exprimendo. Quod si etiam humor aliquis exasperet, id non efficit per se, sed quatenus calet & erodit, aut multitudine replet, vt in ulceribus, carie, raucedine.

C A P. VIII.

EXPLICAT hic causas morborum in numero. Aut ergo abundant partes, aut deficiunt; & id aut in prima formatione, aut ab exortu. Abundant, vt si sex adsint digiti; deficiunt, vt si quatuor tantum: illud in utero tantum sit (præterquam in dentibus) hoc etiam extra ipsum fieri potest amputatione, gangrenam quoæ excidere faciat, & septicis, aut igne. Quæ omnia manifesta sunt in Galeno. Duo sunt quoæ lectorem in eo remorari possint, primum quod ait, si abundet pars aliqua, & ea bene conformata sit, optimæ materiae abundantiam in causa esse. At si male sit composita, materiae qualitatem esse non naturalem etiam. Atque vires utrobique validas esse oportere. Hoc ultimum quidem non videtur usquequaque verum. Si enim fortis fuisset virtus, (hoc est bene temperata materia, virtus enim per se, vt antea dicebamus, non deficit) poterat quantamcumque materiam digerere in bene conformatum corpus: & id paulò maius efficere, potius quam superfluam creare partem. Cum ergo utrobique sit erratum, & in superflua parte male conformata, & in eadem bene composita, nec virtus accusari possit, utrobique materia peccat temperie, in prima magis, in secunda minus. Secundum quod in Galeno non placet, est, quod carnem supercrescentem in ulceribus, ad morbos in numero refert, cum ad magnitudinem magis

deberet. Illud etiam notandum, videri mendum in codice, vbi habetur, *Abiicit autem id, &c.* legi enim debet, *Adiicit autem, &c.* aliàs non constabit sensus. Vbi rursus & quæ extranea in ganglijs, atheromatique habentur, ad morbos in numero reducit, & cum eo Argent. citato, qui & vermes addit, & lapides, Galenū sequutus (quod tamen nos superiori libro non probabamus) & in hoc, & in ascribenda causa superflua partis bene conformatae, multitudini materiæ cum robore virtutis, cùm tamen idem Argent. statim dicat, lapides ab excessu caloris fieri, cuius excessu ait, vt alterius omnis qualitatis, naturæ robur minuitur quod nisi in bona temperie consistere valet; ex quibus verbis manifestè appetit, non debere nos vñquam facultates accusare, sed temperiem; neque videri posse fieri, vt bene temperatâ existente materia, etiam si multâ deformatis fiat fœtus.

C A P. IX.

MORBORVM in magnitudine succinctè causas hic tradit. Satis enim est ei qui generalia tantum sectatur, capita ostendere, ex quibus reliqua educantur, (neque proinde Galenum rectè taxat Argyterius, quod nonnulla omissifert. Contentus enim fuit Galenus proximas & immediatas magnitudinis causas attingere, præcipue cùm omnia quæ superiori cap. de Morbis in numero dicta sunt, hic competant.) Id autem paucis ita fieri potest. Si pars supra modum aucta sit, id vel sit ante ortum, vel post; & vel substantia quæ additur est secundum natu-ram, vel contraria. Si primum, copia laudatae materiæ in causa est: si secundum, illaudatae. Robur antem virtutis non necesse est adesse, vt hic ait Gal. nisi ab ortu totum corpus seruatâ partium proportione, increcat. Quod si imminuta sit pars, defectus materiæ in causa est, aut virtutis, vt vult Gal. Quomodo autem materia in corporibus nostris augear-tur, aut diminuatur, facile est inuenire: illud scilicet copia cibi, potusque præcipue; hoc verò fames, sitisque efficiunt: quibus adde nunc ordine quatuor illarum rerum sèpius dictarum, calorem & frigus, sectionem, putrefactionem, medicamenta, laborem aut ocium, excretionem, aut retentionem, & similia, quorum vis nota est, quæque omnia semper repetere inutile & fastidiosum esset.

C A P. X.

VARTV morbi organici genus est in compositione, vt loquitur Gal. aut connexione partis vnius ad aliam. Huius hic causas inquirit etiam immediatas, vt superiori cap. fecit, ne eum defectus arguas. Vel igitur pars de suo loco deiicitur ab interna causa, vel ab externa. Ab

vtraque sit vel ab ortu, vel ante, vel in eo, ut in vitiata figura diximus ferè enim quæcumque connexionem destruunt, eadem & figuram. Interna causa est ut plurimum nimia humiditas, partes, ligamenta, articulósque imbibens & relaxans; aut siccitas contrahens, & contorquens. Externa verò corpora omnia distendentia, trahentia, comprimentia, vulnerantia, contundentia, rumpentia, saltus, casus, & similia. Quod si verò in ipsa delineatione prima id contingat, vitium est materia, quæ non bene temperata facultati obstat, quominus bene formet. Remotiores autem causæ horum morborū sunt ambientia & admota calida, aut frigida, humida, aut siccata, cibi, potus, & medicamenta, labor, quies, corporisque & animi motus, & excreta retentaque. Quæ omnia ferè in morbis figuræ dictum est quomodo partem deturpent, & magis explicantur in methodo curatiua.

C A P. X I.

VLTIMO hoc cap. causas solutæ continuitatis enarraturis, magis in varijs solutionis nominibus exponendis occupatur. Facile autem est solutionis continui occasiones alicupari hoc modo. Soluitur unio aut ab interna occasione, aut ab externa. Interna est aut multitudo, quæ distendit, & rumpit, aut acrimonia, quæ erodit, aut actio violenta, quæ etiam rumpit. Externa verò quæcumque superiori cap. dicta sunt, tendentia, contorquentia, frangentia, rumpentia, contundentia, vulnerantia, & vrentia. Quæ autem horum omnium rursus causæ sunt, & quæ subdivisiones, & differentiæ, partim iam dictum est, partim ex dictis elicisci facile potest. Atque hæc sufficiente Causis omnium morborum simplicium. Quod si quis velit compositorum habere, peruum illi erit misericere causas, cognitis vniuersisque viribus. Quod Galenus etiam monet.

Q V I D?

Laus Deo virginique Mariae.



FRANCISCI SANCHEZ,
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA
Professoris Regij.
IN LIBRVM GALENI
DE DIFFERENTIIS SYMPTO-
MATVM, COMMENTARII.

C A P . I .

PO ST tractationem de morbo, & causa morbi, con-
sequens est ut agamus de symptomate, tercia re con-
tra naturam, atque ita absoluamus omnes res con-
tra naturam. Hoc ergo cap. Gal. proponit qua de re
disputaturus sit, & ne nominum ignoratione, homon-
ymia & error contingat, suadet de nominibus prius
statuendum, conuenientiumque ; deinde de rebus.

Omnia autem quæ hic de nominibus repetit, à no-
bis superioribus libris exposita sunt. Causa morbi ea est, quæ medio
morbo actionem lædit. Ea dum agit, affectionem profert; eadem actio dum
in subiecto fit, & recipitur, passio vocatur : hæc autem duo, in fieri sem-
per sunt, & transitu. Quod verò impressum est passione, & manet etiam
post eam, morbus vocatur, & affectus : quæ quidem dictio, affectus,
communis est omni corporis statui seu dispositioni, siue ea sit bona,
(& ita sanitas est affectus secundum naturam actionum effector) siue
mala, atque sic morbus est affectus præter aut contra (vtrumque enim
pro eodem sœpe in medicina sumitur) naturam, actiones immediate
lædens. Extra verò hæc duo, quidquid corpori præter naturā contingit,
id symptoma ait nominari, & minus consueto vocabulo, epigenomena,
quasi superueniens, quia morbo superueniat, vel supergignatur.

Aaaa a 3

Différuntque hoc à morbo, quod hic affectus sit, & actionem lèdat; symptoma verò affectus nosa sit, vt actio lèsa, nec actionem lèdat. A causa vero, quod hæc morbum præcedat & pariat, symptoma verò illum sequatur & ab eo fiat: A passione autem, quod hæc sit in fieri, symptoma in facto esse; quamvis aliquando utrumque coniungatur, vt in tremore, qui est actio & symptoma, quatenus contra naturam. Denique concludit, symptoma generaliter dici omnem in corpore præter naturam mutationem, ita vt & præuiæ ad morbum dispositiones, & morbus ipse, & eius causæ quæ in nobis sunt, nomine symptomatis continantur. Sed eit tanta horum nominum confusio, vt superiori libro ostendimus, & hic, & sèpius alibi ostendit Gal. vt ad vitandam prolixitatem his quomodo cumque constitutis, satius sit ad res ipsas accedere, hoc supposito, quod & Gal. sequenti cap. statim monet, nos hinc vocare symptoma, quidquid præter naturam morbum sequitur, nec morbus est, nec causa morbi, & de his solùm hic tractare.

C A P. II.

IN cap. hoc incipit symptomatum genera distinguere, sequentibus verò eadem in proprias differentias subdividit. Tria ergo primum constituit summa symptomatum genera, quamvis id satis obscurè. Primum enim dicit esse corporis nostri affectus: secundum, functionum lassionem; tertium, quod hæc ambo comitantur, idque tum in excrementorum excessu, tum eorumdem suppressione, tum in his, quæ in ipso animali eduntur, sonitibus, tum etiam in his, quæ sensibiles sunt, differentijs omnibus. Vbi videtur symptomata quæ apparent in colore, odore, sapore, & alijs sensilibus qualitatibus, collocare sub tertio genere, & diversa constituere à primo genere, in quo sunt corporis affectus: cum tamen primum genus nihil aliud contineat, quam sensibiles has qualitates, vt constat ex eodem sub finem capitil quinti & toto cap. 6. sequentibus. Sed iam sèpius eximum virum excusatimus, qui intentus toti arti constituendæ, non poterat minutissima quæque tam anxie obseruare, pricipue cùm nomina sint ut plurimum ambigua & homonyma, & multæ etiam res adeo congeneres & proximæ inter se, vt vix distingui possint ab inuicem. Atque id efficit, vt quamvis ille dicat cap. superiori, distinguendas esse res inter se similes, & vnicuique si fieri possit, proprium dandum nomen, idque visitatum, quod si tale non habeat, aptum aliquod fingendum, tamen id ille non obseruet in dictione hac symptomatis, & epigennematis, & simbebicotis, imò aliter atque aliter ijs, varijs in locis utatur. Nos autem relictis his difficultatibus, quæ magis logicæ videntur esse quam medicae, vt idem Gal. loquitur, dicamus, symptomatum quæ morbum vel mediatè vel immediate sequuntur.

cap. 6. & 7.
hic

ad colorem vitrei aut christallini humoris sequitur prava visio, & ad hanc sinistra ratiocinatio, & vt plurimum ad vicium actionum sequuntur reliqua duo symptomata, qualitatum, & excrementorum corruptorum) tres esse summas differentias: alia enim sunt actiones laesae, alia sensiles qualitates non naturales, tertia excreta aut retenta praeter natum. De quibus iam ordine agendum, modò prius monuerimus, quod hic Gal. monet, non solum eum laedi actiones intelligere, cum prauè eduntur, sed etiam cum non omnino eduntur, vt cum nullo modo videt homo, laesam visionem ille vocat, quam aliud nullam potius vocandam contendet, sed doctrinæ gratia satius est ita conuenire. Laesae ergo actionis duo sunt genera, aut enim omnino sublata est, aut male obitur; sublata; nullae sunt amplius differentiae, priuatio enim una est vnius rei. Quæ autem male obitur, duplice habet differentiam, aut enim immunitè fit, vt cum quis non longè nec minuta videt, aut depravatè, vt cum quæ non sunt, videtur videre; aut quæ sunt, alio colore, figurâ, aut magnitudine, aut numero, aut ordine, quam sunt, videntur. De omnibus ergo corporis nostri actionibus, & de earum laesionibus & symptomatis, deque eorum nominibus, proximis tribus capitibus agit, de symptomatis autem in sensilibus qualitatibus, sexto, de ijs denique quæ in excrementis consistunt, septimo & vltimo.

C A P. III.

CAPITE hoc factâ diuisione actionum in duo summa genera, in animales scilicet & naturales, persequitur animalium differentias, & earum symptomata, sequenti verò cap. naturalium. Vbi primò notandum, eum quamvis vbique tres constitutæ facultates corpus nostrum dispensantes, animalem scilicet in cerebro, vitalem in corde, naturalem in hepate, tamen hinc vitalem comprehendere sub naturali, vt constat ex sequenti cap. vbi pulsus symptomata inter vitiatas naturales actiones recenset, & instrumenta alia dicit esse naturæ, alia animæ: idque ea ratione agit, quia alibi actiones omnes aut voluntarias esse dicebat, aut inuoluntarias: inuoluntariae autem sunt tum vitalis, tum naturalis, quare haec duæ meritò ad unum genus reducuntur; & nonnulli etiam vitalem facultatem sub naturali comprehendendi volunt, vt alibi à nobis ostensum est; quia nobis etiam nolentibus, neque cogitantibus, arteriæ mouentur & quæ atque nutritio sit sine nostro consensu. Voluntariae autem non sunt sine iussu nostro, propterea quæ vocantur animales, quia sensus & motus præcipue maximèque animam declarant, vt ait Arist. L. de Ani. 2. & Gal. 1. natur. fac. 1. Deinde animales actiones diuidit in sentientes, mouentes, & rectrices: sentientes rursus in visum, auditum, olfactum, gustum, & tactum. Motiva vna tantum est quæ musculis obitur. Rectrices denique sunt tres, imaginatio ratiocinatio, musc.

lib. de Hipp. & Pl. dec.
cap. 7.
lib. de mor. musc.

& recordatio. His verò sic positis, vniuersusque horum symptomata inquirit, & nomina, si sint. In omni ergo sensu ait duplēcē esse noxiam, aliam quæ est insensibilitas, aliam quam vocat vitiosum sensum; & rufus vitiosum hunc sensum duplēcē habere differentiam, aut quia diminutus sit, aut quia deprauatus, ut in visu cœctas est insensibilitas, cum quis non longè, & parua non videt, aut obscurè videt, diminuta est actio; cum verò non eo colore quo res sunt, aut numero, aut figurâ, aut quæ non sunt videt, deprauata est visio. Atque hic plurimum arguitur *tib. de gen. ab Argent.* quod obmiserit vitiosam actionem in excessu, ut in phreni-
Symp. c. 3. tics, qui habitent vitiosum motum, & tamen non diminutum, neque de-
prauatum, cum musculi agant quod agere debent, sed violentum; & in
expultrice & retentrice facultate validius agentibus quam pars sit, pluri-
mique alia leuia objicit, quæ facile vnuquisque dissoluat. Ad illud
verò de excessu, respondemus, vix ægrotum corpus, aut partem, fortius
agere quam sana; phrenitici enim non fortius mouentur quam cum
sanis sunt, si velint, aut cogantur, nullum enim bonum nimium. Quodsi
etiam id demus, tunc aut sub deprauata actione comprehendetur, ut fa-
cit Gal. 2. caus. Symp. 7. vbi immodicam cibi appetitiam, ad vitiosam
actionem refert; aut sub diminutâ, contraria enim sub eodem genere
collocantur: sic etiam Gal. in Arte par. c. 85. dum sex res non naturales
numerat, vnumquodque contrariorum par pro una re accipit, ut potum
& cibum, somnum & vigiliam, &c. Sed ait, sic ergo etiam diminuta actio
sub vitiosa aut deprauata comprehendi potuit; potuit, sed confusus.
Voluit ergo Gal. methodicè & perspicue sic ordinare, actio omnis vitio-
sa aut nulla est, aut aliqua: nulla una est. Aliqua rufus, aut quantitate
peccat, aut qualitate: quantitate, aut est debilis, aut abundans; qual-
itate, diuersum quid agit ab eo quod deberet. Si igitur sic per omnes sensus
spatieris, facile eorum omnia symptomata inuenies: vt in auditu, abo-
lita est actio, cum nihil auditur; imminuta, cum non longè obscurèque;
deprauata, cum audit quæ non sunt, vocatque Gal. has obauditiones.
In gustu, abolita est, cum nihil omnino gustat æger, quamvis id rarum
est; obsernatum tamen à Fallopio lib. ultimo sua anatomia, in quodam
Italo qui vitrum, pennas, omnia denique in differenter sine aliquo gusto
vorabat; diminuta, ut in ægris; deprauata, in ijsdem, cum dulcia come-
dentes, iudicant amara. In odore, abolita, cum nihil odorantur; diminu-
ta, cum parum & obscurè; deprauata, cum subolent quæ non sunt. In
taetū denique, abolita est actio, cum nihil sentit; ut in Epilepsia: immi-
nuta, cum parum, ut incipiente Paralyssi; deprauata, cum sentit quæ non
sunt, ut qui frigent æstate. Denique in sensu communis est vigilia & som-
nus, quæ si offendantur, fiunt symptomata in ijs eadem, ut aut non dor-
mite omnino, aut parum dormire, aut male dormire; idemque de vigi-
lia dicendum. In Motrice verò facultate, abolita actio est cum nullo
modo corpus, ut in apoplexia, aut pars, ut in perfecta paralyssi, mouetur;
diminuta, cum tardè & parum, ut initio paralyssi; corrupta, cum trahit,
palpitat;

pulpit, conuellitur, vibratur. Harum porrò offendionum multæ sunt per totum corpus species, quas vñusquisque per se facilè colliget, aliæque nomen inuenierunt ut Opisthotonus, Tetanos, Emprosthotonus, & similes, aliæ non. Iam verò cùm rectrices facultates tres tantum dixerimus (sunt enim plures secundum Philosophos, quod tamen nos nunc examinare non decreuimus) imaginatricem, ratiocinatricem, & membra-tricem; in vnaquaque harum triplex symptoma inuenietur, omnino dapriatio, vt in Epilepsia, Apoplexia, Catalepsia, Amentia, Peste Attica: diminutio, vt in vetero, fatuitate, senibus, puerisque: error, vt in delirio circa obiecta, aut circa rationem, (vtrumque enim contingit, vt ille ostendit exemplis Theophilii medici, & alterius phrenitici) & in ijs qui perperam recordantur, vnum pro alio referentes. Atque hæc sunt quæ hoc capite habentur. Quibus hoc addendum videtur, non debere hic sumi semper abolitam actionem pro priuatione propria, à qua ad habitu nullus est regressus, sed pro præsenti priuatione ait defectu, vt in Epilepsia, debili apoplexia, paralysi, & similibus, in quibus restituitur actio. Ceterum quia author inter symptomata sensus tactus, imò & reliquo-rum sensuum, dolorem ponit; idque Argenterio & nonnullis alijs, & eum calumniandi, & de doloris essentiâ dubitandi, occasionem dedit, non videtur interprete dignum, si tam celebrem quæstionem nos inten-ctam relinquamus; proindeque paucis eam absoluamus. Obijciunt ergo primùm Galeno quod non sufficenter symptomata omnia diui-sent in lœs actiones, excreta, & sensiles qualitates, cùm dolor per eum symptoma sit sensuum, & tamen non sit aliqua ex actionibus lœsis; ab eo constitutis; nam non diminutè sentit qui dolet, neque non sentit omnino, neque depravatè sentit, quod quidam volebant, sentit enim quod sentire debet, alijs autem depravatè sentiret, si quod tam infestum est, non sentiret. Non ergo videtur bene Thom. à Veiga sentire, cùm ait, *Com. in Art. dolorem sub depravatâ actione contineri, neque proinde bene Galenū med. cap. 8.* tueri. Addemus nos hanc rationem; idem Gal. 8. Artis par. citato, dolorē manifestè ab actionibus lœsis separat: (quod ipsemet à Veiga confirmare volens ibidem, ait, concessisse Galenum hoc capite quod tractamus, dolorem posse seorsum scribi, tanquam quartum signum separatim à tribus illis, quod tamen nos non inuenimus.) Non ergo dolor sub lœsis actionibus continetur, etiam Galeno. Non etiam sub excretis, quod nemo asserit: neque sub sensilibus qualitatibus, quod sic probant. Non est propria tactus sensus qualitas, illæ enim sunt tantum primæ qualitates, & Galenus hic, in omnibus sensibus dolorem esse ait: non commune obiectum, dolorem enim nec Aristoteles, nec alij philosophi inter communia sensilia numerarunt: non est ergo sensile dolor. Deinde, sensuum obiecta ante ipsum sensum sunt, & sine ipso sensu: dolor autem nec sine sensu; nec ante ipsum. Quare mancus est hic Galenus. Nec valde virget ratio à loquendi vsu desumpta, qua dicimus sentire nos dolorē, nō plus quam illa qua Chrysippus conatur probare in corde residere mentem, *3. Pla. Hipp.*

B b b b

• Plat. 2. 3 ex multorum poetarum carminibus. Illud autem argumentum quod illi
 adserunt ad fulciendam opinionem suam, si natura nil tribuisset quo
 tam tetra res dolor cognosceretur, imprudens censi mereretur, non
 plus premit; nam non est dolor formaliter sumptus, qui nos destruit, sed
 eius causa; hanc autem cognoscit sensus, licet non distincte & explicit.
 Art. med. 8. ut respondet Thom. à Veiga. Qui tamen rationem aduersus hos valde
 fragilem adducit, cum ait, *praterea, quomodo validè sensum mouere*
intra sensorium latens, cum alioquin vel nibil moueant, vel languide sensus
admota citra medium sensilia? Fragilis, inquam, haec est ratio; verum
 enim est quod ait, in omnibus alijs sensibus, præter quam in tactus
 sensu, immo & in gustus; quis enim dicet plus calefacere ignem pro
 mè admotum manui, quam ei impositum, aut dulcia melius sentire
 linguam non attingant? quod ipsemet à Veiga paulò infra non aduers
 tens dixit, respondens ad tertiam istorum rationem, qui aiunt, dolorem
 sensilem esse qualitatem; ait autem, *Nam quod putant oportere praest*
etiam sensum aliquem dolori percipiendo. rudius est, externa enim sensuia de
externis iudicant: dolor vero non est extra, sed intra id quod sentit. Hec ille.
 Sensus igitur tactus, quæ intra se sunt, melius percipit, quam quæ ex
 sic vrimur febre, anthracéque. Atque his videtur explosa sententia illorum
 qui dicunt, sensilem esse dolorem, atque proinde Galenum labor.
 Tho. à Vei-
 ga com. in 2. re, ne non benè genera omnia symptomatum constituerit. Qui autem
 loc. aff. 1. dicunt dolorem esse sensum (inter quos est Gal. hic & 7. plac. 14. & 2.
 loc. af. 1. & 2. cauf. sympt. 6. & Auic. 2. 1. d. 2. 19.) his oppugnantur machi
 nis à philosophis & Theologis quibusdam. Si dolor est tristis sensatio,
 ut aiunt, dolor continebit & tristitiam & sensationem: latitia autem
 dolori opponitur: ergo & haec continebit, contrariorum lege, latitudinem
 & sensationem, eritque latitia sensio simul & latitia, pars toti, idem &
 reciprocum, quod natura non patitur. Secundò, sensio & latitia genere
 distant, cum auditio, & gustatio solè tantum specie distinguntur,
 & tamen duæ facultates duabus actionibus, auditioni scilicet & gustationi à philosophis assignantur, non una. Multò ergo magis duæ fac
 ultates, non una, duo illa efficere debent, sentire & dolere. Tertiò, qui dolore
 1. 2. q. 35. rem dicit unam tantum actionem, unam simplicemque animi affectio
 art. 1. nem significat: sentire autem & tristari, duæ sunt res; non sunt ergo
 ambo iuncta dolor. Quartò, sensatio omnis tanquam actus potentiam
 perficit: dolor autem sensorium offendit & perimit: quare non est do
 lor sensatio. Denique sic instat Beatus Thomas, Actus facultatisque
 distinguntur ex obiectis: sensoriae autem facultates feruntur in verum
 & falsum, et in proprias materias, appetentia vero in bonum & malum,
 ex bono voluptatem, ex malo dolorem contrahens: dolor ergo &
 voluptas ab appetendi facultate emanant tanquam peculiares quedam
 functiones; non autem à sensu. Atque hanc opinionem sequitur Thom.
 Com. in 2. à Veiga, qui Galenum excusat, & alios medicos, quod non adeo ex
 loc. aff. 1. quisitè res perpendunt, præcipue ubi id curationem non immutat

Argenterius verò etsi non probet definitionem illam doloris, quòd sit *de gen.*
tristis sensatio, eāmque leuibus quibusdam rationibus euertere conetur, *simpl.* tamen non acquiescit etiam sententia huic vltimæ; & post multa verba
hinc inde iactata, dicit, dolorem esse molestiam quam quis sentit;
sed cùm multa sint quæ molestiam inferunt sine dolore, ait molestiam
quidem omnem non esse dolorem, omnem autem dolorem molestiam
esse, atque proinde addendum esse definitioni, dolorificam, ita vt
tota doloris definitio sit, molestia dolorifica. Quo quid subtilius ex-
cogitari potuit? Nos autem dicimus pro Galeno, neque philosophos,
neque vitrumque Thomam Aquinatem & à Veiga, neque Argenterium
melius vñquam potuisse neque definire dolorem, neque eius essentiam
explicuisse, quām illâ Galeni definitione fit. Cūm enim epilepticus
comburitur, nihil omnino dolet, cūm tamen doloris causa adsit, quæ-
cumque tandem illa sit, (nam non nos nunc id morabitur) siue conti-
nuï solutio, siue intemperies, siue vtrumque: certum tamen est, com-
bustionem quæ ab igne in eo fit, causam futuram doloris, si sensus ad-
eret. Demus autem eum dum adhuc comburitur, liberari paroxysmo
(quamdiu enim eo detinebatur, dolebat, vt ait Hipp. id est dolendi *2. Aph. 6.*
causam habebat, ignem scilicet, & tamen non sentiebat dolorem,
id est non percipiebat doloris causam, quia mens ægrotabat) tunc
quamprimum restituetur, dolebit, quia aduenit sensus, & tamdiu
dolebit quamdiu & doloris causa, & sensus aderit: non est autem dolor
causa sola, non sensus solus, est autem vbi & quamdiu ambo adsunt;
ergo non potest aliud esse dolor, quām affectus & modus quidam actio-
nis vnius in aliud, siue dias agere obiectum in sensum, vt vult
Aristoteles, siue sensum in obiectum, siue vtrumque, quod verisimi-
lius est: omne enim agens agendo repatitur, & sensus agit in sentien-
do, & iudicat, & discernit, & cognoscit obiectum, & vicissim ab eo
patitur, eius impressionem recipiendo; & idem Arist. ait, sensus *10. Eth. 4.*
omnis ad sensibile esse operationem. Quòd si nimis subtiliter agas,
dicásque non esse sensationem dolorem, sed sequi ad sensationem, præter
id quòd videris sensui resistere & quod Arist. dicit, difficile esse separare *10. Eth. cit.*
voluptatem, atque proinde eius contrarium dolorem, ab operatione, ro-
gabo an illud quod resultat à sensatione, quódque tu vocas dolorem, sit
sensibile, necne? Si non est, non ergo dolemus ab eo, cùm dolor non sit
sine sensu, nec sensus sine sensibili: si sentitur, quod sensibile est? proprium,
aut commune? quodcumque dixeris, sensationem efficiet. Sed hæc sunt
nimis subtilia medicis & fortasse inutilia, quæ ad moralem philosophum
magis spectant; & qui nomē dolori imposuit, si ipse interrogaretur, forte
non aliud responderet quām quod Galenus dixit, se vocare dolorem,
tristem sensationem. Medico autem incumbit doloris causam nosse, & hæc
tollere, de nominibus verò non nimis contendere, quæ multa aut non
imposita sunt rebus ab antiquis, aut malè imposta sunt, vt hic ait Gal. ex
Platone, idque quia illi multas res ignorarunt, addamusq; nos, res quas dā *cap. 4.*

cum alijs ita coniunctas esse ut non facilē ab intellectu sciungi valeant, nēdum nominibus insigniri. Dolor ergo aut est tristis sensationis, aut modus affectusque sensationis, qui omnes sensus tam internos quam externos comitatur, cūm res sibi improportionatas comprehendunt, ut contraria voluptas, cūm proportionatas. Quia verò sensus tactus proprius est animali omnibus alijs, imò solus necessarius ad eius conseruationem, ideo ei maiores evidentioresque adsunt voluptates & dolores. An verò ad appetendi facultatem potius quām sentiendi spectent dolor & voluptas, longius & difficilius est quām paucis nunc absolui possit, præcipue cūm ad moralem philosophum, & ad tractatum de anima pertineat. Videtur tamen magis ad sensum, cūm neutrum sine cognitione fiat, neque tantillum sine illa manere possit, appetitus autem omni cognitione caret; appetunt enim omnes animalis partes alimentum ad sui conseruationem, & ea ratione trahunt, neque tamen sentiunt id cūm traxerant, neque dolent, neque voluptatem ex eo capiunt. Idem de plantis dicendum. Est igitur appetitus tanquam cæcus, sensus autem tanquam rector, quem ille quaquaversum sequitur, quodque hic bonum iudicat, ille cupit & amplectitur; quod prauum, refugit. Neque tamen inconveniens est ut eadem res sit obiectum varijs facultatibus sub diueris rationibus, ut contraria variae res sint ynius facultatis obiecta sub una ratione, ut calor quatenus calor, sensus est obiectum, & ab eo discernitur, quatenus sensus tactus est; quatenus verò proportionatus aut dispropportionatus est calor, eatenus dolorem infert vel voluptatem, & bonus vel malus fit, & iudicatur etiam à sensu quatenus talis, & datur tunc sequendus aut fugiendus appetitui: sic & cantatio, facultatis animalis motricis eius qui canit, actio est, sensitivæ quoque obiectum & musicæ eiusdem qui canit, & alterius qui audit; & denique voluntatis & appetitus, quatenus bona vel mala, suavis vel insuavis est cantio. Contraria verò nuptiæ, cœlibatúsque contraria inter se, & domus, & aurum, & profusio, & inter se, & à primis valde diuersa, tamen omnia obiectum sunt appetentis facultatis, quatenus bona vel mala. Sic etiam dolor & voluptas, primum ad sensum pertinent, quatenus percipiuntur; deinde ad appetitum, quatenus bona vel mala sunt. Neque verò Argenterij locus
 20. *Ethic.* ex Arist. citatus multūm vrget, vbi haberi ait, absurdum esse, arbitrii dolorem & voluptatem esse sensationem, aut actionem: eos autem ita credere, qui nequeunt actionem ab eo, quod in ea fit, separare; non vrget inquam, quia neque cum in Aristotele inuenio, & si sit, tamen dicimus, multas esse actiones in quibus præter actionem ipsam nihil est, ut saltatio, cantio, & omnis sensatio, nihilque potest ostendi extra ipsam, quid enim in visione ostendere poteris separatum ab actione? Non verò sic habet in alijs; nam ædificationem non dices esse dominum quæ per eam ædificatur. Sed et si id demus Aristoteli, voluptatem & dolorem non esse ipsam sensationem, sed sequentem, tamen dicimus non differre re, sed ratione tantum,

et actio & passio, atque proinde licere medicis, qui res, & non rationes, imò fictiones, quas ipe Philosophi inducunt, querunt dolorem per sensationem tanquam per magis notum, & principium, & fundamentum eius, definire. Atque hæc nunc sufficiant de essentia doloris. Iam respondendum est & rationibus quæ Galeno obijciuntur, & alijs quæ pro appetitu contra sensationem adducuntur. Ad primum ergo dicimus, si addendum sit quartum ad tria genera symptomatum à Galeno numerata, dolor & voluptas, (est enim etiam quædam morbifica, ut in priapismo, & sculpturâ scabiosi) illud ab eodem Gal. additum esse : deinde non necesse esse addi quartū, vna enim hirundo non facit ver, nec vnum particulare, vniuersalem regulam euertere, nec mereri ut nouum pro eo genus statuat, sed satis est si id excipiatur : tandem posse comprehendendis sensili qualitate sensus tactus, excedente debitam mensuram. Cùm autem dolor excitetur & ab intemperie, & à solutione continui; intemperies autem sit sensile proprium sensus tactus, solutio autem continui non sit nec proprium, nec commune eiusdem obiectum, cogitat Hieremi. Triu. Com. in Aphor. 6. lib. 2. sensus tactus primum obiectum esse inæqualitatem. Sed non est opus : reducitur enim solutio continui ad numerum, qui est obiectum commune. Ad reliqua omnia iam satis pro Gal. responsum est, eum ut medicum attentum curationi, non nimis scrupulose quæ ad definitiones & distinctiones rerum pertinent, inquirete: præsertim si curationem non interuertunt. Ad primum vero Philosophorum argumentum dicimus, sophisma esse, tristitia enim & latitia in anima, respondent dolori & voluptati in sensu: ut ergo dicimus dolorem esse tristem sensationem, ita debes dicere voluptatem esse latam sensationem. Eadem autem responsio diluit secundam rationem, mæstitia enim in interiori est anima, idem quod dolor in sensu, nec vtrumque sub eadem facultate collocamus, sed vnum per aliud exponimus. Similiter solvit tertium, tristari enim est intus dolere, & dolere est in sensu tristari, estque dolor & voluptas sensationis affectus & modus quidam, non à sensatione re differens, quemadmodum, verum & bonum cum ente. Quartum non plus concludit, sensile enim quatenus tale, perficit potentiam, sed quatenus disproportionatum, corruptum organum. Quintum denique suprà iam eneruatum est.

C A P. I V.

PERSEQVITVR hoc capite Symptoma facultatum naturalium. Cùm autem naturales facultates sint quatuor, attractrix, retentrix, concoctrix, & expultrix; & cuiusque harum possit esse aut abolita actio, aut immunita, aut depravata: sequitur duodecim esse Symptoma omnia partis naturalis, cùm quælibet naturalis pars, quatuor illis facultibus prædita sit. Osse ergo, & ligamenta, & quæcumque alia pars in-

sensibilis, duodecim symptomatis obnoxia erit. Quod si sensu praedita sit pars, ut ventriculus, peritoneum, intestina; præter illa duodecim, patietur etiam tria alia, ut si nihil sentiat, parum sentiat, peruersè sentiat: eruntque in tali parte quindecim omnino lassarum actionum symptomata. Si denique præter sensum, motum etiam obtineat, ut musculus, nervus; præter quindecim illa, tribus alijs infestabitur, ut si non omnino moueatur, debiliter moueatur, aut peruersè moueatur, feretque motu pars duodecim symptomata. Quæ omnia quisque in qualibet parte facilè inuestigare poterit, non tamen facile nomina inueniet omnibus, neque multum id interest. Proinde malè Argenterius Galenum fugillat, quod non tam exadè nominibus semper vtatur, vix enim id fieri potest. Cæterum quamuis author hic, pulsus sub actionibus naturalibus comprehendat, & arteriam sub partibus & instrumentis etiam naturalibus, tamen in recensendo numero symptomatum actionum naturalium, arteriarum oblitus est. Potest enim esse pulsus omnimoda priuatio quam Asphyxiā vocat Gal. ut in ijs qui morti proximi sunt apparet, & hystericis, & apoplecticis, saltem quoad sensum, aut debilis pulsatio, aut deprauata, quæ Cacosphyxia dicitur, ut in pulsu decurtato, dicroto, vibrato, tremulo, formicante, inæquali, deficiente aut intercedente. Quare arteriæ, quemadmodum partes quæ sensu & motu prædicti sunt, decem & octo pati symptomata poterunt. Advertendum secundo, Galenūm duorum solùm symptomatum in appetitu mentionem fecisse, scilicet inappetentiæ cùm nihil appetimus, & immodicæ appetentiæ, ut in Boulimo & canino appetitu, cùm saturari non possumus. (Vbi apparet eum excedentes actiones sub imminuta aut debili comprehendere, ut suprà dicebamus ad Argenterium, & imminutam sub superflua, ut hic, vbi diminutæ appetentiæ non meminit, sed immodicæ tantum.) Deprauatam autem appetentiam prætermisso, quâ absurdâ desideramus, ut in Picca vel Malachia, quâ & grauidæ, & multi alijs terram, carbones, ceram, gipsum, quin & araneas, similiq; abominanda ardentissimè cupiunt, audiissimèq; vorant. Sed aliquando exempli causâ nonnulla adfert, nec omnia genera prosequitur, quia positis duobus, facile est tertium subintelligere. Notandum tertio, multa à Gal. saxe alijs, tum hic etiam dici, quæ magis imaginatione capiuntur, quâ experientiâ, aut necessariâ demonstratione; vnde non mirum si ab aliquibus arguatur. Hic enim dum de facultatibus ventriculi attractrice, retentrice, concoctricéque, & initio sequentis capitum, de expultrice, & earum symptomatis agit, multa videtur comminisci, ut cùm dicit, retentricis ventriculi facultatis, deprauatæ symptomata esse, si cibum cōstringat quidem, sed cum palpitatione, vel cum conuulsione & tremore, & vibratu; quæ omnia nemo unquam (si singultum exceperis) sensit: deinde, si cibus incoetus à ventriculo descendat, difficile iudicatu est, an defectu retentricis, quæ non potuerit, donec absoluta fuerit coctio, retinere; aut coctricis, quæ non potuerit coquere; aut denique expultricis, quæ ante tempus

in opus surrexerit, id contigerit. Atque id s^epe vsu venit, vt vbi res nimis subtiliter tractare volumus, nos met ipsos decipiamus, quemadmodum mulierculæ dum tenuissima fila nere tentant, aut ea frangunt, aut ita implicant, vt explicari nequeant.

C A P I T E V.

CAPITE hoc primū de symptomatis expultricis ventriculi facultatis, quatenus pars instrumentalis est, agit, deinde de eiusdem ventriculi, aliarūque similarium partium symptomatis, quatenus similares sunt; atque inde occasione sumptā, de causis Atrophiæ totius corporis, aut alicuius partis, & quod symptomata vnum, multorum aliorum sit causa, & denique quod omnis symptomatis causa sit morbus. Vbi notandum primo, non videri necessarium symptomata attractricis, retentricis, concoctricis, & expultricis facultatum ventriculi, quatenus est pars instrumentalis, distinguere à symptomatis earundem facultatum cūlēdē ventriculi, quatenus est pars similaris: nam facultates illæ quartuor non pertinent vlo modo ad partem organicam quatenus organica est, nec organicæ partis natura, illarum vlo modo causa est, sed ad partes similares quatenus tales, spētant, & ab eis omnino fiunt, proinde 2. Nat. fac.
que à temperamento pendent. Fortasse autem attractio, retentio, concoctio, & excretio à figurā, aut formā, aut magnitudine, aliōne simili, aut iuxta, aut impediri potest, sed non fieri. Et id est quod hīc voluit Gal. 8. 9.
dicere, idque in partibus quæ non solum sibi sed alijs etiam alimentum 3. Sympt.
conficiunt, qualis est ventriculus, qui eā etiam ratione pars instrumentalis vocatur: alias enim æquè benē se nutrit pars solida ac caua, rotunda ac quadrata. Aduertendum secundò, authorem sibi contradicere videri in fine Capitis; cū enim ostenderit antē in Atrophiā vnum symptomata alterius esse causam, vt lēsam concoctionem ventriculi, atrophia totius aut partis causam esse, quæ & ipsa atrophia lēsa est totius vel partis nutritio, & rursus causa vt color partis sit prauus, & aliquando motus etiam partis imminutus aut depravatus, quæ omnia sunt prioris symptomatis ioboles: tamen in fine dicit omne symptoma effectum esse morbi. Dicendum tamen omne symptoma effectum esse morbi, siue mediatè, siue immediate: supradicta enim omnia symptomata sequuntur ad intem- 6. & cap.
periem ventriculi, quæ morbus est. Nota tertio, eum obiter ostendere 7.
quomodo symptoma alicuius partis non semper proueniat vitio partis illius, sed alterius, vt in arcuatis, & prauo alio partium colore, vitium non semper est actionis partis colore infesta, sed superioris alicuius, prauum ad illam succum mandantis; aliquando verò peccatum est in parte ipsa, vt in elephanticis. Sed id iam spectat ad curatiuam artis partem.

Infra cap.

6. & cap.

PER C V R R I T hoc capite Symptomata affectuum corporis, aut qualitatum sensibilium: atque licet in ipso capitinis initio, quatuor tantum esse dicat eorum differentias, ea quae auditu percipiuntur praeterrimtens, tamen in capitinis fine illa addit. Sunt ergo Symptomata colores praeter naturam, odores, sapores, tactiles qualitates, & sonitus. Et quamvis nonnullae harum qualitatibus etiam in excretis reperiantur (damatur enim foetor, nigredo, tenuitas, aciditas, & sterter in excretis pertussum, & in alijs alia) tamen & illic & hic Symptomata sunt, in variis tamen locis, & sub diuersis generibus, quod non est inconueniens. Advertendum tertio, Galenum inter tangibiles qualitates meminisse solum secundarum, duritie, mollitie, asperitatis, & similium; primas praeterrimtens, à quibus tamen illas emanare dicit, quod fortasse ideo fecit, quia primæ per se satis manifestæ sunt, & humidæ quoque aridæque cutis meminit, idem iudicium de primo pari, calido scilicet frigidoque futurum intelligens. Notandum vltimo, eum obiter nonnullorum symptomatum causas attigisse, quod nos libenter pertransimus, quia vt ipse ait in fine capitinis, id ad sequens opus de symptomatum causis pertinet. Colores itaque praeter naturam sunt aut in toto, vt in arcuatis, anasarchâ, elephanthiasi; aut in parte, aut partibus, vt in cancro, carbunculo, leuce. Odores tetri, vt in halitu, axillis, naso, toto corpore, ructu, in quo odor fumosus, virosus, piscoſus, putridus, acidus, aliisque insuavis, & ab ægro & ab astantibus sentitur. Sapores qui sentiuntur ab ægro (nec enim dignum medico censeo, ægroti quæcumque excrementsa gustare, vt aliqui voluerunt) amarus, falsus, acer, dulcis, acidus. Tactiles qualitates, calor ingens in febribus, in carbunculo; frigus initio paroxysmorum intermittentium febrium, in stupore; durescere in cute in febre hecticâ, mollescere in gangrenâ, siccitas in illâ, humiditas in hac. Sonitus, vt sterter in asthmate, clangor in raucedine, trismi id est dentium stridores in conuulsione muscularum manductioni inferuentium, sibilus in Anginâ, vororismus in melancholiâ hypocondriacâ, colico dolore, crepitus, ructus, tinnitus aurium. Eadem etiam qualitates in quibusdam quæ partes non censemur, symptomata sunt, vt scabri vngues, crassi & liuidi, & capilli repente cani facti, aut versicolores, & casus utrorumque: nec enim ea inter excrementa meritò collocabis. Sed de hoc aliâs.

C. A. P. VII.

HOc vltimo cap. agit de vltimo symptomatum genere, scilicet in excretis, & retentis: vbi notandum primò, male ab Argenteno taxati,

de differentijs symptomatum, Commentarij. 753

titari, quod sanguinem videatur vocare excrementum; nam non dicit, symptoma esse in excrementis, sed in excretis & retentis; & quamvis vocaret excreta quæcumque excernuntur à corpore sive bona, sive mala, non erraret; id enim sonat dictio. Sed iam usus obtinuit ut excrementum vocetur, quod inutile à corpore ejicitur. Secundò, non male etiam ab eodem argui, quod sanguinis omnem excretionem dicat esse toto genere præter naturam, initio capit is; in fine autem, si fiat bonis regni rebus, naturalem: nec enim, ait, estimandam esse excretionem à successu, aliás in morbis Diarrhaeas, & vomitus, qui prosunt, non esse symptomata. Et nisi Galen dixisset, *toto genere*, potuisset excusari, nihil enim impedit idem esse & naturale, & contra naturam, varijs rationibus: si à natura fiat, naturale; si à morbo, contra naturam. Symptoma autem omne à morbo fieri vel mediatè, vel immediatè, saepè ab eo dictum est, & hoc cap. repetitur. Vbi rursus monet, cauendum esse ne decipiamus, accipientes naturale opus pro symptomate, & symptoma pro naturali opere. Quod quia aliquantò est obscurius, explicandum est. Quamvis tria sint symptomatum genera, tamen quandoque unum sine altero est, quandoque etiam omnia se mutuò consequuntur, & plura ab eodem pendent fonte, & tamen distinguenda inter se sunt. Animales, & rectrices actiones, ladi possunt quælibet sine laesione in affectionibus corporis, aut in excretis. Ex naturalibus vero, attractrix, retentrix, & concoctrix possunt etiam ladi sine noxa qualitatum corporis, & excretorum, modò expultrix facultas valida sit, quæ quod ab illis malè gestum est, foras pellicendo corrigit, quamvis id difficile sit, ut tribus laesis, quarta robur retineat, aut licet retineat, diu id duret. Quatuor ergo has actiones laesas sequuntur statim defedationes & prauæ qualitates, & vitia in excretis & retentis, immò plura seriatim, ut prauam coctionem sequitur corruptio, hanc vermes, & cum his oris foetor, prauus color, suppressio omnium excretorum alii & vesicæ, dolor, animi deliquia, singultus, vomitus, conuulsio, febris, delirium, iactatio, mors. Quamvis autem laesas actiones sequantur excreta non-naturalia, & in eis symptomata, tamen symptoma laesa actionis aliud est ab eo quod in excretis consideratur, quemadmodum prauus statuarius etiam ex auro deformem fingeat Mercurium, quod si ex carioso ligno faciat, duplicit erit infamis statua: sic actio in se considerata præter naturam, symptoma est, quod ab ea nascitur, aliud efficit symptoma: nec enim excreta symptoma sunt, cum sint substantiae, hoc vero accidens; sed accidit homini ut talem in se contineat, aut à se ejiciat substantiam præter naturam, ideoque illi hoc est symptoma. Quod vero ab eo ejicitur præter naturam, id aut est toto genere præter naturam, aut qualitate solùm, aut quantitate, ut ait Galenus. Toto genere præter naturam esse sanguinis excretiones inquit, ubi ad vertendum, neque excretionem per se contra naturam esse si fiat robore naturæ, (id enim sonat excretio propriæ, aliás enim diceretur fluor) neque sanguinem per se, sed mixtè & complexè, sanguinis excretionem,

Ccccc

quia secundum naturam nullo modo debet excerni sanguis à corpore, ut ille vult. Sed cum & hic sanguinis excretiones quæ fiunt natura commodo, & eas quæ fiunt in mulieribus, alijs etiam locis probet, dicaturque non esse symptomata, non videntur absolutè sanguinis excretiones esse toto genere præter naturam; quæ enim sunt toto genere præter naturam, non possunt esse vlo modo secundum naturam, ut vermes, lapides, ligna, & quæ in abscessibus, & atheromatis inueniuntur. Deinde sanguis potest abundare copiâ, & prauâ qualitate aut alterutro, non ergo tantum sub eo genere continetur, quod toto genere contra naturam est, sed sub duobus alijs contineri potest: alijs nunquam à natura nec ab arte mittendus esset: & cum sanguis qualitate peccat, aut quantitate, nonne æquè noxius est naturæ, atque pituita, aut quilibet alias humor naturalis, & excerni postulat atque illi? Est & alia difficultas, si quis prauo vtens alimento multam congerat cacoymiam, & fiat inde diarrhæa, videtur esse symptomata in excretis, quæ sunt præter naturam, & tamen nullus est morbus, neque lœsa actio; quod enim robore naturæ fit, non est præter naturam, neque proinde morbus aut symptomata; propterea que monet Gal. ne decipiatur, sed iudicemus an à naturæ robore fiant excretiones, & subinde actionibus naturalibus, ut cum sanus sanguinem per nares ejicit, aut mulier per vterum, aut sudat, aut vomit: tunc enim cum nullus sit morbus, excretiones illæ non sunt symptomaticæ, sed naturales; fecus autem accidit in morbis. At bene videtur instare Argenterius, ergo nunquam symptomaticæ sunt excretiones in morbis, nisi fiant viæ naturæ; quando in morbis etiam victrix & robusta natura æquè stimulatur ad excretionem à materia aut quantitate aut qualitate peccante, atque in sanitate. Sed quod nos his perplexitatibus expediamus, dicendum est cum Gal. quæcumque excretio fiat à morbo, eam symptomaticam esse, quæ vero sine morbo non esse, siue materiae sint naturales, siue præter naturam: verus enim character symptomatis non à successu fit & desumitur, quamvis hic illum indicet, nec à materia, sed ab efficiente morbo. Et hæc sunt quæ de symptomatum differentijs dicenda erant.

F I N I S.

Q V I D?

Laus Deo virginique Mariae.



FRANCISCI SANCHEZ
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA

Professoris Regij.

IN LIBROS TRES
DE CAVSIS SYMPTOMATVM,
GALENI, COMMENTARII.

IN LIB. I.

CAP. I.

VONIAM statuerat Gal. vno volumine differentias & causas rerum omnium contra naturam generaliter comprehendere, & primis duobus libris differentias & causas morborum, sequenti autem tertio discrimina symptomatum exposuerat, consequens & necessarium etiam fuit, causas symptomatum adiungere; quod ille tribus libris exequitur satis succincte: nec enim plenè id poterat hic fieri, cùm tractatio hæc propriè ad libros medicamentorum secundum locos, aut ad particularem curandi cuiusque morbi methodum (praxim vocant) pertineat, quia causæ symptomatum, morbi sunt, ut superiori libro sèpiùs dictum est. Atque proinde non omniū etiam symptomatum singulatim hic causas inquirit, sed præcipuorū quorundam, iuxta quodlibet genus & symptomatis & morbi, vt lectorem ad alia in-

uestigāda instruat; quod & ipse sēpe his tribus libris monet. Cū autē superiori libro summa symptomatum genera, tria esse dixerit, actiones lēsas, excreta, & sensiles qualitates contra naturam; primo hoc lib. & secundo, de causis lēsionis actionum animalium tantum agit; in tertij verò primo capite, de causis lēsarum naturalium functionum, in sequentibus tribus, de excretorum, vltimo denique, de qualitatibus paternaturam occasionibus tractat. Vbi primò aduertendum quod superiori

Cap. 3.

libro monuimus, eum, vitalem facultatem sub naturali comprehendere, cuius tamen, quamuis multa sint symptomata, nulla nihilominus hic attingere, nec aliquam eius mentionem facere, fortasse quia alibitatis de his egerat, libris scilicet de **Causis puls.** & alijs affinibus: vel quia noluit de omnibus agere. Secundò, incipere eum à symptomatis animalis facultatis, & inter hæc à sensitivæ, & primò à visoriæ, tanquam à notioribus, & nobilioribus. Denique & vocare eum h̄c vt superiori etiam lib. deperditam omnino actionem, lēsam; & abusu dicere, lēdi actionem secundò, cùm sentiendi facultas malè habet; nec enim primò & per se lēdi potest facultas, vt superiori lib. de **Caus. morb.** aduersus Argent. cap. 7. dicebamus, sed secundariò, destructâ temperie, in qua primò

Cap. 2.

Diff. morb. sedere facultatem similarium partium, censet Gal. & cap. sequenti, & saepius alibi: & tandem caput hoc esse velut argumētum trium sequentium librorum. Quod quidem haētenus videtur explicatum. Neque verò audiendus est Argenterius dum Galeni methodum improbat, facile, enim est inuentis addere, difficile autem inuenire, & vt superioribus libris diximus, arduum erat totam artem à fundamentis constituentem,

2. Caus.

sympt. 5. omnia exquisitissimè persequi, pr̄sertim cùm minora lateant sub maioribus; proindeque satiūs est semper eximum virum excusare, non accusare. Quare ne quis rationibus Argenterij, alijs subtilissimi viri, succumbens, de Galeno male sentiat, aut ab eius placitis discedat, breuissimè eius argumentis respondebimus. Ait ergo primò, non omnia symptomata à morbis prouenire, sed ab eorum causis, & parte affectâ, ex eo-

2. 3. caus.

dem Galeno de Optima. sec. Deinde & alibi idem author ait symptomata ex materiæ quantitate oriri. Tertiò, caloris reuocatione, actiones partium eo destitutarum labefactantur, vt in timore, vbi nullus est morbus.

3. Simpl.

Quartò, Galenus ait hebescere visum cùm nullo morbo laborent oculi. Quintò, in syncope, quæ vitio spirituum contingit, nullus est morbus, ruunt tamen omnes actiones. Sextò, idem Gal. ait symptomata quædam procreari ab exacto partium sensu, vt morsus ventriculi, singultum, obtenebrationes circa oculos, quorum morbus non est causa, sed perfecatio quædam, vt & cùm lingua internos sapores sentit. Septimò, in horrore & rigore, depravatus est motus, nullus tamen morbus, sed humor, & naturæ motus. Octauò, vertigo ab spirituum inordinato motu fit, vbi nullus morbus. Nonò, qui venere aguntur, non dormiunt, non comedunt, multaque malè agunt, sine aliquo morbo. Decimò, incantationes impediunt veneris ysum, & alias actiones, vt notum est multis expen-

mentis, ubi nullus est morbus. Undecimò, idem Gal. afferit, ventriculi ^{3. cauf.} coctionem labefactari vitio ciborum, nullo in eo existente morbo, & ^{symp.} alias eiusdem actiones, & intestinorum lœdi ab excrementis. Atque hæc ferè sunt quæ authori nostro opponit doctus vir: quæ quidem quamvis penitus insipienti, & logicè magis quam medicè res examinanti, verisimilitudinis aliquid habere videbuntur, tamen parui sunt momenti ad curationem morborum, cui maximè & præcipue intentus Gal. ea contemnebat, quæ non methodum medendi immutabant. Possunt tamen nihilominus ex principijs eiusdem Galeni dissoluī omnia. Vnde ad primum respondemus, sæpiissimè à morbo mediatè vel immediatè pendere symptomata, immediate ut plurimum, mediatae à causis, & symptomatis aliquando, ut superiori lib. ostendimus, & hoc vult locū ex Optima ^{cap. 5.} secta adductus. Idem quoque secundæ rationi erit responsum, materiæ quantitas à morbo pendet, ab illa lœduntur actiones. Ad tertium dicimus, in retractione caloris & spirituum, fieri intemperiem breuem in partibus destitutis calore, aut non esse paruam quamcumque lœsionem ^{1. sanit. tu.} actionum, statim symptoma, sed notatu dignam: ut nec minimos affe- ^{4. 5. 6. de diff. morb.} ctus, morbos. Ad quartum, in morbis per consensum, etiam si non conce- damus in patientibus ultimò particulis, ullum-morbum esse, est tamen in ijs, à quibus fluit affectionis, ut in suffusione à ventriculo, morbus est in eo, & aliquo modo etiam in oculis. Ad 5. Syncope in non fieri corruptis spiritibus, quin priùs patiatur cor; patitur autem intemperiem innomi- natam & indicibilem, ut in peste, & venenis, quam vocant occultam proprietatem. Ad 6. pendere exactū nimis sensum ex rara partis textura, (qui morbus est in conformatione, aut in temperie, ut lib. de diff. morb. diximus) & ab eo dolor, & singultus, sensum autem linguæ dum interna ^{4. loc. aff. 9.} gustat, non esse defectuosum, nec symptomaticum, sed exquisitum. Ad 7. in horrore & rigore esse intemperiem manifestam in partibus horrentibus; neque esse omnino symptomaticas actiones illas, sed solū ratione materiæ, non autem ratione motus. Ad 8. in vertigine esse intemperiem, aut in cerebro, si fiat per protopathiam, aut in partibus infernis, si per sympathiam; si vero ab incondito solū motu, ut in circumrotantibus, non esse tunc symptoma, de quo hic agimus, sed le- uem quandam affectionem, quæ non eget medico ut tollatur: dixit autem Gal. superiori lib. verum symptoma esse quod parit morbus. ^{cap. vii.} Ad 9. eos qui in venarem incitantur, laborare calidâ intemperie pro- teudente à copioso semine, ut & iratos; aut non esse symptoma actiones illas lœsas, de quo hic tractamus. Ad 10. non concedere medicos Galeni sectatores, incantationes, minus vero eundem Galenum: & quamvis nos concedamus, tamen illas dicimus non fieri verborum vi, sed vir- tute pæciū cum maligno spiritu initi, qui corpus nostrum malignā qualitate inficit & immutat, multò fortius quam venenum, quod nos interimit, & pestis; quæ tamen nemo dicet interimere sine morbo. Quod si etiam demus, cacodemona id efficere citra morbum, nihil-

minus cùm hæc sit causa æquiuoca, & excedat medicos terminos, non pertinet ad artem nostram, ideo etiam non curantur incantationes medicis remedijs, sed diuinis. Et si vltra premas, quærásque morbum horum symptomatum causam, dicemus demones mutare temperiem, aut si id nolit Argenterius, cùm dicat hæc esse symptomata, assignet nobis morbum eorum causam. Ad ultimum denique iam diximus, quamecumque coctionis læsionem, aut intestinorum actionis, symptomata non esse, nisi à morbo procedat, vt quod medici ope non eget ad sui sublationem; quòd si excrementa intestina obturantia febrem, colicum dolorem, aut iliacum pariant, iam morbus est in conformatio-
nione, meatu scilicet clauso, à quo pendet vomitus, singultus, & reliqua symptomata. Sed iam redeamus ad authorem nostrum.

C A P. II.

EXPOSITVRVS Gal. fontes à quibus causæ symptomatum omnium hauriantur, partem elegit in toto corpore compositissimam, artificiosissimamque ante omnes, in qua veluti in exemplari multæ causæ symptomatum inueniantur, quòd plures sunt partes quæ eam aut constituant, aut iuuant, aut conservant, plures actiones, pluresque subinde concurrere possint morbi, qui sunt veræ symptomatum causæ ea autem est oculus, quo nihil compostius, nihil artificiosius, neque proinde quidquam in toto corpore tot obnoxium morbis. Si quis enim veller omnes persequi, non sufficeret semestre tempus. Gal. autem per morborum genera tantum vagatus, non nullos tangit qui in intemperie, alios qui in conformatio-
nione, tertios qui in solutione continui consistunt, quíque omnes visum lèdent in sentiendo, nonnulli etiam lèdere possunt in motu, de quibus postea ager. Hoc autem modo instruētis facile erit in minus compositis partibus occasionem symptomatum inuenire. Neque tamen propterea necesse est in omnibus alijs partibus omnia, quæ in oculo, adesse, vt infert Argenterius dicens, in sensu tactus non esse unam partem præcipuum instrumenti, aut actionis causam, vt est in oculo crystallinus; nec enim id vult Gal. sed in quibus partibus tale quid adest, id primò considerandum esse, tanquam præcipuum actionis, aut eius læsionis instrumentum. Quia verò impossibile est quæ habentur apud Gal. hoc cap. intelligere, nisi oculi structuram teneamus, idcirco cogimur breuem eius anatomem ex Galeno, Vesalio, Columbo, Fallopioque excerptam hic apponere. Constat oculus tribus humoribus, & quatuor tunicis secundum Gal. quinque verò secundum Vesaliū. Crystallinus humor à similitudine crystalli sic vocatus, centrum oculi occupat, oualis, cuius longitudo à dextris ad sinistra extenditur, lucidus, non fluidus, sed aliquanto

solidior reliquis. Huius anteriorem medietatem cooperit aliis tenuis, fluidus, pellucidusque, aquæ modo, vnde aqueus dicitur Græcè ἡδη Gal. Aetio-
nē quibusdam malè albugineus, à similitudine albuminis oui, maior que Fallop.
crystallino, rotundus ad pupillam; quam etiam implet, cauus ad cry-
stallinum, vt eum excipiat: cuius crystallini posteriorem medietatem
alius humor operit, quem à similitudine vitri gelati νέλειδην Græci,
Latini verò vitreum vocant, qui vt aqueus soluitur facile, rotundus est,
& gibbus posteriori parte, anteriori verò cauus vt crystallinum excipiat.
Vbi verò neruus opticus ad oculum & eius humores appellit, dilatatur
in rotundum, acceptisque secum venis & arterijs quibusdam, tunicam
quandam reticuli in modum format, quæ medium tantum oculum
ambit, quātunque Gal. ἀυτικλησισθὲ vocat, quasi dicas reticularem. 10. v. sup.
A tenui autem membranā, quæ neruum comitat, educitur secunda De plac.
tunica, quæ super primam extensa usque ad iridem humores omnes Hip. &
complectitur, eis nullo modo alligata, bene autem per superiore par- Plat. lib. 7.
tem tertia tunica adnexa usque ad eandem iridem, quo loco ab illa
secedit, & introrsum reflexa terminatur in circulum, qui pupillam oculi
efficit: vocatūque hæc παρειδῆ & παῖγμα, à similitudine quam cum vua-
num folliculo habet, & χρονειδῆ, quia à tenui membrana educitur,
estque versicolor; maximè verò in iride. A crassa meninge, quæ
neruum opticum etiam comitat, educitur alia & tercia tunica,
περιειδῆ; cornea, à similitudine quam cum cornu deraso habet ante
iridem, vocata, quæ totam vueam inuestit, eique conneicitur, præ-
terquam in iride, vbi humori aqueo superstet. Quarta denique
tunica est, quæ à colore alba vocatur, επιτερουνα Græcis quasi dicas
adhærens, inde etiam Latinis adnata, & coniunctina, quæque cum
interna palpebrarum tunica continua totum oculum inuestit usque
ad iridem, visui patens, in qua fiunt ophthalmia. Præter has
tunicas Vesalius aliam tenuissimam, lucidissimamque ponit cum
Galen 10. v. sup. 6. quæ anteriorem crystallini medietatem ambit;
imò & aliam, quæ ab vuca extracta inter vitreum & aqueum hu-
mores media excurrens, crystallinum circuli modo ambit. Fallopius
verò propriam crystallino tenuissimam vnam tribuit, & aliam vitreo:
Collumbus etiam aliam inter Rhagoidem & corneam ponit.
Sed obmissis nunc anatomicis difficultatibus, ad alia transeamus.
Præter has partes, sunt etiam optici nerui inter omnes manifestè concaui, 7. Pla. Hip.
& musculi oculum mouentes multi, & palpebrae, & cilia, & commune & plat. 8. 9.
omnium facultatum instrumentum spiritus facultatem deferentes, & 10. & 10.
cerebrū fons animalis virtutis. In quibus omnibus si quis contingentes v. sup. 1. 2. 3.
morbos enumerare velit, qui visum lədunt, inueniet plures quam sex-
ginta, nominibus etiam distinctos; (vt innominatos relinquam) quorum
aliquos hic tantum tangit Gal. exempli causa, vt diximus, & vt ipsem
testatur hoc cap. & seq. nōsque eum sequuti, reliquos, & visum etiam su-

pradietarum partium (quem tu ex lib. 10. de Vsup. captabis) consultò
prætermittimus, ad curatiuam methodum remittentes, in qua hæc om-
nia ex professo tractantur, aliàs enim nunquam finem habiturus esset
sermo hic. Interim hoc primò monebimus, multa hic magis ratione
quām manifestā experientiā tradi, & difficile valde esse morbos hos in-
ter se distinguere, & difficilius curare, ut si aliquis ex humoribus, aut spi-
ritus crassior sit, aut obscurior, aut intemperatus, aut parcior, aut abun-
dantior, aut coloratus, aut tenebrosus, aut lucidus; & tunica crassior,
obscurior, intemperata, schirrosa, colorata; & neruus obturatus, aut in-
temperatus; item & cerebrum. Secundò, Galenū hoc cap. & sèpius
alibi dicere, se de visus affectibus aliàs tractasse & 4. loc. aff. 1. vno vo-
lumine affectuum oculorum nomina descripsisse; qui non extat: qui
enim de oculis terapeuticon classe 6. habetur, Arabis cuiusdam est, vt
phrasis ostendit. Idem quoque asserit lib. de Libris proprijs cap. 2.
Multæ quoque morborum genera in oculis contingentia habentur in
lib. Galeno ascripto, *Introduct. seu Medicus*, cap. 27. Illud etiam vide-
tur Galeno officere, quod symptomata de quo agimus his libris, tantum à
morbo profici sci dicat, quis autem morbus sit spiritus paucus, aut cras-
sus, aut obscurus, & humor coloratus, aut paucus, aut multus, aut crassus,
aut tenebriosus, non facile sit expedire (cùm nec sit intemperies, nec
mala conformatio, nec solutio continui) & tamen hæc causa sunt liaz
visionis. Possimus tamen dicere, hæc omnia pendere ab intemperie
partium, & sic esse symptomata, & causas aliorum symptomatum, quod
non est inconueniens: & humores etiam partes esse corporis, in quibus
præter temperiem spectetur etiam copia & materia modus, quæ ad con-
formationem spectant, & in spiritibus paulò minùs. Ait præterea Gal.
translationem crystallini, si ad latera fiat, nullum inde sequi incon-
ueniens; si verò sursum aut deorsum, duplicitia apparere omnia quæ viden-
tur. Id autem fit, quia quæ videntur in linea recta transuersali cadem,
vnum videntur, quæ verò secundùm duas lineas, apparent diuersa, quia

Thom. à Veiga 4. loc. aff. 1. oculus unus videt per unam, alter verò per alteram: proindeque strabos
non vident duplex res, si autem unum ex oculis digito ad superiora im-
pellas, duplicitia omnia videbis. Illud etiam notandum, symptomata
omnia, quæ hic, & in sequentibus recenset Gal. morbos vocari non so-
lum à plebeis, sed etiam à medicis, vt superiori lib. aduertimus. Atque
hæc videntur ad explicationem capitil huius sufficere, reliqua enim ex
litera satis patent; & non licet omnia minutim perseQUI, nisi velimus
totum mensem vni capitil impendere; atque propterea quoque quæstio-
11. loc. aff. 4. & 1. nem de visionis modo, quam hic tangere videtur Gal., consultò pertran-
sibimus, quæ magis ad Philosophum quām ad Medicum, maximè thera-
peuticum, pertinere videtur, & in qua dissident Gal. cap. 8. 9. 10. 7.
Plac. Hip. & Plat. & Arist. lib. de sensu & sensili in initio.

C A P. III.

VT superiori cap. causas symptomatum oculorum aut lœsi visionis inuestigauit, sic hoc, lœsi auditus: & quia pauciores sunt in auditu partes quam in visu, propterea etiam pauciores contingunt hic morbi, & brevius est caput. Cum autem superiori cap. & lib. de opt. corp. const. cap. I. & I. & 10. de Vsupart. & saepius alibi, in unoquoque organo præcipuam aliquam partem esse actionis causam dixerit, ut crystallinum humorem, visionis; reliquas vero & huius, & totius instrumenti gratia factas esse, ut humores, tunicas, neruos, venas, arterias, musculosque, & crystallini, & oculi gratia: hic eadem exquirit. Ait ergo, præcipuum auditus instrumentum esse pelliculam quæ in fine fo raminis auris sita est, in quam impingunt soni exterius, & in quam terminatur nerus auditorius interius, à quinto cerebri pari descendens, & audiendi facultatem deferens: cuius etiam nerui incommoda propterea facultati hic impropriè tribuit, quemadmodum & superiori cap. visoriorum neruorum mala potentia adscribebat. Huic autem membranæ interiori insertum est parvulum ossiculum simile mallo, & alterum simile incidi, cui malleus superstat, ita ut externo aere impulsa membrana, malleoque ea ratione incidi illiso, referantur sonitus animæ. Est & aliud simile stapiæ incidi subiectum: quæ tria ossicula inuenta sunt nostro sæculo; nullus enim veterum, eorum meminit. Sed haec videntur iam extra rem. Meminit ergo Gal. hic paucorum auditus morborum, contentus superioris capitidis exercitatione. Potest itaque surditas, aut grauis esse auditus, aut propter intemperiem cerebri magnam, qua parte exit nerus auditorius, aut eiusdem nerui defectum, si ita contingat, ut notauit Fallopianus lib. vlt. sua anatomicæ, in Italo qui omnia indiferenter sine gustu votabat, vitrum, saxa, pennas, cui mortuo disseceto visum est deficere nerus qui gustum ad linguam defert: aut propter eiusdem nerui intemperiem, aut obstructionem à crassis humoribus, (& hoc est frequentius) aut intemperiem, aut malam conformatiōnēm, aut obstructionem; aut vulnus, aut vlcus, aut cicatricem, aut tumorem tympani; aut denique propter vitia in meatu auris, ut intemperiem cum materia, obstructionem à crassis humoribus, aut malam conformatiōnēm, aut denique tumorem aliquem humoralem, aut carneum; quæ omnia proprijs signis distinguenda.

C A P. IV.

INQIQUIT hoc cap. causas lœsi gustus, & odoratus, idque eadem methodo qua in superioribus. Primò ergo ait inuestigandum, quæ prima sit in lingua, & in nose, sentiendi particula causa. Dicitum est enim ipse ab eo, lib. superioribus, de morbo & symptomate, & his etiam,

Dddd

& lib. 6. v sup. 8. & lib. 10. & 7. anat. admi. 8. 9. & 2. tempora. 7. & 4. simpl.
 14. & 6. de Placi. 14. & denique pluries alibi, in unoquoque instrumento
 2. nat. 8. 9. præcipuam esse particulam aliquam similarem illius actionis causam,
 3. natur. 7. eamque ut plurimam esse carnei propriam, ut in lingua, hepate, corde,
 2. caus. renibus, utero. In hac ergo lingua carni, cum tunica propria, prout sen-
 Symp. I. sus gustus est præcipuum instrumentum, contingunt morbi, qui gustui
 4. vñ 4. 2. 12. officiunt. Quatenus autem lingua multis motibus agitur, affectus sunt in
 musculis eiusdem, sed de hoc inferius agetur. Fiunt itaque morbi ut in-
 temperies, aut in eadem lingua, aut in neruis tertiarie coniugationis, aut in
 parte cerebri à qua explantantur nerui illi; & in conformatio, ut si
 obstruictum sit cerebrum ea parte, aut nerui, aut hi deficiant, ut in Italo
 illo, de quo supra, aut secentur, sed id rarum est. In ipsa autem lingua
 solutio continuitatis non solum sensui, sed motui etiam obest. Ad hæc
 autem omnia mala sequitur aut deperditio omnimoda gustus, ut in
 Italo, aut diminutio, ut in paralyse lingua, aut depravatio; ut cùm
 dulcia gustans, sentit amara; aut contraria. Id verò fieri Gal. ait, cùm
 imbuta prauo humore, ut in auriginosis, saporem humoris qui eam in-
 ficit, obiectis quæ illi offeruntur, tribuit. Verum enim uero sapere mihi in
 mentem venit, an actio hæc læsa & depravata dici debeat: gustat enim
 lingua optimè obiectum proprium quod eam immediate tangit, &
 iudicat tale quale est, amarum scilicet. Idem quoque de visu dicen-
 dum, ut cùm bile flaua suffusus oculus, omnia flaua videt. Diceres enim
 læsam visionem, si quis per vitrum flauum aspiciens, flaua omnia
 iudicet? Atqui idem prorsus videtur de primo ac de secundo censem-
 dum: Defectus enim videtur esse non in sensu priuato, sed in sensu
 communi, non discernente inter obiecta. Sed differentia est in lin-
 gua humore suffusa, & vitro colorato, quod illic affectus quidam est
 lingua, hic nullus. Verum quia quæstio hæc logica est, quam Gal.
 1. loc. aff. 1. & 4. & saepius alibi vitandam censet, propterea ita paucis
 expedienda, quod scilicet læsa censenda est actio, quoties in parte quæ
 eam edit, aut unde fluit actionis principium, (ut morbos per sym-
 thiam comprehendamus) aliquis affectus est præter naturam, qui læsi-
 Tho. à Uel- nis actionis causa est; cùm verò nullo existente in parte, nec principio,
 ga. com in 1 affectu, non probè editur actio, tunc potius impedita, quam læsa dici
 loc. aff. 1. 4. debet, ut cùm quilius per vitrum coloratum aspicit, aut crassum, aut per
 aërem caliginosum, aut cùm acinos, lapillos, ineptaque alia non conco-
 quit ventriculus. Atque hæc de gustu; quæ si ad odoratum transferas,
 facile erit cognoscere quæ sit occasio omnino deperdit, aut imminuti,
 aut depravati; modò hoc supponas, quod Gal. libello proprio, de instru-
 mento odoratus, probasse credit, & hic etiam repetit, cerebri ventriculos
 esse odoratus sensorium. Intemperies ergo maxima cerebri, aut humo-
 rum colluuius, aut obturatio processuum qui à cerebro ad nares descen-
 dunt, aut cerebri ventriculorum, aut compressio, aut membranarum
 cerebri, aut ossis cribrosi, aut narium à contusione, malæ conformatio,

inflammatione, polypo; hæc inquam omnia, aut odoratum omnino tollunt, aut imminuunt. Quod si præui putrefactique, aut in his partibus stabulentur humores, aut per has deferantur, deprauata fit sensio, sicutque illis omnia, & illi omnibus, aut etiam si nihil naribus obijciantur, sibi fastidio sunt, ob tetrum, quem semper percipiunt, odorem.

C A P. V.

SENSY omnes circumscripti sunt capite, excepto tactu, qui cum maximè necessarius esset, per totum corpus diffusus est, & cum reliquis certæ quædam partes singulis exercendis attributæ sint, hunc non una quædam particula obicit, sed & illæ, & multæ aliæ eum obtinuerunt. Quibus tamen omnibus à cerebro, communi fonte omnium sensuum, per neruos aut ab ipso immediatè eductos, aut per medianam spinalem medullam, sensus hic amandatur, & motus quoque voluntarius ijs quibus opus est. Destituuntur autem sensu hoc multæ partes ut ossa omnia, *de osib.c.g* exceptis dentibus, de quibus adhuc dubitatur, cartilagines, ligamenta, vngues, capilli, glandes, parenchymata omnia, ut pulmonis, hepatis, *Tbo. à Viega tech. 9. loc. aff. 2. I.* cordis, renum, lienis, imò & ipsa cerebri substantia, (quod magis mirum est) quæ reliquis sensum tribuit, & eadem quoque voluntario motu priuantur. Cutis vero tota sentit, nec tamen mouetur, nisi ubi musculi subiecti ei sunt, ut in fronte; & venæ, & tunicae omnes, & intestina, & ventriculus, & vesica, & uterus, & arteria ipsæ, quæ non mouentur motu voluntario. Nulla autem pars est quæ moueat arbitrio nostro, quæ sensu destituatur: motus enim arbitrarij omnis instrumentum est musculus, qui omnis simul cum motu sensum recipit. Atque hæc omnia necessariò præmisimus, propter questionem aliquam, quam in fine cap. Gal. adducit. Iam nunc ad symptomata tactus seorsum accedamus. Sensus ergo hic vel in toto corpore, vel in aliqua parte, aut omnino perit, aut imminuitur: depravari enim & corrumpi vix yñquam visum, ut quod calidum est, frigidum iudicet, aut contraria, nisi ubi mens ægrotat. Si in toto corpore pereat, vel non omnino perit sed imminuitur, ut in lethargo, catalepsi, & alijs comatosis affectibus; vel omnino perit. Si omnino pereat, extinguitur breuiter animal, non tam sensus defectu, quam motus, cuius interceptione priuatur respiratu, ac proinde strangulatur, ut in fortia apoplexiâ, & vehementi syncope. Alias autem sentiendi defectu non tam citò moreretur, ut videre est in epilepsia. In apoplexiâ autem & epilepsia, origo mali est in cerebro, in illâ impeditus omnino transitus virtutis animalis in omnes neruos, in hac non omnino impeditus. Impeditur autem vtrobique communiter à magnâ humorum copia, maiore illic, minore istic, & vtrobique morbus est in intempie & in conformatione cerebri, iuxta dogmata Galeni; in

contentis verò secundùm nos. Fit etiam aliquando sensus priuatio cibarum materiam ex compressione cerebri à casu, aut ictu, aliquando etiam ex vaporibus tetrī & venenatis, vt in histericis symptomatis, corrupto semine, & epilepsia, quæ ab aliquâ parte pendet. Poteſt tamen perire animal etiam non amissio in toto corpore sensu, vt cùm in initio spinalis medullæ, non in ipso cerebro, est affectus: tunc enim supra affectam partem omnes sentient, infra autem, nec sentient, nec mouebuntur; vnde peribit defectu respirationis. Quod si non totum corpus infensile redditur, sed vna aliqua eius pars, vel id sit morbo primario pati, vel sympathico; & vitroque modo, vel affectus paruuſ est, diciturque torpor, qui est diminutus sensus & motus; vel magnus: isque si idiopathicus est, contingit morte partis, à maximâ intemperie, vt in sphacelo, aut gangrenâ absolutâ; si sympathicus, vocatur paralysis, & resolutio, quæ est omnimoda priuatio sensus & motus: sympathica autem infensibilitatis siue paruæ, siue magnæ, causæ sunt, impeditus quoque virtutis transitus ad partem; in primâ, non omnino; in secundâ, omnino. Impeditur autem transitus vel ab intemperie frigidâ nerui, etiam sine materia, vel à copiâ crassorum humorum, vel à vulnere, vel à nerui duntie, à siccitate vel cicatrice, vel à tumore aliquo in eo oborto, vel à ligaturâ, vel à compressione vicini alicuius corporis, vt tumoris, vel ollis. Atque hæ sunt omnes deperditæ, aut diminutiæ, aut deprauatiæ, in partibus omnibus, sensus causæ, & sensuum omnium. Quia verò contingit cum sensu quandoque perire quoque motum, & aliquando etiam altero manente, alterum deperdi, ideo causam quoque eius diuersitatis inuestigat

a Veiga. Gal. in fine capit. Sed quia huius questionis solutio, ab alia quistione com. in lib. 1 pendet, hæc prius exequenda est. Ea autem petit an facultas animalis & loc. aff. 6. vitalis corpori communicentur per qualitates tantum, & quasi dicas il- a 7. Plac. 8. iuſtratione, an cum spiritu. Primum videtur placere a Gal. qui vitalem 9. 10. 1. & animalem facultatem à cerebro & corde, tanquam lucem à sole fluere cauf. symp. afferit, & interceptam arteriam & neruum laqueo, non amplius moueri, 5. an sang. in art. ult. solutâ verò statim motiones recuperare; quod non fieri posset tam citò, si cum spiritu fueret virtus. Addit & hoc, non esse neruos perforatos vlos præter opticos, & esse multos tenuissimos, ita vt nec perforati esse possent, & quamuis essent, perpetuò occluderentur tam tenues meatus.

Huic rationi adiungunt aliam ex eodem Gal. qui eum tueruntur; ligata arteria cessat omnino motus inferioris partis, cùm tamen multi intra canalem, & infra ligaturam, contineantur spiritus, & fluent etiam à corde, solutâ autem arteria statim cedit motus, quod indicium est fluere continuitate tunicarum arteriæ virtutem sine spiritu: id autem magis etiam patet si discissâ arteria intromittatur tubus aliquis super quem fiat ligatura, tunc enim cùm per tubum fluent spiritus vantea, nec tamen

an sang. in art. citato. moueat arteria, signum est non cum spiritibus deferri facultatem: idemque dicendum de ligato neruo, in cuius parte subiecta ligatura cùm aliqui essent ante spiritus, non statim periire, & perire tamen

statim motus; & possent etiam per mediani substantiam ligati nervi permeare spiritus. Quartò etiam sic pro Gal. pugnant, phrenitici cum tam paucis spiritibus tam violentos motus edunt, cùm potius debilissimos deberent, si pro modo spirituum actiones fierent: & certè hæc est Galeni sententia manifestè hoc cap. in quo sèpius virtutem nominat, nullà omnino spirituum factâ mentione, & multò manifestius citato de Placitis, & 1. motu musc. 2. 3. vbi refellit Erasistratum, quòd cum spiritibus fluere vim dicebat. Contra hanc autem sententiam stat Auic. sen. 1. 1. doct. 6. 4. & 5. & cum eo Arabes omnes, qui afferunt, facultatem animalem & vitalem deferri medijs spiritibus: quod his rationibus suadere conantur. Refrigerato aut ligato neruо, perit eius actio, nec tamen mutatur in suâ substantiâ, sed coarctatur solum meatus: secus contingit in aëre cui nubes opponitur, mutat enim natuam pescuitatem opacitate accendentis halitus. Secundò, exercitatus pes fatigatur, idque non nisi exhausto spiritu animali in eo, virtus enim non fatiscit: nec est quod dicas exhaustum esse in cerebro, nam ab spinali medullâ pendet pedis neruus, in qua, nec in cerebro fatigatio non sentitur. Tertio, exercitatis pulsus & respiratio augmentur frequentiâ Galeno, idque non tam 3. *Caus.* quia auctus est calor, quām vt exhaustus animalis spiritus restituatur, *puls.*

Quartò, perforatos esse neruos omnes ostendit colicus dolor sèpe in paralysim conuersus, & contrà; utriusque autem causa est crassus humor, qui non penetraret in neruos, nec ab his in intestina, nisi caui essent illi: & bilis in vètriculo coercita, statim caput tentat, & suffusionem inducit, vaporibus per canalem in oculum descendantibus. Quintò, cerebrum, optici, & spinalis medulla, perforata sunt, quidni ergo reliqui? Magnum enim & paruum non debent in eodem genere differentias specificas constitvere. Sextò, si sola per neruos & eorum substantiam sine spiritu defertur vis, cur non idem potest fieri in opticis, & dorsali, etiam si eorum canalis obstructus sit? Pereunt tamen eorum actiones ex ductus obstopitione. Septimò, musculi caro sentit sine spiritibus, quid ergo opus fuit neruis, si per carnem potuit animalis facultas deferri? Nisi quia, vt ait Gal. materia quæque in corpus aliquantum intrare potest, non autem altius progredi nisi sit patens meatus. Octauò, hostiæ ablato capite & corde, palpitant circa pectus partes, & lacertæ rescißâ caudâ, sat diu; quod non fieret, si tanquam lux à sole, ita facultas sine spiritu à cerebro irradiaret. Nonò, in syncope, & timore, concidit corpus, retractis ad cerebrum spiritibus; consonum autem erat rationi, maiorem tunc à cerebro influere virtutem, cùm plus in illo est spirituum. Decimò, qui in gyrum vertuntur, cadunt. Si ergo sola spiritus illuminatio facultatem origini nervi communicabat, tunc cùm magis agitantur spiritus, maior debebat communicari, ac proinde firmior esse homo, non autem ita fit, quia spiritus qui debebat in'neruos influere, agitatio ne in circum, aliorum diuertitur. Undecimò, stupidæ parti, vbi moueri incipit, accedit dolor, quod fit ab irrumpente in eam spiritu, à virtute 6. *Vñsp. 7.*

enim non fieret. Ultimò denique putant firmissimam esse rationem ab hoc cap. deductam, quod etiamsi per unum & eundem neruum defuit facultas motrix & sentiens, tamen contingat aliquando destitui partem motu & non sensu, non verò contrà, ut ait Gal. quia ad motum, maiori requiritur vis, quam ad sensum, in facultate autem, aiunt, non est deficetus; ergo in spiritibus. Atque his rationibus consecisse putant quod

a Thom. & intēndunt. Probabilior est tamen Galeni sententia, neque a qui cum veiga. cit. Arabibus stant, possunt satisfacere argumento de ligata arteria & nero, sed coguntur concedere, prèter spiritus, necessariam esse continuatatem, & liberam communionem cum fonte, quod fit per vasorum substantiam. Possumus ergo utrosque conciliare si dicamus, facultates animalis & vitalem in perfectis animalibus, irradiatione & qualitate tantum à cerebro & corde diffundi in vniuersum corpus, egere tamen medio continuo, quale est nero, & arteria, ut longius deducantur, & spiritu etiam ut exerceantur, qui quidem spiritus in aliquibus nervis aperto meatu fertur, in alijs, cæcis poris, neque solùm ad exercitium à fote trahitur, sed à partibus vicinis in quas descendunt nervi; arteria enim omnes manifestè perforata sunt. In animalibus verò imperfectis, ut lacertis, serpentibusque, nihil mirum si cum eorum anima plurimum alligata sit materia, post caudæ amputationem, illa diutius mouetur; cum plantarum quoque rami à trunco disseceti, eadem ratione reuulsantur & in perfectis, ut boue, non mirum est si post mortem mouantur, aut potius palpitent partes circa pectus, & visa sit lingua, & quandoque truncatum caput hominis agitari, propter impressam vim spiritibus, quemadmodum etiam carni communicari sensum à vicinis nervis aut aduersarij, & excutum taurum equam injisse, & impleuisse mox à castigatione Arist. referat. His ita constitutis, facile est respondere rationibus omnium, & facile quoque intelligere questionem quam Gal. hic proponit, cur cum per eundem nero (nil mirum enim si per varios defatur motus & sensus, unum horum posse perderi, affecto scilicet nero qui id deferebat, alio manente, quia eius nero integer est) motus & sensus ad aliquam partem deriuatur, contingat perire quidem motum manente sensu, non autem unquam contrarium? Cui bene satisfacit

Arist. 2. Gal. quodcum sensus sit quedam veluti passio, ut etiam ait Arist. potius Anim. 5. quād actio, motus verò localis magis actio, ideo ad motum maiori opus

Gal. 16. est virtute; quād cum non tanta adest, non erit motus, manebit tamen

vñsup. 3. 3. sensus cum minori illa virtute. Neque valet ratio Arabum, si sine spiritibus desertur virtus, non potest illa minor esse hic quād illuc: nam &

sol, qui irradiatione sine spiritibus aërem illustrat, si nubes interponuntur, obscurius subjectum nubi corpus illustrabit, & si crassior sit nubes, etiam obscurius, & qui instructus erit gladio & pugione, melius se tuebitur, quād si solo gladio. Sed arguit aduersus hæc Argenterius.

symp. 4. somno viget motus; multi enim surgunt & ambulant dormientes,

b 2. de mo. quod b Gal. de seipso testatur & nos sæpe vidimus, & vociferantur, & tu mus. c. 5.

perciunt, & agitantur validè toto lecto ; cùm tamen non sentiant, vt patet, & asseritur à c Gal. & Aristotèle, aut quamuis contendas sentire, c 3. Caus. tamen id est valde obscurè : non ergo verum est manere sensum cum puls. de in- paucâ virtute, tolli verò motum defec̄tu maioris virtutis. Quare putat somn. 1. causam esse, cur quandoque sensus pereat manente motu, quandoque Caus. Symp. contrà, varietatem facultatum mouendi, & sentiendi, quæ vt variæ sunt, ultimo. 2. vanjs etiam egeant temperamentis, ita vt temperies quæ vni profit, no- motu musc. ceat alteri, vt calida ventriculi temperies prodest coctioni, sed obest ap- 6. de trem. petentiæ, & humida nocet retentrici, iuuat expultricem, ita prout vna 8. temperies vel alia, cerebrum vel neruum afficit, ita vel motum profert, vel sensum. Verum quamuis nos agnoscamus diuersas omnino esse fa- cultates sensum & motum, & proinde quoque per diuersos etiam ner- vos ferri, vt ostendit Gal. & hīc. & lib. de Motu musc. & 16. vsup. 3. & sepius alibi, imò duiiores semper esse qui motum, quām qui sensum deducunt, tamen cùm adeo affines & sociæ sint, vt semper simul ab eodem fonte fluant, cerebro scilicet, imò sēpe eodem neruo deducantur, nec vnu- quam nisi per neruos ; cùm eodem neruo feruntur, non videtur facultatum diuersitas efficere posse, vt vna adsit, alterā absente : facultates enim nunquam deficiunt per se, vt sēpe diximus, nisi labore instrumentorum. Quod si intemperies accuset, continget etiam sepius, vt intemperies oblit sensui, & proposit motui, atque proinde maneat motus, & pereat sensus, cùm vtrumque eodem neruo deducitur, quod negat omnino Gal. & experientia. Quod autem obijcit Argenterius de somno, nil conuincit, in somno enim nulla est intemperies, & quia magis laborarunt sensus tum interni cùm externi in vigilia, quām musculi, ideo defatigati magis sunt, & consopiti, & maiori egent refectione, quæ per quietem & somnum habetur ; imò quia cerebrum tam sensibus omnibus, quām moti- bus spiritus subministrat, & propterea magis exhaustum est, & circa il- lud sensus sunt, ideo minus per somnum sentimus, quām motiemur. Ad- de quod motus causa interna, quæ est imaginatio, viget per somnum, sensus autem fons quiescit, quia non necessarium est agere, & qui per somnum facilè mouentur, facilè etiam sentiunt, & contrà ; & motus vt plurimum sequitur sensum, mouemur enim aut quia pungit nos aliquid, aut quia sentimus dolorem ex longo aut importuno decubitu ; & denique motus qui fiunt per somnum, non sunt verè motus, sed agitationes citra arbitrium, & tales etiam sunt sensations : ubi autem verus est mo- tus, vt in thorace, id ex necessitate contingit.

C A P I T U L U M

CVM de symptomatis sensus tactus differisset superiori cap. & in- Cetera dolor censeatur, ideo capite hoc consequenter de dolore, & contraria ci, voluptate, doctrinæ connexione, (contrario enim eadē est

scientia) longè differit, fortassisque longius quam medico contuerat. Satis enim erat curaturo medico scire quæ sint veri doloris causæ paucis verbis, ut eis occurrentes, grauissimum symptomata tolleret, quam ob commixtione tristitia, voluptateque colorum, odorum, saporum, sonorumque Philosophicè magis quam medicè, aut logicè ut ille sepe a multum differere: nec enim ad tristitiam, quam quis sentit in colori, odore, sono, saporeque ingrato, curandam medicus accersitur. Sed condonandum id Asiatico facundissimo, doctissimoque viro. Diximus nos

Diff. sympt. prolixè satis superiori lib. de essentiâ doloris, nunc verò quam brevissimè fieri poterit, dicemus de eius causis. Dolor & voluptas propriæ sensu tactus fiunt, exinde transferuntur ad alia. Nemo autem non nouit extra & in cuncte dolorem, quemadmodum nullus non cœcus, lucem; intus verò & in essentia nullus vtrumque. Dolor autem est, crassâ minervâ, malum quod sentimus cum acu pungimur: nullum verò commodius exemplum proponi potest, quo dolor simpliciter comprehendatur; si enim unctionem adferas, timor est ne calorem putes esse dolorem. In puncturâ autem vix aliud percipias quam dolorem: solutio enim continui neque apparet, neque digna est notatu. Huius ergo mali nunc causas inquirimus, cum id adeo atrox sit, ut multis ad mortem impulserit. causas autem efficientes propriè, & quibus remedia opponamus, ha-

a de Caus. nunc inuestigamus. Nam quod a Argenterius obijcit Galeno, & alij, *symp.* 14. oblitos eos esse sensus, qui est perspicua doloris causa, id leue admodum b. 7. *Plac.* est, & quod neque b Galenus prætermisit multis in locis, neque verè 14. 5. *elem.* causa est, sed id sine quo non; quemadmodum etiam satis perle intelleximus. 3. 4. 2. *Ap.* ligitur, debere nos animum attendere, si dolorem percipere velimus leuem, & etiam aliquanto grauiorem; nam neque eos sentire dicimus, qui loc. 12. meth. 7. altâ cogitatione detenti, quæ ante oculos sunt, non vident: sentire enim non est idola sensorijs excipere, sed ea animâ videre aut intueri. Ostendimus iam in acus puncturâ, quid vocaremus dolorem: hunc si memoriâ retineamus, inueniemus quoque, si partem longo vulnere scindamus, & si duro aliquo percutiamus, contundamus, distendamus, rumpamus. In omnibus enim his affectibus, dolor adest, non quidem omni ex parte similis, (id namque fieri non potest, & propter partium differentiam, & affectus modum, & magnitudinem, & varietatem sensus) sed multifariam diuersus & specie, & magnitudine, genere tamen idem. Atque horum omnium videtur una esse causa, continuâ solutio. Quod si ad ignem diutius steteris, senties tandem dolorem, & si per niuosa loca, & flante borei nudus aut male indutus iter feceris, dolorem quoque percipies, & ab utroq; aucto, quemadmodum etiam à superioribus, experieris mortem. Quare meritò iudicabis intemperiem quoque, doloris causam esse, & tanquam medicus intemperiei contrariam intemperiem oppones, & solutioni unionem: sufficerentque hæc bene curaturo medico, quicunq; artifex sit sensualis, ut aiunt, non scrupulosè nimis & logicè res contemplatur, alias nullam concederet exactam sanitatem, neque neutram constitutio-

stitionem, neque laudatum sanguinem, nec inculpatum medicamen-
 tum, sed scepticus factus, nunquam alicui arte sua prodesse conaretur.
 Recte ergo Gal. & hic, & multis alijs in locis, duas constituit causas do- 12. Meth.
 loris, intemperiem scilicet, & solutionem continui; & quamvis aliquan- 7.
 do magis huic, aliquando illi sauer videatur, tamen nunquam cogitauit
 vnam tantum illarum sibi hoc vendicare, si modò eius dicta sobrie acci-
 pere velis. At non his contentus, neque ipse Gal. neque qui cum se-
 quuti sunt, in multas contentiones inutiles quidem arti, sibique & no-
 bis laboriosas, se & nos coniecerunt; à quibus vt se expediant, mira fin-
 gunt, quæ nos breuitatis causa prætermittimus. Non contentus itaque
 Gal. intemperiem, & solutionem continui, causas doloris constitutæ in
 genere, addit etiam & modum in magnitudine causæ, & in actione, &
 denique in corporis statu; Platonem & Hippocratem sequutus, vt ait,
 quamvis Hippocrates raro ad minutias has descenderit. Dixit quidem
 hic corpora quùm alterantur & corrumpuntur, dolores fieri, vbi per,
 corrumpuntur, ego solutionem continui intelligo, diceremque, *rumpun-*
tur: alias enim etiam alteratione corrumpuntur, & ita idem esset alte-
 rationi & corrumpi, differens solùm magnitudine; & corrumpi commune
 est alterationi, & solutioni continui, cùm utrumque ad ultimum progre-
 ditur. Ait itaque Gal. debere esse magnam & fortè causam, quæ do- 12. Meth.
 lorem inferat, confertim & celeriter agere, & à naturali statu corpus de- 7.
 ijere. Verum contra hæc omnia multæ sunt experientiæ. Acus enim
 minima, quantumcumque lente in corpus inferatur, dolorem inducit, &
 tantillus ignis: & qui ex nimio frigore semigelatus manum in sinum
 immittit, aut ad ignem eminus offert, dolet & hic, quamvis parua sit
 causa, lente agat, & ad naturalem statum redeat homo: dolebitque idem
 multò magis, si luculento igni affatim se obijciat. Propterea ergo non
 omnes assentiunt Galeno, imò à Thom. à Veiga ait Gal. 12. Meth. 7. ad a com. lib.
 voluptatē pluriū iuuare paulatinam mutationē, afferere, multūmq; 2. loc. aff.
 laborat in componendis his dissidijs, quamvis nobis non licuerit hacte- 1.
 nus id legere eo loci, nec alibi. Certum tamen est, voluptatem etiam
 contingere in lentissimā actione secundūm naturam, vt cùm quis come-
 dit dulcia, aut videt grata, aut audit: imò omnis actio sensuum natura-
 lis, fit cum voluptate, sed non aduertitur propter consuetudinem. Inge-
 niosi autem quia omnia exactissimè rimantur, & vident, ideo magis vol-
 uptate & dolore afficiuntur. Quis enim solem, aurum, adamantem,
 flores, gemmas denique aspicere potest citra voluptatem, & admiratio-
 nem? Plebs autem quia semi-bruta est, non mouetur nisi magnis vol-
 uptatibus. Dolor verò magis conspicuus est, quia contra naturam est, &
 insuetus: nec minus tamen certum est eum fieri in tardissimo motu, vt
 cùm aliquis tenui & lento igne comburitur, aut acutissimo telo sensim
 vulneratur. Verum quoque est, repentina & celeres mutationes plus
 valere ad utrumque, quām insensibiles, quod hic, & citato etiam 12.
 Meth. & lib. Inæqu. intemper. & 2. sympt. caus. 4. & passim alibi vult

Galenus. Adde & hoc ad utilitatem, si ad naturalem statum ad non-naturalē reducendus sit aliquis, siue in eo statu iam occaluerit, siue recens in eum inciderit, siue magnus sit affectus, siue parvus, semper tuius esse

z. Aph. 51. pedetentim progredi, quam affatim, iuxta Hippocratis sententiam. At mittamus nunc voluptatem, & eius causas, quæ non spectant ad medicum, redeamusque ad dolorē, & dicamus cum Galeno citato 12. Meth. & hic & sèpius alibi, & cum omnibus medicis, duas esse causas doloris, intemperiem, & solutionem continui, siue solutio continui mediæ intemperie, siue hæc per continui solutionem, dolorem inducat, parum enim ad curationem id interest, cum manifestè vtrumque dolorem efficere constet. Neque immerito solutionem continui, dolorem patere dicimus, quia vnitas omnibus rebus ad sui essentiam & conseruationem plurimūm conductit, & vno communis est & similaribus, & organicis partibus, vt vult Gal. ita ut videatur è ratione totum destrui membrum, si vnitas soluat: eaque de causâ vnitatis solutio, manifestius & maximè dolorem infert; & similarium partium sanitas consistit in debitâ temperie, quæ si corrumptatur, iustè dolor consequitur. Et quia ex his duobus constat vnaquæque pars necessariò. in dñ & vnum ab alio mutuopendet, & ad totius, & ad sui conseruationem, ideo si vnum destruat, statim & aliud quoque patitur; atque proinde in intemperie adest continui solutio in manifesta primò, deinde manifesta; & in solutione continui, intemperies. His ergo ita constitutis, facile est respondere rationibus Auicennæ, quibus contendit ostendere, dolorem solum fieri ab intemperie, cui etiam adstipulatur Auerroes: & argumentis quoque Argenterij qui contrà intendit, à continui solutione tantum. Nec enim volumus hoc omnia adferre, breuitatis causâ, quæ vnuquisque per se inuenire potest, bene à nobis iactis fundamentis; neque propterea etiam omnia, quæ hic Galen. de sensibiliū omnium actione, mixtione, modōque philosophicè magis quam medicè, & probabilius fortasse quam verè, tractat, examinare: satius enim est hæc ad philosophiam remittere, & quæ ad medicinam magis conducunt, persequi.

C. A. P. VII.

z. cap. **V**ONIAM de tactus symptomatis egerat, & inter ea dolorem numerauerat, & famem, & sitim, cum ventriculi superioris orificij symptomata, tum dolorem veluti quandam putet esse, ideo hoc cap. de causis famis, & sitis, & aliorum symptomatum quæ ventriculi ori quatenus sentity, contingunt, tractat. Vbi primò notandum, vñfra lib. cari ab antiquis, & à plebe quoque stomachum impropriè ventriculi, cùm stomachus sit gula tantum, & dici quoque superius ventriculi orificium cor, propter cardialgias quæ ad eius affectus sequuntur.

quemadmodum ad cordis mala, idque ratione vicinatis cordis, & communionis cum eo per magnam arteriam, & cum cerebro per neros sexti paris. Secundò, non videri Galen. nec à Thom. à Veiga propriè a *Com. in loqui* ^{cap. 61. Art. med.} *euacuationem*, & reliqua quæ præcedunt appetentiam ventriculi, & eandem etiam appetentiam, symptomata vocant, & tamen dicunt omnia hæc, & famem etiam esse naturalia; symptomata autem, si eis credimus, contra naturam est, & morbum sequitur. Sed possumus dicere, ut aliquo modo vindicentur, eos non vocare hic famem naturalem, nec quæ eam præcedunt, symptomata, sed non-naturalem; cuius causa inquiruntur hoc cap. quæ autem initio naturalis est fames, si desit cibus, sit innaturalis & morbosa; neque enim fames, ut aiunt, causa est mortis, sed defectus alimenti. Tertiò, Galenum ut causas famis non-naturalis inueniat, naturalis breuiter exponere, ubi quinque ait esse symptomata ordine disposita, inanitio scilicet externalium partium, appetentia naturalis earundem ad reparandam inanitionem, suctus earundem à ventriculo, eius suctus sensus, & quæ ad eum sequitur, appetentia animalis; famemque in quarto ponit, quam tamen Aristot. ^{2. Ani. 3.} in quinto statuit. Sed id parum interest; illud magis videtur dubitationem habere, quod appetentiam naturalem partium, secundum constitut symptomata, tertium verò ventriculi suctum, quem diuulsionem vocat, & cum eo Thom. à Veiga; inter quam diuulsionem & appetentiam naturalem, media intercedit tractio naturalis omnium membrorum ab hepate, & hepatis à ventriculo. Sed dicemus Galenum fine actionis naturalis, nempe suctu ventriculi, totam tractionem membrorum comprehendisse. At dubitatur, quid sentiat ventriculus in suctu illo, unde doleat, an intemperiem, an solutionem continui? Et ad quem sensum pertineat fames; nec enim videtur ad sensum tactus pertinere, cum non sit neque proprium, neque commune eius obiectum; multò verò minus aliorum: ita ut videatur constituendus sextus sensus ad famem & sitim percipienda. Sed quæstio hæc difficilior est, quam ut nunc possit expediri; & magis ad philosophum spectat. Propterea medicè nunc ad primum respondetur, probabiliter solutionem continui sentiri ex diuulsione, propter exhaustum humidum ventriculi, quamvis si penitus res inspetetur, non est apertus dolor, sed molestia quædam: sed quæstio est de nomine, propterea conuertamus ad inuestigandas causas symptomatum oris ventriculi. Appetentia ergo cibi (idem est de potu) vel est naturalis, vel non-naturalis. Naturalis est quando iuxta prius ingesta, & habitâ ratione temperamenti, habitus, ætatis, temporis, regionis, & consuetudinis, tempore debito, moderate appetimus, & congrua alimenta, quibus acceptis cœstat fames usque ad debitum aliud tempus. Hæc autem ita fit, quia debite omnia in corpore fiunt. Quod si verò aliquod sit peccatum, contingit ut aut nulla sit appetentia, aut exigua nimis, aut maior debito, aut corrupta. Defectus appetentia integer accidit propter

1. Aph. 13. magnam ventriculi intemperiem frigidam & sicciam, vt in decrepitiis;
 14. aut frigidam & humidam, vt in valde pituitosis, & in senibus ijsdem,
 2. Temp. 3. qui sunt frigidi & siccii constitutione corporis, humili verò excrementis:
 & hæ sunt frequentiores causæ, aut quia ventriculus non sentit suetum,
 quod rarum est, potestque fieri si desit neruus, aut si obstructus sit, vt in
 paralyssi, aut quia non fit suetus, aut quia non inaniuntur partes, quod
 3. Aph. 13. contingit in valde senibus, defecitu caloris nativi, & exercitij. Depent
 etiam omnino appetentia ex nimio frigore, vt in ijs qui per niuosal loco-
 longo tempore iter fecerunt, extincto scilicet ferè calore nativo, aut co-
 arctatis neruis, & congelatis spiritibus. Item post longam inediā, ta-
 besfacto ventriculi orificio, & tum propter nimiam debilitatem, cum
 propter defuetudinem nec suggestibus partibus, nec mittente cerebro,
 nec poscente stomacho vires. Idem etiam contingit calidiori intempe-
 rie ventriculi; vel sine materia, vt astate, & quibusdam febribus; vel
 cum materia, vt in alijs febribus, & ijs quibus multa bilis in ventriculo
 stabulatur: calor enim, partes, & spiritus resoluit, & prauus sapor appeti-
 tum retundit, & foedus etiam odor, vel in ventriculo, vel in pulmone,
 vel in trachæa, vel in ore, vel denique in naribus putrescentium rerum.
 Humida quoque intemperies, appetentiam cohibet, suetui satificien-
 do: siccæ verò, si nimia sit, quod rarum est, partis tare. Hæc autem om-
 nia non summa, debilem faciunt appetentiam. Quibus adde defectum
 exercitij, obstructiones magnas, tabem partium externarum, somnum
 multum, suppressam euacuationem aliquam solitam, amputatum mem-
 brum aliquod, & denique longam iejunandi consuetudinem. Contraria
 autem omnia, nimiam excitant appetentiam, moderata tamen: omne
 enim nimium naturæ inimicum est, & facultates quascumq; labefactat.
 Præcipue autem insatiabilem famem, caninam dictam, efficit frigus, aut
 succus frigidus, acidus, aut acerbus, in ventriculo contentus, exprimens
 6. Epid. humidum, & roborans orificium; unde dixit Hip. *Aqua vorax.* In hac
 Com. 4. 19. autem caninæ specie, est multa per ventrem deiecitio: (Rondel. 1. Meth.
 11. & Fuchs. de med. Mor. lib. 3. cap. 7. aiunt fieri continuum vomi-
 tum, vt in canibus, indeque dici caninam, quod tamen unde traxerint
 nescio) quia frigore aut frigido succo semper appetentiam excitante, &
 ingestæ exprimente, & coctionem interturbante, necesse est cruda sem-
 per deorsum ferri, & cum alimentum non feratur ad corpus, subsequitur
 suetus, & sic perpetua fames. Aliam huius differentiam constituit Gal.
 ex multa inanitione & paucō cibo, quæ frequens pauperibus agricolo-
 lis, & plebi omni in annonæ caritate est, vt contrà prima valde rara.
 Ab hac caninæ appetentiæ non longe differt Bulimos, vaccina aut bou-
 na fames, quam Gal. longo post illam interuallo inter cardialgias hic
 recenset, & de qua multum certant authores; quibusdam (vt Aeti. tetra.
 2. ser. 1. cap. 108. & tetra. 3. ser. 1. c. 6. Fernel. 6. Pathol. 3. & Holer. 1. cur.
 morb. 32.) eam cum superiori confudentibus; alijs, vt Paul. Agi. lib. 2.
 33. cum atrophia totius corporis coniungentibus, quia dixit hic Gal. esse

symptoma ex indigentia simul, imbecillitate, & refrigeratione, huius loci, id est oris ventriculi, ortum: ubi isti non bene aduerterunt Galenum non dixisse Bulimon cum indigentia totius corporis adesse, sed orificij tantum superioris ventriculi: præter id quod non omnis indigentia, atrophia est. Alij dicunt, Bulimum esse cum quis saepè esurit, quamvis *Hier. Triu.* non defectu alimenti, & nisi aliquid comedat quantulumcumque, aut *com. in 2.* bibat, animo linquitur, à quo affectu, minimo potu aut cibo leuatur. Sed *Aph. 21. &* id non vult Gal. qui 2. Aph. 21. & 5. Simpl. 4. Bulimum vocat ingentem *Rondel. cit.* esuritionem, & à frigore externo fieri afflert, & à siccitate: quod istis non contingit, qui citra frigus externum, incidunt saepè in affectum, in quo dolet illis superius os ventriculi, ita ut penè concidant, morsu potius quodam ab humore aliquo ibi infarcto, quem minimum cibi aut potus retundit, sed mox recurrit cum aliquali appetitu. Aucenna vero & neoterici aliqui non solum vtrumque vitium, caninum scilicet & bovinum appetitum confundunt, sed afflert etiam fieri vtrumque aut à frigidâ, aut à calidâ materiâ, quibus eti Galenus resistere conetur hoc exp. afflens vitiosum succum, salsum, aut biliosum potius sitim! quam famem excitat, inquit potius famem retundere, tamen idem met lib. de Theriac. ad Piso. appetitum sine ratione intensem ex mordaci quadam *cap. 29.* & acri substantiâ fieri contendit. Vbi etiam huius appetitus causam aliam addit, vermium scilicet teretum multitudinem in intestinis, aulatum magnumque Helminthem, omne alimentum homini subtrahentes, unde atrophia, & fames inexhausta. Adeo sibi saepè inconstans est Gal. vt vix scias quid statuere debeas. Præter enim omnia, cum dixerit idem 2. Aphor. 21. citato, Bulimon fieri à frigore externo, & esse in gentem esuritionem, quæ tamen mox desinat, hic addit inopiam & imbecillitatem, quæ vix videntur conuenire, esse scilicet magnam famem, & statim non esse, ingens enim fames est inexplibilis. Sed componamus hæc omnia aliquomodo, dicamusque caninam appetitiam, quæ est fames perpetua, etiam post multum cibum perseverans, citra animi defecum, prouenire à frigore aut externo, non tamen extremo, aut interno, cum aut sine humore, & à vermis, & ab inopia cibi, & à multis laboribus, & à longo morbo, magnis vigilijs, & euacuationibus, cum robore tamen virtutis, alias enim succederet potius deiecta appetentia. Bulimos contraria est potius animi defectio, quam fames, atque propterea hic reponitur inter cardialgias, non cum canino appetitu, quæ quidem defectio prouenit à frigore externo & extremo, cum inopia cibi, & ventriculi imbecillitate, incipitque à fame, sed mox cessat fames & sequitur cardialgia & virium languor, & tandem, nisi succurratur cibo & potu calido, mors. Et hæc est una Bulimi species. Altera est quæ quis frequenter esurit, etiamsi pastus, leuique cibo aut potu reficitur. Huius autem causa est melancholicus aliquis succus ventriculo inhærens debili, propterea que melancholicis est familiaris. Hanc porrò ultimam speciem nos saepè vidimus, reliquas vero nunquam. Veniamus nunc ad depravatam app-

rentiam, quam cittam Græci, Picam & Malaciam Latini dicunt. In hac desiderantur & comeduntur absurdæ ut carbones, argilla, gypsum, tem-
araneæ, cera, & peiora; infestanturque hoc malo præcipue mulieris quibus suppressa sunt menstrua ut pueræ, & vetulæ, & grauidæ: unde constat, elius causam esse prauos & corruptos humores in stomacho, & præcipue circa superioris eius orificio stagnantes. Atque hoc de appetitio-
nibus circa cibos lœsione. In siti autem non sunt tot peccata; vix enim
est sublate omnino sitis, quamvis multi multos dies, imò & multos me-
ses sine potu quidem viuant, sed non sine potulentis, ut iusculis, aut fru-
ctibus horæis, & his multa est humiditas nativa aut excrementitia totius
corporis, & præcipue ventriculi, quæ fouetur ab alia descendente à cere-
bro. Ab ijsdem etiam causis pendet diminuta sitis, & ab aliquali frigore;
à multo enim exprimete fit etiam sitis nimia ut & fames. A calore au-
tem, & siccitate fit magna sitis, & ab ijs quæ illa pariunt, ut humores
falsi, & acres in ventriculo, febris, vigilia, labor, inedia, clamor, falsa pipe-
rata, dipsas. Corrupta autem sitis vix ylla visa est, & si quæ adit, ab
ijsdem causis pendet, à quibus vitiosa fames. Sunt etiam prater hac
mala, alia quæ ori ventriculi superiori ut sensibili contingunt, multum
que & eundem ventriculum affligunt, & cum eo cerebrum & cor
propter consensum quem diximus habere ventriculi superioris orificio
cum his duobus, quæ & apud Gal. hic, & alibi quoque latius expli-
cantur: hoc tantum nunc dicere sat sit, horum omnium causam esse
prauos & corruptos humores, aut frigidos in ventriculo contentos,
aut frigus externum, aut venena hausta, quamvis hæc magis lethali
qualitate nocent, quam ventriculi sensum irritando: concus autem
esse ventriculi dispositionem, & cerebri, & cordis, ad patiendum aptam,
& quæ ab his exeunt, arteriarum & neruorum.

C A P. VIII.

EGIT haec tenus Gal. de sensoriorum particularium, & priuatorum
organorum per quæ ad ea facultas sentiendi defertur, symptomatis
& eorum causis: hoc autem capite agit de symptomatis principij &
fontis sensuum omnium, quod est cerebrum, idque quatenus in sensu
læditur, quamvis etiam sub finem capitidis admisceat quædam quæ ad
motum spectant, quoniam cum cerebrum sit æque origo motus ac
sensus, vix ac ne vix quidem in uno lædi potest, quin in alio etiam
offendatur. Quoniam ergo somnus & vigilia, sensus communis affectio-
nes præcipue sunt, sensus autem communis in cerebro sedet, multaque
& magna circa somnum & vigiliam contingunt symptomata, ideo se
causis somni & vigilie tum naturalium, tum contra naturam cursim
agit, de quibus aliæ multò latius, & commodius agitur; proptereaque
nos etiam paucis de natura & causis naturalis somni præmissis, ad causas
symptomatum somni & vigilie non-naturalium, quod opus nunc est.

mus transibimus. Somnus ergo est nexus, suspensiōque sensus & motus, per quam retrahitur anima ab externis ad interna. Hic duplex est, naturalis unus, alter contra naturam. Naturalis causa est defectus spirituum animalium in toto corpore, sed maximè in cerebro (vnde lassitudine universalis) & exsiccatio eiusdem cerebri: concausa verò adiuuans, vapor halitus, ab alimento ascendens, cerebrumque irrorans, & copiosus etiam humor alimentarius, quo per somnum irrigatur; quæ duo non solum ad inducendum somnum conducunt, sed etiam ad producendum, & obfirmandum, quæ causa est cur qui liberalius coenant, citius prolixius, & profundiūs dormiunt. Neque solum ad somnum facit interna, & alimentaris humiditas, verum etiam excrementitia, ideoque pueri, feminæ, & pituitosi magis dormiunt, & etiam exterña, & propterea *1. Aph. 297* magis dormimus hyeme quam estate, & loti quam non loti. Frigus quoque ad somnum secundo loco facere videtur, frigus enim cohíbet & cogit calorem & spiritus introsum, & motum omnem impedit, & senus etiam hebet, quare per frigora quoque torpemus, dormitamusque libenter, & noctu quam interdiu. Finalis denique somni causa est refacatio & restauratio spirituum, & cerebri, partiumque lassitudine & exercitio exsiccatarum, hume & latio. Naturalis autem somni signa sunt *2. Aphor. 2.* facilis excitatio, & vegetum hilaraque à somno corpus. Contrà verò non naturalis, difficile expergefieri, & grauiter à somno habere. Ostendit *2. Aphor. 1.* etiam naturalem, debitum dormiendi tempus; debitum autem est & quando, & quandiu: & utrumque horum pendet ab hominis temperamento, habitu,estate, conditione, anni tempore, & aëris constitutione: quæ omnia circumscribere non istius est loci; quemadmodum nec illud querere an in cerebro, an corde resideat rationalis facultas, & origo sensus & motus, quod & Gal. quasi addubitans hic tangit dicens, non incredibile esse illud membrum quiescere, in quo rationalis anima principiū residet, & alibi latius ab eo disputatū est. Sed debemus *lib. Ptae.* accipere tanquam probatum, somnum & vigiliam affectiones præcipue esse primi mouentis & sentientis, hoc autem esse cerebrū, in quo etiam resedit rationalis facultas. Cerebrum etiam, quod maximè mirādum est, cum ipsum in se nihil sentiat, nec sit organum quo natura vittur aut ad videndum, aut ad gustandum, aut ad tangendum (quod enim Gal. ait lib. de Instr. odora. eos qui acria naribus attrahunt, sentire dolorem in cerebro, id ad meningas pertinet, detectum enim cerebrum nec frigus, nec sectio nem, nec tactum corporis alterius sentit) &c. ipsum tamen mittere facultatem ad oculos qua videat, & ad linguā qua gustet, & verè id esse quod medijs alijs priuatis organis omnia sentiat. Quemadmodum fons quinque riuis aquam subministrat, nullus ex riuiis ipse existēs. Sed disputatio hęc magis pertinet ad Physiologiā & Philosophiā. Quod autē spectat ad tractationem nostram nunc absoluamus, his suppositis. Si quidē ergo cerebrū commodè habeat, somnus, & vigilia etiam recte alternis habent. Quod si verò alterutrum horum peccat, & illud quoque peccare in sua *2. Aphor. 3.*

Art. med. temperie aut conformatio[n]e, aut vnitate, necesse est. Somnus ergo im-
 17. portunus humidam nimis cerebri intemperiem arguit: veterus autem
Art. med. & co[n]tinuus etiam frigidam: in Caro vero, & lethargo, & apoplexia, & epi-
 15. 22. lepsia, utrumque neque solum irrigans cerebri substantiam, sed etiam
 aut tumorem praeter naturam inducens, aut ventriculos offaciens, qui
 morbi sunt in compositione, vt & cum casu aut iectu adeo comprimitur
 cerebrum, vt ventriculos opprimat: cum vero vulnus illuc usque pene-
 trat, sit similis affectio somno, ex continua solutione, reuerat tamen som-
 nus non est, vt ait Gal. quemadmodum nec que a frigidis medicamentis
 sit affectio, sed indolentia, aut potius vigilandi impotentia. Contraria
Art. med. vero his omnia causae sunt vigilarum, siccitas primò, deinde calor, ma-
 16. 14. 18. gis utrumque simul, & vel cum materia, vel sine eadem. Est quando ex
 mixta materia frigida cum calida sit mixtus affectus ex somno & vigilia,
Com. 2. in qui dicitur *ἀγνωστος κακος*, sopor vigilans, cum nec dormire nec vigilare
Prerrh. valet ægrotus, & tamen manet immotus tanquam dormiens. Fames au-
 tem, & fritis, & labor, & tristitia, & sol, & hypocausta, & febris, & diarrhoea,
 & hemorrhagia, haec omnia exsiccando, vigilias inducunt. Atque haec
 quo ad symptomata sensus, & eorum causas, sufficiant generaliter.
 Quamuis enim ubi cerebrum affectum est, aut spinalis medulla, simul
 cum sensus laesione adsit quoque motus noxa, vt in epilepsia, apoplexia,
 paralyse, caro, & similibus: tamen satius est ad sequentem librum de
 causis laesi motus voluntarij tractationem remittere. Interim illud no-
 6. 5. *suprà*. tandem videtur, Galenum hic apparere sibi repugnare: cum enim alibi
 dixerit, solam vim & facultatem sine corpore a cerebro ad partes mitti,
 hic tamen asserit cerebrum propter virium quas, transmisit, absumptio-
 nem fatigari, egeraque quiete & refectione, que per somnum obtinet.
 Vis autem & facultas animæ non potest fatigari, nec absumi, nisi spin-
 tus quibus illa vtitur ad opus exercendum, vt suprà dicebamus: secun-
 dario ergo absumitur vis, absumpto eius instrumento.

FRAN-



FRANCISCI SANCHEZ,
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA
Professoris Regij.

IN LIBRVM SECUNDVM,
DE CAVSIS SYMPTOMATVM,
GALENI, COMMENTARIUS.

C A P . I.

GIT superiori libro de causis symptomatum l*æsæ* actionis sensificæ, hoc autem acturus de causis l*æsæ* motiæ (quæ totum occupant librum, præter ultimum caput, in quo tractatur de causis symptomatum facultatum restringum) præmittit primo isto capite summam summeque necessariam illegitimè motus differentiam, quod aliud fiat à facultate naturali, irritatâ tamen à morbosâ causâ, aliud à solo morbo, aliud partim à morbo, partim à facultate. Sed satius est aliunde incipere. Motuum in sanis alij sunt voluntarij, qui ab arbitrio pendent *de trem. 2.* nostro, alij inuoluntarij, qui etiam nobis inuitis fiunt; illi animales, hi naturales dicuntur. Rursus naturalium (animales enim omnes sensiles sunt) alij sensiles sunt ut pulsus, vomitus, & cieccio excrementorum ani & vesicæ; alij insensiles, ut tractio alimenti ad partes, & vrinæ ad renes. Hideneque omnes cum ab homine bene habente fiunt, naturales vocantur: cum autem à morbo, aut morbificâ causâ solis, aut cum facultibus nostris mixtis, non-naturales, & illegitimæ, & morbosæ, & contra naturam dicuntur. Hoc itaque libro Gal. causas inquirit illegitimorum motuum sensibilium, siue iij sint animales, siue naturales: sequenti verò inquireret causas insensibilium tantum naturalium illegitimorum, prout

Fffff

scilicet naturale opponitur animali : hoc tantum excepto, quod de pulsu præter naturam causis nil hic dicit, quia in lib. de Pulsibus, id ex professio egit. Illegitimorum ergo motuum & sensibilium aliquæ à facultate aliqua corpus nostrum regente, siue animali, siue naturali sunt, coacta tamen à morbifica aliqua materia, ut sternutatio, tussis ; alijs partim à morbo, partim à facultate sunt, ut tremor, & torpentium motus; alij denique à solo morbo, ut palpitatio, & conuulsio. De quibus omnibus deinceps agendum est, modò hoc præmiserimus, quod Gal. in fine cap. monet,
lib. fac. nat. quod scilicet omnis pars quæ nutritur, quatuor facultatibus naturalibus prædita est, attractrice, retentrice, concoctrice, & expultrice ; quibus omnibus bene agentibus, nullum sit in corpore symptoma: vbi autem quid contra naturam in corpore continetur, expulxit facultas ad id expellendum concitata, motum parit symptomatum, sensibilèmque aliquando, de quo, quia motui voluntario similis est, Gal. simul cum voluntario symptomatico tractat, ut sequentis capitum initio monet, quamvis melius esset fortasse, naturales ab animalibus separare.

C A P. II.

ES T tot implexa difficultatibus symptomatum, quæ hoc capite habentur, tractatio; totque obnoxia cauillis & sophismatis, ut lubenter ea prætermitterem, nisi tam grauia essent, tamque frequentia, ut nos ad eorum causas inuestigandas meritò compellant. Ea igitur expediemus quām breuissimè, quāmque utrissimum fieri poterit, hinc initio sumpto. Voluntariæ actiones omnes per musculos sunt in nobis, & in perfectis animalibus; musculis autem omnis vim mouendi per nerum accipit à cerebro, (de sensu iam superius dictum est) vel immedietè, vel medietè per spinalem medullam. Vt roris modo fiat, contingunt tria symptomatum genera, si lœsio sit in motione animali (de naturali enim noxa post dicimus) nam vel omnino perit motus, vel imminutus est, vel depravatus. Perit omnino motus in paralysi absoluta, diminutus est in torpore, qui est imperfetta paralysis, depravatus denique in conuulsione & tremore. Horum ergo priùs nunc inquirenda causa est, aut maximè duorum, paralysie scilicet, & conuulsionis; cognitâ enim paralysie occasione, facile est torporem intelligere, & tremorem. Deinceps autem in capitum fine agimus de palpitatione, & rigore, qui sunt motus præter naturam partium naturali facultate præditarum, siue depravati, seu corrupti, ut aiunt. Neque verò nunc differentiam ponemus inter paralysim in qua sensus solùm lœditur, & eam in qua solus motus, sed utramque paralysim cum Galeno nominabimus, cùm utriusque eadem sit causa. Ea autem est impeditus transitus facultatis per nerum in partem, quæ moueri debet. Impeditur autem vel ab intemperie, & que aut sine materia, aut cum eadem, aut malâ conformatio, aut solutione continui. Intemperies est frigida sine materia, aut frigida humida cum materia. Mala conformatio

lib. de mot. musc.
diff. Symp. 3
3. loc. iff. 10

est ut plurimam obstructio. Hæc autem vel ab intemperie frigida neruum cogente, vel humidâ eumdem & musculum imbibente, laxantemque, aut oblitipante, non tamen multitudine oppidente & ampliante, vel à tumore cum obsidente, vel aliquo exterius comprimente fit. Solutio denique continuus fit sectione, vstione, contusione, punctioneque nerui. Atque hoc in particulari paralyfi ita habet: in yniuersali vero, quæ est apoplexia, causa eadem est non in neruo aliquo, sed in cerebro ipso neruorum origine; vt in hemiplegia, vel paraplegia, eadem etiam causa est in initio spinalis medullæ. Causæ autem magnitudo, absoluta resolutionem facit; paritas vero, torporem, tremoremque, & in utraque qualitas requiritur, si ab humore fiat, vt sit tenuis pituita substantiam nerui madefaciens, vt dictum est, aut pauca crassa: vix enim fieri posse credimus, vt à bilioso humore, paralysis contingat. Nam quod Fernel. 5. Patholo. 3. ait, in fine intermittentium febrium, resolutionem fieri, non conuincit, quod ille intendit, à flava bile id pendere: morbi enim à flava bile vix in longos morbos terminatur, & in febribus intermittentibus longis, humor crassus & frigidus est qui solutionem integrâ impedire, & in abscessus descendit. In perfectâ autem paralyfi, solus morbus author est vitiosi motus (nam & deperditam omnino actionem, etiam vitiatam vocare se monuit Gal. superioribus libris) in torpore autem & tremore, morbus, grauitas partis naturalis, & facultas animalis. Ita enim fieri tremorem ait Gal. attollente scilicet facultate quantum per morbum illi licet, membrum, morboque mox & onere deprimentibus idem, unde verisimiliter alterantibus his fit tremor. Cur autem paralysis aliquando medium solum partem, vt linguam, & medium corpus vt in hemiplegia, occupat; cum nec lingua duplex sit, nec spinalis medulla? Causantur doctissimi Tho. a Vel. viti rectitudinem fibrarum, & diuisionem sine septo partium eiusdem ḡa com. in membra dextrarum à sinistris, ita vt non facile affectio ab una parte c. 10. lib. 3. in aliam transeat. Atque paralysim, torporem, & tremorem ab his loc. aff. & fieri causis testantur nerui sectiones, ligatura, compressio, senes, ebrij, Art. med. frigore correpti. Dubitari tantum posset num tremor sit imminutus motus, aut depravatus, videtur enim potius depravatus, imminutus Fernel. 5. enim est quum ægræ membrum mouetur, licet non tremat. Galenus Patho. 3. tamen videtur utrumque confundere, & si differant, id solum est maiori depravatus minorisque ratione, & parum interest. Maior videtur difficultas in assignando morbo in ijs qui visâ bestiâ, aut crudeli iudice, aut hoste, aut irati, aut importunâ venere vñi, aut longo labore, aut longo morbo defuncti tremunt, nisi imaginariam quandam intemperiem fingas; nec enim satis est debilem virtutem & facultatem accusare, ut hic facit Gal. & lib. de Trem. rig. 9. nisi eius causam reddas, vt illemet vult lib. de Diff. morb. Aut dicamus, non omnem tremorem symptoma esse, sed magnum, & qui morbum sequatur. Addere etiam oportet ad tremoris causas, hydrargyri usum, eiusdemque & aliorum metallicorum fumum, quod experiuntur aurifices, & metal-

lorum fossores fusoresque, & torpedinem, quæ omnia occultâ quadam
qualitate lâdunt. Atque hæc in vniuersum de paralysi, corpore, tremore,
que, & eorum caufis dicta sufficient, ex quibus facile fit colligere varia
corum nomina, maximè verò paralysias; vniuersalis enim paralysis, apo-
plexia vocatur; medij corporis, hemiplegia & paraplegia; organorum
respirationi inservientium, apnæa; vocalium, aphonias; reliquarum deni-
que partium, communi nomine vtuntur, additâ parte ipsâ, vt oculi, lin-
guæ, pedis, resolutio. Sed iam ad contrariâ huic affectionem transeamus,
spasmus scilicet seu conuulsionem, in qua magis laborandum. Semper
tamen perspicuitati & euidentia inhærebimus. Conuulsio primò duplex
est, alia impropria, quæ est cuiuscumque neruosi & membranosi corporis
deconuul. contractio, vt sit in vstione, & singultu; alia propria quæ est motus mul-
vlt. 3. loc. colorum similis naturali, factus tamen à morbificâ causâ nobis inuitis.
af. 5. Huius duas cōstituit causas *¶* Hipp. & post eū Gal. & omnes alij, exceptis
26. Aph. 39. Auerroo, & Argenterio, plenitudinem scilicet, & inanitionem, à similitu-
dine cordarū, quæ nimia humiditate, & nimia etiâ siccitate rumpuntur,
si tensæ sint. Et ne nos rationibus tantum fidamus, experimento constat
post largam hæmorrhagiam, præcipitemque diarrhæam, & importunam
5. Aph. 1. purgationem (vnde dixit Hipp. conuulsionem ab elleboro lethalem, &
2. 3. 4. ex vulnere conuulsionem lethalem, & sanguine multo effuso conuulsionem malum, & ex superfluâ purgatione conuulsionem malum) conuul-
sionē sâpe fieri: quemadmodum contrâ plethoricos, & cachochimos, &
inflammationibus præhensos, sâpe in conuulsiones & epilepsias incidere,
5. Aph. 5. 7. vnde dixit Hipp. si ebrius repête obmutuerit, conuulsu perire, nisi febris
eum occupauerit, & eum qui ante pubertatem epilepsia tenebat, in pu-
5. Aph. 57. bertate posse curari, exinde verò non, & conuulsione vexatum, febre su-
2. Aph. 26. perueniente liberari, & conuulsioni melius esse febrē superuenire, quam
febri conuulsionem. Ad has causas addunt neoterici tertiam, & conuul-
sionem quæ ex ea fit, cum Auicenna vocant non-proportionata in
materiam: causa autem hæc est punctura nerui, aut venenata & lethalis
aura, quæ aut ab aliqua corporis parte ad cerebrum ascendit, aut à lethali
pharmacô, aut bestiâ, idem cerebrum petit, & conuulsiones parit, aut
5. Aph. 2. ventriculi morsus, aut vulnus neruosarum partium, vnde dixit Hipp.
conuulsionem à vulnerâ lethalem. Sed in hac non solus morbus agit,
vt in duabus superioribus, in facultas animalis contrahit musculos
Tho. à Vei- ad expulsionem noxijs, vt aiunt: quamvis si bene aduertamus, & in
ga in 3. loc. epilepsia quoque quæ à plenitudine cerebri fit, animalis facultas ad
5. ejiciendum hostem exurgit, & contrahit secum neruos omnes. Præcipua
ergo differentia est penes materiam, quæ in repletione, quantitate
peccat; in hac autem tertiatâ occasione, qualitate potius: & hæc ultima
non propria neque primaria est musculorum affectio, sed sympatheticâ.
Hippocrates verò conuulsionis propriæ & primariæ musculorum causas
6. Aph. 39. ibi tradit. Addit etiam Gal. 12. metho. ultimo ad causas conuulsionis,
frigiditatem, intentus scilicet curationi, sed frigus reduci potest ad

siccitatem & inanitionem, exprimendo namque humidum, conuulsio-
nem parit; aut ad tertiam cauam, pungendo scilicet neruos. Quamuis
autem haec omnia perpetua obseruatione confirmantur, tamen non de-
sunt qui rationibus contra pugnant. Et de repletione dubitant, quo-
modo humor neruum obsidens, non potius paralysem, quam conuulsionem
excitet, cum ab eadem causâ, humore scilicet pituitoso eundem
neruum occupante, contrariae omnino fiant affectiones, laxatio, & con-
traxio. Deinde, si paucus sit humor, non posse paralysem inducere, nam
non impedit transitum virtutis: si multus, melius impedit atque pro-
inde potius paralysem, quam conuulsionem pariet: & si cavitates nerui
obtineat, neutrum efficere posse, si corpus, potius paralysem. Sed du-
rum est contra sensus insurgere; & nihil est quod non ratio cauilletur;
quius tamen cauillis alij opponuntur; proindeque dicendum, paucam
materiam sufficere ad obstruendum; parvamque paralysem, non verò
ad conuellendum: multam contrà distendendo, molem augere in latum,
proindeque contrahere secundum longum; non autem efficere paraly-
sem, quia occupat cavitates, non corpus nerui, ut illic. Contra siccita- *Argent. de*
caus. sympt.
tem autem sic instant, si à consumpto humore nerui insito fit conuul-
sio, nunquam illa continget, prius enim succendent vasorum humores¹⁴,
omnes, at sine his vita consistere nequit, quare anteuerteret mors siccita-
tem illam. Deinde, quis vñquam vidit sic contrahi neruos in nobis ob-
siccitatem, nisi eos nudauit & exussit? Tertiò, cur non conuelluntur
omnes tabidi? Quartò, Galenus ipse dixit non esse in his remedio lo-
cum; quia mors prius occupat quam auxilium adferri possit: vnde con-
cludunt, fieri ab acribus humoribus pungentibus, quos quia humectan-
tia remedia retundunt, ideo prosunt, non quod à siccitate fiat affectio.
Sed nil conuincunt, vbi enim largam hemorragiā sequitur conuulsionem,
non possunt accusari humores acres, & frequentissima esset conuulsionem;
quando enim defunt in corporibus nostris humores acres? Quare, res-
pondendum ad primum, non inaniri nativam humiditatem neruorum,
sed alimentarem & roridam & neruorum, & muscularum, & omnium
partium, quæ humectabat earum corpus, quaque deficiente necesse est
partes cogi in se, & sic conuelli; nec potest tam citò à vasibus alia sub-
stitui, & quia non possunt partes tam facile trahere, nec apponere, & quia
exhausta vasa, retinent sibi, nec patiuntur extrahi (imò quandoque ipsa
à partibus alijs trahunt, ut in vehementi diarrhœâ, dysenteriâ, hyperca-
tharsi) præcipue cum fiat tractio simul & semel à multis & contrarijs
partibus, vt si acum inter duos magnetes constitutas, manebit immobilis,
cum ab utroque trahatur, vt aiunt de sepulchro impostoris epileptici
Mahumetis, quod cum ferreum sit, in sacello magnetibus extracto col-
locatum, in medio suspensum manet, vt fabulantur. Secunda ratio non
videtur digna Philosopho, nec responsione; sic enim nec ventriculum
coquere, nec hepar sanguificare, nec neruos deferre motum & sensum,
nec renes trahere, denique nil eorum quæ in Physiologia habentur,

certum esse, contendere potes; quis enim hæc videt? Quod verò a iunt de tabidis, nil mouet, quia valde sensim exsiccantur, & æqualiter, & longo tempore, quod in conuulsis ab inanitione contrà omnino habet. Nec magis concludit ultima ratio, imò confirmat sententiam quæ inanitione fauet: inanitionem enim vix resarcire possis, maximè subitanam, & ingentem, ad quam conuulsio sequitur. Atque hæc de conuulsionis causis sufficiant, modò hoc addamus, fieri sæpe leues conuulsiones à flatibus, maximè in tibijs, idque melancholicis, qui flatulentii sunt, & alijs à frigore, quæ retractiones ad plenitudinem reduci debent.

Gal. b.c.

Hactenus de causis symptomatum quæ contingunt in motibus arbitrarijs; nunc de ijs quæ in motibus naturalibus, agendum: & primò de Palpitatione, idque breuius quò & hic, & lib. de Rigor, trem. &c. Gal. eam latius explicat. Est ergo palpitatione motus omnino præter naturam, quo partes molles, distendique aptæ, frequenter attolluntur, & deprimuntur, à causa omnino cōtra naturam. Differt hic à tremore, quòd tremor non fiat nisi in musculis, palpitatione in cute, arterijs, venis, corde, ventriculo, vtero, & membranis etiam: tremor non fit nisi volente & agente facultate animali; palpitatione, nullâ agente facultate, imò etiam nolente animali: tremor est mixtus motus ex animali virtute attollere conante, & grauitate membra deprimeunte; palpitatione est motus simpliciter & totus non-naturalis. Palpitatione particula aliqua parum mouetur, tremore non nisi totum membrum, & multum: tremor durat longo tempore & difficilè sanatur; palpitatione contrà breuiter inuadit, & cito soluitur. Palpitatione deniq; fit semper à materia halitusâ & flatulentâ conclusâ parte aliquâ, à qua non potest se expedire; tremor, à materia nervos obstruente, aut maximâ viriū imbecillitate à quacumq; caufâ proueniēte, siue dissolente, siue grauante. Profert quoq; palpitatione in frigiditas, propterereaq; semper etiam calore tollitur. A conuulsione quoque eodem modo differt atq; à tremore, cum tremor, ut & conuulsio, non contingat nisi in partibus quæ motu arbitrario mouentur, palpitatione verò & in his, non tamen ut motu voluntario mouentur, & in alijs quæ nullo modo ad libitum nostrum mouentur: proindeque palpitatione est unus ex motibus contra naturam, eorum qui sensibiles contingunt in partibus quæ motus habent naturales tantum. Huic verò ex parte materia similis est rigor; fit enim hic quoque ex materia contra naturam; non autem ex parte agentis; motus namque in rigore fit à causa omnino naturali, in palpitatione verò, ab ipsa sola in materia, si Galeno credimus, sepiam mouente; quamuis non sit omnino à ratione alienum, aliquid conferre calorem natuum & facultatem excretricem membrorum ad expulsione & agitationem materia palpitationis. Sed accedamus ad rigorem, quem in fine capit is, quasi aliud agens, valde paucis perstringit Gal. cum tamen in eo explicando lib. de Tremor. &c. capita duodecim insuperbit, nec valde parua, tanta est de eius essentia, & causis inter antiquos dissenso. Nos tamen conabimur ea omnia quæ illic & hic habentur,

huiusmē complecti ex authoris sententia; nec enim facile esset nunc
repugnare, neque si id obtineremus, multum ad artem lucri accederet.

Principio ergo supponendum est quod lib. de natural. facult. abund-
e probauit, & initio huius lib. præmisit, omnes partes corporis nostri,
quatuor facultatibus ad sui conseruationē præditas esse, attracētricæ scili-
et retentrice, concoētrice, & noxiorum expultrice, quas omnes obeunt,
& in opus promunt medio proprio temperamento, iuuante etiam & his,
talijs omnibus actionibus calido innato vniuersiisque partis, & in-
fluentे etiam à corde, & spiritibus, & sanguine huius calidi vehiculis; *de Trem. 12.*
qui quidem calido tantum sœpe tribuit, vt id dicat esse ipsammet natu- *2. sympt.*
rum, & animam, & essentiam per se ac semper mobilem. His positis af- *cav. 5.*
figuanda estrigoris finitio, deinde causæ. Rigere homo dicitur qui fri-
gore immobilis factus est, & rigida durā; vnde rigor à Græco *πύρος* dedu- *à Veig. 2.*
cum pro tetano à quibusdam sumitur: sed hīc non eā significatione su- *feb. 1.*
mimus. Rigorem ergo vocamus validam totius corporis concussionem,
cum frigoris sensu doloroso in corporis habitu. Differt hic à perfrigera- *de Palp. It.*
tione, aut frigore, quod sentitur in initijs paroxismorum febris quoti- *2. Apho. 1.*
dianæ, motu, qui nullus est in perfrigeratione quotidiane: ab horrore *1. diff. feb.*
verò qui etiam sentitur in aliquibus paroxismis, motus magnitudine; in
horrore enim, aut non est omnino motus, sed sola cutis inæqualitas, aut
valde leuis, vt vix appareat, aut si fatis appareat, vt in perfrigeratis, sola
cutis præcipue agitetur, aut leuiter ei subiecti musculi; in rigore verò
sotriter vniuersum corpus: à tremore, quod in hoc non sit tanta concus-
sio, nec fiat tremor nisi facultate animali volente agere, rigor contrà, etiā
nolentibus; nec in tremore sentitur frigus dolorificum vt in rigore, &
tremor ut plurimum fiat in parte vna, rigor verò in toto corpore semper:
à conuulsione, quod hæc non fiat nisi in musculis, rigor in omnibus par-
tibus illa inflectat solum, hic concutiat; nec in conuulsione sentitur fri-
gus molestum, vt in rigore: & si conuulsio sit vniuersalis, vt in epilepsia,
non maneat sensus nec ratio, quæ sunt cum rigore; & tandem quod con-
uulsio omnino est motus contra naturam à causâ totâ & solâ contra na-
turam excitatus, rigor verò sit à causa efficiente naturali, materiali verò
contra naturâ: denique à palpitatione differt hac eadem ultimâ ratione,
qua à conuulsione, & quod in palpitatione vnum solum membrum affi-
ciatur in rigore totum corpus, neq; etiam sentiatur frigus dolorosum in
illa atque in hoc. Talis rigor videtur in initijs febrium tertianarum, &
quartanarum etiam, & in Crisibus, vt hinc discas eum agnoscere. Iam ad
eius generationem & causas accedamus. Partes corporis nostri in omni-
bus earū actionibus naturalibus proprio temperamento præcipue vtun-
tut, sed præter id quibusdam etiam fibris & villis, rectis ad trahendum,
obliquis ad retinendū, transuersis ad expellendū, si has omnes obtineant, *3. nat. fac.*
sin minūs, ijs quas obtinent, & super hæc omnia calido iam dicto; neque
solum id, sed aliquādo etiā in maioribus actionibus, facultatē animalem
in subsidium vocant, & musculos eius instrumenta, quod manifestum est *8. 11.*

in partu, tussi, sternutatione, ejectione excrementorum ani, & vesicæ.

q. Pathol. Cum ergo natura noxio aliquo humore grauatur, siue frigido, siue calido, eum extra venas ejicit in habitum corporis ex sententia Galeni (nec enim nunc quæstionem hanc cum Fernel. agitabimus, an in initijs paroxysmorum, humor à venis in habitum corporis, aut in profundum ejiciatur) is dum sensiles partes aut frigore proprio perstringit, ut pituita vitrea aut aliter crassa, aut humor melancholicus; aut acrimoniam tenuitatemque pungit & stimulat ut bilis flava, porracea, eruginosa, atra;

infra cap. Primò partes ad expulsionem excitat, quæ propterea expulsive facultate, & villis proprijs armate in eum insurgunt, & ita se concutunt, ut eum à se excutiant: secundò, calor nativus influens aduentantem hostem ferre non potens, intrò se recipit ad arcem, quare frigent tunc extremæ partes hac potissimum ratione. Rursus vero cùm calor idem natura mobilis quiescere non possit, sed semper extorsum feratur in ambitum propter ingenitam tenuitatem & levitatem, iterumque intorsum ad centrum & fontem unde alitur, ibi fortior factus, partim proprio motu, partim à natura incitatus, impetum facit in humorē, rursusque recurrit; quo in conflitu fit concussio illa quæ tamdiu durat donec materia ex parte victa attenuataque mitescat, dissoluatur, minuatur, viamque & aditum adeunti, & redeunti calori præbeat; tunc enim cessat concussio & frigus, succeditque calor magnus, partim putredinosus à materia, partim naturalis à vincente calido innato, à quibus duobus tandem subacta & attenuata materia ejicitur per sudores, in fine paroxysmū aut per vomitum, aut diarrhæam, aut vrinas, aut duo ex his, aut plura ut in crisijs sèpe fit. Ex his ergo constat, rigorem solā materiā esse contra naturam, efficiente verò causa esse naturalem, materiamque illam esse & frigidam & calidam, imò quandoque solum vaporem: neque opus est ut rigorem efficiat, per totum deferri corpus, sed sufficit ut aliquas solum partes infestet; ulceri enim admota acria, rigorem in toto corpore excitant. Ethæc de rigore sufficient.

C A P. III.

PAUCI ostendit Gal. hoc cap. ejectionem fetus ante tempus, vomitum, diarrhæam, tussimque esse mixtos motus, partim naturales, quatenus fiunt à facultate excretrice naturali; partim contra naturam & symptomaticos, quatenus quæ his motibus excernuntur sunt res contra naturam, quæ ad sui excretionem naturam irritant. Sed tussim non eodem modo quo reliqua tria fieri facultate naturali, ut naturale distinguuntur contra voluntarium, sed motum quidem esse qui à natura fit, sed animali facultate adiutâ, ad excernendâ ea quæ in vijs spirituum contra naturam continentur, medijs ijsdem muscularis qui respirationem efficiunt, quia nec trachæ arteria propter duritatem suam, neque pulmo possunt

possunt facultate excretrice naturali expellere à se noxia, vt ventriculus & vterus. Verum enim uero videtur hic adesse difficultas, quod rigorem, vomitum, diarrœam, tussimque dicamus motus symptomaticos, quia materia quæ eos prouocat sit non-naturalis & noxia, quamvis facultas naturalis sit, & rectè agat: sic enim vix inuenies excretionem aliquam quæ non symptomatica dici mereatur. Quæcumque namque ad sui expulsionem, facultatem excitant, aut quantitate, aut qualitate, aut totâ substantiâ ei infensa sunt. Si quæ quantitate grauant, symptoma in excretrice excitant, vt nimia copia laudatorum etiam ciborum vomitum promouet, vt hoc cap. ait Gal. Ergo excretio chili à ventriculo, symptomatica est, & foetus ab utero; hæc enim quâtitate grauat, & ideo ejiciuntur, vt ait ipse met Gal. idemque de hepate dicendum. Si quæ qualitate infestant, dum excernuntur, symptoma efficiunt; ergo mictio, & egestatio symptomata sunt: vrina enim & excrements ventris, qualitate & quantitate etiam proritant facultatem. Si denique quæ totâ substantiâ peccant, symptomaticum etiam motum pariunt; qui vermes ejicit, & lapillos, sanus existens, & absque dolore, symptoma pateretur. Deinde mulieres dum menstruas habent purgationes, & iuuenes qui Vere & Estate multum sanguinem à naribus fundunt, symptomaticè id facerent, cum tamen optimè habentes id faciant. Tertiò, qui criticè sanguinem per nares, aut uterum, aut prauos humores per ventrem, aut vrinas, aut sudores, aut vomitum, ejiciunt, omnes hi symptomaticè agerent; in his enim omnibus noxiū quantitate, aut qualitate, aut utroque, aut totâ etiam substantiâ, facultatem expultricem ad sui ejectionem cogit: at contrarium omnino habetur lib. superiori de diff. sympt. cap. vlt. & lib. de Crisibus. Quartò, et si hæc ad symptomata referri deberent, tamen melius collocarentur inter excreta, quām inter lœfas actiones, cum, eodem Galeno authore, actio verè naturalis sit ex parte facultatis, solum sit non laudata & symptomatica ex parte materię. Ultimò denique, hic tractamus de lœfis actionibus solum, lœfa autem actio vel est omnino abolita, vel diminuta, vel depravata, Galeno suprà diff. sympt. 2. 3. tussim vero nulla harum est, imò fortior est actio musculorum respirationi inferuentium, quām extra tussim, & sternutatio, & excretio corrupti foetus, & diarrhœa, & sudor laudatus, & excretio cibi corrupti, in his enim omnibus agit natura vt debet; & si verum est quod Gal. ait lib. de diff. sympt. vlt. symptoma non esse quod commodum adfert homini, periculum est ne nec rigor, nec foetus ante tempus eieclio, & diarrhœa, & vomitus, & tussis, & multa alia de quibus in sequentibus agitur, symptomata illo modo dici debeant. Sed quamvis hæc probabilia sint, tamen dicendum, symptomaticos solum esse motus, qui morbum sequuntur, qui vero in latitudine sanitatis contingunt, nullo modo, etiam si à non-naturali materia procedant: & inter eos etiam qui in morbis contingunt, magis symptomaticos esse in quibus plus potest morbus quām natura, minus vero symptomaticos, in quibus natura, licet irritata, vincit, & se

3. nat. fac.

21.

infra c. 4

infra c. 4.

diff. sympt.
2. & vlt.

cum commodo exonerat; hoc contingit in laudatis crisibus, illud in illa laudatis, & in initijs morborum, vbi crudis omnibus euacuationes, aut sine euacuationibus irritationes fiūt; & in fine etiam lethalium, aut longis solutionibus chronicorum etiam tandem salubrium. Hos autem motus in quibus natura vincit, vocamus criticos, & laudatos; alios vero, qui à materia præualente fiunt, dicimus simpliciter symptomaticos ad illorum differentiam: quo modo debet intelligi locus Galeni de diff. sympt. vlt. aut etiam de motibus qui in sanitate fiunt cum commodo. Omnia enim quæ medicus considerat, ad curationem referri debent, & huius maximè ratio habenda, nominum autem minimè: proindeque, si qualia purgari debent purgentur, laudatus est motus, (symptomaticum licet voces) nec impediendus est, sed iuuandus, iuxta sententiam Hipp. I. Aphor. 21. si vero contrà cohibendus, iuxta eandem sententiam, & coquenda materia I. Aphor. 22. quamuis motum hunc laudatum nomines. Eadem etiam ratione parum interest si hic inter deprauatos motus vomitum, & tussim, & similes reponas, aut inter excreta; ad utrumque enim pertinent. Neque etiam valde premit, etiam si motus in se non videatur contra naturam, (quamuis possimus eum vocare depravatum, quia indebito tempore fiat excretio, aut imminutum ratione coetricis, & retentricis, aut deniq; omnino superfluum, eaque ratione vitiosum: nec enim deberet omnino adesse, nisi materia cogeret) vitium enim materialiæ facultati saxe tribuitur, sique dicimus ineptam figuram, quæ colribus male distingita est, & malam statuam ex ligno carioso, licet artificium sit in utraque exactum, vt contrà auream, quamvis inartificiosam, vocamus optimam statuam. Atque sic responsum est obiectiōnibus.

Infrā c. 4.

C A P. I V.

PERSEQVITVR hoc cap. exponere causas nonnullorum symptomaticum quæ in motibus, tum naturalium facultatū, tum animalium contingūt, præmittitq; non differre vlo modo motus naturales expultricis virtutis, a nō-naturalibus & symptomaticis, nisi quid in his ejicit materia non-naturalis; imò nullo modo differre motus expultricis intestinorum, vteri, & vesicæ, siue quid non-naturale ejiciant, siue naturale, propteræque minus evidentes esse motus harum partium symptomaticos, hoc est minus distingui posse à naturalibus, vt nos iam iam dicebamus, quando in his morbi non sunt: in dysenterijs autem, & tenesmis, & lienterijs, & diarrhæis, & vomitibus, & ructu, & crepitu, & murmure ventris, & stranguria, & diabete, quam ille vocat vrinæ diarrhæam, & trismo seu dentium stridore, & tussi, & sternutatione, manifesta esse symptomata; quod sic etiam intelligendum est, quia haec maiori ex parte morbos comitantur, imò etiam morbi vocantur à multis; alia enim nec ruclus, nec

murmur, nec crepitus, nec leuis tussis, nec sternutatio semper symptoma censenda sunt, quia integrâ sanitate ex leui causa fiunt. Iam verò in vomitu, ructu, crepitu, diarrhæâ, dysenteriâ, tenesmo, lienteriâ, ventris murmure, stranguriâ, vrinæque profluvio, facultas naturalis expultrix operatur; in tussi verò, sternutatione, & trismo, animalis. In illis, compressione partium exprimitur & ejicitur nocuum; in his, motu musculorum: sed in tussi & sternutatione, motus est omnino naturalis, iuuatürque etiam aëre; in trismo magis conuulsivus, nec aëre vtitur. Per ructum natura flatus aut tetros vapores à ventriculo pellit, per murmur verò & crepitum, ab intestinis. Vomitum materia quæ in ventriculi superiore parte continetur, inferioris sursum compressione, diarrhæâ verò & quæ in fundo, superioris deorsum coartatione, reicitur. Est tamen quando diarrhæâ à capite pendet, & quando à toto corpore, in quibus capitum & totius corporis expultrix in opus surgit primò, deinde intestina. Idem etiam contingit in dysenteriâ, sed huic adiungitur vlcus in intestinis cum continuo dolore, & febre, quæ in diarrhæâ non adsunt, quamvis febrem adesse nil impedit. Tenesmus cum diarrhæâ, & cum dysenteriâ coniungi potest, pendetque ab ijsdem causis, estque perpetua desidendi cupiditas, & sâpe inanis, aliquando cum paucâ excretione, ab 6. loc. aff humore viscidio, pungentique. Lienteria ab omnibus differt, quod in 2. 3. epid. ea magis videatur pati concoctrix & retentrix ventriculi & intestinalium facultas, quam expultrix, redduntur enim cibi inconcocti, vnde definitur leuitas intestinalis; quamvis ex proprio expultricis opere possit contingere; sed id rarius. In disuriâ, quæ est vrinæ difficultas, laborat facultas expultrix vesicæ, quæ non potest vrinam affatim ejicere, propter impedimentum meatum à calculo, viscidis humoribus, sanguinis grumo, fabulo, carunculâ; in stranguriâ verò seu vrinæ stolidicio, retentrix, quæ non potest diu retinere, ob paralysum ianitoris, aut vlcus vesicæ, aut acredinem vrinæ, aut imbecillitatem vesicæ ab intemperie. Eadem quoque 6. loc. aff. imbecillitas renum efficit ut multum trahant serum, multumque re- 3. ijcent cum retinere non valeant, in diabete vocata affectione, aut vrinæ diarrhæâ, aut vrinæ profluvio, aut dipsaco, aut matulæ hydrope, in qua perpetuo sitit homo, vt in canino appetitu ventriculus esurit, & perpetuo meit, & incoctum potum, vt in lienteria egeritur. Et hæc de symptomatis facultatum naturalium. In tussi verò & sternutatione, facultas animalis naturaliter agens nocuam materiam expellit impetu spiritus, medijs muscularis, & tussi quidem eam quæ & in thorace, & in pulmonibus, & in trachæâ continetur, quamvis hanc ultimam exsuffratio & ex 7. Aph. 51. creatio etiam ejiciat, ubi pauca est: sternutatione verò eam quæ in nari- 2. Prog. 49. bus primariò, secundariò verò eam quæ in ventriculo, & quæ in utero, de infl. odo. & quæ in thorace, atq; etiâ eam quæ in capite. Atque circa sternutationem vlt. aliquæ in Gal. apparêt difficultates; prima, quod hic dicat sternutationem, a. 5. Aph. propter ea quæ in naso offendit, excitari à natura, cum tamen experien- 35. tiæ, & b Hipp. teste, & eodem etiam Gal. sternutatio sâpe fiat propter b. 7. Aph.

materiam quæ in cerebro continetur: secunda, quod hic asterat sternutationes (si tamen ex catharrho non fiant) maximum remedium capitatis halitu repletis esse , cuius tamen contrarium videtur dixisse lib. de Instrum. odor. vltiimo, vbi crassam pituitam & tenuem quoque, non solùm quæ in ventriculis cerebri, sed quæ in ipsis substantia, & quæ circa ipsum est, sternutatione pelli ait. Quod si dicas, vbi halitu plenum est caput, sternutationes ex catharrho non posse iuuare, videris ludere, contradictione in subiecto statuendo, esse scilicet caput halitu plenum, &

2. Prog. 49. humore ; vt roris autem plenum sit, sternutatio per se valde iuuat, & cum aduenit, signum bonum est. Sed prima sic satisfaciendum, vt plurimum materiam quæ in naso est, excitare sternumenta, imò sine materia, punctio nasi cum palea aut simili aspero, aut pungenti, sternutationem mouet, etiam si nil sit nec in cerebro, nec alià parte quod offendat, & quamvis sit, tamen id sternumentum non mouet, nisi nasum offendat, & stimulet : secundæ, sternumenta iuuare etiam catharrhum, modò non sit in principio, aut valde repletum sit cerebrum ; tunc enim potius nocet, totam materiam affatim cōcutiendo, & ad inferiores partes detrudendo, vnde sequitur suffocatio ; quod non contingit vbi solo halitu repletum est cerebrum. In leui autem distillatione, & in statu aut declinatione, & in halitu cerebri, sternutatio dupliciter prodest, & quia vehemens spiritus in superiora irrumpens, partim ad cerebrum penetrat, vnde secundum educit quod in eo præter naturam continetur, partim per nares fertur, &

lib. de Infl.
odor. vlt. secum etiam rapit quæ in his sunt: & quia cerebrum ipsum motu proprio se constringens, exprimit quod illud lœdit. Et his videtur endatum sufficiēter caput istud, si hoc addamus, & Pneumaticos vocatos medicos (qui tussim ab intemperie simplici aut sine materia fieri posterebantur, ut hic notat Gal.) eos esse, qui omnia ab spiritu in nobis fieri asserebant, & sanitatem morbūmque in spiritu solum sita esse, vnde spiritales dicti sunt.

C A P. V.

HO c capite, quamvis sat's prolixum sit, tamen pauca notata digna habentur. Tantum enim causas pandiculationis, & lassitudinis in principio ponit; mox vero ad rigorem conuersus, eius occasiones & modos, quasi de eo nullibi egerit, more suo inculcat; & occasione etiam sumptuaria caloris motu, de ira, timore, mœstitia, anxietate, latititia, gaudio, verecundiâ, dolorique obiter & præter institutum tractat. Sed vt ille hoc ipso capite ait, amicè potius veterum dicta interpretari debemus, quam malitiosè arguere. Pandiculationes ergo sunt vitiosi motus animales, quibus musculi se extendent, exonerare halitu, vaporosoque excreimento quo repleti sunt, nituntur: quare motus in se, vt in rigore, secundum naturam est, materia autem, contra naturam; & cā ratione

pandiculatio inter deprauatos motus & symptomata actionum anima-
 lium vitiosarum collocatur. Quod vtique ita intelligendum est, si cum
 morbo coniuncta sit, vt in initij paroxysmorum febrium fieri solet
 alia enim non merebitur symptomatis appellationem, vt pandiculatio-
 nes eorum qui à somno exurgunt, aut quæ post multum oculum & quie-
 tem contingunt. Oscitationum eadem omnino est ratio, & cautio, quam-
 vis de ijs nihil hic Gal. dicat, primo tamen capite cum pandiculationi-
 bus coniunxit. Iam quia ad motus animales lassitudo sequitur, ideo hic
 de lassitudinis causis & speciebus tractat. Lassitudo quæ nimios labores
 sequitur, symptoma non est, definiturque pigritia & impotentia ad la-
 borem. Si verò labor adeo excesserit, vt intemperiem maximam in corpo-
 re crearit, aut si citra labores, lassitudo adsit ab interiâ causâ, tunc sym-
 pтома est sensus tactus, (quiescentes enim sentimus dolorem in mem-
 bris) & motus quoque; si namque moueamur, grauius afficiimur, quām
 si quiescamus, in modo quandoque si non moueremur, non doleremus. De
 his autem spontaneis lassitudinibus scripsit Hipp. morbos prænunciare; 2. sphor. 3.
 Et inde colligas, non semper symptoma esse lassitudinem quamcumque,
 sed aut nullo modo, vt eam quæ exercitium citra morbum sequitur, aut
 prope morbum esse, vt spontaneam, aut verè symptoma esse, vt eam quæ
 cum morbo coniuncta est. Hanc verò optimè defines, impotentiam ad
 motum, cum doloris sensu in variuero corporis habitu, ab interna causa:
 id namque designat lassitudinis morbifica dictio: quæ enim simplici-
 ter lassitudo dicitur, ab importuno exercitio pendet. Neque tamen
 quidquam impedit, morbifica etiam lassitudinis initium ab exercitio
 duci. An verò lassitudinem voces affectum corporis, à quo pendet mole-
 stus ille sensus, an molestum illum sensum, parum interest; nec Galenus 4. san. 1. 2.
 semper in eadem significatione consistit. Nunc tamen de molesto sensu
 agimus, cum difficultate motus. Huius symptomatis (relictâ primâ
 lassitudine, quæ ab exercitio pendet, & in qua siccius & strigosius reddi-
 tur corpus) tres constituit Gal. Simplices species hic, & 3. de san. tue. 7.
 Una est tensiua, alia Phlegmonodes, tertia vlcerosa. Tensiua est, in qua
 musculi tendi videntur, & verè tenduntur; phlegmonodes, in qua calent
 & rruuntur; vlcerosa, in qua pungi ac si vlceribus scateret, corpus totum
 videtur. Quod si tendones & nerui afficiantur, ὥσκοντος Græci vocant,
 enim illi lassitudinem dicunt: quia autem nerui, & tendones os-
 fibus implantantur, ideo ossium lassitudinem illam nominant. Tensiua
 ergo lassitudinis causa est multus humor, licet non illaudatus, muscu-
 los replens, & distendens; proptereaque plethoricos magis occupat.
 Phlegmonodes à calido humore per carnes diffuso, suscitatur. Vlcerosa
 à tenui & prauo mordacique. Differunt autem inter se magnitudine,
 maliciaque causæ, motu, & partium sensu. Ex illis autem tribus inter se
 mixtis, sunt tres species compositæ, tensiua phlegmonodes, tensiua vlc-
 erosæ, & vlcerosa phlegmonodes: ita vt cum primâ lassitudine nō sympto-
 maticâ, septem sint lassitudinū species, quatuor simplices, & tres cōpositæ.

C A P. VI.

EST caput hoc veluti epilogus eorum quæ hactenus dicta sunt, propter ea que nullam habet difficultatem. Solùm connexionis ratione addit hic pruritum & lepram, quamvis ad motum non spectent, quia ex eodem humore fiunt à quo horror & rigor, sed non moto, ut ait: quod sobriè intelligendum. Quandoque enim mouetur etiam humor qui pruritum & scabiem gignit, maximèque circa noctem, quo tempore augetur admodum pruritus, & quandoque sequitur febris. Sed non adeat horror, quia hic vt plurimum sit à frigore, pruritus autem causa & scabiei calida est: vnde aliquando post multum pruritum & scalpturam, aceruato & refrigerato extra cutim humore, sequitur horror. Non etiam pruriginos comitatur rigor, quia pruritus causa circa cutim est, neque fortiter mouetur per carnes, ut in rigore.

C A P. VII.

HOC vltimo cap. succinctè admodum persequitur Gal. causas laetani actionū principum, quamvis res sit latis difficilis & prolixa perse. Verùm vt superiùs diximus, eius institutū est, in genere solùm, symptomatum causas tradere, quas alibi fusè & ex professo explicat, & post eum medici omnes practici. Rectrices ergo facultates in tres distinguit hic, vt etiā lib. de diff. Symp. 3. in imaginatricem, ratiocinatricem, & memoratricem, eas scilicet quæ ad cognitionem pertinent, solùm considerans; voluntatem autem omittens (quamvis ipsa nos quoque regat) quia hæ illas sequitur. In harū ergo functionibus, tria contingunt etiam symptomatum genera, quia aut diminutè fiunt, aut deprauatè, aut non omnino.

Diminutè imaginamur in morbis vt plurimum; in quibus etiam omnes actiones corporis laeduntur; sed præcipue in somniferū principio: diff. Symp. 3. in his enim vix aliquid cogitare licet. In processu autem, deprauatur etiā cogitatio, & delirant, vt Theophilus medicus: in lethargo denique & apoplexiā, & epilepsiā, & syncope, omnino tollitur. Idem omnino contingit in ratiocinatione, & memoriā, & ferè ex ijsdem causis, licet facultates hæ aliquantò varijs egeant temperamentis. Causam autem horum omnium Gal. ad intemperiem cerebri frigidam aut cum materia, aut sine eadem, generaliter refert: & certè frigus est quod vt plurimum actiones omnes nostras interturbat, & tandem nos perimit. Hoc ergo fatuatè & stoliditatem inducit, & obliuionis, siue id solum sit, siue cum humiditate coniunctum in pituitā, siue cum siccitate in melancholiā. Indicio sunt pueri, & senes, quorū illi humidiiores sunt, hi etiam excrementis humili, substantiā partium, & humoribus quoque aliquando, siccii; qui omnes nec benè imaginantur, nec ratiocinantur, nec recordantur; & fœmina, & pituitosi omnes, & qui frigidis alimentis & medicamentis vtuntur, vt eicutā, papauere, opio, hyoschiamo. Aliquando tamē intemperies etiam calida mentem peruerit, & cogitationem, & memoriam: nec enim hæ in

intemperato subiecto, ut nec anima ipsa diu manere possunt. Hinc contingunt in febribus deliria, peruersæ cogitationes, & obliuio; immo etiam polt magnas febres, & cerebri mala, ut phlegmones, abscessusq; & iectus, ut nos saepe vidimus, & Gal. adnotat ex Thucydide. Differunt autem deliria quæ à calidâ causâ fiunt, ab his quæ à frigidâ, quod illa brevia sint, & ut plurimum cū febre, aut rabie & furore; hæc verò longa & diurna, sine febre & cum mansuetudine, & aliquando etiam iucunditate, & risus: quæ ultima ex sanguine assato fiunt, ut secunda ex melancholiâ, & prima ex phlegmone cerebri, aut meningum, & ex atrâ bile, vnde dixit Hipp. ⁶ Aph. 53. desipientias, quæ cum risu fiunt, securiores esse, quam quæ cū studio. Sed hæc accuratiù distingueret, alterius est loci, quemadmodum etiā quomodo discernenda sint deliria quæ fiunt affecto per se cerebro, aut per consensum: nunc autem quia Gal. ex Hipp. affert, metum ⁶ Aph. 23. militiam longo tempore perseverantia, melancholicum significare, rationēque addit, quia in tenebris interioribus humoris aut vaporis melancholici versatur semper anima, ideo timere semper sine causa, ut nos dum in tenebris sumus; videndum paucis, an id rationi consonum sit; melancholicos enim perpetuò metuere & tristes esse certū est: sed ratio non placet Auérro, primò, quia color non est qualitas actiua quæ mutare ³ Coll. 40. possit animæ functiones: secundò, quia animæ mores sequuntur corporis temperiem, ut ait Gal. non autem humorū colorem: tertio, quia tenebri ^{Quod ani-} non visum ipsum afficiunt, cùm non sint coloris, sed coloris priuatio, nedū ^{mi mor.} etiam internum sensum mouebunt, qui colores ipsos non percipit: Quartò, si melâcholia tenebris suis mœrorem inducit, & sanguis quoque fulgore suo latitiam inferet, quod nullus vñquam dixit. Sed optimè respondet Thom. à Veiga, per temperamentū Galenum intelligere non ^{Com. in 3.} solam mixtionem quatuor primarum qualitatum, sed etiam quæ ad eas ^{loc. aff. 6.} sequuntur secundas qualitates, raritatē densitatem, crassitudinem tenuitatem, splendorem obscuritatem; quo modo splendor cornæ prodest visioni, ^{1. sympt. c. 2.} opacitas eiusdem obest, idque ut parti similari, & spiritus item animalis, & humorū oculi: sic humorum splendor, functionibus animalibus placebit, ut latitiae, obscuritas verò nocet, vnde mæstitia, hinc dictum est, splendor siccus mens prudentissima: & certum est spirituum & humorum perspicuitatē, cogitationē & iudiciū plurimum iuuare, ut contrà tenebrostatē & crassitudinem eadem ladedere. Nec valet quod ait Auerr. tenebras non esse qualitatem actiua, neque colorem, immo priuationē coloris: nam priuatio etiam habet rationē causæ efficientis, ut absentia nauarchi causa est quod nauis naufragium faciat, & absentia lucis quod non videamus, & quod timeamus, & priuatio alimenti quod moriamur. Sic etiā non vrget ultima ratio eiusdem, constat enim sanguineos semper latiores & hilarios esse alijs, quod si non primò à fulgore sanguinis prouenire dicas, sed à temperie moderata, tamen secundò saltem non potes negare, profert enim bonus sanguis limpidos & suaves spiritus, in quibus splendorem plurimum probat Gal. ad visum lib. superiori, atque proinde ad interiorim etiam visum, qui sit in internis sensibus.

QVID?



FRANCISCI SANCHEZ
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA
Professoris Regij.

IN LIBRVM TERTIVM;
DE CAVSIS SYMPTOMATVM,
GALENI, COMMENTARIVS.

C A P. I.

SVPERIORIBVS duobus libris explicuit Galenus causas symptomatum actionis animalis, hujus vltimi capite primo, causas lærarum naturalium facultatum persecuitur; secundo deinde, tertio, & quarto capite, causas symptomatum quæ in excretis; & tandem vltimo, eorum quæ in sensilibus corporis qualitatibus contingunt, enodat. Quò verò dilucidius res procedat, sic agendum. Pars omnis corporis nostri ad sui primò, deinde ad totius conseruationem, quatuor facultatibus vegetatiuæ animæ inservientibus prædita est; attractrice, retentrice, coœctrice, & expultrice, ut sæpius à Galeno hoc in opere, & libris tribus lib. I. de se. de natural. facult. ostensum est. Dixi, primò sibi, deinde toti consulere mi. 24. 26. quamlibet partem, propter principes partes præcipue, & earum mini- & l. 2. c. 13. stras & propagines, cor, cerebrum, hepar, & testes, quæ primò sibi cibum petunt, attrahunt, retinent, concoquuntque; deinde etiam reliquis necessarium alimentum, aut materiam, aut facultatem, aut duo ex his excurrentes, remittunt. Ultimæ autem partes, si non alijs quidquam ex his rebus commodant, præcedentes saltem superfluo siue laudato, siue illaudato exonerantes, seipſas denique inutili liberantes, toti profundunt. Læduntur verò hæ omnes facultates, aut harum quælibet in quacumque parte

vno ex tribus modis, vel quia non omnino exercentur, vel quia diminutae, vel quia depravatae. Cum autem in quacumque corporis parte nutritio fiat, in ea etiam coctio fit: est enim coctio ad nutritionem via, & haec illius terminus. Precepitas tamen tres coctiones obseruat Gal. & cum eo omnes medici, primam in ventriculo & intestinis, secundam in hepate & venis, tertiam denique in reliquis partibus & in corporis habitu; in quibus Gal. exempla aliquot ponit symptomatum, quae in naturalibus facultatibus contingunt. Denique quando in omni coctione à prima ad ultimam, necessaria est materia alimenti, via per quam trahatur, locus in quo contineatur, viaque per quam reliquum trudatur, partes subsequentes ritè dispositæ, quæ depositum accipiunt, & in præcipuis etiam generalibusque coctionibus, partes quæ excrementa fecernant, aliaque per quas ea deponantur; & in eâ denique quæ fit in ventriculo, qualitas, quantitas, ordo, tempusque capiendorum, somnus & vigilia, motus & quietes, aer, & animi etiam pathemata obseruanda sint, ut certè causam depravatae alicuius actionis naturalis colligere possimus; maximus nobis instat labor, maximusque metus, ne non metam attingamus: præcipue quod facultates haec naturales aduersis quasi temperamentis fouentur, & quod vni fauet alteri noceat, & quod defectu vnius contingit, alteri tribuatur, ut in sequentibus videbimus: sed interim exemplum vnum proponamus. Laboret aliquis diarrha, huius multæ possunt esse causa, ut fluxio à cerebro, ingluuiis, ebrietatis, musti potio, melonum, cerasorum, yuarum, ficuum, olerum, gari, & similiūm esus crudorum putridorumque, frigidæ potus, praus ordo ingestorum, indebitum tempus, imbecillitas retentricis, aut coetricis, præcepseque expultricis actio, lubricus ventriculus, aut paruus aut nimis rectus qui non valet diu continere cibum, aut tumore aliquo obfessus, aut vlcuscule, intemperans à cibo motus, medicamentum, aut venenum, pestis, quæ & ipsa venenum est, ductus à vesicula fellis ad fundum ventriculi, cibum ante coctionem præcipitans, aut magna copia bilis in ieiunum effusa idem præstans, obstructio meseraicarum impediens cibi distributionem, imbecillitas earundem & hepatis non potentium trahere alimen-tum, proluuios humorum à toto corpore in ventrem ruentium, longum otium, timor, peregrinatio per loca frigida & niuosa, frigus extremarum partium, maximè pedum, gangrena, carbunculus, aut vlcera magna malignaque, præcipue quæ ad ventrem accedunt, denique priuata quorundam natura diarrha obnoxia ex leuissimis causis, qualis erat ille qui esu gallinæ cappique, ventre statim soluebatur, qui tandem hydrope periret. Ergo ad discernendum inter has causas quæ quótue sint, quæ diarrheam in Socrate efficiant, sagaci opus est ingenio, longoque rerum visu. De quibus tamen omnibus non est nunc agendi locus, quemadmodum nec symptomata omnia persequi, quæ ad lœsas facultates naturales consequuntur, ut lœsio actionum animalium, excreta, & affectus sensiles præter naturam, immo & omnimodi morbi, ut obstructiones,

H h h h

tumores, febres, vlcera, luxationes, tabes, hydropes, lepra, elephantiasis, lithiasis, vermes, quæ singula in curandi methodo discutiuntur. Hoc vnu tantum aduertendum nunc in genere est, ad intellectiōnem huius capitū & totius libri, ut cùm partis alicuius actio naturalis lœsa est, videamus, an id proprio morbo partis contingat, an sympathia alterius, an contentorum ratione, an externorum occasione: tursus si primario morbo obsideatur pars, num is sit intemperies, quam, quia temperamentum immediatum est facultatis instrumentum naturalis, actionisque causa, Gal. hic vt & in superioribus sāpe, parum aptè morbum vocat facultatis: num conformatio vitiata, vt si lœsa sit ventriculi concoctio, vel id sit propter frigidam eius temperiem, vel ob indebitam conformatiōnem, vt in cedemate eiusdem, aut laxa substantia, aut rectiore figurā, vel ob nimiam caliditatem hepatis, vel ob defēctum lobī hepatis superiacentis ventriculo, vel omenti, vel ob pituitam fluentem à capite, vel ob incongruum quantitate aut qualitate cibum, vel ob frigus externum, vel motum irrationalē. Atque his sic in genere prælibatis, si quid dubij sit in cap. nostro, excutiamus.

In comedendis hunc ordinem vult seruari Gal. hic & 2. alim. fac. 11. 22. & 5. san. tu. 6. 11. vt primū ea quæ aluum subducunt, appetitum excitant, facilisque sunt coctionis ingerantur, qualia sunt garum, salsa, acetaria, herbæ, fructus horæi, pisces, & similia, tandem crassa difficiiliaque coctu, & astringentia, vt sunt caro, setacei pisces, pyra, cythonia: idque eā ratione, vt appetentia irritetur, & quæ citius cocta sunt, ventrēmque sollicitāt, citius exēant, reliquaque concoquantur, ne si vice versā fieret, antequam crassa exirent, tenuia corrupta iam essent, & reliqua corrumperent, fluitantque interim; item vt crassa astringentiāque ventriculum claudant, & sic coctionem adiuuent, humorūmque ascensum ad caput impediāt.

s. san. tu. 11 Id autem sic intelligendum est de vulgari & ordinario regimine, in diarrēā enim, lienteriā, & dysenteriā, vbi fistere aluum opus est, astringentia prius ingerenda, vt inferius ventriculi orificium obseruent, ne tam facile cibus elabatur, cùm tunc nimis lubricus sit ventriculus, & venter.

a lib. 31. c. 7 Cœterum de Garo litigant authores quid sit, & quamvis a. Plinius dicat vocatū esse garum quod olim ex gari pisces intestinis sale conditis, liquatisque fieret, deinde ex scombri, ita vt credibile sit apud Romanos

b lib. 2. c. 31 ex piscibus solūm fieri solūm garum, tamen apud b. Diocoridem antiquorem Plinio, garum erat liquamen ex piscibus carnibusque sale maceratis; vnde constat non tantum ab intestinis, sed etiam à totis piscibus

c 13. de sub. fluere garum, nec solūm mœnidibus, vt vult e. Cardanus, sed alijs etiam,

d Exerc. vt notat d. Iulius Scaliger, qui tamē nō videtur merito taxare Mathiolum,

3° 3. 3. quod garum vocet muriam, constat enim ex Martiale, Persio, Horatio, &

Plin. lib. 31 alijs, muriā esse liquamen ex tynno factū, quod nil aliud est quam garū;

c. 7. & 8. & alijs, muriā esse liquamen ex tynno factū, quod nil aliud est quam garū;

ibi Dale- licet etiam muria sumatur ab aliquibus pro aqua cui admixtum est sal.

xamp. Quamvis autem olim in maximo esset ad irritamenta gula pretio garū,

e 11. simpl. adeoque frequens vt nil magis, ita vt e. Gal. quamvis eius vires descri-

pferit, tamen quid sit nō dixerit, videat, rque garū vocare tantum carnū

liquamien, cùm eo cap. de garo agat, sequenti autem 58. de falsagine pis-
cium falsorum, tamen iam hodie omnino exoleuit utriusque gari vius,
imò ferè nescimus quid illud sit. Si tamen aliquod extet eius vestigium,
illud est in salitorum tynnorum, salmonum, halecum, sardinarum, sed
principiè encrasicholarum (ita vocat Dalexamp. & Cardanus lib. 7. de
retum variet. cap. 37.) vel Anchoiatum liquamine, quod in eorum vasis
innata : carnium autem garum erit salitorum porcorum, aut si quæ aliæ
carnes sale condiantur, cum sale immixtus crux. Atque hæc de garo
satis transeamus ad alia.

Videbatur methodus exposcere, vt priùs de attractrice ventriculi fa-
cilitate, deinde de retentrice, tertio de concoctrice, vltimò denique de
expultrice & earum symptomatis ageretur, eo ordine quem ille in opere
seruant: sed quia inter alias videtur excellere concoctrice, & propter eam
teliquæ esse, & quia eius lœsiones magis innotescunt quām aliarū, notan-
turque in excretis per anum, ideo de eius symptomatis, eorumque causis
priùs disserit, dein de reliquis promiscuè. Læditur ergo ventriculi coctio
vel quia nō omnino fit, diciturque symptoma id apepsia, in quo omnino
immutati descendunt cibi, contingitque ut plurimum à maxima frigida
intemperie ventriculi : vel quia diminutè fit, cibique descendant semi-
cocti, sed non corrupti ullo modo: vocaturque symptoma hoc æquiuocè
etiam apepsia, sed propriè bradipepsia, quasi tarda coctio, & fit ut plurimum
à frigida quoque intēperie, sed non extrema: vel denique quia prauè fit,
tuncque corrumpuntur cibi, id autē fit ut plurimum ab intēperie calida
ventriculi, aut sine aut cum materia, vel à praua ciborum qualitate. Atque
id satis nunc sit in genere dixisse; distinctionem enim inter hæc consti-
tuere, & quæ horum curationem recipient, quæue non, alterius est loci, vt
Gal. idem hoc cap. dicit. Ad proportionem autē horum se habere quæ in
secunda, & quæ in tertia cōcoctione fiunt, vt in utraque priuatio coctio-
nis sit, cùm crudi omnino succi manent, diminutio, cùm semicrudi; de-
prauatio, cùm corrupti, & quod ex his corruptis fiunt vlcera, carbunculi,
canceri, erisipela, & similia, vt quidem & veritati & rationi consonum
videtur, tamē difficile iudicatu est in qua parte defectus sit, principiè cū
Gal. dicat hic, errores primæ coctionis nō emēdari à secunda, nec à tertia;
quod nihilominus sobriè accipiendum est, maximos scilicet errores non
omnino corrigi: mediocres enim corrigitur, & summi etiā emendantur
aliquatenus, vt si humores non possint fieri apti alendo, saltē domentur,
mitiganturque, ne adeo feri sint: calor namque noster semper coquit.
Æquè difficile est scire an atrophiae causa sit partis emaciata priuata
nutritio, in gratilitate deficiens, in vitilagine corrupta: fieri enim potest
ut defectu alimenti priora duo contingent, aut obstructione vasorum
per quæ illud defertur, tertium autem eiusdem malitiæ aut hepatis in-
temperie, nullo in affecta parte existente errore. Quapropter omnia ex-
æstè circumspectanda, ne partem unam immerito culpemus pro alia.

Quod verò deinceps sequitur in authore, de facultate retentrice, non
minus habet dubij; vt enim demus, in ventriculo esse aliquando

omnino deperditam retentionem, vt in lienteria; aliquando diminutam, vt in diarrhæa, & clydonibus; aliquando depravatam, vt in vomitu & singultu, tamen non necessariò hæc sequuntur ad retentricem lœsam, sed aut ad nimiam ciborum quantitatem, aut malam qualitatem, aut ineptum ordinem, aut lœsam concoctionem (tunc enim quomodo retentricem accusemus, si postquam retinuit debito tempore, tandem quæ non potuere concoqui, permittat abire? maximè insurgente suo ordine expultrice) aut motum intempestivum, aut fluxum humorum in ventriculum à cerebro, aut à toto corpore, aut denique ad præcipitem expultricem. Et præter id, quamuis dicamus priuationem esse retentricis in ventriculo aliquando, amicè id accipiendum est: non enim fieri potest vt integra sit naturalis cuiuscumque facultatis priuatio, nec in ventriculo, nec in qualibet alia parte, nisi in lethali morbo, & circa mortem. Tandem licet Gal. in ventriculo conetur harum facultatum symptomata, & eorum causas inuestigare & distinguere, vt id obtineat, tamen in omnibus alijs partibus nunquam obtinebit. Quis enim indicare queat an venæ benè trahant, concoquant, retineant, & expellant? præcipue cùm, vt ipsemet author hoc cap. dicit, retentricis, & expultricis facultatis symptomata & morbi inter se misceantur. Sed expiscanda sunt nobis multa in arte medica vt licet, non vt vellemus, & conatur author nos instruere in præcipuis & maximè manifestis; tum ob id, quia vt plurimum error fit in prima coctione, à quo pendent errores reliquarum partium. Addit deinde Gal. vomitus causam esse materiam in ventriculi cavitate contentam; singultus verò in eius corpore; & per vomitum ejici quæ in superiori ventriculi parte; per diarrhæam, quæ in inferiori: & singultus causam esse malignum potius quid, quæm magnum, & sensus acutiem: quæ quidem omnia vt plurimum & ordinariè ita habent, quamvis aliquando aliter contingat, nā & pueri sæpiissime singultiunt ob ingluviem etiam optimorum ciborum, & à lethali pharmaco, aut veneni portiunculâ quamminimâ ingestâ sequitur vomitus continuus, & diarrhæa, & dysenteria; & vomitum efficit nonsolum situs humorum superus, sed magis motus eorundem, vnde dixit Hipp. Æstate purgandum per superiora, hyeme verò per inferiora. Cœterum cùm de symptomatis tractricis ventriculi facultatis agit, cùm nihil trahit, dicit vocari ventriculi paralysim; cùm parum, esse etiam parum relaxatum: quæ quidem sic crudè accipientur, videbuntur aduersari Galeno qui vbiique paralysim ad musculos & neruos tantum pertinere ait; ventriculus autem, musculus 3. loc. aff. 10 non est. Idem confirmat ipse Gal. 7. Aphor. 3. & 6. Aphor. 39. & hoc cap. dum ait, singultum esse veluti ventriculi conuulsionem, non autem conuulsionem; quamuis Hipp. cum conuulsionem (largo modo) vocare afferat 5. Aph. 4. Tamen qui penitus rem inspexerit, non omnino singulti conuulsionis, neque abolitæ deglutitioni paralysis nomen denegabit. Videntur enim ventriculus, intestina, uterus, & vesica quasi musculi quidam, cùm inter omnes corporis partes quæ motu voluntario non mouentur,

obnupti. 2. cœrit. 3. cœrit.

4. Aph. 4. *fymp. 2.* *caus.* *fymp. 2.* *3. loc. aff. 10*

sunt hæc quemadmodum musculi, motu locali moueantur ad tractionem, intentionem, & excretionem, idque adeo evidenter, ut stomachus in deglutitione laryngem sursum trahat, in magna appetentia ventriculus ad os 16. Et 3. fac. 1. 2. 8. viisque progrederiatur in piscibus quibusdam, & in omnibus animalibus circa cibum quantumcumque paruum cogatur, eumque strictè circumplexatur. **A** Vteri autem motus sursum, deorsum, ad latera, extrorsum, & sem. 5. ad contenta, quis ignorat? ita ut à quibusdam animal quoddam dictum sit. Cordis vero & arteriarum motus, quia perpetui sunt, nil simile habent cum ipsis, qui certis temporibus fiunt. Atque proinde etiam partibus multis fibris quasi musculi praeditæ sunt, & tunicis, & carnosæ aliquatenus sunt, ut non mirum sit, moueri quoque motu locali ut cunctis frontis, & cutem elephantorum, quæ musculi non sunt, sed in muscle. Et certè contingit aliquando cesophagum in paralysi magnâ non posse deglutire, aut valde parum: cum vero paralysis sit nervorum & musculorum tantum affectus, quomodo parti quæ non voluntario motu cietur, contingere possit vñquam? Nisi dicamus ut suprà esse partes has tanquam musculosas. Propterea quoque singultus est veluti conuulsio quædam ventriculi, qua ille quasi voluntariò se concutit ad expulsione noxiæ, ut musculi in rigore. Atque hæc de ventriculi symptomatis; postquam Gal. agit de intestinorum, inter quæ illud vehementissimum est, quod excrements, & alia quæ in intestinis continentur præter naturam non viventia, (vermes enim proprio motu feruntur ipsi ad os) que naturali motu deorsum ab intestinis trudi deberent, sursum ad gulam exprimuntur. Hoc vero symptoma est expultricis intestinorum levitatis peruersa actio, quia cum à supernis deorsum pellere deberent, contraria omnia faciunt. Atque symptoma est valde rarum, nisi in volvulo, hic autem ut plurimum fit ab intestini inflammatione, vermis, obstructione, & conuolutione in enterocele: in quibus omnibus, intestinacum grauari se sentiunt, & laedi, insurgunt innoxium, cumque id naturali & debitâ via trudere non valeant, quâ datâ portâ trudunt.

Post primæ concoctionis symptomata, Gal. transit ad ea quæ fiunt in secunda, scilicet in hepate & venis, vbi omnia sunt ferè eadem, & ex eisdem causis quæ in prima; & cum in hac coctione, partes aliæ alimentum trahant, concoquant, retineant, & expellant, ut hepar & vena; aliæ excrements trahant, retineant, concoquant, & expellant; ut serosum, tenes, biliosum, vesicula fellis; terrenum, lien: in his omnibus vitia contingunt, cæque pendent vel ab intemperie partium, vel à mala conformatione earundem, ut si sit in eis tumor aliquis, aut nimis stricta via; vel defectu materiæ, ut quæ sit aut nimia & abundans, aut pauca, aut crassa, aut lenta: est autem talis, à cibis qui sunt multi, aut pauci, tenues, aut crassi, lentique, excrementitij: aut abundant praui humores partium distracti, etiamsi cibi sint laudati. Ex his autem omnibus malis, fiunt multi morbi, non solum in internis, sed etiam in externis corporis partibus; & à morbis, symptomata: quæ omnia hic recensere non est locus, ut

sæpius dictum est & à nobis & à Galeno ipso, qui tamen sæpe ad recentienda symptomata & morbos, quæ ad errores facultatum naturalium sequuntur, descendit præter rationem. Satis enim esset nunc in genere dixisse facultatum naturalium errores & symptomata pendere à cuiusque partis intemperie, aut cōformatione vitiatā : & intemperie, aut cum aut sine materia ; & materiam, aut ab externis prauam sumi, aut à partium intemperie fieri, & deinde aut earundem partium discrasiam fouere, aut aliarum efficere, aut denique & prauam primò fuisse materiam, & ad prauè dispositam partem accessisse, ut deinde praui sequantur morbi & symptomata, vt elephantiasis, leuce, lephcophlegmatia, vitiligo, mator, de quibus aliàs. Neque etiam occasione sumptu ab hisce malis disputandum authori erat de actione actiuar in pastum, & de repassione, quod quidē quamvis verissimum sit, & in nutritione alimentum omnino vincatur ab alto & in id transfeat, & tamen vicissim in id aliquid de suo transmittat, nihilominus Galeni argumentum aduersus eos qui dicunt, non nutrimentum causam esse leuces, sed nutritam cutim, inuidum & omnino est, ait enim, sed si nutrimentum causa non est (ita enim volunt) "necessè est carnem dicant. Quid ergo patitur bac quod nutrimentum sibi "in totum non assimulat ? Fiet enim eo certè pacto natura viti causa. At "multò (arbitror) satius erat nutrimento causam imputare. Hac Galenus, quibus illi facile respondere possent, nutritæ carnis intemperiem & vitium aut naturalia aut acquisita, etiam optimum alimentum corrumpere, filius enim elephantici recens natus optimum lac in elephantiam naturam conuertet, & deinceps gallinas perdicésque similiter corrumpet, & qui cum elephantico cubabit, contrahet elephantiasim, & optimos quo scumq; cibos in vitiosam suam naturā transferet. Et nonne id est quod Gal. ipse hic afferit nutrimentum scilicet vinci à nutritio & in id transfire ? Quale igitur erit nutritum, tale fiet nutrimentum. Quare non solum alimentum accusare oportet in maiori mörborū & symptomatum parte, sed ipsam etiam corporis constitutionem aut præcipue aut simul. Nullus enim est mortalium cui non vna aut plures partes male affecta sint naturā; multis etiam per contagium communicantur morbi, vt lues venerea, scabies, elephātiasis, quibus omnibus quantumcumque laudatum præbeas alimentum, in malam tamen transferent qualitatem. Sed cupiditate alios reprehendendi, sæpe nos ipsos decipimus, & in re-præhensionem incurrimus. Atque his satis videtur explanatum caput, quod quidem valde est prolixum, & in cuius fine, quod nos iam in principio diximus, author conatur ex collatione facultatum colligere causam symptomatis alicuius, vt lephcophlegmatiæ causam esse dicit robur trætricis cum debilitate coëtricis, & expultricis, vbi nullam nutrimenti mentionē agit: contra id quod nunc nūc dicebat, fieri enim potest vt partibus in nullo peccantibus, nec facultatibus, ex assidue frigidorum ciborum vsu incidat quis in talem affectionem tandem: quod si dicas id fieri non posse quin partium temperamentum perueratur, atque proinde

facultates lădantur, id quidem verum est tandem; sed primò causa morbi est alimentum, non facultatis vitium; præter id quod etiam sine robore tractricis contingere tale malum potest: sæpe enim non trahunt partes quod illas offendat, sed mittitur ad illas, & inter causas defluxionis (fiant autem vt plurimùm tumores per defluxum) recensentur robur mandantis, & debilitas recipientis: & in tumoribus quoque qui fiant per congestionem, nullus robur tractricis partis accusat. 6. Aph. 55.
29. 6. san.
tu. 18. 3.
nat. fac. 13.

C A P. II.

Siquidem liceret nobis transferre capita, libenter caput tertium humani secundi loco poneremus, & hoc illius: cùm enim hactenus egestas author de symptomatis actionum animalium & naturalium, merito tandem quæ actio quo temperamento iuuetur, quóue lădatur, quod ille se ad finem referuasse ait tertio cap. sequenti, discutere poterat immediate, deinde agere de symptomatis excretorum continuata serie, non verò sermonem de excretis inchoatum capite hoc secundo, rursus tertio interumpere quæstione illâ. Sed sequendus nobis dux est.

Secundum ergo genus symptomatum quæ morbos sequuntur est eorum quæ vel non excerni debent & excernuntur, vel excerni debebant & refinentur, idque ratione alicuius morbi; propterea etiam excreta sunt Libris de indices & signa morborum, aut salutis, & partium etiam affectarum, & Crisib. & excreta & retenta numerantur inter res non-naturales. De quibus tam Gal. a. non methodicam tradit disciplinam alicubi, sed expiscanda est ex varijs eius locis; quod nos sic conabimur efficere. Eorum ergo quæ à corporibus nostris excernuntur, alia sunt totâ substantiâ contra naturam; alia totâ substantiâ secundum naturam. alia substantiâ totâ secundum naturam, quantitate verò aut qualitate aut vtroque contra naturam. Excretionum etiam alia est naturalis & laudata, alia contra naturam & illaudata. Laudata est quæ fit rei contra naturam, debitâ quantity, qualitate, tempore, modo, & per oportunam viam: contraria improbat. Totâ substantiâ contra naturam sunt, quæcumque alendo corpon inepta sunt, vt lapides, vermes, fancies, pus, & quæcumque inueniuntur in atheromatis, steatomatis, & alijs abscessibus, serum, bilis vtraque, pituita, & omnes humorum species præter naturam, exceptâ pitiâ dulci & insipidâ, sterlus, flatus, vrina, mola. Atque hæc omnia semper excerni postulant, & vt à morbo sæpe fiant, & morbum aliquem sæpe faciunt; sic si retineantur, ab aliquo morbo retinentur. Totâ substantiâ secundum naturam sunt sanguis, humores omnes naturales, semen, lac, spiritus, partes omnes corporis naturaliter habentes: quæ excernantur, à morbo id fit, contrâ enim retineri postulant, vt talia.

de loc. aff.
3 Art. med.
85.
Gal. hoc e.

Id autem intelligendum est de notabilibus excretionibus, & id est quod
ait Galen. pluiculas sanguinis excretiones toto genere esse contra na-
turam, præterquam in foeminis, quia paruae contingunt etiam inte-
grâ sanitatem, ut & spirituum, & feminis, & humorum laudatorum:
partium autem nec integrarum, (quod nonnunquam contingit) nec par-
ticularum earundem (quod saepe fit, ut in dysenterijs ejiciuntur particu-
lae intestinorum, portio hepatis; per vrinas, carunculae renum; per tussim,
pulmonum & tracheæ) nulla potest probari excretio. Quæ verò totâ
substantiâ sunt secundum naturam, quantitate autem, aut qualitate, aut
vtrique; peccant, excerni etiam postulant, ut sanguis, lac, humores, semen.
Tam verò ea quæ sunt totâ substantiâ contra naturam, quam quæ solâ
qualitate, quantitate, aut vtrique, omnia excerni debent debitâ quanti-
tate, modo, tempore, & viâ; alias excretio erit illaudata; etiamsi aliter pro-
dederet. a. Hinc prohibemur totum pus ab abscessibus, & in empiaj, to-
tam aquam ab hydropticis, b. totum superfluum aut putridum sanguini-
b. de Ven. nem d. peccantes in venis humores, simul & semel exaurire, neque pro-
c. 2. Apb. batur frequens deiectionio, neque mictio, nec vtrumque cum nixu, aut do-
s. 1. d. 4. Apb. llore, neque sanguinis vlla per os reiectionio, d. etiamsi abundet, neque ster-
coris, aut humorum, aut vermium.

Quæcumque igitur retineri debent, & excernuntur; & quæcumque
excerni, & retinentur; id omne symptomata efficit in excretis & refectionis, &
à morbo fit, qui præterea inuestigandus est, & tollendus. Hoc autem
istius non est loci; tamen Gal. in aliquibus nos exercere conatur: pri-
móque agit de sanguinis excretione tanquam periculosis, frequen-
tissimâque. Huius ergo causæ efficients externæ sunt casus, saltus,ictus,
calor, frigus; internæ clamor, extensio violenta, debilitas retentricis, aut
robur excreticis; materiales, sanguinis copia, tenuitas, acrimonia: modi,
vel apertis venarum oris, vel ruptâ venâ, vel rosâ, vel per tunicarum po-
ros quasi sudando, quibus connexa est mollities, tenuitas, & raritas va-
forum: quæ vt plurimum naturalia sunt. Eroduntur porrò vasra ab acri-
bus humoribus, hi verò fiunt à calidis & falsis alimentis, & à simili par-
tium, maximè hepatis, temperie, ut contrâ serosus sanguis, qui causa est
transsudationis, & aliquando apertioris vasorum, à frigidis & humidis
cum cibis, tum partibus procreatur: à quibus etiam pendet partium de-
bilitas. Et hæc de sanguinis ejectione; post quam sequitur de Vomitu,
qui quidem ratione excretionis, semper est contra naturam, ut superiori
cap. dixit Galenus, etiamsi quæ per eum reiiciuntur non necesse sit esse
contra naturam: fieri enim potest ut debili existente ventriculo, opti-
mus cibus vomatur, ut saepe in morbis contingit.

Vomitionis ergo causæ sunt (ut iam partim superiori capite diximus:
connexa enim adeo sunt symptomata actionum naturalium cum excre-
tis, ut vix diuelli queant) ventriculi debilitas, quæ pendet ab intempe-
rie aliquâ, cæque vt plurimum frigidâ & humidâ, nimis exactus sensus,
copia ciborum & potus, varietas eorundem, praua qualitas, pinguedo,
tepor,

3. Epid.

com. 2. 25.

or. 26.

a. 6. Apb.

27.

b. de Ven.

c. 2. Apb.

31.

d. 4. Apb.

25.

tempor, medicamenta, venena, pestis, defluxio à cerebro, affluxus humorum à toto corpore in ventriculum, aut sanguinis, tumor aliquis circa pilorum, obstructio meseraicarum & hepatis, voluulus, ociun, somnus, aspectus vomentium, vermes, capitis vulnus, & alij affectus; inter quæ discrimen constituere non est huius tractatus; ferè autem excreta id efficiunt; pituita enim reiecta frigidam, bilis calidam ventriculi intemperiem arguant, si non aliunde morbus pendeat, varij humores variam in visceribus discrasiam; nigri, melancholicam; acidi, acerbi, frigidam; amari, salsti, nidorosi, calidam, &c.

Quia autem fere eandem proportionem habent ea quæ per anum ejiciuntur, ad intestinā; atque ea quæ per vomitum, ad ventriculum: & fere ab ipsisdem pendent causis, præter quām quod excretio per inferiora non est contra naturam ex se, ut vomitus, ideo post illa, de his agit. Igitur vel celerius debitò excrements ventris deponuntur, vel tardius; vel frequenter, vel ratiūs; vel copiosius, vel parcus; vel cum nixu, & dolore, & torminibus, & qualia non debent: quæ omnia contra naturam sunt, & proinde symptomata, quæ vel ab intestinorum morbis, vel ventriculi, vel hepatis, vel chistis fellis, vel lienis, vel venarum, vel cerebri, vel ab alimentis, vel medicamentis, vel venenis, vel ab exquisito aut obtuso intestinorum sensu, vel ab sphincteris podicis affectu, vel à motu, aut otio, vel ab animi pathematis, vel ab aëris constitutione, manant. Dicimus autem celerius & copiosius debitò deij cere ventrē, habitâ ratione ingestorum, vel consuetudinis, vel vtriusque. Celerius ergo, & frequentius, & copiosius aliquis deijcit solitò, aut quia debilis facta est retentrix intestinorum facultas ab aliqua intemperie, aut quia expultrix irritata est copiâ aut humiditate, & lubricitate, aut acri qualitate alimentorum, aut humorum in ea influentium à cerebro, hepar, venis, liene; aut quia obstructa est via ad hepar, aut id, & venæ debiles in trahendo, aut in coquendo, idque ab intemperie; aut quia violenter à pastu motus est homo, aut irâ concitatus, aut mœrore, aut metu, in quibus animi affectibus, frequenter alius soluitur, quemadmodum in longa desidia, & sphincteris ani paralysi, & nimis exacto eiusdem & intestinorum sensu, aut propter aëris intemperiem frigidam, quæ coctionem labefactat; aut calidam, quæ eandem imminuit; aut pluviostam & humidam; aut propter medicamenta, aut venena assurpta, aut admota. A contrarijs autem omnino causis fiunt tardæ, paucæ, & rare deiectiones: pituitosæ verò à frigidâ & humidâ intemperie; biliosæ, à calida & ficcâ; melan-cholicæ, à frigidâ & ficcâ visceris alicuius, aut viscerum, aut ab obstructione receptaculorum harum materierum, aut ab esu talium eduliorum, aut confluxu ab aliqua corporis parte, aut à multis partibus, aut à catharticis talé educentibus humorē, aut à deleterijs: cum nixu verò & dolore prodeunt viscida & aeria, & nimis quoque frigida, & cum torminibus quoque eadem, & flatulenta etiam: prima quidem intemperando & mordendo, ultima verò distendendo, dolorem, adhäsione

autem hixum efficientia. Fiunt autem calida à calidis, frigida à frigidis viscerum intemperiebus, fatus verò à medijs, sed magis ad frigidum accedentibus: vnde senes, & melancholici, & hyeme, & fœminæ, magis flatibus abundant, & borborigmis, & rugitibus, & crepitibus infestantur; vt interim omittamus alimenta flatulenta vt castaneas, leguminas, tubera.

Præter hæc autem, quæ consueta sunt, ejciuntur etiā aliquando per anum vermes, lapides, adeps, particulae intestinorum, pus, portio hepatis, sanguis; de quorum cauis & differentijs alibi commodius agetur: nunc autem breuiter nominihil attingemus. Vermes flunt ab humoribus pituitosis putentibus, & calore: lapides à crastâ materiâ nimio calore adustâ: adeps aut à colliquatione totius corporis, aut ab vlcere intestinorum; ab eodem vlcere fluit sanguis, & ephelcides, & pus; ab hepatis vomicâ etiam pus, & portio eiusdem hepatis. Fluit etiam sanguis per ventrem sine vlcere, vel laudatus & copiosus, in plethora, in ijs quibus amputatum est membrum aliquod, in mulieribus, quibus deficiunt menstrua; vel dilutus & aquosus in renum aut hepatis maximâ intempérie; vel lucidus aut crassus in lienis discrasia; aut denique ab hemorrhoidibus. Et hæc satis de excretis per anum: à quibus facile est de ijs quæ per vrinas ejciuntur, coniecturam facere, de quibus Gal. consequenter propterea agit, & nos eum sequuti, quām succintè fieri poterit perstringemus; hæc enim omnia diffusè habentur lib. 5. & 6.
doc. aff. peri 3. capitulo

Per vesicam ergo vrina solum exire debet, certis quantitate, qualitate, tempore, modo; quod si in aliquo horum peccet, aut aliud quam vrina cum ea aut sine ea excernatur, morbus aliquis est vel in vesica, vel pene, vel vreteribus, vel renibus, vel denique in superioribus partibus. Si in totum supprimatur vrina, Ischuria affectio vocatur, fitque aut non descendente in vesicam sero, (sed id valde rarum est) aut non potente excerni, idque aut ob nimiam vesicæ plenitudinem, aut maximam eiusdem imbecillitatem, aut calculum, aut crassam pituitam, aut pus, aut sanguinis grumum, aut tumorem colli vesicæ, aut carunculam, canalem obstruentia, aut canalis coalitum naturalem, aut à siccitate ascutum, quæ duo ultima non sunt frequentia. Si tardè & cum nixu exeat vrina, Diffusoria nominatur passio, fitque ferè ab ijsdem causis, sed minoribus: si vero depravatè, vt cùm pérpetuò fluit, aut nimis frequenter, appellatur primum Stranguria quasi vrinæ stolidicum, secundum vrinæ ardor, oriturque primum ferè ab vlcere vesicæ, aut sphincteris eiusdem paralysi; secundum vero ab vrinæ acredine, aut etiam vesicæ vlcere. Quæ autem cum vrina aut sine eadem excernuntur contra naturam, sunt pituita viscida, sabulum, calculi, vermes aliquando, sanguis, pus, carunculae: quorum omnium causas inuestigare nunc, longum esset, & præter institutum. Hoc vnum dicere superest, eandem scilicet esse vrinæ & sudoris materiam communem & ordinariam, serum; cui etiam adutilescuntur

quandoque humores alij & naturales, in colliquatione, & non-naturales in crisiibus. Sudor autem aliis est orinino, symptomaticus ut in syncopes, aliis laudatus, in bonis crisiibus; ille resolutorius vocatur, & diaphoreticus: quandoque etiam cum laudato aliquid alterius miscetur, in superfluis sudoribus, siue per exercitia, siue per balnea. Omnis autem sudor, quantumcumque laudatus sit, videtur violentus & coactus, saltem ratione materiae. Non enim sudare debemus dum bene valemus, sed excrementa tertiae coctionis partim per insensilem transpirationem, partim per sordes exhausti opus est. Quare sudor aut à copia humoris, aut à tenuitate, aut à violento motu siue corporis, siue animi, adiunctâ rata corporis texturâ, aut à nimio calore interno, aut externo, excitatur; proq[ue] eius copia, calore, frigore, lentore, odore, sapore, calorique, de humoris peccantis copia, qualitatēque iudicamus; & de cutis obstruktione pororum, aut conniventiâ. Sed horum omnium distinctiones affecte alterius est loci.

C A P. III.

HOC caput parum habet difficultatis, magisque est philosophicum quam medicum: agit enim de actionibus & virtutibus qualitatum primarum, hinc accepta occasione, quod cum vnaquaque pars plures edat actiones, saltem quatuor naturales, tractionem scilicet, retentionem, coctionem, & expulsionem, deinde assimilationem & nutritionem, & prater id nonnullæ sensationem & motū localē; neque vero haec omnes æqualiter uno & eodem temperamento perfici possint, non mirum esse si vna illas altera lœdatur, aut si vna perfectiusobeatur in hac parte quam altera, & contraria minùs perfectè in altera parte; item & in hac atate, & in hoc sexu, & in hoc tempore, omnia variè. Summa vero hec est, calorem esse ad omnes actiones efficacissimum aptissimumq[ue], frigus contraria inepissimum; ad nutritionem etiam actiuam (hoc pertinet ad alimentum) & passiuam (hoc ad partem quæ nutritur) & ad alterandum, humiditatem commodissimam esse, ad trahendum verò, retinendum, impellendum, & expellendum, inhabilem; idoneam verò siccitatem: quemadmodum contraria ad alendum tum actiuè tum passiuè hanc importunissimam esse. Atque haec in genere satis speciosè dicta sunt, eoque pertinent, ut in curatione (ad quam omnia in arte medica dirigi debent, alias enim superflua sunt & inania) opponamus contraria contrarijs, & si nimis fluida sit pars, eam exsiccemus; si astricta, humectemus; si mollis, induremus (quod siccitas efficit) si dura, molliamus (quod humiditate obtinebimus) & sic de reliquis oppositionibus. Sed si particulariter magis rem contemplemur, non est facile nos expedire, ut enim Galeno hoc demus, tamen iuxta eius precepta, morbus quidem indicat sui ablationem, quæ sit per contraria;

3. Meth. 3.

pars autem ægra simul & semel optat sui conseruationem, quæ fit persimilia: atque propterea, si pars humida natura, humido morbo labore, minus exsiccantibus curanda sit quam siccata, & contraria sequitur magnus in curando labor, periculumque ne quod cupimus, obtineamus. Neque etiam absolute calidum coctionem iuuat, & frigidum contraria, (idem de humiditate & siccitate pro earum actionibus & effectis censendum) sed ytrumque aut nocet aut iuuat, prout moderatum est, vel immoderatum: nam & nimis calidum, ut hic ait Galenus, liquat, & adurit, tantum abest ut bene coquat; & moderata frigiditas, calorem auget, & roborat, ynde Hyeme, & Vere melius appetimus & coquimus quam aestate.

3. Aph. 18. te, & iuuenes melius habent Hyeme quam aestate, contraria verò senes; & qualibet pars intemperata modicâ contrarij appositione conseruatur, à simili autem destruitur. Ergo recurrentum semper est ad principium, non hærendum in natura, & medijs elementis. Deus enim Opt. Max. qui disponit omnia suauiter, quamlibet nostri corporis partē certo temperamento ad iustitiā ornauit, ita ut primò sibi, deinde toti sufficeret, ad effendū primò, deinde ad melius effendum, tandemque ad peius & ad non effendum, quando omne genitum sub cælis, interire necesse est: unde æquè bene nutritur, augeturque os durissimum siccissimumque, ac pulmo, & caro mollissima, humidissimaque; attrahitque subinde, apponit, & assimilat alimetum quantumcumque aridum & durum, ejicitque excrementum ita bene ut illa; & pueri quantumcumque molles non melius nutruntur viris siccioribus durioribusque. Omnia enim quæ in corporibus nostris sunt, ab anima tanquam principio, & principia causa sunt, medio calore ingenito, & temperie tanquam instrumentis, quibus illa vtitur prout opus est toti, ad varias & contrarias etiam in eadem parte, & in diuersis partibus, tanquam peritus artifex, edendas actiones, ad totius commodum, immo materiam etiam non omnino aptam (modò non sit omnino inepta) aptam efficit alendo, vnoque & eodem temperamento in qualibet parte trahit, retinet, coquit, expellitque, quantum parti toti conueniens est. Non ergo elementis nec eorum qualitatibus tribuendum est, quod formæ debetur. Sed haec nunc dicta sufficiant, etiam secundum communem scholarum doctrinam. Si enim vterius progredi vellemus, dubitaremus vtique num quatuor sunt elementa, & an frigus & siccitas sint qualitates positivæ, an solùm priuationes caloris & humiditatis. Verum his ad Philosophos relegatis, hæremus nunc receptis Hippocratis & Galeni dogmatiſ.

C A P. I V.

CA PVT hoc etiam nihil habet difficultatis, in quo exempli gratiâ proponit author primum symptomata quædam quæ contingunt in excretis, & morbos cerebri, & plures yteri qui sunt illorum sympto-

matum causæ prout quælibet harum partiū est & similaris, & organica. Et cerebrum quidem, vt est similaris pars, aut frigefit nimis, aut calefit : frigus autem comprimendo, materiam in eo contentam exprimit, & àque deorsum fluente excitantur in subiectis partibus morbi, symptomataque multa: calor contrà liquefaciendo, eam deorsum trudit, continguntque similes omnino morbi & symptomata, quæ author recenset, quamvis (quod bona cum venia grauissimi authoris dictum semper sit) non satis laudatâ methodo. Quare nos sic procedamus: si quæ exire debent, non exeunt, aut non exeunt debitâ quantitate, qualitate, modo, tempore; aut si quæ non exire debent, exeunt, id fit ab aliquo morbo, hic autem fit vel ab interna, vel ab externa causa: & ab interna, vel à materia, vel à parte, vel à vijs, & à vijs, aut ab ijs quæ ducunt ad partem, aut quæ à parte: & à parte, aut vt est similaris, aut vt organica: & vtroque modo, aut laborante proprio affectu, aut sympathetico. Iuxta quæ omnia licet explorare in qualibet parte symptomata. Nos autem nunc exempla Galeni sequemur solùm in capite, & in vtero:

Si itaque nimis abundet in cerebro pituita, fluátque in dentes, aut os, aut guttur, aut fauces, aut vulvam, aut trachæam, aut pulmones, aut thoracem, aut pleuram, aut œsophagum, aut ventriculum, id fit vel ab externa causa, vel ab interna. Externa causa est, vt vult Gal. vel calor liquans, vel frigus constringens. Addemus nos pluuias & aërem humidum, vel ex se vt hyeme, vel propter viciniam fluuiorum, paludumque. Hæc enim non minus causa sunt catharrorum fluxionumque, imò magis, & propriè, per se, direcťe, quām calor aut frigus. Deinde calor quidem fundere liquaréque materiam non solùm extra craneum contentam, sed etiam intra, potest: est enim valde actiua qualitas, & quæ sibi viam quod vult aperit: contrà verò frigiditas vix tanta esse potest, vt ad cerebrum usque penetreret, idque constringat vt spongiam, vt volunt, tum quia ipsum sibi viam obstruit, cùm quia cerebrum non posset tantam ferre frigiditatem sine maximo suo incommodo. Cogit ergo frigus cutem, & pericranium, itaque & effluuium excrementorum impedit, & deorsum ad cerebrum impellit, quæ si multa sint, aut eius substantiam intemperant, & sic oblicationem, aut fatuitatem, aut quid simile inducunt, aut in ventriculos descendunt (& tunc vt parti organica id offendunt) & si eos affatim impleant, apoplexiā generant; aut inde in spinam delata, paralyſim; aut in os, catharrum, & alia mala. Præter externas etiam causas, destillationes efficiunt hepar præcalidum, obstrūctio narium & aliorum foraminum per quæ cerebrum exoneratur; & assiduæ cogitationes, & somnus nimius, maximè à pastu. Sed de cerebro hæc sufficient.

Idem etiam dicere possumus de menstruis mulierum. Natura enim ad alendum fœtum, sanguinem mittit, & trahit (nec enim vlla videtur ratio cur sanguis, ad lac generandum, ad mammas mittatur & trahatur magis quām ad vterum, vt vult Gal. q. simpl. 21. cùm æquè ad alendum fœtum vtrobique necessarius sit) ad vterum, plus quām vtero alendo

necessarium sit. Hinc est quod menstrua solum apparent quando mulier concipere apta est, & desinunt quando foemina parere non amplius valet, aut quandiu lactat, quo tempore sanguis qui ad uterum confluebat, aut confluere debebat, ad mammas conuertitur. Cum autem fetus in utero non est, aut foemina non lactat, sanguis hic toto mense vasis uteri continetur, paratus alere & cum semine constituere, & formare fetus statim

2. de semine atque mulier conceperit. Vbi vero non concipit, natura eum tanquam *c. 6.* superfluum foras mittit, idque ita singulis mensibus, donec concipiatur: tunc enim non amplius ejicitur, sed retinetur toto gestationis tempore

2. simpli. 21. ad fetus alimentum: postquam autem peperit mulier, ad mammas fer-
5. Aph. 50. tur per vasa quae communia sunt utero cum mammis. Atque hoc nature
52. ordine sic fit regulariter, sanguisque qui emittitur, eiusdem est substantię
hoc lib. c. 2. & temperie cum alio quo alitur uterus, quantitate solum peccans, & in
& lib. 1. de eisdem continetur vasis, ejiciturque per oscula quorundam vasorum que ad
semi. c. 7. uteri cavitatem terminantur, (nec enim omnia ad eam desinunt) quaque
toto mense connivent, vbiique aut menstrua instat, aut conceptus hiant,
aperiunturque, exitque tantus solum quantus abundat, ultra eum quo
5. Aph. 50. uter nutritur debet. In prægnantibus autem qui aliquando fluit, exit
52. venis non fundi uteri, sed eius colli. Quod si plus fluat, aut frequentius
quam par sit, aut parcus, tardiusque, aut corruptus, horum symptomatum
causa inueniendæ, quod sic fiet. Multitudinis causæ sunt internæ
aut externæ; externæ sunt copia ciborum euchimorum, vini, iusculeæ
humidus & calidus, desidia, somnus, defectus sollicitudinum & curarum.
Internæ vero corporis constitutio carnosa, humida, macilenta, venarum
latitudo, defectus aut raritas conceptionis, amputatio membra alicuius,
suppressio hemorrhoidum quæ fluere solebant, sanguinis copia, & tenui-
tas, ira, uteri constitutio rara, in eoque vasa libera ampla, & non obstru-
cta, vsus venereorum. Contraria vero sunt paucorum mensium occasio-
nes. Corruptorum autem, vsus prauorum eduliorum. His vero corruptis
mensibus, qui tales fiunt ut plurimum mistione prauorum humorum ali-
quando intemperie uteri, quandoque longa mora intra uterum aut vice-
re eiusdem, conueniunt conditiones opprobriaque quæ nonnulli perpe-
ram omnibus menstruis tribuunt. Abutitur enim natura utero tanquam
cloaca & latrina ad expurgandum totum corpus, exonerandumque pra-
uis humoribus & excrementis.

C A P. V.

Agit hoc ultimo cap. de symptomatis sensibilius qualitatum, non
nullaque adfert exempla. Nos autem sic agemus. Sensiles qualita-
tes sunt colores, odores, sapores, sonitus, & harum omnium causa, prime
qualitates. Color naturalis hominis temperati, & temperata regionis,
est albus sub-ruber. Si vero talis non sit, aut id prouenit ab externa causa,

utab interna. Externa est aér, propterea Ätiopes nigri sunt (vruntur enim à sole) Germani verò, & Galli, & septentrionales alij, candidi (frigus enim dealbat) medijs verò, medio colore. Interna sunt humores, ideo auriginosi bile, arquati atro succo, leucophlegmatici pituitâ conspersi sunt, & latentem succum colore referunt & produnt, vt plurimumque in primis peccat hepar intemperie calidâ, aut obstruktione, in secundis lien, in tertij ventriculus: quibus accedunt edulia his humoribus producendis apta. Et hæc de coloribus permanentibus: fugaces enim colores, vt fugaces etiam habent causas, non sunt notatu digni, quales sunt in verecundia rubor, in mœstitia & timore pallidus, in ira flavius. Odor nullus debet exire ab homine nec teter, nec suauis, quamvis non desint qui Alexandrum magnum, gratum exalasse sudorem afferant, & nonnullos alias, quibus nos facilè non credimus. Multi autem sunt qui & tempore sanitatis, & tempore morbi hircum oleant, & quid peius, maximè si sudent. Fœtor autem hic vel exit à toto corpore, vel à parte aliqua, vt axillis, ore, naribus, pedibus. Undecumque autem spiret, putredinem denotat, aut humorum, aut excrementorum, aut partium. Putredo verò omnis, soboles est intemperiei. Ruffi male olent vt plurimum, & pingues, & sordidi. Si fœtor prodeat à naribus, obstructæ sunt nares aut à prauis & corruptis humoribus, aut ozenis, aut polypis, aut à similitate. Si ab ore, ventriculus corruptis humoribus scatet, aut pulmo, aut thorax, aut vlcus pulmones infestat, aut partes thoracis, aut trachæam arteriam, aut denique fauces, aut linguam, aut palatum, aut buccas. Sapores quoque, humores in ventriculo contentos produnt, amarus bilem, acidus pituitam acidam, aut atram bilem, dulcis pituitam simpli- cem, aut sanguinem. Aliquando etiam fluentes à cerebro in os & linguam humores arguunt. Sonitus interci, quos Galenus vocat obauditiones, fiunt à flatibus circa aures, hi verò à frigida cerebri intemperie. Qualitates denique primæ & secundæ seipsas produnt sine intemperie. Dum enim bene habet homo, non debet nec nimium calere, nec frigere, nec diffluere humiditate, nec squalere, sed debet in mediocritate horum omnium consistere. Äestate calorēm debet sentire, hyeme frigus, illic sudare, hic algere. Si verò contrario modo se habeat, aut ægrotat, aut parum absit. Quibus ergo manus, pedesque vruntur semper, his hepar præcalidum est, quibus contrà frigent, frigidum. Qui nimis molles habent carnes, humidâ laborant intemperie; quibus duræ, siccâ; multóque magis si scabré cute, pilosâque horreant. Quibus densa crassâque est cutis, frigi- di sunt, quibus rara tenuisque, calidi: hi facile, illi difficulter sudant. Atque hæc nunc de his dicta sufficiant. Sicque absolutum est hoc opus ad laudem & gloriam Omnipotentis vnius trinique Dei, sacratissimæque eius matris, & sanctorum omnium.

Q V I D?



FRANCISCI SANCHEZ
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA
Professoris Regij.

CENSURA IN HIPPOCRATIS
OPERA OMNIA.

Jusurandum, & Lex, Hippocrate digni sunt.

Lib. de Arte.



VOS esse , qui recipiunt demittantque cibum,
ventriculos , non video quomodo verum sit : nisi
intestina, ventriculum unum vocet, aut hepatis. Sed
hoc modo œsophagum etiam , & cor ventriculos
dicere possemus. Perficit enim & cor sanguinem.

Omnem corporis ventrem, flatu in sanis impletum,
sanie in ægris, non est ratione consentaneum, etiam si
per flatum, spiritum intelligat. Nam & craneum
etiam cerebrum continet. Morbi autem quot sunt sine sanie ?
Minus rectè in thorace hépar collocat, nisi nominibus abutatur.

De veteri Medicina.

CO Eterum cum inciderit flatus &c. circa finem. Et falsum est acutissi-
mos dolores in hepate fieri; & causa propter quam fieri ait, parum vi-
detur idonea. Neque verius est, septum transuersum, hepate minus dolere.

Ad

Ad finem libri, de Natura humana; plurima habentur veritati contraria; quæ proinde Galenus addititia Hippocrati putat.

Lib.de Medico,&, Decen.orn.& Preceptiones Hippocrate digni sunt.
Lib.de Salubri Diæta, aut, de Viætu Idiotarum, & liber, de Genitura,
& liber de Natura pueri, seu fœtus, spurij à Galeno creduntur, & potius Polybi Hippocratis discipuli, quam ipsius Hippocratis. Quāvis Hippocrates libro de Morbis Muliebribus in principio, librū de Natura pueri, pro suo citet. De Carnibus etiā liber suspectus est; & nos nō genuinum credimus, vt ex quibusdam inferius colligemus. De Flatibus librum Valeriola libello in eum edito, Hippocratis non esse contendit. De Purgantibus medicamentis, Hippocratis etiam non creditur. Liber primus, extribus qui de Diæta, seu Viætus ratione, inscribuntur, Hippocratis non esse censetur à Gal.1.de Aliment.facult. Librum de Alimento, Galenus Hippocratis esse negat: vt & librum de Morbo sacro, & librum de Affectionibus. Liber quoque de Internis affectionibus, dubitatur à quibusdam non sit Hippocratis. Ex libris 7. Epidemi. primus & tertius sunt Hippocratis, secundus, quartus, sextus; Thessali eius filij: quintus, & septimus, spurij, Gal.2.de Dyspnæa.

Lib. de Genitura.

Argumentum autem eius, quod robustissimum secernitur, &c. Initio. Ratio hæc inutila est. Reddimur ergo imbecilles à coitu, ob plurimum spirituum dissolutionem. Nec etiam verum est nos adeò debilitari, imò sepe nullā sentimus exactā venere debilitationē. Quæ verò statim subiectuntur de modo colligationis semenis, & de locis à quibus, & per quæ defertur, absurdā sunt, & rationi, & anatomiae contraria.

Eunuchos non coire, quia in castratione illis amputantur nerui qui à testibus ad pudenda ducti hæc tendunt, falsum est. Coëunt enim, & arriguntur illis virile plus quam alijss, sed non emittunt genitaram, quia spermatica vasa, per quæ hæc à testibus ad ceruicem vesicæ defertur, excisa sunt. Pueri quoque, non quod tenues illis venæ sint, oppletæque, genitare transitum impedian, non genitaram emittunt; Sed quia natura sanguinem & alimentum totum in corporis augmentum absunit; vnde non superest genitare materia. Eadem est ratio de menstruis puellarum. Proindeque citius puellis menstrua fluunt, quam maribus genitura, quia illæ celerius adolescent.

Quapropter autem morbosā fiant, in muliebribus morbis referetur. &c. circa medium. Videtur hinc posse colligi, hunc librum esse Hippocratis.

Postquam autem coinit. &c. circa medium. Non ubi fœmina volet, genitura sua, & maris, extra fluet, et si conceptura non sit. Sed si intra uterum recipiatur, potest excidere etiam tertio vel quarto die, insciâ & non consentiente muliere, vt à fide dignis accepimus. Quod si intra matricem non recipiatur, à coitu etiam inuitâ fœminâ foras dilabitur.

Kkkkk

Et ex quacumque corporis viri. &c. circa finem. Non videtur probabile, ab omnibus corporis membris excerni genituram. Falsum autem, impossibile esse partum per omnia aut patri, aut matri similem esse, aut ab utrisque omnino dissimilem: nisi similitudinem in quamminimis colloces, aut latè admodum accipias.

Lib. de Natura pueri.

Manifesta igitur est ratiocinatio &c. initio. Et incepta est collatio, & falsa. Neque enim in lignis viridibus que ad ignem comburuntur, spiritus per fissuram exiens calidus frigidum alium attrahit, quo nutritur, neque ideo circumvolvatur ea ratione: sed cum ab humiditate calore attenuata, flatus suscitetur, hic foras prorumpens, humorum quem in via offendit, extra protrudit, a quo cum exitu impeditur, ei se immiscens circumvolvit, continuo que alterius appulsum idem fit, donec totus humor absumatur.

Mulieris nobis familiaris &c. circa initium. Hinc colligas, librum hunc non esse Hippocratis, ut qui pollicitus sit in suo iureurando, nunquam ab orsum promotorum, cuius contrarium hic fit. Videtur tamen obstat quod paulo inferius ita scribitur, sed quid opus est ea hic recensere? Referentur enim in muliebris morbis. Ergo aut uterque Hippocratis est, aut neuter, aut huius author de industria illum citat, quod faciliter fidem huic conciliat.

Etenim si velis fistulam &c. circa initium. Collatio haec non valde arredit. Nam primum dubito an si plumbi ramenta, arena, & terra perfistula in vesicam demittantur, insuperque aqua infundatur, & turbentur omnia, an inquam postea plumbum ad plumbum, arena ad arenam, terra ad terram adiungantur. Nam mihi potius videtur omnia confusa manus. Quod si etiam quodlibet secedat, id fiet grauitatis, levitatisque ratione, plumbi scilicet tanquam grauiori, ima petente, reliquis vero pro ratione summa tenentibus. At non sic in genitura fit; neque enim densum ad ossa abit, quia graue, sed a facultate seminis trahitur, eademque ratione, rarum, leue, & unumquodque ad simile rapitur vi. Quod etiam in plantis appareat. Desinere omnes venas homini in digitos manuum ac pedum, ut author hic ait circa medium, absurdius est, quam ut aut credi, aut improbari debeat. Crassissimae quoque non sunt capitis venae, sed vena caua, Portae, crurum, & brachiorum, ut author lib. de Carnibus, etiam notauit. Neque vngues in digitis facti sunt ut oscula venarum clauderent, ne amplius augeantur, aut altera alteri praemineat: sed ad firmitatem, in pedibus ad gradientum, in manibus ad comprehendendum.

At qui purgationes a partu &c. paulo ante predicta de venis. Argumentum hoc, quo nititur probare author hic, masculum foetum in triginta diebus formari & animari, famineum vero in quadraginta duobus, inualidum est. Nam primo, triginta diebus a partu masculi, quadraginta

verò duobus, à fœminæ, purgari puerperam, falsum est. Experientiâ enim, & omnium confessione constat, intra octiduum aut paulò plus finiri purgationem à partu. Et quamuis ad terminos illos extenderetur, non tamen sufficiens esset ratio ad tempus conformatioonis subsequendum. Quare, quæ ab abortibus sumitur indicatio, firmior est, & cui magis fidendum.

Ceterum pilorum natura &c. ibidem. Quæ hic de pilorum natura, generatione, loco, mutatione, celeritate, casuque, dicuntur, contraria sunt rationi, & Galeni doctrinæ.

Quemadmodum etiam quæ in terra crescunt &c. in medio. Intempesti- uè tot de plantis & fatis hic congerit author huius libri; ut vel hac ratione indignus videatur Hippocrate.

Quoniam autem in vteris est &c. post medium. Decimū mensem cōstituit hic author naturali foetus gestationi; partusque qui ante decimū contin- gunt, violentos iudicat. Quod experientiæ omnino aduersatur. Ratio in- luper quā addit vndecimi partus, inanis videtur. Nam ipsæmet mulieres, nullis menses fluant, se non concepisse affirmant. Argumentumque quo vult probare, foetum vltra decimum mensem in vtero manere non posse, inuidum est. Quomodo enim non suppetat alimentum vni foeti per mensem vnum vltra decimum, quum per integros nouem, gemelli, vel etiam tres pueri nutriantur eodem in vtero? Incredibile præterea est, inter tot fœminas robustissimas, nō inueniri alias quæ vltra decimum mensem alere foetum intra vterum possint, cùm præfertim eundem à se emissum lacte solo per annos etiā duos nutriant: imò etiam duos pueros. Sunt præter id quamplurimæ adeo sanguinis abundantes, vt toto gestationis tempore, menstrua patientur: aliæ etiam grauidæ, vsque ad partum, puerum alium lactant. Ergo non defectu alimenti exit puer ante decimum, sed naturæ necessitate, cùm scilicet absolutus sit omnibus suis partibus, idque nouem mensibus fiat iuxta humanæ speciei facultatem, & alijs iuxta proportionem, & vniuerscuisque naturam mouetur, & calcitrat, aërem & locum liberum appetens. Quid enim amplius in vulva fa- ceret? cùm in ea solùm maneat vt conformetur. Non exit autem antea, & quia non omnino absolutus, & quia non sat fortis vt inuolucra rum- pere possit, quibus inuoluitur. Quod si ante nonum, duo illa obtineat, exit quidem, & viuit plerumque, vt septimestres. Si autem alterutrum, aut vtrumque desit, & tamen aliquâ occasione ad exitum cogatur, non superstes est, vt quinquemestres, & octimestres.

Quod subiungit idem author, foetum non solùm sanguine nutriti, sed etiam lacte, non videtur rationabile. Nec enim recurret lac à mammis in venas, & vterum, nec id necesse est.

Vteri sinus frequentes &c. in fine. Id etiam verum non esse, ostendit experientia. Vterus enim cauitate vnâ secundum se prædictus totum est. Secus habet in brutis, in quibus plurimi sinus inueniuntur, vt sue, cane, fele: propterea etiam plures edunt foetus.

Homo autem, vnum tantum communiter, raro gemellos, sed frequenter quam ternos: quaterni autem, quini, & plures, difficillime gigni inueniuntur. Quomodo ergo gemelli, & terni gignuntur? Difficilis quaestio. Sed non adeo ac illa de superfetatione. Dic tamen de utero. Certum est primò, foetus non alligari secundum totam chorij extimam superficiem toti internae uteri, sed secundum partem unam solum, nunc antea, idque frequentius; nunc post, aut a dextris, aut a sinistris. Planicieque illi, cui vas ab utero implantantur, data est caro quedam spongiosa qualis lienis, quae placenta in modum vasa fulcit. Constat secundò, etiam si semen in utero continetur, foetusque formandus sit, aut formetur, non tamto gestationis tempore adeo conniuere os internum eiusdem uteri, ut nunquam aperiatur. Cuius id signum est, quod quedam mulieres per totum id tempus, menstrua patientur. Quod si dicatur, sanguinem hunc fluere a collo matricis, non verò ab interno sinu, ut quidam volunt, id verisimile non est; tenues enim admodum sunt venae quae collo inseruntur; ideoque non tantus ab eis fluere potest sanguis, quantus ijs feminis menstruis revolutionibus decidit. His suppositis, sic res habere videtur. Iniecto masculo semine in uterum, hic auiditate maximâ eius potiundi, hinc inde accurres, id in diuersas partes potest distractare, duas, vel tres, quas singulas singulae uteri partes apud se fouebunt, siue totidem foetus. Feminæ autem genitura etiam in totidem partes dividetur, a mascula scilicet hinc inde tracta. Atque foetus hi omnes eodem die exhibuntur, aut unus altero citius, prout scilicet pars feminis una aliâ fortior fuerit, uterique locus quo fouetur. Potest etiam fieri, ut vir non uno im- petu totum semen ejaculetur, sed nunc partem unam, atque statim aliam; sicque bipartita genitura, duplices fiunt foetus. Contingit etiam sepe ut tum mas tum femina, coëundi nimis audi, etiam non extracto penè a pudendo mulieris, bis breui admodum interiesce interuallo genituram emitant, quas ambas uterus hians praetentagine recipiet: quod etiam eveniet si bis terque non eadem nocte solum, sed eadem horâ coëcant: id enīna sepe fit: Cum nocte una octies & amplius quidam iniant coitum. Ergo his omnibus modis genitura diuisa plures foetus producere potest. Qui tamen omnes eodem die ut concepti fuerunt, ita & ejici debent, aut circum circa, ut supra diximus, nisi aliquid obstet. Maior tamen est dubitatio si unus ante alium, mense uno aut duobus exeat, uterque comple- tus, & uterque superstes maneat. Potest autem fieri, ut etiam si simul concepti sint, unus tamen ob maiorem feminis molem, uniusque, ex quo factus est & loci uteri cui adhaeret, robur, septimo mense completus sit, alio, adhuc imperfecto existente: cumque ab hoc ille prematur, exit se- ptimo mense. Quod si octauo mense nascatur, aut non viuet, (si verum est nullum unquam octimestrem vixisse, ut ait author libri de Carnibus) aut morbosus erit. Atque haec tenus videamus saluasse superfetationem unicō iectu, aut eodem ferme tempore factam. Si haec non sufficiant, diceamus, etiam post primam conceptionem, mense uno, aut duobus, dum

ad hoc fœtus parvus est, posse hiare uterum maximam cœundi audire, masculumque semen admittere, & nouum condere fœtum. Hæcque est vera superfœtatio.

Lib. de Carnibus.

Non immerito liber hic nothus à quibusdam putatur, ut pote plurima à veritate nimis aliena continens. Nam calidum immortale esse, omnia scire, audire, videre, quis credat? Si per calidum, Deum accipias, repugnat sequentia, magnam felicet huius calidi partem Ætheream esse; aliam, terram; aliam, aërem; aliam, aquam: quod nullo modo numini conuenire potest.

Absurdum & illud est, terram multum calidi in se habere, frigidam tamen esse & siccari.

Nec illud minus, aquam crassissimum quid esse: per mediam enim eam visus penetrat; per terram vero minimè.

Quæ addit author hic de modo generationis ossium, neruorum, venarum, & reliquarum corporis partium, ludiera sunt, magisq; fabula quam ventati proxima. Certa enim est fides nostra, qua credimus Deum Optimum, in principio omnia ex nihilo creasse. Quod si fidem nostram refutat Ethnicus hic, non propterea tamen magis congruit Naturæ eius opinio. Debilis enim humana ratio potius omnia ab æterno talia fuisse qualia sunt, iudicat, quam initium aliquod habuisse, maximè vero à Chaos. Nam si hoc admittat, surgunt statim dubitationes plurimæ, ut Quid est hoc Chaos? Quis id fecit? A quo tempore? Quis diremit? Quis omnia composit? Natura namque indocta est magistra, Fortuna vero incepta gubernatrix. Quod si ad rationes huius authoris accedas, ut ad pingue, ad glutinosum, calidum, siccum, frigidum, humidum, durum, molle, & similes alias qualitates, & ab eis totam cuiusque partis generationem petas, efficies sanè imaginariam doctrinam, frivolamque. Ergo satius est, quod mens quiescat, talia esse omnia ab æterno qualia sunt, fierique nunc ossa, neruos, & reliquas corporis partes, ab anima quæ in genitu- Gal. lib. de fœtu, form. nō continentur, medio calore in intelligibiliter. Cogimur enim debilitatem ingenij nostri fateri in rebus Naturæ abstrusis. Rationabilius tamen videtur conformatioonis corporis nostri causam, animæ, eiisque facultatibus attribuere, tanquam artifici, statu productionem, quam calori & materiæ, quemadmodum ineptum esset, artificis manui aut scilicet idoli confectionem assignare.

Fœtum in utero sugere, oreque nutrimentum trahere, ut author hic putat in medio operis, falsum videtur. Conueniunt enim omnes, per umbilicum, toto gestationis tempore, sanguinem & spiritum ab utero embrioni communicari. Argumenta autem huius viri, quibus sugere nititur probare, inualida sunt. Excernit enim excrementa etiam dura fœtus recens natus, quia pars sanguinis crassior impuriorque, ab hepate

ad intestina per Portæ ramos demittitur, quæ ibi diu manens, exsiccatæ obdurescitque. Crudele autem videtur naturæ fundamentum, si embrio in utero sanguinem voraret, vt volebant Democritus, & Epicurus, ait Plutarchus libro de Placitis Philosophorum. Sugit autem recens natus puer naturâ, non autem arte vel vsu. Nam si vsu, quâm primum in utero fugit, quo vsu id agit? Si hîc naturaliter fugit, etiam ab ortu: quemadmodum etiam flet itatim natus, et si nunquam antea fleuerit. Et quamvis liber, *An embrio sit animal*, idem quod author hic asserat, Galeni tamen ille non est, sed inepti cuiusdam viri.

Cerebrum enim in cavitatem nasi pertingit, &c. in medio. Ignarus erat hic author anatomiae. Nec enim processus mamillares, quos vocant, aut merueri, qui à cerebro ad nasum porrigitur, quique olfactum parere creduntur, caluariam exeunt, sed octauo capitis ossi, qua parte nasum respicit, vocatûrque ob crebra foramina, seu *ostioz*, vtraque meninge inuoluti incumbunt. Quanto ergo minus credere pareat cerebrum in cavitatem nasi pertingere? Errat etiam in eo quod, ea parte, scilicet qua nasi cavitatem cerebrum respicit, nullum illi os prætendit, sed mollem cartilaginem: cùm contrâ durissimum solidissimumque sit ibi os, et si spongiosum.

Si quis in septem diebus nibiledere, &c. circa finem. Fruola est hæc ratio ad probandum, embrionem in septem diebus conformari totum & viuere. Nam plurimi inuenti sunt qui plures dies quâm septem, imò & vt vult Plin. lib. II. c. 54. & Alb. mag. 7. de animalibus, vndecim, 20. & 30. dies & hebdomadas 7. nil comedebant, præter vltimum, qui aquam bibebat. Atheneus lib. 2. Dyposophis. Timonis ancillam in spelunca duos menses sine aliquo cibo delituisse asseret. Multi tales vii sunt à Nicol. Hermol. Barbar. Petro Apon. Rondel. Bocatio, Rupeo, & alijs. Falsum ergo est embrionem in septem diebus conformari & viuere, vt omnes conueniunt, & repugnat author libri de Natura pueri, & de septim. par. Hyp. & Gal. lib. de fœtuum forma. Cæterum author hic maximâ septenarij numeri religione tenetur, quod causa est vt & infantem septimestrem viuere dicat, octimestrem autem, nunquam, & ad septenarij numerum omnia reducat. Quod ego superstitionem duco, & præter rationem. Nec enim ego credo Naturam adeo numerorum obseruatricem esse, vt in septenario exactè fœtum absoluat, & si aut infrâ subsistat, aut vtrâ procedat, fœtus perdatur. Neque huius rei perfectum aliquod experimentum habere possumus, cùm paucæ admodum mulieres conceptionis horam cognosce possint. Quod si tanta est septenarij numeri dignitas, cur non in septem mensibus nascuntur omnes homines? nunc autem omnes, paucissimis exceptis, in nouem excluduntur, in quibus septenarij ratio non inuenitur. Quod si ad nouem menses addas decem dies, vt author hic facit, vt septenarium adimpleas, vitalisque sit partus, quod ille vult, potest id fieri, licet nondum viderim. Sed demus posse. Non tamen verum unquam erit mortales esse quicumque nono

exactè mense aut duobus, tribusue, quatuor aut quinque diebus antè, aut pòst edentur: quin potius contrarium naturale est, vt ordinaria ostendit experientia: quidam, si septenarij tanta esset vis, pauci viuerent. Aduersatur autem manifestè author hic, in computandis diebus Septimestris partus, Hippocrati initio libri de Septimestri partu, si hic Hippocratis est. Hic enim iuxta veram numeri rationem Septimestris partus dies recensentur ducenti & decem, singulis mensibus triginta dies tribuendo, vt vult author libri de Octimestri partu, in fine, & Galen. 2, de Crisib. quamuis Galen. lib. de Septim. partu, & Hippocr. lib. de sep. part. viginti & nouem cum dimidio tantum ei concedant. Ergo secundùm hanc rationem, septem menses absoluentur diebus ducentis & sex cum dimidio. Hippoc. autem de Septimestri partu, hunc edi ait diebus centum & octuaginta duobus cum dimidio, & insuper diei particulā. Vnde constat, aut librum de Carnibus, aut de Septimestri partu, non esse Hippocratis. Est & alia hic repugnantia: nam author huius libri, in fine, vt septenarij viii commendet, morbos acutos ait ter-septimo, undecimo, decimo - quarto, aut decimo - octauo; hoc est duabus hebdomadis cum dimidia: nec solùm iubet in acutis decimum - octauum considerare, sed & in capitib. vulnerib., sique completas hebdomadas in diebus decretorijs facit, proinde & vigesimum primum cogetur iudicatorium facere, non vigesimum, quod spētē aduersatur Hippocrati Aphor. 24. secundi, ubi decimum septimum considerare iubet, & Galeno lib. de Diebus decretor. & plures alibi.

Nec minùs fallitur in fine huius operis, cùm dicit, in septem annis esse exactè hebdomadas tercentas ac sexaginta: hac enim ratione qui-libet annus habebit solùm tercentos ac sexaginta dies, quod veritati repugnat; & Hippocrati, & Galeno lib. de Septim. par. & 2. de Crisibus, qui secundūm Cæsaris restitucionem annum conficit ex diebus tercentis sexaginta quinque & sex horis, quæ supputatio ad nostra vsque tempora durat; cùm tamen exacta non sit, minùsque impendat temporis sol in exequendo toto zodiaco, quòd factum est, vt à Cæsaris restituzione ad annum 1580. vernum æquinoctium sedem suam anteuerterit diebus integris quindecim. Ergo si dies 365. & 5. horæ, non totum adimplent annum, quomodo id facient dies 360. Quòd si hebdomadas ex pluribus diebus quām 7. constitutas, vt authoris huius rationem salues, iam non hebdomadæ erunt. Fuerint itaque in annis septem, iuxta vulgarem supputationem, hebdomades tercentæ sexaginta quinque, dies vñus, horæ duodeciginta, præter defectum quem suprà notauimus. Sique cadit ratio septenarij huius authoris.

LIcet nullus sit qui dubitet librum hunc esse Hippocratis, ego tamen maxime ambigo. Videntur enim mihi multa in eo esse Hippocratis ingenio indigna. Primo itaque praeter rationem apparet Septimestris foetus tempus sic exactè circumscribere, ut author hic facit, eum nasci dicens diebus centum & octuaginta duobus, ac dimidio, & insuper diei particulâ; quod adeo difficile est ut experientiâ comprobetur, ut nil magis: videturque author hic potius respxisse ad annum, ut præcisè eum in duas médiatates diuidet, quam fœtus rationem habuisse. Quomodo enim quis credat ita huic temporis ab Hipp. præscripto, Naturam astrictam esse, ut ne horam anteuertere possit? Quod autem post hoc tempus plurimi nascantur Septimestres, etiam vique ad ducentesimum Galenus quoque testatur lib. De septim. partu. Non tamen vñquam vidit natam tam paruo tempore, ut vult Hippocrat. Sed vnum tantum editum centesimo octogesimo quarto die completo, quod minimum. Qui tamen in hoc nobis arridet, quod vltra ducentesimum quartum, septimestrem vitalem esse negat, longissimum hunc ei terminum constituens, eodem errore ac Hipp. suum breuissimum. Est & alia ratio quæ me magis mouet, non authori huic credam. Quomodo enim septimestrem fœtum vocabimus illum qui sex solum completos menses habet? ego semestrem potius dicere: Quod si sophismate tuo vtens primi mensis dies xv. septimi vero, totidem aut paulò plus sumēs, septimestrem constituas, sic ego eum qui septem menses completos habebit, aut diem vnum amplius, octimestrem vocabo; & octimestrem completum, nouimestrem dicam; & nouimestrem decimestrem, si primum & vltimum mensem fecem; & contrà decimestrem imperfectum, nouimestrem vocabo: quod est absurdum. Natura enim nullam habet rationem mensium nostrorum, neque diuisionis ficta. Falsum ergo videtur asserere septimestres vitales esse, octimestres vero & decimestres, neutiquam. Aut si id ita est, integri menses constituendi sunt, aut quibus dies patiri desunt, tunc querendum cur ita contingat: aut, vitande fallaciae causa, diebus agendum, non mensibus. Quod si numeris vii tribus, plurimumque ad vitam conferre septenarium putas cum auctore libri de Carnibus, aut quadragenarium, cum hoc, ab utroque exclusis experientiâ. Dies enim centum & octuaginta cum duobus & dimidio & horis aliquot, septenario nullo modo congruunt, nec quadragenatio, dierum, mensium, aut hebdomadum. Ergo non viuet fœtus. Contrà vero octimester ducentorum & viginti & quatuor, septenaria dorum continet exactè triginta duo: ergo viuet. Quod tamen vtrumque repugnat Hippocrati & Galeno. Et mihi quidem etiam videtur repugnare Naturæ, ut eam dierum numero addictam putas. Dicere enim Decimestrem, qui ducentis octuaginta diebus completis editur, vitalem esse

esse, quia quadragenaria habet septem integra, ut author hic vult hic, & libro sequenti de Octimest. par. cæteros autem, minimè: videtur potius superfliosum quam rationale. Cur enim si die uno, duobus, tribus, quatuorue hinc aut inde nascatur, non viuat? Maximè quia ratio huius authoris, qua ostendit quare ille viuat, nobis fauere potest. Ait namque, viuere, quia fortissimus est, & plurimum à vulgarium puerorum tempore abest, in quo affliguntur quadraginta ægrotantes diebus circa octauum mensem. Si ergo nascatur duobus diebus post, magis hæc illi conuenient, proindeque superstes erit. Proinde concludamus cum Gal. initio lib. de Fœtuum forma. Non est unus limitatus ac certus terminus fœtibus manifestæ formationis, aut motionis, aut partus. Hæc cùm optimè ab ipso dicta sint, miror tamen quod lib. de Septim. par. authorem hunc sequutus, terminum infimum Septimestri constitutus 182. dies cum dimidio, & aliquot horis, supremum autem, 200. ultra quem nasci non contingat: ad idque probandum, friuolâ ratione vtatur, ita numeros adaptando iuxta Hippocratis mentem, ut Naturam diebus alligante velle videatur, non hos illi, ut par erat. Fingit enim mulierem prioris mensis gestasse 28. dies, septimi autem 29. qui cū quinque interiacentium mensium diebus efficiunt 204. dies cum dimidio. Quia vero, subdit, in maximis distantijs primus & septimus extiterunt menses, infantem hunc non esse vitalem Hipp. profitetur. At debuit Galenus demonstrare num Hippocratis ratio veleret, & non eam tanquam principium admittere, præcipue in rebus valde dubijs, & quæ ratione elucidati expostulant. Ego enim nullam vim in hac Hippocratis ratione inuenio, nisi velimus, ut suprà dixi, legem Naturæ imponere mensium nostrorum diuisione, & aptatione ad libitum. Hinc processit etiam absurdum illud, quod habetur lib. de Octimest. par. Decimestrem scilicet, & undecimestrem fieri vtrumque ex septem quadragenarijs eodem modo quo Septimestris ex medio anno. Quid enim fallacius esse potest, quam eundem partum decimestrem & undecimestrem vocare, pro varia die-tum diuisione? Quid ergo in tam graui negocio dicemus? Sanè iudicium difficile, non solum in reddenda ratione septimestris, octimestris, decimestris, & undecimestris, sed & in decernendo num talia euenant qualia dicuntur, scilicet septimestrem vitalem esse à 182. diebus cum dimidio, & horis aliquot, usque ad 200. Octimestrem, septimestremque; compleatum superstites nunquam esse: decimestrem & undecimestrem inueniri, illumque non viuere. Hæc si ita non contingunt, frustra eorum rationem quærimus. Scire autem an contingent, adeo difficile & arduum est, ut vix fieri posse credam. Nam à foeminis expectanda veritas harum rerum, quæ imprudentes, fallaces, inconstantes, callidae, ignorantesque sunt, Decipiunt lubricæ, quæ ante matrimonium procorum operâ grauidæ factæ, sexto vix elapsò à nuptijs mense, perfectum edunt fœtum; aut etiam octavo, cùm tamen mense ante nuptias conceperint. Aliæ decimo, aut etiam undecimo, à mariti obitu, aut peregrinatione, pariunt. Hæc omnes,

ut honori consulant suo, non possunt non fallere. Aliæ falluntur ipsa quidē, aut quia nō adeo ingeniosæ, aut quia quantumuis ingeniosæ sint, cūm pluries cū maritis aut alijs concubant frequentérque, vix aut ne nū quidem conceptionis diem nosce possunt: quādam etiam neque mensem, cūm aliquas ego vidērim quæ etiam post tertium mensē ignorrent num grauidæ essent, negarēntq; nullo scilicet apparente signo conceptionis, & fluentibus menstruis. Quantò ergo minus horas nouerint, ut asserere possimus cum Hipp. septimestrem nasci 182. diebus cum dimidio, & horis aliquibus. Melius ipse inferius hoc libro, *varian dies non similiter, neque dicunt, neque cognoscunt mulieres.* Dicuntur enim ex eo quod, &c. Hoc quidem verissimum est. Nam cūm ego plures de hac re interrogauerim, vix vnam aut aliam inueni quæ mensum ordinem nouerit, nunquam verò duas, quæ in omnibus conuenirent. Dicā tamen quid ferè omnes de hac re testentur: inde rationem addemus. Quinquemestres quidem nasci, atque semestres, non tamen plus quam tres aut quatuor superuiuere menses. Septimestres etiam edi, paucolq; viuere, quos subinde corona cingunt, quasi de fato victoriā reportant. Sed de horum tempore certant, asserentibus quibusdam septem omnino completis mensibus edi, ut si, aiunt medio Ianuario concipientur, nascantur medio Augusto: alijs, septem quidem menses debere esse, sed credere tamen, nil interesse si desit vñus, duo, aut tres dies, sed non multò magis: nil autem septimum excedere debere. Conueniunt tamen omnes in hoc, quod decem, aut duodecim dies, multò verò minus quindécim ante completum septimum mensem edi non possunt, & viuere, idque expertas se sèpius. Quod si verum est, non ante ducentesimum edi vitales possunt, cūm menses omnes nostri triginta, uno Februario excepto, multi etiam triginta uno constent diebus. Quid ergo faciemus Galeno? qui vice versâ vltra ducentesimum ex Hipp. vitales esse negat, à centesimo verò octuagesimo secundo cum dimidio & aliquot horis, usque ad ducentesimum maximè? & vidisse se vnā quæ centesimo octuagesimo quarto completo pepererit, credo, superstitem; nunquam tamen minori tempore. Putandum tamen est Hip. vidisse natum 182. die cum dimidio, & aliquot horis; alias enim non scripsisset. Repugnat tamen nostræ mulieres. Forsan Gal. & Hip. deceperunt illæ. Quomodo enim tam exactè diem, horámque conceptus nosce poterant? Ego cūd de hac re plurimas interrogauerim, aliqua respondit sc̄ statim sentire intravérū cōcepisse, quia totū dolebat corpus, maximè lumbi, lassitudóq; maxima omnia occuparet mēbra, ita vt nec moueri posset. Pleraque autē omnes contrarium asserebant, neque de hebdomada, saltem die, certò affirmare audebant. Sed demus non deceptas Hip. & Gal. feminas quomodo potuit fieri vt illæ tam paruo tēpore vitales pepererint, nostrates autem non possint? Aequū enim mihi videtur, nostratisbus omnibus r̄quæ h̄c adhibere atque illis. An quia Græcia calidior est nostris regionibus, fuscundior etiam est? ynde & quæ ex terra viuunt, fæliciora valentioris;

proueniunt; plurimâque illic inuenire est simplicia, animaliaq; quæ nostrum non fert solum. Sunt & ad venem proniora tum irrationalia tum rationalia animalia. Non ergo mirum fuerit si breuiori tempore fortior fiat foetus, edatürque, & viuat, quām apud nos: maximè cùm editus illic aetis vim, vt pote calidi, non tam pertimescat, quām hīc, vbi aduersum frigus, à calido exiens vtero, non potest sine maxima noxa periculōque experiri. Nec tamen multi septimestres viuunt, sed perquām pauci, vt author hic testatur, quemadmodum nec apud nos, quia ante debitum robur potius extruduntur quām exeunt. Idque vi forsan septenarij, quæ maxima est in omnibus naturæ operibus, vt alijs ostendimus. Apparet verò id vel maximè in morbis, vt passim Hipp. Gal. omnésque alijs medici testantur, quotidiāaque ostendit experientia. Necessitatem autem Naturæ, quapropter in septem hæc singula dispensentur, ego alijs locis declarabo, dicebat author lib. de Carnibus, in fine. Sed non est inuenire vbi id declararit Hipp. Galenus autem lib. 3. de Diebus Decretor, id ad Lunam refert. Sed de hoc alibi. Nunc experimento contenti dicamus, septenarij ratione infantem septimestrem aliquando nasci, & raro viuere. Sed quomodo septimestris dicitur qui quinque dies cum dimidio, & aliquot horis, supra sextum mensem habet tantum, secundūm Hippocratem hīc? Respondeamus, vt Hippocratem tucamur, si eius est liber hic, septimestrem optimè dici posse ab eo tempore quo primum septimi mensis ingreditur diem. Quemadmodum & Crises quæ septimo fiunt die, etiamsi primâ aut secundâ septimi hora fiunt, in septimo accidisse dicuntur; septimum namque dicitur, totum id quod inter finem sexti & initium octaui continetur. Sicque optimè respondit Augur qui Cæsari prædixerat vt Idus Maias caueret, cùm hic diceret manè, venere Idus Maiæ, venere (inquit ille) sed nondum transiere obiitque paulò post Cæsar. Ita quoq; haud necesse est nouimestres, nonū explere mensē; aliquos enim vidimus nos qui quinq; aut sex dies solum noni percurrerāt mēsis, superuixerūntque. Ergo male author hic ait, septimestres nasci 182. diebus cum dimidio & insuper accidente dici particulā. Nam si id semel contigit, & cum dubio, non exinde regulam generalem constituere oportebat. Sed debuit dicere, septimestrem raro viuere si 182. diē cum dimidio ac horis aliquot nascatur, exinde verò vique ad 200. vitalē esse, magisque prope 200. ego etiam crederem, usque ad 204. donec mihi experientiā contrarium innotescat. Qui verò aut septimo, aut nono incompletis nascuntur, si vivant, debiles sunt & morbosī. Porrò octauo editi non viuunt, vt omnes mulieres testantur. Credo, quia si perfecti & sat fortes fuissent, cùm in septimo ex septenarij natura moti sunt, existent vtiq; quando autē nasci tunc nō potuerunt, nō mouētur, nec exitum moluntur usque ad nonum. Si ergo antē exeat, nō propriā vi exeunt, sed extērnā violentā. Quare non mirum si immoriātur. Decimestres autem nasci, nulla vñquam mihi fassa est mulier: multoq; minus vñdecimestres. Nescio itaque quid huic authori in mentem ve-

nerit, qui afferat semper dicere & testari fœminas, hasci decimestres, & vndicimestres, & si principium aliud libri de Septim. par. quod ad huius finem ponitur, Hippocratis est, etiam duodecimestres. Author quoque libri de Octimestr. par. decimestres & vndicimestres sine controversia admittit, & ex septē quadragenarijs ambos cōstituit. Cui repugnat author libri de Natura pueri, decipi dicens fœminas quæ plus quam decem menses gestasse se credunt. Sed posset quis dicere, authorem libri de Natura pueri, ultra decem menses completos gestari fœtum non posse, afferere, quod non est contrarium loco de Octimestr. par. allegato; cum septem quadragenaria, nouem menses completos, & viginti dies adimplant. At nec sic satisfactum veritati videtur. Nam quemadmodum Septimestris minimo termino natus, quem ei hic præscribit Hipp. & Gal. lib. de Septim. par. habet sex menses completos, & sex ferè dies septimi mensis: & Nouimestres non superstites manent nisi saltem alios ferè dies noni mensis transfegerint, octo autem menses habeant integros: ita & vndicimestris dici non debet, nisi qui præter decem completos menses, quinque aut sex dies vndecimi supetarit. Quomodo ergo ex totidem diebus fient vndicimestris & decimestris? Ergo fallacia est mulierum. Proindeque, ne ansam adulteris peccandi demus, concludamus, fœtus vitales edi septimo completo, aut 10. dies antè: de nono idem dicendum. Quod si quindecim, aut viginti dies excedant nonum mensem, aut vigintiquinque desint à septimo, quæcumque de pudicitia incidat suspicio, fœtum legitimum non censebimus. Atque hæc & naturali ratione nituntur, & communī fœminarum consenserunt confirmantur. Sic enim quotquot de hac re interrogauit, testatae sunt. Tribuendi autem sunt vnicuique mensi dies viginti & nouem cum dimidio circum circa, tantum enim insumit luna tempus in ementiendo zodiaco proprio motu. Quod quidem tempus cum exactè ad vnguem fecit à nobis non possit, (sunt enim præter id horæ quædam, & minuta, quæ hactenus astrologi non potuere, nec poterunt vñquam præcisè definiri) mirum non est si nec etiam tempus gestationis aut partus exquisitè præfinit non possimus; immo mirum est quod Hipp. hic, usque ad horas in septimestri descenderit, si hic liber eius est; cum contrā idem lib. Prognost. com. 3. cap. 2. cum dies criticos stabilire conaretur, rei difficultate motus, meritò scripsiterit, *Fieri verò non potest ut horum ultimum integris diebus eximie nameretur.* Non enim annus ac menses integris numerare diebus naturā aperte sunt. Hæc ille optime hoc libro, qui à Galeno & omnibus, legitimus Hippocratis iudicatur: vnde lib. hic de Septim. par. dubiæ possit esse fidei. Ut ut tamen res habeat, cum Hippocrat. & Galen. Septenarij numeri vim & sibi & omnibus maximam esse persuasum velint, id verò multas habeat difficultates in diebus criticis, ita ut ambo hi authores longa experientia comprobarint vigesimum diem, tertium esse septenarium, atque proinde criticum, non autem vigesimum primum, qui nihilominus tertius de-

beret esse criticus, si septimus quisque criticus est, coacti sunt décimum quartum constituere secundum septenarium, & eundem initium tertiae hebdomadæ, & sic deinceps in alijs criticis maxima consurgit rixa, & confusio: multò autem magis in mensibus, & omniū maximè in annis, quanto mensis superat diem, & mensem annus. Vnde Gal. libris de Diebus decretorijs mira fingit, & lunæ motum multis agitat modis, vt hinc eliciat dies criticos iuxta sententiam Hippocratis & suam, licet frustrà, satis frigidè, & quod bonâ eius veniâ dictū sit, parum scientificè. Sed mittamus nunc dies criticos; sufficiātque ostendisse ex codem Hip. & Gal. paruam admodum nos habere certitudinem dierum criticorum. Quod si dies criticos stabilire non possimus, cùm tamen initium morbi in promptu sit scire, quomodo terminum gestationis partusque præscribere poterimus, cùm diem conceptus vix aut ne vix quidem mulieribus ipsis notum, nedum nobis, in confessu sit, & ipse Gal. loco citato De fœtu formatione, idem confirmet? Est & alia ratio, pro seminis utriusque viribus, sanguinis menstrui copiâ puritatéque aut contrâ inopiâ impuritatéque, pro vteri & fœminæ robore aut debilitate, citius aut tardius formari exireque fœtus potest. Quomodo ergo de rebus tam incertis, certum quid statuere licebit, imò usque ad horas? Ridiculum verò videtur, Naturam cauillis nostris subijecere, quos ne homines quidem in negotijs suis ferrent. Quis enim nostrum, si mutuam sumperit pecuniâ vigesimo octauo Ianuarij in annum, & quo animo toleraret, si iudex cū ad debitum cum fœnore soluendum tertio die Decembribus cogeret, duodecim mensibus cum iam usum pecuniâ prætendens, vt nos volumus fœtum esse decimastrem, vnde decimastrem, imò & duodecimastrem? An natura obnoxia est legibus, & mensibus Augusti? Äquius quidem Christianissimus Rex, cùm sanctaret vt iuxta correctionem Kalendarij à Gregorio summo Pontifice institutam, decem dies superiori anno demerentur, eâ conditione correctionem admisit, edixitque subditis suis vt obseruarent, absque præjudicio contractuum, obligationum, præscriptionum, solutionum, aliorumque actuum qui integrum annum requirunt. Sic etiam Natura, menses suos incipit à die conceptionis, nullâ habitâ ratione diei mensis nostri, sit ille licet medius, aut ultimus: si que septenarij numeri tanta est vis, vt Hip. & Gal. aliquique volunt, mihi quidem videtur quod septenarius completior est, eò maiorem habere virtutem, quoque ab eo longius abest, eò minorem. Qui igitur exactè septem menses compleuerit, vitalior erit & perfectior: talis autem est qui dies 206. cum dimidio absoluerit. Quod si ita est, nescio cur author huius libri dicat, & cum eo Gal. septimestrem vitalem esse non posse si 204. dies cum dimidio absoluat, imò & si 200. attingat. In tanta ergo rei caligine, saueamus potius virtuti, obstruamusque viam vitio, statuamusque terminum communiorum partus, extra quem quamvis aliqua parere possit vitalem, tamen satius est vnam pati quam multas peccare. Terminus autem minimus septimestris fint dies (satius est enim diebus nu-

merare) 182. cum dimidio, & horis quibusdam, vt Hip. satisfacimus, quamuis id sobriè nimis debeat fieri, & cum maxima castitatis & probitatis existimatione, aliàs non. Maximus autem terminus septimestris sit dierum 206. cum dimidio: quòd si duo trésue dies abundant-proba moribus condonandum & hoc est. Minimus etiam terminus nouimestris sit 244. dierum, maximus verò 270. Inter maximū verò septimestrem & minimum nouimestrem, & infra minimum septimestrem & ultra maximum nouimestrem, quisquis nascatur, superstesque maneat, illegitimum censeatur.

De Octimestri Partu.

Hic quoque liber suspectus nobis est propter rationes superius di-
tas, & quæ sequuntur. Quomodo enim nouit perfectissimum
fætum in primis 40. diebus, & si plures accesserint, perire?

Quare etiam alimenta &c. Hoc commune est omnibus, non peculiare
octimestribus: omnes ergo ægrotarent. Et quid illud est de vestibus?
quia in utero induiti fuere carne & humoribus tepidis, ideo tales refec-
pueros induere, quales ipsi viri?

Cæterum decimestres & undicimestres &c. Totus hic sermo suprà est
refutatus; & vt verum sit plurimas mulieres concipere finitis menstruis,
tamen nonnullæ etiam concipiunt instantibus illis, vnde contingit de-
cipi in numero mensium.

Sunt autem & alia multa impedimenta &c. Si alia sunt impedimenta in
viris, ex quibus conceptus retardantur, præter ea quæ sunt in mulieri-
bus, cadit tota vis numerorum. Quis ergo credet septimestrem edi die-
bus 182. cum dimidio, & horis aliquot vt suprà dicebatur? Et quomodo
conuenire possunt hæc, quæ sequuntur, nouilunium quod dies unus es-
tit, esse exactissimè trigesimalis mensis partem, duos autem dies, ferme
quindecimalis mensis partem esse? nam si primum verum est, secundum
falsum est, oportet enim demere illud, ferme; si verò primum falsum est,
vt est, & quod sequitur etiam falsum est, tres dies decimalis esse mensis
partem. Et quid est illud quod addit, & non est possibile in paucioribus par-
tibus fieri, neque menstruorum solutionem, neque fætuum conceptionem? Sed
vltima libri non videntur probabiliora, cùm ait, *Ex his igitur omnibus
cessarium est plerasque mulieres circa plenilunium & ultra concipere, ut 200.
dies sàpe undicimum mensem apprehendere videantur, tot enim dies sequuntur
quadragesarios constituunt.* Nam cùm ultra plenilunium mulier concipi,
necessere est eum conceptum undicimum mensem attingere, atque apprehendere,
quo ad ultimum circuitum perueniat, hæc author hic satis confuse, & super-
stitione, vt vim septenarij confirmet, & undicimestrem partum quocun-
que modo tueatur. Quod vt faciat, supponit necessarium esse vt plerique
mulieres circa aut ultra plenilunium concipient, vt sint aliquot dies
primi mensis, deinde nouem integri menses, tandem aliquot undicimi
mensis, vt ita sophismate hoc dicatur undicimestris, propterea quæ dicit,

apprehendere vndeclimum mensem. Sed haec omnia nullam habent necessitatem, concipiunt enim mulieres quocumque tempore; sed ille non poterat vndeclimum mensem apprehendere si conceperissent circa nouium. Multò minus necesse est conceptum circa plenilunium factum, vndeclimum apprehendere mensem, alias enim cum pleraque circa & ultra plenilunium concipient, ut author hic vult, sequeretur maiorem factum numerum vndeclimatum esse, quod tamen est manifestè falsum, immo paucissimi nonum mensem explent.

De superfætatione.

Liber hic non reiiciendus videtur ab Hippocrate. Hoc solum in eodemdamnes, quod cum de superfætatione inscribatur, de ea valde pauca dicat. Cetera ad morbos mulierum pertinent.

De Exectione fætus.

Et hic etiam liber nil habet cur non dicatur esse Hippocratis.

De Dentitione.

Et iste quoque Hippocratem redolet, totusque est prognosticus, paucaque continet de dentitione, plurima vero de puerorum morbis.

De corporum Resectione.

Hic etiam valde breuis Hippocratis esse potest, licet intestina duo tantum faciat, colon, quo omnia superiora comprehendit, & rectum.

De Corde.

Hic vero Hippocratis non est. Continet enim multa absurdorum & quoad anatomen, & quo ad doctrinam. Inter alia autem est, calorem non esse in dextris cordis, & hominis mentem esse in sinistro cordis ventriculo, & animam nutriti spiritibus, & arteriam magnam ventrem despiciac intestina, & tamen non nutriti sanguine communi nec eum continere, sed tantum modicum seorsum humorum, & flauam bilem, & deinde sanguinem non esse naturam calidum, ut nec aliquam aliam aquam, sed calefcere, multis autem videri naturam calidum esse.

De Glandulis.

Hic etiam liber indignus est Hippocrates, ut qui multa absurdorum continet quae illud est quod dicit ubi est glandula, ibi etiam esse pilos, nam mammæ mulierum glandes sunt, & in earum fauibus glandulæ sunt, & in mesenterio, & multis alijs locis glandulæ sunt, ubi pili non sunt, & non est ingeniosè dictum, cerebrum esse simile

glandulæ, & si corrodatur conuellere & distrahere totum hominem. Et hanc affectionem vocari Apoplexiā, cūm tamen Apoplexiā sit pugnus, non verò convulsio. Et absurdum quoque est defluxionem capsa fieri in spinalem medullam, & inde spinalem medullam deponere in sacrum, & coxendicem fluxionem.

De ossium natura.

Hic quoque nil pertinet ad Hippocratem. Præter id enim quod de Ossium natura inscriptus fere nil de eis agit, sed de venis præcipue multa continet omnino falsa, ut inter alia, quod ossa hominis in numero sunt. 91. cūm Galenus 9. Placi. 200. ad minus afferat esse, & Vesali. 307. Deinde & vngues hic author inter ossa numerat, præter omnem rationem, & capitis dicit esse ossa octo, cum oculorum ossibus, cūm tamen circa oculorum ossa, capitis ossa sint octo. Multa denique de venarum distributione in intelligibilia profert, falsa, absurda, & sibi mutuò contraria, ita ut vix medico, nedum Hippocrate dignum sit opus, & ob hoc, & ob multa alia, quæ continent inepta. Et tamen Gal. in Propheta. Com. 4 confessum esse ait Hippocratis, nisi Mochlicus alius sit.

De locis in homine.

Iste etiam liber parum redoleat Hippocratis & stylum, & gravitatem, multaque continet veritati contraria, multa etiam ambigua; vide inquit omnino eundem habere parentem, quæ superior de Ossium natura.

De aëre, aquis, &c.

Hic legitimus Hippocratis est, & à Galeno, & omnibus, nisus censetur.

De flatibus.

Hic verò contraria, non solum Hippocrate, sed nec etiam viro docto dignus est; quod & Valeriola iudicat 10. Enarr. 1.

De medicam. purgantibus.

Hic quoque Hippocratis non est, nec uspiam eius meminisse Gal.

De Dieta.

Ex tribus libris de Diæta, Gal. 1. de Aliment. 6. secundum ad Hippocratem pertinere posse ait, reliquos verò, non.

De Morbo sacro.

Nec hic etiam à Galeno Hippocratis esse censetur, sed memorabilis cuiusdam viri.

De Morbis.

Quartuor libri de Morbis videntur esse Hippocratis; quanquam nonnulla in illis habeantur dubia, & rudia; nec enim Hippocrates potuit omnia exquisitè scire, maximè in ipsa Medicinæ infantia.

De Affectionibus

Hic Polybi à Galeno creditur, nec indignus est Hippocrate.

De Internis affectionibus.

Neque hic ab Hippocrate valde abhorret, quamuis in morborum curatione à communī nostra differat: omnia enim tempus immutat. Idem dicendum & de libro *de Virginum morbis*, &, *de Natura muliebri*, &, *de Morbis muliebribus*, & *de Sterilibus*.

Epidemij.

Ex lib. 7. Epidemion, Galen. 2. de Dispñ. 8. primum & tertium solos esse Hippocratis censet, secundum vero, quartum, & sextum à Theſſalo eius filio collectos ex paternis scriptis, quintū autem Hippocratis filij Draconis, septimum denique omnino spurium. Idem dicit Gal. initio commentarij in lib 6. Epid.

De Victus ratione.

Liber hic verè Hippocratis est: Quæ tamen in fine eius habentur post sermonem de balneis, non pertinere ad Hippocratem iudicat Gal. initio comment. quarti in eundem. Eiusdem sunt etiam libri DE IUDICATIONIBVS, & DE DIES VS IUDICATORIIS,

M m m m m


& PROGNOSTICORVM. Liber verò PRORRHETICORVM non pertinet ad Hippocratem, teste Gal. com. in eudem 1. tex. 4. Libri demique omnes qui sequuntur, verè ad Hipp. pertinent, scilicet COACAE PRAE NOTIONES; DE CAPITIS VULNERIBVS; CHIRURGIAE OFFICINA; aut DE HIS QVAE IN MEDICATRINA FIVNT, DE FRACTVRIS, DE ARTICVLIS; DE VICERIBVS; DE FISTVLIS; DE HAEMORRODIBVS; DE VISV; APHORISM; EPISTOLAE.

Q V I D?


Laus Deo Virginique Marie.



BIBLIOTHEQUE
UNIVERSITAIRE
TOULOUSE



TOP. 821.



TOP. 103




+ fol. 934.

fol. 904.




fol. 907.



fol. 827.



• 18. Oct +



• 18. Oct +



• 18.



FRANCISCI SANCHEZ,
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA
Professoris Regij

SVMMA ANATOMICA,
LIBRIS QVATVOR.

*IN QVA BREVITER OMNIVM
corporis partium situs, numerus, substantia, usus,
& figura continetur; ex Galeno & Andrea
Vesalio collecta.*

ADDITÆ SVNT ETIAM
Annotationes, quibus Columbi & Fallopij
repugnantia cum Galeno & Vesalio, conti-
netur, & inter se.

DE OSSIBVS LIBER I.

 S terrenum quid est, *A.* aridissimum, durissimum, ad funda-
mentum & basim totius corporis. Alia ad propugnaculum
facta, vt os caluariae, pectoris, spinæ; alia ad robur tendi-
num, vt patella, ossa sesamoida: alia præparando cibo, dispe-
candisque alijs rebus, vt dentes: alia ad sensum efficien-
dum, vt officula auditus: alia magna vt tibiae, humeri: alia parua vt
dentes: alia ampla, vt os facri ossis: alia arcta, vt fibula, radius, costæ:

M m m m m 2

alia aspera, ut lapidea in capite: alia laevia, ut os frontis, os pectoris: alia cunei formia ut septimum in capite, alia coniugalia, ut iugalia in capite. Quædam S, referunt, ut clavicula: alia, V, ut quod lingua radici impositum est: ensiformia, radio, cubo, cymbæ, fibulae, cuculi rostro, malleo, incudi, clavo, pisæ, & alijs similia. Alia nullam manifestam cavitatem habent, ut nasi ossa: alia pumici similia sunt, ut ossa tarsi, vertebræ: alia caua apparent & medullâ repleta, ut tibiæ, & humeri: alia perforata sunt amplè, ut os pubis, caluaria: alia minutim, ut ossa aurium: alianon in superficie apparent foraminulenta, ut brachiale, & dentes: alia foramina habent ad excipienda vase, ut vertebræ.

Ossis partes hæ sunt figurâ superiore complexæ. A. Cauernulæ pumicis modo efformatae. B. Squamma illas circundans. C. Portio exterioris ossis superficie illi contermina. D. Sinus. E. F. Ossis partes circumdantes medullam. G. H. Lineæ medullâ circuntextentes. I. K. Os cimbæ pumicis modo constructum. L. L. Substantia pumicola. M. M. Squamma superior. N. Os sesamoides solidum. Ossa non sentiunt, præter dentes. Omnia occulta sunt, præter hos. Omnia periorium vestit, præter dentes, & caluariam per interius.

C A R T I L A G I N E S, aliæ ad fulcrum, ut ossa, factæ sunt, ut palpebrarum, narium. Aliæ ut melius cedant & moueantur, ut pectoris, & tracheæ. Aliæ ossibus superinduntur, ne atterant illa, cui etiam ob hoc viscidus humor in aliquibus adnascitur, ut in coccige. Aliæ factæ sunt ut aliquid in eis erectum stet, ut palpebrarum ad capillos. Aliæ finibus ossium, quæ alijs non copulantur, adnatæ sunt, ne, si ossea fuissent omnia, rumperentur, ut nasi, aurium, mucronata pectoris cartilago. Aliæ vñionis ratione factæ est, ut ea quæ pubem coniungit. Durescunt & osse sunt sœpe cartilagines, ut in senibus, sed elixatione soluntur.

A. *Malè Columbus lib. I. cap. I. taxat Galenum quod hic I. de temperamentis pilos siccissimos omnium partium corporis dicat, quia, inquit Columbus. partes non sunt: immò partes sunt, saltem integrantes.*

O S S I V M P A R T E S.

C A P . I.

APPENDIX, Græce ἐπίφυτος, quæ ossium extremis connectitur mollior reliquo osse, pars cui implantatur mollior etiam est reliquo osse, pumicosa, deficítque ibi medulla. Vesal. Galenum taxat II. de Vsupart. A. quod hanc dicat esse medullæ operculum, cum pluribus quibus decet medulla, adfit appendix, ut vertebris, ossibus sacro adhæretibus, &c. Nec proinde solùm magnis ossibus appendices infunt. Vsum ergo dicit esse, quoties oportuit partem aliquam ossis molliorem reliquo osse fieri, aut propter dearticulationem, aut propter exortum aliquem.

Processus, græcè ἀπόστολος, est ossis eminentia, &c. in vertebris, &c. Processus autem plurimi appendices habent, & spatulae spinam, fœmores processus rotatores dictos. Plurimæ etiam appendices processus habent, ut vlnæ, tibiæ, &c. Confundunt tamen Processum & Appendicem Anatomici, sicutque processus appendice ornatus, simpliciter processus dicitur, ut humeri, femoris. Processum usus est, ad dearticulationem, vel ut ab eis aliquid extrahatur, vel inseratur, vel ad munimentum, ut in spatula.

Kopasis, seu κοπάρις, & κοπαρίδη, græce, est acutus processus, ut in maxilla inferiore, cui musculi temporarij infinguntur. Sed Galenus lib. de Ossib. etiam ossium capita, alia subintrans ossa, ita vocat, ut occipitij capitula.

Kepalæ & κεφαλαιον, græce, Caput, est processus qui os aliud subintrans: & horum alia prominentia vocantur, quæ longam habent ceruicem; alia depreßa, quæ parvam; illa ut caput coxendicis; hæc, ut os pedij.

Kephos, Articulus, Commissura ex duobus ossibus facta, οπέρδια græce, quod nos vertebra, spinæ ossa postica. Capita, alia rotunda, ut femoris; alia gemina, ut femori quæ tibiæ committitur: alia denique variarum figurarum. Galenus saepè capita appendices vocat, forsan quia appendicem quædam habeant.

Tράχηον, vel ἀνγήν græce, Collum & ceruix, in ossibus est pars tenuiorante processum, ut in processu femoris. Ad coccygem ceruix etiā vocatur strictior pars omoplatae antequam ad sinum, cui humerus connectitur, deficiat.

Kotanæ & κοτυληδώνα, & δέξιβαρον græce. Acetabulum, acceptabulum, sinus, cui capita ossium conduntur, est, ut in omoplata, & coccyge. Cauitas denique omnis cui aliud os committitur. γλάνη, est sinus parvus, quasi planus, ut ossis tarsi. Sinus alij rotundi, alij plani, alij simplices, alij bini, &c.

Ophæ, αὐτονός, χείλη, græce. supercilia, ut in sinu femoris ad coccygem. Hæc facta sunt ne luxatio facilis esset. Alij sunt sinus non ad articulationem facti, ut in interno latere magni externique processus femoris.

A. Columb. lib. 1. cap. 2. Vesal. etiam taxat quod appendicis usum ignoravit. Vultque appendicem esse adnexum ossi ut ex ea connexionel ligamenta rigerentur ad firmandum articulum, aut producendum musculum. Ibidem Gal. redarguit quod hic 9. de F sup. appendices duriores reliquo osse afferat: & quidem immerito eum videtur accusare. Nec enim toto osse duxiorem appendicem esse vult Gal. sed parte eâ cui adnectitur, quod verum est.

* Fallop. alium usum appendicatum à nullo invenimus, in Anat. obseru. promittit se daturum, in magno opere Anatomico quod molitur. Quid si antea moriat? Nonne melius dixisset nunc?

EXPLICATIO FIGVRARVM.

- A. dextrum femur.
 C. maxilla inferior.
 D. dextrum latus ossis sacri exter-
 nâ sede.
 I. 2. 3. 4. ossa tarsi.
 E. os cymbæ similis.
 F. talus.
 G. os calcis.
 I. II. III. IIII. V. ossa pedij.
 H. ossa digitorum.
 I. humerus anteriori sede.
 K. scapulæ portio ex dorso.
 L. quatuor L. in femore sunt ap-
 pendices.
 N. superior appēdicem ossis ilium,
 inferior, coxendicis ossis appen-
 dicem notat.
 O. O. O. O. in pedij ossibus, & in
 primo & secundo pollicis osse, &
 primo & secundo medij digitii,
 appendices denotant.
 P. humeri appendix.
 Q. appendix spinæ scapulæ.
 R. lineaæ quæ plures spinæ scapulæ
 appendicis portiones interce-
 dunt.
 S. femoris processus.
 T. Processus acutus inferioris ma-
 xillæ.
 V. V. duo processus ossis lateri sa-
- cri ossis adhaerentis.
 X. Processus appendicis ossis pedi
 minori digito præpositi.
 Y. Y. duo processus inferiori sedis
 humeri quæ cubiti ossibus articu-
 latur.
 a. a. a. tria femoris capita.
 B. caput maxillæ inferioris dex-
 trum.
 c. caput tali, quo os cymbæ fib-
 intrat.
 d. & F. caput tali, quo tibiaz fistum
 subit.
 e. e. e. capita pedij, & digitorum
 ossum.
 f. caput humeri superius, quod fa-
 pula articulatur.
 g. g. duo capita inferiora humeri.
 h. ceruix capitis ossis femoris.
 i. ceruix inferioris maxillæ.
 k. ceruix in talo.
 l. l. ceruices pedij ossium.
 m. ceruix in humero.
 n. acetabulum, cui femur articu-
 latur.
 o. acetabulum in humero.
 p. p. sinus superficiales seu plani.
 q. Pedij ossis tuberculum minime
 extuberans.
 r. superficia ossis coxendicis.

Ossium articulatio ob quid, & earum differentia.

Non debuit homo totus ex uno osse fieri, ut moueretur, & curuaretur, vt ambularet, vt laboraret. Factæ etiam ossium commissuræ quædā sunt ad maiorem tutelam, ne totum frangeretur simul, ut peruvia esset via vasorum, corporib[us]que alijs, & excrementis, ut futuræ caluariæ. Propter partium etiam differentias, ut verticis ossa mollia, ossibus temporum duris mediâ suturâ coniunguntur. Omne os alteri coniungitur, aut statim, aut mediâ cartilagine, nisi si quod in corde reperiatur.

Hypocrate, & d[icit]or, græce Articulatio, articulus ad motum factum, & horum alius euidens qui στάθμησις dicitur; alius ineuidenter mouetur, & τριπλακτος vocatur. Primus etiā ἀτάργενος ab Hypocrate vocatur, ut motus humeri; brachialis vero est secundus. Plurimi sunt motus, quia alia extenduntur & flectuntur solūm, alia etiam circumaguntur, & alia alio modo. Ideo & plures etiam articulationum differentia. Prima ἀνατροφες quando excipientis ossis sinus cauus est, caput vero intrantis magnum, utrumque simplex, ut in coccyge, in humero cum spatula: ἀρθροδία est articulatio quasi superficialis in quo vix cognoscitur caput unius ossis, & sinus alterius, ut tarsi ossa cum osse cymbæ. Hic ineuidens motus est, quemadmodū in prima euidentissimus: γύρων, est mutua intratio, & exceptio alterius ossis quando pluribus capitibus finib[us]que ossa committuntur, ut articulus femoris, & tibiae, secundi & tertij articuli digitorum manus & pedis. Atque hic uno motui ita factus est, ut superiores pluribus. Commissuræ vero non ad motum factæ sunt hæ ὄψησι, clavari, quando clavo similis est coniunctio, ut dentibus cum maxilla p[ro]p[ter]a, sutura est. Hæc triplex, ferrata ad hunc modum. † instar vnguium, hoc modo † † asserum instar, hoc modo † † † limborum hoc modo. † † † *equina*, structura est per simplicem lineam, citra omnem tuberis aut sinus apparentiam. Sed hoc vix y[n]quam ita perfecte apparet ut nulla sit asperitas σύμπτωσις, est commissura qua appendices ossibus suis connascuntur.

Connexus omnis fit à ligamentis articulum circumuestientibus, & quando ligamenta in medio articulo sunt, ut in femore cum coccygi committitur, dicitur tunc συρρόωσις, nenuis vocatur etiam ligamentum, & tendo, cum à musculis connexio fit, συρράξωσις, dicitur, ut indentibus: quando vero cartilagine mediâ, συγχόρδησις, ut in ossibus pubis, atque hæc cartilago perit in senioribus, & ossea fit, quemadmodum ea que articulis oblitinitur. In his in pluribus à Galeno dissonat Vesal. lib. I. c. 4. & Columb. & Fallopius ab utroque in suis tabulis.

DE CAPITIS OSSIBVS.

C A P. II.

CAPUT A. ob oculos præcipue factum, 8. vsup. quasi ut speculz fint: & ob alios sensus. Cerebrum etiam ob id. Capitis forma naturalis, sphæra oblonga modicūm vtrinque compressa, ob eosdem sensus. Hypocrates lib. de Aer. aq. & loc. ad obstetrices formam hanc refert aliter, atque aliter conformatam. Quatuor modis vitiatur haec forma, quinta autem imaginatione potius comprehenditur, & quarta etiam potius imaginaria est. Fallopius

Prima est, in qua anterior eminentia deperijt. Secunda, in qua posterior. Tertia, in qua vtraque. Quarta, in qua eminentiae ad aures promotae sunt. Quinta vero est, si fingas homini os ad aurem unam, ad aliam vero spinalem medullam.



Caluaria ex osse, conformata fuit tota ad propugnaculum. B. Oste habet ossa, & tres suturas præcipuas. C. Lambdois. D. à A. similitudine dicta, est quæ os occipitis circuit. Ab hac secundum longitudinem per mediū caput porrigitur. E. sagittalis *σηταῖα* & *σαρποειδής*, græcè dicta. Ab hac F. Coronalis ad utrumque tempus excurrit. Fallum est sagittalem in fœminis ad nasum usque tendere; in viris in coronali manere. Nam nulla fœminis à viris differentia, G. quamuis aliquibus tum fœminis tum viris ad nasi usque principium porrigitur. H. In pueris quibusdam etiam hæc per medium os occipitis usque ad basim eiusdem excurrit. In capitibus figuram non naturalem obtinentibus, aliter suturæ se habent. Prima enim amittit coronalem: proinde sagittalis usque ad supercilia descendit. Secunda amittit lambdoidem, sagittalē usque ad basim usque cranei progreditur, in tertia vero. I. crux quædam fit, ita ut ab auro in arem per mediū caput sutura una procedat, alia à supercilijs progredens, alteramque perpendiculariter diuidens, ad basim caluariæ progreditur. Quarta vero omnes suturas habet, sed contrario modo situatas, ut & ipsa contrario modo conformata est. Alia est in ossibus temporum quasi uno aut sutura, sed quia squamarum modo ossa ossibus superponuntur, ideo **conglutinatio squamosa** dicitur. Hæc ita facta, quia caluariæ locus illæ temporali musculo cooperitus non tantæ crassitie indigebat, ne pondere nimium grauaret. Id etiam in totâ caluariâ obseruatur, ut ubi excarnis illa est, crassa sit, ad tuitionem maiorem; ubi carnea, tenuis, ad levitatem. Tenuia autem melius, fortius, & securius squamarum mors superinduntur, quam suturâ coniungantur. Musculum huius articulationis esse causam ostendit, quod quo loco à musculo hæc discedit, ibi suturam referat, crassi usque os est. Aliæ sunt suturæ quibus ossa capitis & caluariæ iunguntur, quæ ex partium numeratione & præscripto termino colligentur.

Non








.002.107.

n
l
c
o
n
ur
it,
a
n
os
o
ur
su
nis
ix
ti
ouè
neà
tiei
ius
e in
iori
pra
qui
qua
culi
ima
in
osis
bel
inis
ora
ad
duo
rum
; ap
n li
n se
, vbi
rur





N nnnn


BIBLIOTHÈQUE
UNIVERSITAIRES
TOULOUSE



fol. 830.



fol. 831.



fol. 832.

CAPP
sint: &
turalis, sph
fus. Hypo
fert aliter, a
quinta auto
tiūs imagit
Prima e
rior. Tertia
sunt. Quin
spinalem n
Caluari
bet ossa, & i
est quæ os
caput pori
F. Corona
feminis ad
feminis à
vitis ad nat
hæc per m
tibus figur
Prima enir
descendit.
cranei pro
rem per me
alteramqu
Quarta ver
contrario n
aut sutura,
conglutina
temporali
nium gr
illa est, cra
Tenüia au
tur, quam f
sam ostend
crassiisque
guntur qua

Annotatione ex praescripto termino colligente
Non

Non mirum proinde si Columb.lib. I. c. 5. octo suturas numeret.

Caluaria duas habet tabulas seu laminas, superiorim vnam, aliam inferiorem, media autem substantia fungosa est, hoc ob levitatem factum est, illa vero ob securitatem, ideo illa dura & solida.

Ossa Caluariæ sunt K. octo. Duo verticis seu bregmatis L. quæ sagittali ex superiori parte futurâ; ex inferiori, squammosis conglomeratiibus; anteriori, coronali futurâ; posteriori, lambdoidi circumscribuntur: vbique æqualia crassitie, nisi vbi musculo temporali cooperiuntur ut dictum est, item & vbi coronali committuntur, ibi enim tenuia sunt, ut excrementis pateret melius aditus, & quia pars illa minus periclitabatur, cum in illam rarius cadere contingat: ideo huic parti inundationes, imbrocha, & cauteria admouentur.

M. Os FRONTIS, N. Coronali futurâ, & ea quæ octauum capitis os terminat, & ea quæ à temporum cauo incipiens & per medium oculorum sedium ducta, ad superciliorum congressum fertur, determinatur. Crassum vbique, præter quam vbi oculis supernâ parte impendet, & supercilijs & naso, O. ibi enim vacuum habet spaciun, duabus squammis constat solidis, protuberatque, ut oculum tueretur, & ne grauaret. Extrâ laue est, intrâ asperum ad cerebri figuram: quâ coronali committitur & ossibus verticis tenuius est, ut diximus: alibi crassum, præcipue in anteriore partem, quia in hanc sâpè cadimus, impingimus.

Os OCCIPITIS, P. lambdoide futurâ, additamentis eiusdem & linea quæ hæc additamenta coniungit, circumscribitur. Inequalis crassitiei est hoc os, ad posteriora, quo carne exuitur, crassissimum, & crassius osse frontis, Q. ob tutelam, quia hic oculis caremus, labimurque in hanc patrem sâpe, nec manus subsunt quæ defendant, ut in anteriori parte. In eius sedis radice crassissimum est etiam, præter rationes supra dictas, quia ibi duræ meningis duo sinus maximi continentur, qui maximam sanguinis & spiritus vitalis quantitatem seruant. Reliqua huius ossis sedes posterior, quam cerebellum implet, & à qua musculi collum mouentes nascentur, aut ei inseruntur, tenuis est, sed durissima & solidissima in cuius medio, ne tenuitas minus secura esset, versus interiorem partem instat linea exporrectum imminet tuberculum, ossis robur ibi adaugens, duosque hinc inde constituit sinus, quos cerebellum implet. Hoc os ita tenuis est vsque ad posteriorem partem foraminis quo spinalis medulla transmittitur, nam anteriori parte eiusdem foraminis externâ sede ad latera foraminis id sensim crassescit, & crassum admodum fit, sed rarum. Hoc itidem os ad latera dorsalis medullæ, duo proponit capitula, quæ primæ ceruicis vertebræ articulantur, quocum beneficio caput proprio motu flectitur & extenditur, quæ in pueris appendices habent, sed in grandioribus coalescent, R. In pueris etiam linea tres cartilagine replete tres partes huius ossis efficiunt, sed in seniis euant. Os hoc laue intus & extrâ est, nisi circa basim, vbi asperior extrâ est, ut inde musculi melius & tuius extrahantur, rur-

susque alij implantentur.

OSSA TEMPORVM, S. circumscribuntur squammosis conglutinatis
nibus, T. & suturæ lambdoidis additamentis, & suturæ cuneiforme os
terminantis interuallo, quod utrinque à transuersa linea, que occipitis
osse & cuneiformi communis est, sursum per cauam temporum ad squam-
mosas conglutinationes obliquè contendit. Hæc V. rotunda essent nisi
quò lambdoidi proxima sunt prominenter, nam inde à quolibet eorum
exit tuber quoddam quod à papilla vacua similitudine mammillar-
aris dicitur processus, græcè μαστίς: tum ut huic implantentur mus-
culi à clavicula & pectoris ossibus orti, ad capitis motum, X. tum ut
organu auditus commodus fiat sinus, qua etiam ratione, in interiorem
partem protuberant hæc ossa, ut amplio facto sinu, auditus omnia instru-
menta optimè aptentur. Temporis hoc os alium habet processum, Y.
qui non longè à mammillaris processus internolatere incipiens, oblongus,
tenuis, & solidissimus est, unde etiam ab acus imagine græcè θηριον
dicitur, ab styli vero scriptorij specie, περονίδη & ευανθίδη &
calcar capitis, os calaminum, sagittale, clavale, acuale, in calu-
rijs cæmenteriorum non occurrit, quia rumpitur facile. Et hoc
ad os V. referens, & ad linguam, & ad inferiorem mandibulam musculi
porriguntur, & os Voides huic processui committitur medio ligamento.
Alius etiam ab hoc osse exit processus, qui medianam ossis iugalis partem
efformat. Ad huius processus radicem ante auditorium meatum, A.
sinus ossi insculpit transuersim oblongus, cui inferioris maxilla
capitulum inarticulatur, & hic auditotij meatus initium, quod impe-
sè crassum est, veluti suturâ quapiam exigua obscuraque à religo
temporis osse alicubi & potissimum anteriori, inferiorique sede dicitur.
Cœtera ossis amplitudo verticis spectans os, ampla & tenuis
modum est, sed solida & cauernulis desituta, exterius lauis, intus in-
equaliter extuberans secundum cerebri plexus: ad capitis basim ap-
prium est pumicis modo, maximè quò transuersam respicit lineam cunei-
formi & occipitis ossi communem.

OS CUNEIFORME, ossibus temporum, occipitij, frontis, & octavo
osse circunscribitur, varium admodum est, ideo græcè πολύμερος Z.
dicitur, ad latera enim, & in temporum cauis, tenuis & perquam soli-
dum est & densum. In sui medio, capitisque adeo basi, omnium capitis
ossium crassissimum, quamvis non densissimum, & durissimum, nam
in medio sub laui squamma qua cerebri meningem duram tangit, ca-
uernulas C. duas obtinet medio quodam osse septo diuisas, in cuius
basi versus spinam, foramen aliud rotundum est; at vbi hæc antra desunt,
tantum substantia ossis cauernulosa est, ut appendicis substantia, sed
tamen intus & extra laui squamâ integrâ nec foraminulenta, ut Galen
estimat, obducitur. In medio eius situ, & decliviori, sinus est, quem
circum quadratum quoddam septum osseum circundat, cui septo dura
meninx valide adhæret, piaque meninx infundibuli modo illi superim-
pendet, hincque pituita à cerebro colatur, sed non per ipsam ossis sub-

stantiam transit, ut Galen. autumauit, sed per quatuor sinus ductusque, quibini ex qualibet parte ab hoc sinu ducunt ad foramina quadam, per quae arteriae & nerui transmittuntur, ductibusque his incumbunt, ad pituitam evacuandam. De hoc vide Vesal. lib. i. c. 6. A. Cuneiformi hoc osse bini vtrinque ad latera excunt processus, vespertilionis alis similes, ideo πλευραῖς dicti, in quorum medio cavaitas est, à qua validus enascitur musculus, qui sui lateris maxillam inferiorem mouentium tertius est, ita ut huius musculi causa, processus hos factos credendum sit, tum ut inde melius oriretur, tum ut ab illis fulciretur.

Os IUGALE, Gr̄ecis ζυγον cōponitur ex processu primi ossis maxillæ superioris, & ex alio ossis temporū, transuersā suturā cōnunctis, solidū, C. non cauum, gibbum extra, intus cauum, ad protectionem musculi temporalis factum, & ad productionem musculi masseteris secundi.

PETROSA OSSA, basis est caluariæ ubi stiliformia ossa & mamillares processus sunt, sic dicta ob duritatem, sebaritiem, ad muscularorum insertionem accommodam. D. Sunt tamen qui ossa temporū ita vocent, sed meliori ratione alia sic dicentur, atque nullum horum duorum felicet petrosum & iugale os est per se circumscripsum.

OCTAVVM capit is os à frontis basi incipit, circumscribiturque suturā quæ id ab osse frontis, & cuneiformi separat, & illa quæ in humiliori nasi sede maxillæ superioris ossa ab hoc distinguit. Ab hoc septum per medium narium producitur, & in cavitate caluariæ foraminulentum totum & spongiosum factum olfactus sensum constituit, ideo ἡμισεδε appellatum quod cribro simile sit, vel στοργοφόρος quod spongia: Tenui tamen, substantiæ densum, & solidum. Ab hoc longus in caluariæ cavitatem exit processus, septi modo sedes diuidens quibus olfactus organa reponuntur. Et huic processu duræ membranæ processus validè connascitur, qui dextram cerebri partem à sinistra dirimit. Sed etsi E. Galenus aliquando meminerit olsea cuiusdam substantiæ quæ nuci pinæ assimilatur, glandi & spelui proximæ, quia in hominibus hæc non inuenitur, sed in brutis ut canibus, ideo nihil hic de eo dicemus. Sed iam hæc omnia quæ capite hoc 2. dicta sunt, figuris ostendamus.

A. Columbus lib. i. c. 5. contra Galenam optimè censet caput non ob oculos, sed ob cerebrum potius factum fuisse.

B. Ex pluribus autem non ex uno continuo, ne istu uno totum vindetur ille modo.

C. Hæ suturae factæ sunt ad excrementorum fuliginosorum cerebri expurgationem (unde falsò Cels. capita sine suturis firmissima esse, & doloris experientia afferit) & ad securitatem caluaria, ne tota rumpatur, ut supra diximus, & ut per eas fibra dura meningis exirent, quæ ultra citraque extensæ am sustinerent. Arist. falsò canum caluariam suturis destitutam putat. Malè hic Columbus. lib. i. c. 5. Galenum reprehendit, quod dixerit lib. de Ossibus, suturam lambdoidem & coronalem quandoque deficiere, alias alteram.

alias ambat. Nam si Columb. nunquam vidit, non sequitur proinde Gal. non vidisse id. Sed in confessu est aliquando sagittalem usque ad nasum descendere, amissam coronali.

D. Eadem & sutura puppis dicitur.

E. Hac etiam veru, virga, instar teli, & nervalis vocatur, & recta.

F. Nominatur & arcualis futuraque prora.

G. Quamvis aliud voluerit Arist.

H. Fallop. in omnibus pueris paruis hoc inuenisse testatur semper: in adultis, raro.

I. Fallop. id omnino falsum afferit, cum nunquam tertiam nec quianam inuenieret futurarum figuram. In pluribus autem quibus eminentie decerant, aderant suturae, immo in omnibus.

K. Galen. lib. de Ossibus, sex ponit cum Arist. At 11. vsp. septem.

L. Seu sincipitis; nervalia, paria, arcualia, parietalia, rationi seu cogitationis. Sed ultima tria communia etiam sunt ossibus temporum, & inguli.

M. Hoc os Fallop. in infantibus unius anni semper bipartitum videt.

N. Seu sincipitis, coronale, prora capitis, innereundum, sensu communis.

O. Galen. hoc non cognovit.

P. Seu occipitis, laude, pixis, puppis, memoria.

Q. Quamvis Arist. 3. de hist. anim. aliter senserit. Sicui etiam falso os occipitis inane esse iudicauit.

R. Columb. 5. 1. in 6. & 7. offa quandoque diuidi hoc os in pueris afferit. Fallop. contraria nonnquam nec in duo, etiam in his qui sex menses non superarunt.

S. Aut mendoza, dura, armalia.

T. Que etiam squamosi contextus, squammiformes, temporales, circulares, mendosa futurae.

V. Galeno triangularia.

X. Fallopius hoc non probat, quia pueri omnia qua ad anditum spectant perfecta habent, mammillares autem hos processus minimi. Sed an hoc verum? Crediderim omnia pro proportione facta parua in pueris, non tamen desunt mammillares processus.

Y. Fallopius hunc appendicem non processum dicit, quia initio cartilaginosus est. Et etiam in adultis elixatione soluitur, quod non alijs accidit processibus.

Z. Et calcar capitis, os calaminum, sagittale, clavale, acuale.


A a. Male hunc sinum Gal. sub mammillari processu collocat, cum valde ab eo distet.

B b. Et Sphenoides, id est cuneale, à barbaris basilare, basillare, paxillare, os colatorij, cribratum.



C c. Columb. 5. 1. Vnam solum numerat continuam cum alia in eis frontis sita, de qua infra. Fallopius aliter sentit, qui in pueris ante annum haec

BIBLIOTHEQUE
UNIVERSITAIRE
TOULOUSE

I figura



2 figura



3^a figura

fol. 837.

et quadripartitum esse notauit, nullaque donatum canitate: post annum, continuum fit, duas habet canitatem pellicula vestitas, nullaque medullae plena, quod quidam falso prodidere, nec cum ijs quæ supra oculos sunt in ossibus superciliorum, continuas, sed nimis distantes. Falsum etiam quod quidam dixerunt, aerem attractum per nares, in canitatisbus superciliorum seruari, deinde ad illos alios sinus deferri, & inde ad cerebrum. Nam in infantiibus ante annum omnes haec canitates defuntur.

Ee. Columb. cauernosum dicit esse. 6. I.

Ff. Columb. 5. I.

CARACTERVM prima figura Index.

- A. Coronalis futura.
- C. D. Lambdoïdes futura.
- E. Sutura sagittalis.
- F. Squammosa conglutinatio.
- H. quod à C. ad H. per F. porrigitur vera est squammosa conglutinatio: inter C. verò & principium huius conglutinationis, vera sutura est.
- I. Sinistrum verticis os.
- K. Dextrum verticis os.
- L. Frontis os vnicum.
- M. Occipitis os etiam vnicum.
- N. Sinistri temporis os.
- O. Os cuneiforme vnicum.
- P. Cuneiformis ossis processus, sed hi melius in secunda figura videntur.

Q. Q. Q. Idem os est primumque superioris maxillæ in utroque latere, sed nota * signat processum ab hoc osse ductum ad efformandum os iugale.

R. R. R. Lenis in frontis osse & verticis asperitas à qua semicirculi modo temporalis musculus pronascitur.

S. S. Quartū maxillæ superioris os.

- V, X. Os iugale. Porrò X, hic notat processum temporis ossis ad formandum iugale os productum,
- V. vero processum ossis maxillæ,
- Z. autem futuram quæ utrumque iungit.
- a, Sutura cuneiforme os circumscribentis interuallum, illi ossi ac temporis ossi commune.
- b, Sutura cuneiforme os circumscribentis interuallum, illi ac ossi frontis commune.
- c, e. Sutura os cuneiforme circumscribentis interuallum, ipsi & maximo superioris maxillæ ossi.
- S. insignito commune.
- g, g. Sutura frontis, os à cuneiforme & maxillæ superiori dirimēs.
- i. Os styloides.
- k. Mamillaris processus.

CARACTERVM secunda figura Index.

- A. Coronalis suturæ extremum.
- C. C. Sutura lambdoïdes.
- F. Squamiformis conglutinatio.
- K. Verticis sinistrum os.
- L. Frontis os.
- M, M. Occipitiij ossis maxima pars.
- N, N. Utinque vnum temporis os.

- O, O. Cuneiforme os.
- I. 2. 3. 4. Processus cuneiformis ossis, alis vespertilionum similes.
- Q, R. Primū maxillæ superioris os.
- S, A. Quartum & maximum maxillæ superioris os.
- V, X. Os iugale.
- Y. Sutura Ossis iugalis.
- II. Sextum maxillæ superioris os.
- a, a. Sutura os cuneiforme circumscribentis interuallum, ei & ossi temporis commune.
- b. Aliud sutura interuallum, cuneiformi ossi, & frontis ossi commune.
- d. Hac parte occultatur sutura os cuneiforme circumscriptis interuallum commune illi, & ossi externum angulum sedis oculorum constituenti.
- e. Sutura os cuneiforme circumscribentis interuallum, illi & quarto maxillæ superioris ossi commune.
- f. Hæc sutura superiori maxillæ peculiaris est, primo & quarto eius ossibus communis.
- g. Sutura frontis ossi, & superiori maxillæ communis.
- h. Sinus cui capitulum inferioris maxillæ articulatur.
- i. Processus stilo scriptorio similis.
- k. Processus mamillaris.
- l, l. Capita ossis occipitij quæ primæ ceruicis vertebræ articulantur.
- m, m, m. Sutura lambdoidis additamenta ad n. tendentia.
- n. Linea additamentis his & cuneiformi ossi communis.
- o, p. Sutura à linea n. indicata in dextrum latus repens inter os
- cuneiforme & sinistri temporis os. Verum ab n. ad o. quemadmodum, ab m. ad n. non vera futura est, sed notabilis rima.
- q, q. Sutura os cuneiforme circumscribentis interuallum, illi & sextis maxillæ superioris ossibus non notatis commune.
- r. Linea sutura modo os, cui auditorij meatus initium insculpit, continens, & veluti à reliquo osse feiungens.
- S. Septum narium ab s. capitatis osse.
- t, v. à t. ad v. transversa notatur sutura sexto maxillæ ossi, & quanto communis.
- x. ab x. ad t. sutura indicatur duabus sextis maxillæ superioris ossibus communis.
- y. Sutura notatur recta per palatum ducta, & quartis maxillæ ossibus communis.
- z. Foramen, à cuius latere ad a. vel que, obscura quandoque apparet sutura.

CARACTERVM tertia figura Index.

Hanc figuram solum ad ossa reliqua superioris maxilla commixta deponimus ordine quo modo exponentar.

- Γ. Primum maxillæ superioris os.
- Δ. Secundum.
- Θ. Tertium.
- Λ, Λ. Quartum.
- Ξ, Ξ. Quintum.
- Sextum in secunda figura ostendimus.

*DE OSSIBVS SVPERIORIS
maxilla, Auris, maxillæ inferioris,
Et de dentibus.*

C A P. III.

SVPERIOR maxilla habet duodecim ossa, sene ex singulis partibus, tum ob maiorem securitatem, tum ob meliorem articulationem, tum ut ex medijs futuris ligamenta plurima educerentur musculis inferenda. *A.* Densa sunt omnia, sed non solida, immo plura caua & intus medullâ repleta, vt videre est in malâ, idque ad fortiorem constitucionem, ne grauitate nocerent, vt vox melius formaretur, quamuis Galenus II. de Viup. solida autem. *B.* Porro hæc illius sunt ossa (præter minuta quædam & cartilaginea quæ in narium summâ cavitate continentur, dentes) Primum, sedis oculi externum constituit angulum, Secundum & Tertium, *C.* ad oculi sedis internum referuntur angulum. *D.* Quartum, omnes sui lateris suscipit dentes. *E.* Quintum, è duobus quænam sum constituant, vnum est. Sextum cum suo coniuge ad palati finem collocatur. Galenus alias hæc numerat ossa, sed in canibus id ut ipse narrat appetat, non hominibus. Vide Vesal lib. I. cap. 9.

INFERIOR maxilla uno constat osse tota, quamuis in pueris in medio mento aliquando diuisa videatur, & in canibus, & in alijs animalibus semper diuisa est, sed in homine continua. *F.* breuior est quam reliquis animalibus, quia illa ore cibum assumunt, homo manu ad os cibum mouet. Dura est propter continuum & violentum motum, ad mandendum & mordendum. At ne grauaret musculos à quibus mouetur, cavitates plures habet medullâ plenas. Duos vtrinque habet processus sine appendice; alter mucronatus, alter in capitulum desinens, ad insertionem muscularum. Cartilago quædam sinui, cui committitur caput hoc in temporis osse, & capiti ipsi maxillæ obducitur rotunda, quasi ligamentosa, ne continuo affricitu caput hoc rumperetur. Crassa est maxilla quo loco dentes excipit, propter hos.

DENTES soli inter ossa sentiunt. *G.* Gal. 5. secum. loc. idque ratione mollis nerui à 3. pari illis implantati, quō sentirent omnia quæ per os sumuntur, & quia ipsi dentes nudi his omnibus exponuntur, & quia nutriti & augeri per longius tempus debebant & regenerari. Ut plurimum sunt triginta duo, vtrinque sexdecim, sed non certus hic est numerus, in quolibet variat homine. Quatuor priores, quia sequantur incisorij vocantur. Singuli deinde vtrinque canini, ad frangenda duriora quæ illi requiriuntur: maxillares seu molares, quini * ab utroque latere sequuntur.

tur, ideo sic vocati quia molant cibum, asperi, ampli, duri, & magis Dentium *H.* aliæoli præsepiola dicuntur, & fouæ, fossulæ, sinus. Incisores vnâ radice insiguntur; canini etiam vnâ, sed profundiori, ad maius robusti, molares inferiotis maxillæ, duabus; superioris, tribus. Aliquando superiores quaternis, inferni ternis: utrumque, quia superiores, quia, inferius pendent, maiori firmamento egebant, alias alter radicibus variant. Canini vero & incisorum raro in numero variant, bene autem molares. Ex his vltimi gemini dicti, versus œlophagum quandoque post pubertatem exeunt, alijs etiam in senectute, quibusdam binis ordinibus. Non plures viris quam feminis accident, ut falsò Aristotle cogitat. Dentes etiam ad modulationem vocum conducunt, ideoque etiam exiguis cauitatibus donantur, & ut facilius per has nutriantur. In pueris radices veluti dentium appendices sunt, ideo facilè ab ijs dentes soluuntur, aliquique statim renascuntur, si radix non simul eruta sit. Dentes in utero matris gigni asserit Columb. 10. 1. quod sepius in abortiis septimestribus expertum dicit & in nuper natis. Appendicem autem videtur vocare quod extra maxillam prominet, quod vero intrâ continetur, dentem dicit enim, puerorum dentes append. &c. Idem in Phœbo filio triplicem dentium ordinem conspici asserit citato.

Duo sunt in singulâ AVRE ossa. I. alterum in crudis modo, alterum malaki, quorum situm & figuram ex Vesal. lib. 1. c. 9. colliges: Galenus enim non horum meminit. Foramina etiam caluariæ ab eodem Vesali, hinc enim longius fuisse ea omnia recensere. Fallop. etiam omnia quæ ad auditorium meatum spectant, optimè tractat.

O s. V. simile, ideo yoides dictum, K. unum vocatur, sed processus habet, & ossa alia, eminentissimè laringis parti infidet. Homo longè alter hoc os habet quam reliqua animalia. Maximum eius os latum est, foris gibbum, intus cauum, in anteriori etiam sede superius in oblongum finum deprimitur, pro figuræ scilicet ipsi idoneæ, & muscularum ligamentorumque ipsi insertorum ratione, hoc facile supra laringem tangentem apparet, ossicula alia sibi annexa non item. Duo ex utroque latere excent illi, alterum humilius in medio latere fixum, latius, parvum, unicum, ut ei quidam inserantur musculari factum. Alterum superius quasi in puncto lateri præcipui Yoidis ossis connectitur, teres, & gracilis, cui L. ossicula alia adduntur gradatim in cacumine, alias trias, alias quatuor, quo usque processu; stilum imitant, committantur. Infarinis aliquando, quamvis raro, loco horum ossiculorum, tendo ab osculo tereti ad stylum usque porrigitur. Nititur cartilagini scutiformi quæ laryngem constituit, proinde quomodo cumque superioribus ossibus aut ligamentis alligetur, tamen non solum est, aut ab omni ossi separatum, cartilagine enim pro ossibus habentur, præcipue illa. Deinde ita muscularis proprijs vindique firmatur, ut moueri hinc inde nullo modo possit. Usus est, ut ab eo linguæ musculi plurimi enascantur, & laryngis aliquot, & ut tutissima linguæ basis sit.

A. Columb. 8. 1.

B. Immobilis haec est in omnibus animalibus, excepto crocodilo & psitaco.

C. Tertium hoc fallop. spongiosi partem esse credit.

D. Hoc vacuum est, neque suturam inter caninum dentem & incisores habet ut volvitur Gal. quod in canibus verum est. Columb. 8. 1.

E. Male Columb. 8. 1. hoc quintum à Vesal. quartum dicit describi, quum hic quintum numeret. Idem Columb. longe aliter quam Vesal. ossa haec numerat. Tertium enim quod in oculi orbita est dimittit, & pro eo quartum supponit. Deinde quartum illud numerat, quod apud Vesal. sextum est: tandem quintum illud nasci vocat, quod falso à Vesal. quartum dici cogitat. Sic decem constituit. Undecimum aliud excotitat quod aucta acie palato superincubit, bifurcata autem caneiformi supponitur, cavitatemque narium quae ad palatum ducit, per medium septi modo dividit. Denique duodecimum & dicimum terrium illa vocat parua spongiosa, que in interna narium sede sua dicit esse in quibus mucus retinetur, quaque lue Gallicā decidunt, aut eroduntur. Fallop. verò illud quod Vesal. os tertium numerat, partem octans capitis ossis dicit esse, & duo ultima qua Columb. recenset, partes colli seu Ithmoidis esse afferit, nec inter mala ossa collocanda.

F. Post septennium, ante enim ferè semper diuisa reperitur. Fallop.

G. Galen. etiam pulsatilem dolorem se percepisse affirmat, quod Columb. confirmat lib. 1. c. 10. venulamque & arteriam ad singulos dentes cum nervis ferri. Addit etiam eosdem perpetuo augeri, quod difficile est creditu, sed experientia probat, quia dente uno anulso, alter illi oppositus alijs suis ordinis sit maior. Hic idem cavitatem satis magnam in quolibet dente reperiunt tunica obvolutam afferit, ad quam parvula alia canities ex singulis dentium radicibus pertingunt, per quas nervus arteria & vena ducuntur, ex quibus tuniculam illam contexi dicit, quod Fallop. irridet, rationique huius tunicula dentes sentire vult, non per se, & hoc quidem rationabile videtur. Nam qui dum limantur non sentiunt nisi cum ad tuniculam lima peruenit, per tuniculam sentire & non per se merito dicentur, quod in alijs partibus sentientibus aliter est.

G*. Paxillares, mensales, genuinos: Sed hos alijs vocant eos qui post pubertatem exeunt, qui etiam dicuntur prudentia, sensus, aut sapientia dentes.

H. Et hi quidem in senibus, quibus dentes exciderunt, ferè obturantur omnino. Columb. & Fallop.

I. Columb. 7. 1. tertium addit stapedi simile, quod incundi subiacet, idque solidum. Alia verò duo cauernulosa contra Vesal. credit. Fallop. tertium etiam id os numerat, duorumque primorum Carpum ante Vesal. scripsisse afferit Columb. citato: & Fallop. Sed hic vocat Iacobum Carpentem. Tertium vero ossiculum à Joanne Philippo ab Ingrassis Siculo invenitum asserit Fallop. non à Columb.

K. Et Lambdoides à Δ. similitudine, & os gutturis, lingua, laude, morbus Adam.

L. Fallop. nunquam haec os sicala inuenisse dicit, sed unum tantum, à quo ligamentum ad styloidem ducebatur in omnibus; in fæminis sepissime ligamentum solum.

DE DORSI OSSIBVS.

C A P. IV.

Dorsum, **A.** tergum, spina, ut carina in naui ad stabilitatem factum, ex uno osse fieri nequijt, propter varios motus quibus indigebat homo, ob securitatem, ne si semel laceretur, totum findetur; non ex duobus, tribusue, ne si in angulum fieret plicatio, medulla quæ per ea transmittitur, attereretur: excavata proinde ossa facta sunt propter medullam: rotunda, plurima, parua, ob faciliorem motum, tuitiorēque, ob foramina transmittendis per ea nervis sculpta, dicunturque vertebræ, verticuli, ossa fusi, à similitudine quam cum fusorum verticulis habent. Propter hæc omnia, diuersa est ossium in dorso figura, connexio, magnitudo, in diuersis animalibus, & in eodem. In reptilibus, à capite sensim minora sunt dorsi ossa usque ad finem semper. In homine contrà à sacro osse, quod omnium maximum est, tanquam omnibus futura basis, ad caput omnia gracilescunt, præter ultimam & penultimam vertebram, quæ alijs maiores factæ sunt, ut eis melius insideret caput, & musculi melius inde ducerentur quidam necessarij. Medulla non seruat eandem magnitudinem, **B.** sed contrà à capite ampli exiens sensim minuitur, quia inde principium motus & sensus. Sunt igitur ossa dorsi hominis. 34. sic diuisa. Colli 7. Thoracis 12. Vertebræ lumborum seu renum 5. **C.** Ossis sacri, **D.** 6. Coccygis, **E.** 4. quorum hæc ratio. Collum quod & ceruix, Tenon, & Atlas vocatur, non tam longum homini quam alijs animalibus datum, quia illa ore cibūn capare debebant, homo verò manibus. Collum verò præcipue propter pulmones factum est, quia videmus, ubi pulmones desunt, etiam & collum, ut in piscibus. Colli paruiores vertebræ, quia eminentiores non tantum ponderis sustinent. Thoracis, pectoris, aut interscapitij, mihi res, & sic deinceps, quia omnia sustinent, & ut musculi firmarentur. Ossa Coccygis seu caudæ, parua, quia ferè nil deseruiunt, saltem parum; quorum Galen. non meminit. Vertebræ plures habent processus. **F.** Alij in latera, proinde laterales dicuntur; alijs deorsum, in eodem lateri, alijs sursum producuntur, qui sibi mutuo alligantur; alijs in posteriore, qui spinam construunt. Quælibet vertebra mediā quadam cartilagine iungitur forti admodum, nec alicui alteri articulationi tam rarus contextus, fortisque. **G.** Omnes hi processus, præter id quod ad medullæ spinalis tutelam conferunt, ad musculorum etiam insertionem, & productionem parati sunt, & ad ossium pectoris & ilium connexum.

Processus hi omnes ductu, formâ, connexus, appendicibus, sinibus, & pluribus alijs variant, ut & vertebræ ipsæ, quæ omnia à Vesal colligenda sunt: longum enim hic eset & historiam & figuram contexere.

A. Vertebras omnes in infantibus ante annum, ex tribus constare partibus essent Fallop. Altera à corpore vertebræ, alijs duabus, que latera foraminis effingunt. Secunda vertebræ preter has partes, dentem habet. Prima ex quinque partibus in nuper natis formata est. Spina omnium, cartilagines sunt, que tempore indurantur, & appendices sunt, secundum eundem Fallop. Capitáque costarum & reliqui earum processus, tum & processus vertebrarum quibus illæ necuntur, appendices ab eodem Fallop. dicuntur.

B. Hoc falsum putat Fallop. imo dicit foramina inferiorum vertebrarum maiora esse superioribus, & Columb. 4. 8. dicit spinalem medullam à Thorace usque ad finem, eandem seruare magnitudinem. Idem Fallop. dicit spinalem medullam in lumbis & sub axillæ, unde magnos nervos à se educit, ampliorum esse quam alibi.

C. Sepius quinque, & cum 6. haber, tum coccyx tribus tantum donatur. Fallop.

D. Quod & latum, lumbare, ossa clunium, clavium, vetula, osamini, osanam, & magnum dicitur.

E. Hoc os usque ad septennium cartilagineum est. Fallop.

F. Secunda cervicis vertebræ processus dens dictus, à Fallop. appendix non processus censetur.

G. Habitèque qualibet vertebræ appendicem suprà & infra, quamvis Fallop. id non appendicem, sed partem cartilaginis ligamentosa induratam censat.

DE THORACIS OSSIBVS.

C A P. V.

T Horax continet duodecim dictis vertebris, duodecim costis, pectorisque osse lato, cui costæ committuntur. Thorax non totus osseus factus fuit, quia continuo egebat motu; non totus musculosus, quia nec sat iustum propugnaculum cordi & pulmoni futurus fuisset, grauarèque illa coincidendo, ideo ex virtute ad utrumque optimè conformatus. Cerebrum contrà, quia nullo egebat motu evidenti, quia benè debebat tegi, ideo totum osseum sepimentum habuit. Abdomen totum serè musculosum, quia medijs ijs egestio fieri debebat, ut esset locus cibo, excrementis, fœtui, & hic etiam medijs ijs expelleretur. Costæ etiam iuant ad sustinendas spatulas, proinde totum brachium, tum ut eis musculi plurimi inserantur, plurimi connascantur. Costæ ex

ooooo 2

vtroque latere sunt A. duodecim, tot in viris quot in feminis, quandoque etiam, & id saepius quam vndecim, tredecim reperiuntur. quemadmodum & tredecim thoracis vertebrae. Septem superiores costae cartilagine in os pectoris necuntur; quinque inferiores, ad os pectoris non pertingunt, sed cartilaginibus superiorum annexuntur, præter ultimam quam ab omnibus seicuta est, & vndecima quandoque. Omnes ossa & cartilaginea constant substantia: omnes appendices habent ubi vertebribus connectuntur, quinque ultimæ spuriæ dicuntur, quia ossa non connectantur pectoris. Substantia ossis in costis variat: versus dorsum solida est, quia ibi basis: ad cartilaginiæ, fungosæ, ne grauaret. Cartilaginiæ etiam superiorum costarum, duriores; inferiorum, molliores. In aliis etiam & quadrupedibus illæ ossescunt. Non omnes æquè longæ sunt quemadmodum nec costæ: longissimæ mediæ, breuissimæ primæ & duodecima: primæ costæ cartilago amplissima est, ut & costa ipsa omnium amplissima, deinde secunda, tertia: duodecima & vndecima omnium sunt tenuissimæ; mediæ, medio modo. Quamvis harum cartilaginiæ quandoque in progressu, ossa suorum costarum substantia efficiant latores. Cum enim sex superiores cartilaginiæ mutuò à se distent toto ductu, & interualla dehiscentia forment, sextæ tamen, septimæ, octauæ, & quandoque nonæ costarum cartilaginiæ variè in progressu latefcunt, inuicemque continuatæ interualla ipsorum suamet substantiam implent. Spuriatum costarum cartilaginiæ in mucronem desinunt acutum: primæ vero cartilago costæ, ad os pectoris latior est, quam in principio suo; secundæ, tertiae, quartæ, quinta, sextæ, modice in progressu arctantur, & singulæ in capitulum desinunt, quo os pectoris inarticulantur. Costæ omnes internâ sede, quæ pleuram spectant, lœues sunt; tertia, & omnes inde usque ad decimam interius versus humiliora, sinum habent secundum longitudinem, maximè prope vertebras evidenter, per quem venæ azigos ramus, arteriæ etiam magna sibiles, & nervi à dorsali medullâ porrectus, deducuntur. Cœterum in aliis superioribus costis, minus evidens sinus iste est, quia minor aibi vasa hæ sunt, & sparsa iacent, in alijs infernis, maiora & semel: tres autem inferiores costæ, etiamsi magna obtineant vasa, tamen quia tenues sunt, & internâ parte depresso, ideo non tam his sinibus egere. Externâ superficie costæ, maximè ad vertebras, asperæ sunt, ut inde ducant ligamenta quæ costas vertebrais alligent. Tuberculum etiam habent exteriū costæ asperum & inæquale circa vertebras, cui inseritur vndecimus dorsi musculus. Asperæ etiam sunt costæ quæ à vertebrais recedunt, & quasi tuberosæ sunt, ut quartum thoracem mouentem musculum excipiunt, & ut hinc enascantur externi intercostales musculi, in reliquis lœues sunt costæ, nisi in superiori & inferiori sede, ubi modicum exasperantur, ut inde intercostales musculi & orientur & implantentur. Cœterum varius est articulationis modus costis tum dorsi vertebrais quem captabis à Vesal. Nouē superiores, duobus capitibus articulan-

tur, decima raro duobus, vndecima & duodecima semper uno. Inter utramque vertebram sinus est, cui caput costæ inarticulatur, deinde alius à costæ exiens processus, sinui, qui transuerso vertebrarum processu insculptus est, quique in inferioribus vertebris, in humili; in superioribus in elatijs; in medijs; in media processus parte ad vertebram insculptus est, committitur. Prima costa corpori vertebrae committitur primæ.

Os PECTORIS. *B.* cui costæ mediæ cartilagine inarticulantur, in alijs animalibus longissimum, in homine vero latissimum, ut & totum pectus latissimum homini inter omnia animalia est. In simijs & canibus exceptem fit ossibus, in homine *C.* ex tribus solùm, quorum primum intus cauum, foris tuberosum, maximè in medio: latera epim depresso sunt, sursùm amplum, crassum, utrinque uno sinu insignitum, quibus claviculae inarticulantur; in medio, alio, qui dicitur iugulum. Hi sinus in superioribus laterum partibus habentur; est alius utrinque sat amplius, cui cartilago primæ costæ committitur. Hoc os eâ parte quam cum secundo coniugitur, strictius est & tenuius quam superiori, asperius, & mediæ cartilagine connectitur, facilèque diuiditur à secundo, & cum illo communem habet sinum cui secundæ costæ cartilago immittitur. Secundum strictius est superiore parte, quam propè inferiorem, sinus que vndeque habet, quamvis non æquè distantes inter se, quibus tertiae, quartæ, quintæ, sextæ, & septimæ costæ cartilagines committuntur. Hoc quandoque in pueris ex pluribus formatur ossibus, sed difficulter diuino hoc appareat in senibus, nec verè ossium multiplicatio dici potest. Tertium os exiguum est, secundo eodem modo coniunctum, quo hoc primò, ibi ubi cartilagini septimarum costarum coniunguntur, modicè amplum est, tenuè, & humiliori sede in *D.* mucronatam cartilaginem definit. Ossis pectoris substantia fungosa & mollis est, ne grauaret, anteriori sede magis squammâ continuâ quam interiori, in qua foramina quædam sunt non peruvia, sed ad vasorum, quibus hoc os nutritur, excipienda solùm, maioraque in primo quam secundo, quanto illud etiam crassius. Factum hoc os præcipue propter costas, propter claviculam & omoplatas, ad protectionem vitalium partium. Cartilago etiam mucronata propugnaculum est ijs partibus quibus incumbit, *E.* & præter id, ut mihi videtur, ut os terminaret, facta est: nec enim frequenter purum os alicubi per se terminatur.

Os CORDIS, quod Galenus 8. de sect. administ. & 6. Vsup. & lib. de Ossibus, ab Elephantis corde ab amico exectum dicit, nullibi in homine inuenitur, nec in alijs animalibus, quamquam alij falsò os, *V.* simile cor firmare afferant. Si quid vero osculum sit, medius truncus est inter arteriam magnam & venam arteriale ab utriusque tunicis, quæ in idem coeunt, compactus, qui forsitan temporis progressu in cartilaginem indurescere potest.

A. Falsò Arist. octo, & quandoque septem dicit, quemadmodum & costas Leonis solidas, cum Colub. amplâ cavitate donatas viderit Florætia. 19. I.

B. Gracè sacerdos & sibos. Aliqui os gladiale. Gal. lib. de ossibus: alijs enim thorax, asper, cossos, scutum cordis; & huius superior sedes, furcula superior, inferior verò, furcula inferior vocatur.

C. Columb. plurimum quatuor. Fallop. præter primum in viero reliqua cartilagineosa esse; in pueris octo constare ossibus manifestè divisisi, que sensim unum sunt, ut in proiectioribus appareret.

D. Graci ξιφίδιον. Latini clypealem, gladialem, & ensiformem vocant, & malum granatum, & ensifoidem, cultralem, epiglottalem, scutum, clypeum oris stomachi, & medium furcula inferioris.

E. Columb. 10. 2. ut cordi & septo transuerso.

DE SCAPVLA, ET CLAVICVLIS, & humero.

C A P. VI.

SCAPVLA A. posteriori dorsi regioni aut thoracis imminet, ad eius tutelam, ab ea humerus fit, motibus plurimi necessarius, in quo brachiale scapulae tanquam basi innititur, ut moueat. Ab ea etiam plures musculi ad mouendum thoracem pronascuntur, & alij in eam implantantur. Vnde inæqualis est ob varios usus: triangularis ferme est, primum latus, quod secundum dorsi longitudinem iacet, obliquum semicirculi modo, tenue est, quamvis in inferiore & superiore parte crassescat, sed illic magis; duas B. habet appendices, aliam longiorem, crassiorem, grandiorem, ad basim huius lateris, aliam parvum sub lupenori angulo, ad basim spinæ scapulae. Præter has habet etiam cartilaginem totum hoc latus similem ei quæ ossibus extremis datur, sed brevior minorque hæc in hominibus est, quam in alijs animalibus. Secundum latus ab inferiori appendice ad ceruicem omoplata dicitur, primo brevius. Tertium à superiori primi lateris capite ad eandem ceruicem brevius etiam secundo. Secundum latus altius à basi crassum est, ut robusti scapulae daret, & ut inde musculi quidam ducerentur; intus etiam cauam scapulam efficit, ut inde alij ducantur musculi; ipsum etiam infernâ sede aliquantulum deprimitur, ut musculus, qui brachium retrosum flectit, inde oriatur. In internâ etiam huius lateris sede ad ceruicem, sinus est asper & inæqualis, principiū porrigens musculo cuiusdam. Tertium latus seu superius, tenue est nisi quod ceruici scapulae adest, ubi crassescit, ibique interius ad radicem processus interni scapulae, sinus habet viam porrigentem quinti paris neruorum dorsalis medullæ surculo, hæc vna cum venula arteriâque posteriorem scapulae sedem adeunti. Ceruix crassa est, indéque eductum caput licet parvum, sinus habet, cui humeri caput inarticulatur, amplum, magis longum quam latum, inferius fere circu-

tum, superius quasi acutum, atque id propter impressionem accidit, hic internæ ceruicis sedi factam, tendinis eius ducendi musculi gratiâ, qui intrò antrorumque brachium circumuerit. Ab hoc sinu protuberat sursum versus hæc pars, vt inde duo validissima huius articuli producantur ligamenta, & externum musculi caput qui cubitum anterior flectit. Sinus capitinis scapulæ cartilagine oblinitur, sed non tam altè excupitus est, quā protuberat caput humeri quod ei inarticulatur, propter varios motus quos obire debebat. Ne tamen facile luxaretur, præter alia ligamenta & processus, cartilagine in huius sinus ambitu natura posuit, nec scapulæ, nec humero connatam, sed tantum ligamentis articulum in orbem amplexantibus annexam, extrà crassam, intus tenuem, quæ proinde ossa simul atterantur efficit, & sinum maiorem reddit suo ambitu. Duo C. sunt processus, alter D. minor & inferior, alter superior maior. Ille supra ceruicem ad anteriorem partem flexus, subtus curuatus, & laevis est, ne munus insertionemque musculi impedit, brachium in anterius circumuerentis; superiori parte asper: in basi eius tuber eminet, cui clavicula iungitur, in apice interno latere seaber est, vt inde oriretur caput musculi internum brachium flectentis, & peculiare articuli ligamentum primum. Inter apicem & basim, asper etiam est, vt ligamentum hinc educeretur in superiore scapulæ processum pertinens, & vt in totam eius longitudinem insereretur musculus scapulam ad pectus mouens, cuius gratiâ factus processus hic est. Scapula supra connexa, intus caua est, vt costis aptetur, firmeturque melius, moueat, & huic musculo per totam aptetur, qui brachium intus & antrorum circumuerit. Sunt in caua hac parte sinus oblongis lineis osseis distincti, quasi costæ hos efficerint; ad superiorem angulum basis protuberat scapula, vt ei musculus alter eam attollens inseratur. In media scapulæ secundus processus situs est, longèque extra protuberat, duas proinde efficit hinc inde cavitates, excipiendis musculis idoneas: hanc partem scapulæ dorsum vocant, radicem vero processus superioris, spinam. Processus hic longè sursum supra articulum protuberat, latefit, teres fit, levius anteriori, posteriori, & humiliori parte, vt humerum longè à costis remoueret claviculæ coniunctus propter varios motus quos subire nequibat humerus si costis adeo iungeretur. Superiori parte processus hic asper est, propter implantationem magni musculi sursum scapulam mouentis ibi factam. In anteriori processus parte sinus superficialis admodum excupitur, cui clavicula inarticulatur, validis ligamentis, interueniente cartilagine que ab illis originem habet, durâ, & lubricâ. Spina hæc in alijs animalibus etiam cernitur, processus vero minime, nisi in homine, simiâ, sciuro, & mure, quæ claviculam habent, diciturque hic processus ab Hippocrate *spinæ lib. de Articulis E.* Tertium autem quoddam os quod Galenus hic numerat in articulo isto Vesaliusquam inuenit.

F. CLAVICULÆ binæ sunt, ossi pectoris & scapulis annexæ.
G. Caput claviculæ quod ossi pectoris profundè immittitur, cartilagine

obducendum est laeui, quâ cum appendice effractâ aspera reliqua pareret. Præter hanc cartilaginem natura huic articulo aliam dedit similem illam, quæ sinui, cui committitur maxilla inferioris caput, superioris manu data est. Inter os & sinum mediat illa, æquè utique crassa, tenuis, laevis, vinctuosa, ligamentis articulum in orbem amplexantibus connata. Clavicula ab hoc articulo foras protuberat & circumflectitur, intus curvatur, ut venis, arterijs, asperæ arteriæ, stomacho, sexto neruorum pari, & insigni neruorum seriei à dorsali medullâ axillam petenti, transitum daret, & ut his propugnaculum esset: in medio verò sui corpore curvatur ad interiora, ut melius firmetur, & quia non ad aliquid necesse erat arquaretur. Rursus inde, ut cum scapulâ articularetur, foras flectitur tantum quantum intus vergerat. Articulatur autem supremo scapula processu superficialiter extuberanti capitulo latiore quam longiore. Extrema clavicularum lata sunt, & fistulosa, ne grauarent; medium verò strictum & solidum, ad robur. A capite quo pectoris ossi articulatur, inferiori parte usque ad medium linea ducitur, à qua primus thoracem mouentum musculus originem habet: iuxta lineæ huius principium sinuosa asperitas est, à qua ligamentum forte prodit, quod claviculam pectoris ossi aligat: iuxta finem lineæ, alia sinuosa asperitas est, à qua ligamentum prodit, quod illam processu superiori scapulæ annexat, hicque in inferiori sede clavicula aspera est, ut inde ligamenta producantur, quibus superiori scapulæ processu coniungatur. Superior regio laevis est, præter quam iuxta articulos, ubi propter muscularum productionem exasperatur: asperitas alia sinuosa est ubi ab humero intus flectitur, à qua musculus brachium attollens ducitur. In solida parte, posteriorique regione, foramina quedam sunt ad intromittendas venas quæ claviculam nutriunt.

HVMERVS, seu os brachiale H. unum est, non omnium maximum, ut Galenus lib. de Ossibus habet, qui à radio longitudine, ac à fibulis & tibijs osse, deinde ab hoc, & ossibus illium crassitie & grauitate superatur. Hoç os in superiori parte appendicem habet magnam, cui media pars in caput efformata laevis sinum scapulæ subinrat, reliquum medium caput asperum protuberat, ut ab eo plura ducantur ligamenta quæ humerum scapulæ nestant. Orbicularis sinus inter utrumque caput sursum est, à quo ligamenta etiam oriuntur, aut inseruntur, ideo alper. Sinus alius est versus exteriora in anteriori appendicis parte, & exteriori capite cælatus profundus, cui caput musculi anterioris cubitum flectentium inseritur. Inferior pars humeri in pueris I. appendicem habet parum; sinum habet in medio orbite trochlearis similem, cui hinc inde duo prominent tubercula, sed internum tuber admodum prominet, exterum non tantum, idque capitum humeri occasione, cui radius articulatur, quodque ad externum humeri orbitæ latus positum citra eminentem valde sui productionem eleganter vna cum radio obstat quo minus vlna extorsum promptè luxetur. Supra hanc orbitam duo sunt sinus, unus in

anteriori,

niori, alter in posteriori sede amplior profundiōrque, qui excipiunt vlnæ processus in ea conspicuos. Externum caput humeri, de quo antè, rotundum, cartilagine obductum, læue, superiorē radij sinum intrat, ad cuius externum latus humerus insigniter protuberat rupis modo, vnde sex enascuntur musculi, externum ideo dicetur tuber. Aliud est internum caput humeri, quod internum dicitur tuber, à quo plurimi musculi enascuntur, alisque implantantur, nec enim hoc ad articulationem aliquam deseruit, habētque sinus amplos ante & post, qui viam nervis & venis porrigit, & illis propugnaculum sunt.

A. Grecis αὐτοπάται, Latinis aliquibus humerus, scptulum opertum scptula, clypeus & scutum pectoris.

B. Quinque Columb. numerat 21. i. tres sub spinâ scapula: unam in acromio: aliam in acetabulo.

C. Columb. 20. i. tres, numerando eum cui humerus articulatur.

D. Hunc appendicem vocat Fallop. Nam ante septennium cartilagine conglutinatur, qua deinde induratur, & commissuram obliterat, diciturque hic Ancyrodes à similitudine anchoræ, & coracoïdes à similitudine rostris cornini.

E. Secundūm Vesal. & Columb. Fallop. enim aliter censet, quem vide in suis observationibus.

F. Aut ingula. Grecis κλεῖδες, alijs etiam furcula, claves, & etiam humeri aliquibus dicuntur.

G. Ut scapulam alligent ne concidat, eandēmque à peitore diducant longe.

H. Seu brachijs os, brachium, parvum brachium, adiutorium brachij, canna brachij, sunt & qui vlnam vocent.

I. Falso Columb. 23. i. Vesal. hic arguit, quod hic caput infernum appendice priuarit. Nam pueris, quemadmodum & ille, hanc concedit. Fallopius verò duas in eisdem ad septennium usque concedit, una qua internum, altera qua externum tuber constituit.

DE CVB1TI OSSIBVS.

C A P. VII.

CVbitus dicitur pars tota sub humero & supra brachiale; ex duobus ossibus componitur: Vlna, quæ humeri orbitæ committitur, & radio, qui huic superiori parte innititur, & cui in inferiori parte brachiale articulatur ferè totum. Vlna superiori parte duos habet processus

PPP

sus **A.** vnum antè, alium pòst, qui duobus finibus, quos ante in hu-
mero notauiimus, committuntur in extensione, & contractione. In me-
dio horum sinus est amplius, qui humerum excipit, cartilagine incruci-
tus, lœuis, ita affabre connexus humero, ut non hic luxetur; ad quod
etiam conducunt ligamenta ab scabris processuum finibus deriuata,
qui etiam processus scabri facti sunt ad muscularorum productionem &
insertionem. In magno etiam sinu, parui duo sunt sinus asperi, ex qui-
bus ligamenta ducuntur articulum firmantia. Vlna triangularis tñre
spectatur, vt lineis illis & planitie etiam laterum, musculi implanta-
rentur & educerentur. Inferiore parte appendicem habet vlna cum pro-
cessu, quo medio committitur brachiali; & vt ligamentum, quod bra-
chiale huic conneccit, ab eo dueatur. **B.** Radius superiori parte caput
habet à longâ cœrvice, in quo sinus est non profundus, lœuis, cartilagi-
ne obductus, cui humeri caput externum committitur: inde abscedit
ab vlnâ, arcuatürque longè, vt promptè in pronum & supinum ager-
tur, & vt musculis apta constitueretur sedes, qui necessariò internam,
externamque cubiti regiones occupare debueret; & pricipue denique
obliqui sui motus occasione, nam equorum, & aliorum, quibus in pro-
num & supinum manus non aguntur, radij ab vlnâ non distant. Inferia
parte radius vlnam excipit, eique totum brachiale ferè committitur, vt
quiescente ad humerum vlnâ, manus radij ratione in pronum & supi-
num ageretur: ideo radius infra maximè ampliatur, appendicem habet
crassam, cui sinus insculptus est, vt ei brachiale inarticuletur, alioque
hinc inde sinus, vt ab eis ligamenta oriuntur; ab hoc sinu, cartago
quædam dicitur, quæ intercedit inter vlnam & brachiale, quòd hæc con-
iunguntur, ne vlna brachialis & manus motus impediret si immediatè
ei inarticularetur. **C.** In his variat Vesal. à Galeno quem vide lib. I.
cap. 25.

A. Appendicem etiam contra Vesal. & Gal. Columb. 24. I. Fallop. s. f.
que ad septenium manifestè, deinde obscure.

B. Græcis nœris. Aliquis facile minus brachij, canna, arundo mi-
nor brachij, ad differentiam vlnæ, quæ facile maius, canna, & arundo ma-
ior dicitar.

C. Ambo hec ossa cana sunt, & ob levitatem, & propter nutritionem.

De ossibus Brachialis, Postbrachialis, item Di- gitorum, & Sesamoidibus.

C A P. VIII.

B Rachiale dicitur à Celso quod à Græcis Carpus, **A.** Estque pan-
quæ vlnæ & radio coniungitur, & postbrachiali terminatur. Con-

Rat octo ossibus, in duos ordines digestis, superior ordo versus cubitum quatuor habet, inferior alia quatuor, quamvis antiqui & de numero, & de ordinibus & serie dubitarint; ex tot ossibus factum fuit, & ad variis motus, & ad securitatem. Medullā plena sunt ossa, in grandioribus natu ad levitatem. Omnia tursū gibba, deorsum cava quantum vsui conueniebat: Omnia simul ligamentis & membranis ita coniuncta, ut unum videantur; quā brachiale cubito committitur cartilagine incrassatur, & quā postbrachiali, & quā inter se coniunguntur. Octo sic numeramus, superiora quatuor quæ cubito inarticulantur, incipiendo à latere pollicis: inferiora, versus postbrachiale, etiam ab eodem latere incipiendo. Quartum primi ordinis ab alijs differt situ & formâ, rectum ideo ab antiquis nominatum, ut coniicit Vesal. quia cui ordini referre neciebant, cartilaginosum etiam id vocabant, non quod molle, durossimum enim omnium est, sed quod coctum cartilagine exterius obductum sit. Octauo ossi ad exterius parvulum os Selenoidi simile adiungitur, ut vacuum hic locum inter hoc octauum os, & quartum postbrachialis impleret, aut ut quartum postbrachiale, quod totum octauo brachiali excipi non poterat, suffulciret, & ut tendini qui huic postbrachiali ossi inseruntur, subseruiat: habetque adhuc octauum os brachialis internâ parte ingentem processum curuum, ut aptam constitueret sedem qua tendines digitos mouentes, veherentur & continerentur. B. quo eodem vsu quintum os alium habet processum.

POSTBRACHIALE Græcis Metacarpion dicitur. C. ea pars quæ volâ manus continetur, à carpio ad radicem digitorum; quatuor ossibus constat, quæ quatuor digitis longioribus subponuntur: alij quinque numerant, primum pollicis digiti os inter ea recensendo, quia coniunctum reliquis est, tamen quia euidens est motus huius ossis seorsum, aliorum vero postbrachialis minimè, ideo quatuor solum postbrachialis numerabimus, quindecim vero digitorum. Longissimum crassissimumque indici, omnia deinceps gradatim minuantur, tamen quia medio digito substratum elatiōri sede in brachiali collocatur, longius appetet. Longo sinu intus donantur, quo medulla continetur, appendicēque superius & inferius, quæ suprà sibi coniunguntur nec tunturque ligamentis, intrâ non tam propinque, coniunguntur tamen, latiores vbiue, os in medio tenuius, ideo manifeste inter se distant, ut ibi situarentur musculi digitos mouentes.

D. DIGITI cuiuslibet ossa tria sunt, sibi inuicem superposita, articulataque, vt plicarentur facile, captarēntque, quod si ex uno os, digiti facti fuissent, fieri nequisset. Superiora omnia maiora sunt, quia tāquam aliorum sunt bases, sensimque alia imminuantur; pollex ex aduerso aliorum positus est, fortiorque alijs, ut alios firmaret. Tota manus feret rotunda facta est ob securitatem, ob capacitatem, ob apprehensionem fortiorē, diuersiorem; digiti etiam superius rotundi, contra iniurias: inferius plani, ad apprehendendum; ex lateribus compressi, ut melius

coniugarentur, ad securitatem, ad apprehensionem, ad liquidorum retentionem. Pollex vtrinque rotundus, ad securitatem; index interna latere, parvus externo, ad idem. Omnia digitorum ossa vbi articulantur crassiora sunt quam in medio, propter nexum; praeter fungosa vtrinque capita, ne grauarent ita facta; longus intus sinus est medullam continens, licet aliter Galenus sentiat. *E.* Varius est in articulationum modus in omnibus digitorum ossibus, quem à Vesal. collige. Primum pollicis os, vt & postbrachialia omnia, inferna parte interna protuberant cum tamen prima quatuor digitorum ossa, & secundum pollicis secundum longitudinem deprimantur, vt tendines rotundos melius recipiant, & ab eis alij educantur: tria digitorum ossa superius deprimuntur, quantum ad excipiendum vnguem sufficit.

F. SESAMOIDA ossa in pueris vix reperiuntur, cartilaginea enim sunt; in senibus benè, sed numero non in omnibus aequalia, plura, pauciora, pro corporis magnitudine & perfectione. In ipsis, simijs, canibus, magis quam in homine reperiuntur, quia sicciora illa. In articulis inueniuntur, tum ut ossium violentiam elidant, ne tendinem, qui articulum mouet, offendant, cui subinde tendini inuoluuntur, tum ne facile ossa abscedant à sede sua. Parua haec sunt, solida, ossi nullo ligamento coniuncta, sed laui superficie cartilagine obducta. Duo inueniuntur ad secundum pollicis articulum, totidem ad primos quatuor digitorum articulos, sed haec minora, vnum in medio sinu tertij articuli pollicis anteriori parte. In secundis, & tertii articulis digitorum eodem situ parua alia inueniuntur. In senibus, eisdem articulis, exteriori parte, tendinibus digitos extendentibus, similia innascuntur ossa, aut ab atritu tendinum capita ut calli indurantur. In pedibus omnia sunt aequalia manibus, sed minora sunt ossicula, ut & digitii minores, praeter quam pollicis, cuius ut maiora sunt ossa quam manus pollicis, ita & ossicula illa maiora habet. His numerari possunt duo in poplite inuenta, capitibusque innata duorum primorum pedem mouentium musculorum; aliud insuper quod connexu postbrachialis ossis quod paruum digitum sustinet, praest: item aliud quod senibus in tendine occurrit, qui ad os tesseram referens reflexus, septimi pedem mouentium musculi tendo existit: aliud item, quod pedij ossi paruum digitum sustinet in articulo committitur. At nullum horum magnitudine aequaliter illud quod interius ad primum pollicis pedis articulum est, atque hoc fons Philosophi secreti volvere incorruptibile esse, ex quo, ut ex semine, homo in die Iudicij renascetur.

A. Palma nonnullis, Rascha, rasetta, ascam, ossa rasetta.

B. Omnia haec brachialis ossa in pueris cartilaginea esse vult Fallop. sed tandem offescere: octauum autem ideo à veteribus cartilagineum vocari, quia diutius tale maneat,

C. Latinis aliquibus palma, peetns manus, & pesten.

D. Primus dicitur pollex, magnus, pro manus, secundus index, tertius me-
dius, impudicus, infamis, verpus. Quartus annularis, medicus, cordis di-
gitus, quintus parvus, auricularis, minimus, pusillus.

E. i. Usup. Idem confirmat Columb. lib. i. c. i.

F. Hac etiam cartilagines esse & manere usque ad consistentia annos as-
serit Fallop. prater duo quae pollici pedis subnectuntur.

DE OSSIBVS COXÆ, FEMORIS, Tibiae, & Pedis.

C A P. IX.

OSsi sacro vtrinque os vnum coiungitur, quod simplex nomen non
inuenit, sed ante quod pubis est, os pubis, A. dicitur, retrò quod sa-
cro ossi coiungitur, os Iliū. B. In medio vbi femur articulatur, os coxen-
dicens, coxa, pixis: ita ut triplici nomine donetur, ac si triplex esset, cū ta-
men unicum & continuum sit: Celsus tamen os coxae vocat. Præcipue
in hoc conformata sunt, ut femora ipsis articulentur; lata ideo sunt, ut
plurimi inde musculi oriantur, & ut quasi pelvis intestina, vesicam, & in
feminis uterum sustineant. Sacro ossi validissimè committuntur media
cartilagine, tuberibꝫ in sinus, & sinubus in tubera arctissimè vnitis; cras-
sa nimis hac parte sunt, ad maiorem securitatem, in posteriora longè
abcedunt, ut iustum locum musculis inter ea & ossa sacra træsentibus,
efforment: spina dicitur appendix in ossibus Ilium magna, lata, vtrin-
que excauata, ut musculis quibusdam locum, implantationem, & edu-
cationē pararet. Dorsum vero est externa regio amplitudinis ossis Ilium.
Hoc intus & extrà sinus habet, & tubera, à quibus plurimi nascuntur
musculi, ut in musculorum tractatu videbimus. In medio horum ossium
sinus est omniū corporis nostri profundissimus, cui femur committitur,
læuis, nisi vnde ligamentum teres, quod capiti femoris inseritur, extra-
hitur, supercilia cartilagine & ligamento validissimo circum ornantur,
quæ eadem supercilia & caput femoris cingunt, & cavitatem augent.
Est & alia appendix infimæ sedi ossa coxendicens adnata roboris gratiâ,
& muscularum exortus, crassa. Pubis osa mediâ cartilagine coniungun-
tur, quæ in senibus sensim deficit, & ossea fit. Mulieribus hæc non tam
longâ linea quam viris committuntur: coxendum in ijsdem infimæ
partes scilicet dextrâ & sinistrâ mutuo longè magis distant, & in simæ
pubis ossium partes ab eo loco in quo disiunguntur sedes etiam in mu-
lieribus amplior est inter os coccygis & internas regiones infimarum
partium coxendicens ossium, quare falsum est, in partu pubis osa di-
siungi. Ilium ossa multo ampliora, & ipsorum spina in latera mulieribus
magis quam viris educitur, faciliter ferendi fœtus gratiâ. Magnum in

pubis ossis foramen est, ne grauaret os, ut musculi plurimi inde educerentur, non verò ut magna vasa per id transirent, cum non transirent. In pueris os coxae tribus efformatur ossibus, lincis quibusdam cartilagine plenis distinetis, sed in senibus hæc abolentur.

F E M O R I S O S , C. omnium corporis humani maximum; in aliis **D.** & quadrupedibus verò tibia os maius est. Coxæ illud medio rotundo capite, cui appendix magna committitur, cartilagine incrassata articulatur, in cuius capitum medio sinus est, cui ligamentum ab acetabulo coxae productum inseritur. Inferius ubi tibiae coniungitur hoc os crassum est, in duo capita omnium corporis maxima diuisum, ut tibia insinuaretur, quæ retrorsum porriguntur potius quam anterosum, quia flecti crus in angulum debebat, non autem ultra rectam lineam extendi: inter utrumque caput ante magnus appareret sinus, ut patellam excipiat. In posteriori parte, alius, cui processus tibiae inarticulatur, atque haec duo capita ab appendice hic frunt maxima ossi femoris innata. Verius superiorius caput, duo sunt processus, **E.** alter suprà ad exteriora, **F.** maximus omnium processuum corporis qui alteri ossi non coniunguntur, appendice etiam magnâ ornatus, cui plurimi inseruntur musculi, & pluri alii ab eo exoriuntur. Alter infra hunc ad interiora non tantus, appendice etiam donatus, ad musculorum etiam insertionem: ambo vocantur rotatores. **G.** Femoris os, à coxendice extra fertur, ne vari homines fierent, unde quibus hoc recto tramite ad genu dicitur, vari sunt; ad maius etiam firmamentum, & ut musculis, nervis, venis, arterijs effloratus intus aptus, quæ securè extra esse nequivant. Ante autem gibbus post verò cauū factum est propter sessiones, & ut musculis per posteriora aptum præberet aditum: totum denique intus excavatum & medullā plenum est, ut leuius esset, & melius nutritetur.

T I B I A duo habet ossa, ut cubitus, maximum, crassus, interior, tibia **H.** dicitur; alterum, fibula & sura vocatur. Utrumque cauum, medullā refertum propter levitatem, utrumque suprà & infra appendice donatum. Tibia duos in superiori parte habet manifestos sinus, quibus capita duo inferiora femoris suscipiuntur; inter utrumque sinum prominent tuber asperum, quod intercapendi capitum duorum ossis femoris inarticulatur. & à quo ligamenta exirent quæ femori implantantur. Ut ampliores fierent sinus tibiae, qui excipiendis capitibus femoris inquales erant, à ligamentis cartilago oritur, quæ inter sinus & capita tenuis medians, articulum postea circuit annuli modo crassa. Hæc in omnium quadrupedum genu reperiuntur. Fibula, **I.** non ad genu ascendit, sed paulò infra sinum habet, cui protuberans caput tibiae committitur, utrumque cartilagine obductum. Infra verò tibia finum habet, quem caput fibula subintrat, neutrum cartilagine obductum, sed asperum, quæ ligamentis inde tractis iunguntur. In processu fibula à tibia longè distat, non quod fibula flectatur, sed quia tibia suprà infraque crassa admodum, in medio gracilis sit. Tibia & fibula talo articulantur. Tibia ad interiori, ubi talo

articulatur; magnum emitit processum, qui interior dicitur malleolus; *X.* appendix autem fibulae externum efficit malleolum deorsum magis protuberans. Talus in viuis, quia ligamentis vnde contingit, non ad tactum appetit, quare male agunt qui malleolos talos vocant. Tibiae spina dicitur linea anteriori cruris parte secundum eius longitudinem conspicua. Tam varie efformatum fuit totum crus, ut tam varijs motibus obseruaret, & tot.

PATELLA seu mola, *L.* os rotundum genu præpositum, substantiam durum, *M.* non ligamentis femori & tibiae coniunctum, quod sibi solum contigit, sed tendinibus que tibiam extendunt ad natum, intus quæ femoris capita admittit lœve, & cartagine incrustatum, extra & infra asperum; illud ut motum non interciperet, hoc ut defenderet articulum, & prouolutionibus quæ in genua fiunt obfisteret, & ut hinc tendinibus innasceretur: usus est ne genu in tam arcto flexu foras luxaretur, & ut ligamentum in plicaturæ genuum à femoris osse non attereretur.

PEDIS OSSA in homine & alijs animalibus quibus pes in digitos fnditur, eodem modo se habent, quamvis omnino aliter senserit Galen. & Arist. Hæc plurima sunt quæ ordine prosequemur.

TALUS, *N.* os id est quod balistæ nuci simile tibiae ossi & fibulae supponitur, nec usquam exterius in viuis tactui se offert. Hic ligamentis ab utroque malleolo ductis tibiae alligatur, flectiturque talus & extenditur magis quam in latera mouetur, & in alijs animalibus minus quam in homine, ligamentis etiam à tibia ductis astringitur. Câlcs ossi totus insternitur, & medijs fortissimis ligamentis ei alligatur, ita ut nullo modo ab eo moueat: totus densus, nullisque musculis insertionem præbens, proinde nec appendicibus donatus.

CALCIS OS, *O.* omnium pedis maximum, ad posteriora pedis ultimum, totum densum, infra latissimum, tutæ basis incidentibus nobis futuri gratia: huius calcis magna pars musculis detecta, in posteriora multum portigitur, ut tibia totumque subinde corpus, quasi in medio pède perpendiculariter, optimè firmetur subfulciaturque, & ut ei tendo amplissimus robustissimusque totius corporis implantetur. Substernitur hoc os talo, articulatur cymbæ simili ossi.

NAVICULARE OS, *P.* talo & calcii committitur posteriori parte, anterius vero tribus tarso ossibus, quibus laniis superficiebus committitur quas anatomici cubos vocant. Superiori pare id os gibbum est, ut pedem ab incidentibus iniurijs defendat; asperum, ut inde ligamenta educantur, quibus talo & tarso committitur. Ossa haec tria, scilicet tali, calcis, & nauiculare, in manibus non habent quibus respondent, que vero sequuntur similia in manibus habent.

TARSI OSSA, *Q.* Brachiali in manu respondent, & sunt quatuor quorum tria nauiculari committuntur, quartum vero calcii, quamvis Græci superiorem pedis totius partem Tarsum vocent: Plantam etiam Latini vocant, sed & tota pedis inferior pars, hoc nomine subnotatur.

Sufficere quatuor in carlo ossa sed magna, & fortia ad sustentandum in brachiali verò propter apprehensionem plura & graciliora necessaria fuere. Omnia simul iuncta gibbam superiorem, cauam verò inferiorem pedis partem efficiunt: illud ad securitatem, hoc ad gressum. Ossa & solida omnia sunt: vbi sibi mutuo committuntur, cartilagine carent: habent autem vbi nauiculari coniunguntur.

PEDIVM, R. respondet postbrachiali manus, ossa quinque habet, pri-
mum os pollicis his adnumerando, medullâ repleta, tarsi ossibus levî
superficie articulata: ossiculum etiam vnum, vt in manu diximus, articulo subiacet, quod quintum pedij os, quod paruo digito submittitur, ossi cubo alligatur, exteriori parte adnexum. Pedij ossa, vbi tarso com-
mittuntur, crassa sunt & amplâ, sequē inuicem contingunt: in processu
verò tenuia sunt, & à se abscedunt, vt musculosa ibi residat substantia,
qua primum digitorum articulum moueat. Omnia appendicem habent
vbi digitis articulantur. S. Pedij os pollici præpositum caput orbicula-
tum magis quam alia ossa habet, vt pollex in latera magis quam alijs
digitis, moueretur.

PEDIS digitii eodem modo se habent quo manus, sed pollex duo so-
lùm habet ossa. Sesamina etiam vt in manibus se habent; unde sequitur,
manum uno osse pedem superare, quamvis Galenus comment. in lib.
Hypocrat. de fract. æqualia omnia dicat esse.

A. Pecten, penis pudibundum, feneſtratum os.

B. Anche, & lumbare.

C. Femur aliquibus dictum, & femen, & os coxa, coxa, agi anche u.
Sed hæc ultima vagasunt.

D. Falso Aristoteles femore destitui aues credit, cùm hoc intu-
condatur.

E. Columb. lib. 1. c. 2. reprehendit Vesal. quod hos vocet processus, cùm
potius appendices sint. Idem facit Fallop. sed hic de maiore solum loquitur.

F. Qui natis, malum granatum testiculorum, tharuka, trachunetra ma-
ior, à barbaris vocatur.

G. Graci τροκαντῆς, maiorem etiam Γλετῶ vocant.

H. Quæ & facile maius, arundo, & canna maior, sen domesica crux
dicitur Gracis κύπευν.

I. Sura etiam dicta, & facile minus, arundo, cannique minor, & extir-
cruris. Gracis τροκαντῆς.

K. Aliquis falsò talus, clavicula, cauilla, clavusque dicitur.

L. Alijs scutiforme os, genu rotula, oculus gen., & polus dicitur.

M. Licet in pueris cartilaginosum diu maneat secundum Fallop. Columb.
verò nec cartilaginosum, nec omnino durum, sed medium afferit.

N. Astragalus, male aliquibus malleolus dictus, balisteos, aut nux, ca-
uilla. Hoc autem os, & calcis, & cymbæ os, & tarsi omnia, vt & brachiali,

in pueris dicitur *cartilagine manere afferit Fallop.*

O. *Calx, calcar pedis, calcaneum Gracis, πτερόν.*

P. *Et Cymbam, scaphamque referens, nauiformeque dictum.*

Q. *Tarsus dicta, & rasteta pedis, & ossa rasteta pedis : tria autem interiora priuatum cheloides dicuntur, extimum vero, os cubum, cubiforme, testarum referens, quadratum, & grandinosum.*

R. *Aliter pedum planta, planum, vestigium, solum, pectus, & pecten dictum.*

S. *Et ubi etiam tarso. Columb. & Fallop.*

DE VNGVIBVS, CARTILAGINIBUS Palpebrarum, Nasi, Aurium, & Arteria aspera: & de Osseum numero.

C A P. X.

Vngues firmamenti vice digitis sunt, ut dura & renitentia fortius retineantur, vt parua apprehendantur facilius, vt radat, scalpat, scoriet, vellicet homo his quidquid voluerit: mediocriter duri, ne, si ossa omnino essent, frangerentur; aut, si molliores, non apprehenderent, nec iniurias à digitis arcerent; atque hac causa, gibbi extrâ: propter apprehensionem vero, & iustam cum digito connexionem, caui intrâ facili sunt. Non sentiunt, quia non egebant, ne lacererentur facile, & quia sentienti digito incumbunt, & qui cum crescant, rescindi saepe debebant. Non suscipiunt in substantiam suam venas, nec nervos, quia capillorum more, à radice alimentum capiunt; ne vacillent suspensibligamento quodam extremo digitorum articulo alligantur, illisque cutis circumtenditur.

PALPEBRI cartilagines datae ad munimen oculorum, ut musculis implantentur, vt capilli fortius infigantur, ne oculum premant gravitate, si ossa aut carne extitissent, & vt oculum claudant: superior mouetur, ideo inferiorem moueri non necesse fuit, nec proinde musculos habere.

AVRIBVS cartilagines circumpositae, ad defendendas aures ab incidentibus, ad excipiendum aerem cum sono, introducendumque intus in foramen, ideo tot circumvolutionibus actae sunt, nec ossa expediti esse aures, ne rumperentur; nec carneas, ne concidendo, auditum impidirent, fortioresque ut fierent. In alijs animalibus quadrupedibus aures mouentur, & magis exorrectae sunt quam in homine A.

Qqqq

quia cùm prona ambulent, non tam facilè videre nocua poterant, nec audire, ideo ut melius sonos captent, aures mouere commodum fuisse erat. In homine hæc non necessaria erant.

NASI terminum etiam cartilagine obduci decuit, quia protuberat longè à facie in homine, nam proinde in alijs animalibus tanto minor nasī cartilago est, quantò minus nasus eis protuberat. At non in ostiis terminari nasus poterat, ne facilè rumperetur, utque pituita melius emuneretur; nec in carnem, ne concidens, excrementorum vacuationem, odorum intromissionem, aërisque transitum impediret, minisque sic fortis esset. Sunt autem **Z.** quinque, quarum duæ ab ossibus lateribus nasi in inferiora ducuntur; alia à septo nasi interstitium efficient, per medium aliarum duarum excurrens, duo foramina efformat; duæ alii, singula ex qualibet parte, ad latera nasi sitæ, alæ vocantur, quæ moliores sunt, & ex ligamentorum quasi naturâ vt & extrema aliarum, mouenturque peculiaribus motibus sursùm, deorsùm, introrsùm, extrosùm, que aguntur, musculis ad id ornatæ.

C. ASPERA ARTERIA in capite suo ad linguam tres habet cartilaginiæ, vnam anteriorem scutiformem vocatam, quia scuto Turcarum similis sit, quæ duobus, quos superiùs habet, processibus, ossi Yoidi committitur, duobus verò inferioribus secundæ cartilagini nunc describendæ Laryngis (sic caput hoc arteriæ totum vocamus) coniungit: secunda superiori parte circulum cum prima cartilagine explet versus stomachum; inferiori verò, tota circumflexum perfectum sola exequitur, annuli modò primæ anteriori parte substrata radici. Vtraque cavauitus & levius: extrà gibba & asperior. Tertia huic secundæ innititur, intusque in cavitatem Laryngis procumbit, ex duabus efformata quæ membranæ iunguntur circumcirca eas inuestiente, in medio autem ubi dehiscent hæ duæ cartilaginiæ, rimula manet, ligula dicta, quam Vesal. glotida ab antiquis vocari contendit, vocisque causam eandem, non verò huius operculum de quo nunc dicemus. Operculum hoc Epiglotida ideo dictum, quod glotydi incumbat, cartilago est laxa mollisque, ab anteriori primæ cartilaginis cavitate oritur, folio hederæ similis, hincque introrsum supra tertiam fertur, rimulam operiens ne quid cibi aut potius introrsum in arteriam illabatur. Hoc proprijs musculis mouetur, quemadmodum & tertia cartilago omnium maximè. Atque hæc omnia Laryngem constituunt, ex cartilaginibus ita formatam, tum propter vocem, tum propter aëris ad pulmones transmissionem.

Iam OSSIVM numerus magis communis, est trecentorum & septem, os pectoris non in quatuor diuidendo, nec mandibulam inferiorem in duo, nec cartilagineam cordis substantiam inter ossa numerando. Multò-minus appendices, processus, & in pueris ossium divisiones. Cartilaginiæ verò certo numero comprehendi nequeunt. Atque his ossium historia continetur.

A. Arist. 2. part. anim. 12. II.

B. Columb. 3. 2. primas tres solum recenset.

C. Columb. 13. I. *Laryngera in hominibus ossam non cartilagineam esse afferit, maxime in prouectis Gal. & Vesal. accusans quod humanam Laryngem nunquam secuerint. Diuidit autem primam cartilaginem in duo ossa; secundam tertium os vocat: tertiam iterum in duo diuidit, dicitque se medullam sepius in his inuenisse. Hac Fallop. reprobat, nunquam enim tertiam ossam vidit, licet aliquando primam & secundam in valde senibus tam conspicerit: sed non propterea ossa dicenda Larynx, nam sic omnes cartilaginiques temporis discursu ossa fiunt, ossa dici deberent, quod falsum est, quemadmodum & primam in duo diuidi. Additque idem Fallop. nullum ex his qui rem Anatomicam tractauit, constructionem cartilaginum aperae arteria nonisse, ut se alibi ostensurum promittit.*





FRANCISCI SANCHEZ
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA
Professoris Regij

SVMMA ANATOMICA.
LIBRIS QVATVOR.
DE M V SCVLIS.
LIBER SECUNDVS.

DE LIGAMENTO, MVSCVL0,
& Tendine.

C A P . I.



IGAMENTVM, A. mollius cartilagine; ab ossibus initium ducit, mediátque in articulis inter ossa, vt hæc coniungat ad motum, contineat à lapsu & luxatione, item vt tendines suis finibus contineat, ne abscedant in motu: huic usui seruiunt etiam membranæ quædam, musculos in cubitis & alibi cingentes, ne isti misceantur; & ligamentum secundæ vertebræ dentem primæ connectens, ne in medullam feratur. Alia ligamenta solum strati modo vnguosa muscularis substrata, his facilem transcur-

sum præbent. Alia quasi cartilaginea, cavitates replent articulorum. Aliqua, quæ tamen potius membranis quam ligamentis adscriberetur, quibusdam propugnaculi vice obducuntur corporibus, ut membranæ quæ musculorum tendines, qui à cubito ad digitos feruntur, cooperiunt. Alia interstij modo, partes alias diuidunt, ut quod inter vlnam radiumque secundum cubiti longitudinem fertur, musculos internos ab externis cubiti diuidens. Alia musculi constitutionem ingrediuntur, & eius substantia augent & firmant. Atque hi sunt omnes ligamentorum visus, quorum quædam vnum, alia duos, tres nanciscuntur. Differentia ex ijsdem sumi potest, & præter id ex eo, quod alia solis cartilagineibus sint, vt nasi & Laryngis; alia solis ossibus; alia ossibus & cartilagineibus; alia aliam quamlibet partem ossi colligant, ut ferè omnes membranæ. Atque hæc omnia duabus partibus sunt communia; alia vni solum parti insunt; alia molliora; alia duriora; alia circum ossa extrâ sunt: intus vbi hæc mutuò coniunguntur; alia rotunda; alia lata; alia crassa; alia tenuia; alia continua; alia perforata. Omnia obtusum. sensum habent, ne propter continuum motum & affrictum, doleant: eademq; ratione, & ne exsiccant continuò, humore viscoso oblinuntur.

M V S C U L U S, voluntarij motus proprium instrumentum, ex pluribus variisque constat partibus. Quarum tamen constructionem non tam esse qualem Galen. & alij afferunt, contendit Vesal. lib. 2. cap. 2. Afferit enim, musculos omnes non ex æquali neruorum & ligamentorum fibrarum portione constare; non semper in capite musculi implantari neruum, sed in medio; C. non semper neruum musculo distribui, sed arteriæ & venæ modo per superiora quandoque, quandoque per medium indiuisum ferti, quosdam musculos à principio crassissimos esse, deinde sensim gracilescere; alios nec neruum in se habere, sed ferè totos ex ligamento fieri; & plura denique alia quibus constructionis musculorum rationem ab alijs traditam destruit. Tandem vult carnem musculi, medio spiritu qui per nervos defertur, non solum strati vicem fibris ligamentorum & neruorum supplere, nec vt à frigore aut æstu nos vindicet, sed propriam esse motus voluntarij causam, & præcipuum instrumentum; quemadmodum hepatis, cordis, testiculorum, & liciis caro, crystallinus humor in oculo, & omnia alia cui præcipuum actionis assignamus rationem; neruumque solum spiritum ad musculum ferre, medio quo musculus mouetur & sentit. Ut cumque sit, musculus à mure dicitur, aut musculo, quia illorum animalium similitudine, caput, vnde initium sumit, ventrem, in medio eius processu, & caudam, vbi implantatur, habeat. Pinguedinem inter musculi fibras, & in eius carne repetiri contra alios afferit Vesal. Differentia musculorum multa est; alij enim præter ligamenti & membranæ fibras, carnemque has intexentem, quibus omnibus omnes constant, venam, arteriam, & neruum in corpus suum diffundi sinunt; in alios neruus nullus, arteria, nec vena, quod percipi possit, diffunditur; alij adiposi sunt, præcipue in pinguibus corpo-

ribus, alij adipe carent; alij ab ossi originem habent; alij à cartilagine; alij à membrana; alij à membrana tendines oboluente; alij à ligamento; alij veluti ex altero musculo, alij veluti ex nullo corpore; atque alij ex uno solum osse; alij ex pluribus; alij ex osse & cartilagine; alij ex pluribus eiusdem ossis processibus. Insertio eodem modo variat atque origo. Differunt etiam ratione motus, quos quisque proprios habet, ut hic fletit, ille extendit, &c. Forma etiam maxime variat, nam alij muris effigiem optimè referunt; alij rotundiores, alij longiores, alij latiores sunt; alij tres, alij quatuor, alij quinque, alij plures efformant angulos varias denique figuræ habent. Alij deinde ampliorem habent originem, deinde sensim gracilescunt; alij tenuem originem habentes, amplam habent insertionem; alij ortum insertioni aequalem habent; alij etiam quasi à puncto; alij quasi à linea; alij quasi à superficie incipiunt & desinunt, multisque alijs modis; alij perforati sunt aliquibus partibus; alij minime; alij magni, alij parui. In colore etiam differunt, quamuis omnes vbi caro est, rubri; vbi tendo & in principio, albi sint: nam alijs albedo in media carne conspicitur, alijs liuedo, &c. In principio muscularum alba pars, nerua dicitur, quasi ligamentosa; in medio, carnea. Situ etiam musculi variant, nam alij latent; alij in superficie sunt; alij sursum, alij deorsum; alij alio modo se habent. Omnes ferè fibris ab exortu in insertionem rectâ meantibus ornati sunt, præter quosdam, qui obliquas & transuersas aliquas habent. Atque fibræ in alijs rarae, in alijs laxæ, in alijs frequentes, in partibusque eiusdem musculi varijs varie habentur. Denique à capite, à ventre, ab impressione, à tendinibusque plurimæ sumuntur differentiæ.

TENDO pars ea est neruosa in quam plurimi musculi desinunt, & quod partibus, quarum motui destinati sunt, inseruntur. Cuius quidem in muscularis magna est differentia in crastitie, figurâ, exortu, implantatione. Plurimi musculi tendinibus destituuntur, etiam aliqui ex ijs qui ossibus implantantur, contra Galeni sententiam ex Vesal. alij vero eis donantur, eadēque in tendinibus differentiæ omnes, quæ in muscularis inueniuntur.

NUMERVS muscularorum definiri certò non potest, ob varias authorum sententias & muscularum partitiones, ipsorumque muscularum in ortu, processu, & implantatione, varietatem.

A. Grecis σύνδεσμος

B. Columb. I. 3. nullum.

C. Hac quæ sequuntur falsa à Columb. I. 5. indicantur, eis que musculi quibus Vesal. neruum deesse arbitratur, manifestum hunc inesse dicit: Et illud etiam de musculi carne reprobatur.

*DE CVTE, CVTICVLA, ADIPE,
& Membranâ his per uniuersum
corpus subiectâ.*

C A P. II.

CV TIS *A.* totius corporis indumentum, omnium partium temperatissima, media in duritate inter omnes, quasi ex neruo & carne conflata; ut sentiat, *B.* corpûsque ab iniurijs tueatur, neruos plurimos obtinet, sed non per se totam æqualiter hos suscipit, nec tota æqualiter crassa, sed manuum & pedum plantæ crassissimæ, quia magis atteruntur exercenturque: capitibus etiam crassa, ad capillos sustinendos. Non consolidatur nisi mediâ cicatrice, quia spermaticis annumeratur partibus. Aliter alijs partibus, quam alijs, adnascitur; tenuior est in homine pro corporis magnitudine, quam alijs animalibus coria sua. Alia cutis pars difficulter mouetur, ut volat manus, & pedum plantæ, alia faciliter circumagit, sed non proprio motu mouetur; alia etiam mouetur ex se, ut frontis cutis. Alia capillata, alia minimè. Tota omnium corporis partium maxima est, vndique peruvia poris, ad excrementorum expulsione, ad capillorum productionem, ad perspirationem. Perforata verò in ore, naribus, & alijs partibus, ad vsus plurimos.

C V T I C V L A. *C.* toti cuti circumtenditur tenuissima, nisi quo loco cutis etiam crassa est, insensibilis, facile restaurabilis, et si vstione, aut qualibet aliâ occasione deperdatur. *D.*

A D E P S, seu pinguedo, quam in cornutis animalibus seu exungiam vocant, substantia est aërea, pinguis, è tenuissimâ sanguinis substantiâ, frigore concretâ; sed differentia est inter adipem & seuum, quod ille humidior, hoc verò siccius sit. In pinguibus hominibus sub cute plurimus reperitur, aliquando trium digitorum crassitie, in alijs minimè, aut non tantus: usque eius est, calorem nostrum fouere, & ab extensis iniurijs vindicare.

C A R N O S A membrana his omnibus ubique succedit, ideo carnosâ ab Arabibus optimè dicta, & Panniculus carnosus, quod pluribus sui partibus carnosis repleatur fibris, ita ut musculus videatur, moueturque subinde pluribus in locis, ut in fronte hominis, & toto illorum animalium corpore quæ cutim mouent, ut homo frontis cutem. Hanc toti corpori communem esse, cutique plurimis fibris continuari, solum in aliquibus partibus inter utramque mediante pinguedine illâ de qua antè dicebamus, in alijs verò, venâ aut neruo uno altero, contendit Vesal. contra aliquos, & quam parte muscularis ei subiectis contigua est,

humore quodam viscoso vinctuosoque oblinitur, ne scilicet musculorum actionem impedit. De hac membrana egit Galen. 3. de Anat. admin. & 16. Vlsp.

A. *Gracis Sépua.*

B. *Arist. falsò non hanc, sed carnem sentire astruit.*

C. *Gracis èrisd'epuis.*

D. *Hac cuticula tanquam ex vera cutis excrementis facta illi propugnaculum est.*

*DE MUSCVLOSA FRONTIS
substantia; Palpebrarum, Oculorum, Buccarum, Labrorum, Alarum nasi, &
Maxilla inferioris muscularis.*

C A P. III.

A. **S**Vb frontis cuti membrana carnosa locata plurimas carnes fibras suscipit, plurimásque neruorum propagines, vt musculi modo his medijs moueatur, quò supercilia & attollat & deprimat, vt oculo ex vlo fuerit: fortius proinde carnosa hæc membrana cuti frontis & superioris nasi, sine vlla media pinguedine alligatur, quā reliquis corporis partibus, quo factum fuit vt aliqui frontis cutim muscularam esse arbitrati sint. A nasi radice recta sursùm ad capillorum radices fibræ huius carnosæ membranæ diducuntur, præter paucissim transuersim excurrentes; quare sectiones in fronte nunquam transuersim faciendæ, sed rectæ, quia per transuersum facta incisione, tota inferior sectioni pars in oculos prouoluitur.

PALPEBRAE ad oculi munimen factæ, suprà cuti integuntur, infratuncā quæ à membranā caluariam cingente originem dicit, similiq[ue] albam oculi tunicā, cōiunctinā dictam, efformat. Huic cartilago incumbit cui pili inserti sunt, dein carnosa membrana, inter quā & cutem, non adeps, sed humor solum quidam continetur. Carnosa hæc membrana in superiori palpebra (inferior enim non mouetur) fibras plurimas obtinuit, vt motui voluntario subseruat, ex quibus duo efficiuntur musculi, quorum alter ab inferiore parte magni anguli in medium superioris palpebræ cartilaginem, alter à medio inferioris palpebræ per gatuum angulum in medium superioris palpebræ cartilaginem implantatur. Ille palpebram attollit, hic deorsum trahit. Ideo tarsus durior reliqui palpebræ factus est, ne, dum à musculis trahitur, plicaretur.

O C V L I cùm sursùm, deorsum dextorsùm, sinistrorsùm, & ceteris lateriter

lariter moueri debebant, duos cuilibet motui dicatos obtinuere musculos, ita ut sex sint mouentes oculum, quatuor superiores, recto motu (qui & ideo recti implantantur) duo sub his, circulariter (qui & ideo circulariter implantantur.) Sub his omnibus unus est septimus, oculum per posteriora circulariter totum complectens, quem quidam ad sustinendum oculum datum asserunt, sed Vesal. non ad id, sed ad tuendum visorium nervum, oculumque etiam mouendum proprijs motibus & diuesis, prout nunc has, nunc illas retrahit fibras. Inter hos omnes musculos multa subiacet pinguedo.

B. BYCCAS & LABRA ijdem mouent musculi, suntque octo, ex extra libet parte quatuor. Primus tenuis, maximus, à nullo osse principium ducens, sed carnosâ membranâ plures obtinente fibras, à clavi, osse pectoris, scapulâ, dorso vertebrarum colli incipiens, & sub aure (cuius ratione aliquibus auris mouetur) ad buccas & labrum inferius protensus est, qui deorsum labrum inferius & ad latera mouet, cutimque totam eum subiacet. Secundus à superiore maxillâ secundum longitudinem protractus, & inferiori secundum eandem longitudinem implantatus. Tertius à malâ oriens, superiori labro implantatur. Quartus ab infimâ maxillæ inferioris parte, ad latera menti constituta principium ducens, inferiori labro inseritur. Horum musculorum ratione labra sursum, deorsum, ad latera, antrostum, intus, extrâque, & in circulum mouentur, qui quidem in extremis labris ita miscentur confundunturque, ut ibi nullo modo distingui queant.

NASI ALA qualibet duos habet musculos, paruos, membranos; alter à malâ productus, ei exteriùs applantatur, qui eam sursum & extorsum mouet: **C.** alter ab interna nasi cavitate supra erumpens, eidem alæ intus in infernâ parte committitur, qui eam intus trahit.

MAXILLA inferior quatuor vtrinque mouetur musculis. **P**rimus **D.** Temporalis dictus, ab osse temporis exiens, sub iugali osse procedens, acuto maxillæ inferioris processui infigitur; **S**econdus ab osse oculi angulum externum, & iugalis ossis partem efformante ortus, exteriori inferioris maxillæ sedi infimâque secundum eius latitudinem implantatur, diciturque masseter. **E.** **T**ertius, ab ossis cuneiformis fundo & aliis pronatus, interiori infimâque inferioris maxillæ sedi è directo secundi inseritur. **Q**uartus ex ossum temporum stiliformi processu natu, obliquè deorsum tendens, interiori interiorique maxillæ inferioris sede ad mentum affigitur. Hic præter omnium ferè aliorum musculorum naturam, in medio sui corpore omnino tendini, similis est, quasi in duos ventres diuisus: quod ideo factum est, quia cum gracilis sit, validoque motui præpositus, maiore labore egebat, proinde si ex carne totus fuisset sibi similis non sat futurus erat fortis.

PALPEBRARVM musculos longè aliter recenset Columb. 8.5. tres in quolibet oculo, quorum primus, inquit, quamvis sat obscurè, à magno oculi angulo ortus, per totam superiorē palpebram extensus, vique ad frontē & aurem, deinde cūcūm minorem angulum circumvolvulus per inferiore palpebram, acuto fine ibi vnde ortum duxit, figuratur; hic palpebram claudit. Taxat deinde Vesal. qui hunc in duos diuisit. Secundus à visorio neruo ortus, latus, carnosus, palpebrā implantatur recte, in superiora eam trahens. Tertius ex eodem loco educitus, ad magnum angulum affigitur, eandemque palpebram sursūm vellit. Hec Columb. Fallop. excitatus Oribasij argumēto (quod scilicet in chirurgicis operationibus quæ propter Aegylopam in magno oculi angulo fiunt, locus ille totus & exciditur & comburitur, non tamen proinde palpebrā motus cessat, vnde videtur sequi inde musculum eam mouentem non oriri) dicit se primum inuenisse musculum vnum teretem paruum, qui ab oculi orbita vnde musculus oritur qui oculum recte sursūm trahit, educitus, recteque deorsūm tendens, in latam desinat cordam, quæ toti palpebrā tarlo infixæ, palpebram sursūm vellit. Hec Fallop. qui tamen de reliquis musculis nil dicit, quamvis hac ratione videatur eos improbare.

OCVLI musculos diuersimodè à Columb. 9.5. descriptos inuenies. Duos superiores quos Vesal. oculo subseruire assererbat, hic palpebris ascripsit. Quatuor in singulis deinde ponit, duos supra, totidem infra, sed non perspicuè ortum, nec implantationem eorum designat. Addit hos sursūm, deorsūm, & ad latera oculum trahere, si vicissim mouantur; circulariter verò, si omnes simul. Hoc ultimum reprobat Fallop. nec ratione carere videtur. Adiicit Columb. quintum à se inuentum, qui à corneâ oritur, & in eandem implantatur circa Iridem, huiusque actionē in nosse optat. Fallop. etiam hoc damnat. Septimum autem Galen. & Vesal. oculi musculum Columb. in boue, & verbece reperiit asserit, non in hominibus, in quibus quatuor illi recti musculi, inquit, dum omnes quiescunt, illius vicem supplent. Fallop. omnes Anatomicos errasse asserit. Gal. & Vesal. bouinum oculum, nec tamen recte descripsisse; additque in illis animalibus octauum quendam musculum qui membranam quendam in oculo cartilaginosam trahit ut oculus cooperiatur, cùm timent bruta ne in eos aliiquid incidat. Porro sex in homine musculos constituit, quorum quatuor recti ita se habent ut ab alijs descripti sunt: reliqui duo sic. Vnus longior graciliorque ibidem oritur vbi ille qui oculum ad domesticum angulum trahit, inde descendens in tenuem cordam circa angulum magnum desinat, quæ cartilagini tereti trochleari simili, ligamento ad ossa anguli sub caruncula affixa, reflexa, ad oculi angulum versus regionem superiorē oculi implantatur. Alter in inferiori orbitæ parte oritur, vbi nervus tertij panis ad orbitam exit, inde ad externum angulum cūcūm oculum reflexus superiori parte circa quinti insertionem tenui cordâ implantatur. Atque hi ambo musculi oculum circulariter agunt, quos Fallop. se primum

inuenisse astruit.

AVRES musculos raro habent, Columb. tamen 10. 5. & Fallop. quandoque aliquos se inuenisse dicunt, in brutis vero semper. Differunt vero inter se illi de origine eorundem. Columb. unus a buccis ortus, in auctorit primam definit, ad anteriora aurem trahens; alter a mamillari processu ortitur, in posteriora auris implantatur, & ad posteriora vellit. Fallop. vero unus a fine musculi frontis est directo auris eductus, ei implantatur, in anteriora & elatiora mouens: alter ab occipitio supra mammillarem processum eductus, posterioribus auris affigitur, eam ad posteriora & elatiora ducens.

INFERIOR MAXILLA praeceps quatuor musculos a Vesal. descriptos; quorum primus & tertius eam sursum mouent; secundus, ad latus, & circulariter; quartus, deorsum; quintum alium habet secundum Fallop. qui sub temporali & masseterem latet, ortumque habet a latere externo alarum ossis cunealis, circa tertium eiusdem maxillæ musculum, indeque in posteriora vergens in maxillæ ceruicem, & capitis eiusdem internam faciem inseritur: hic in anteriora maxillam adgit.

FAUCES tria habent muscularum paria a Fallop. ut ipse afferit, inuenta. Primum ab apice quodam cunealis osis, qui ferè articulum maxillæ cum osse temporum tangit, ortus: indeque lateri internæ pretigidis alæ attensus descendens, in latum tendinem cessat, qui per rimam quandam illis alæ transiens, e loci unde gurgilio dependet, inseritur. Huius usus est, partes illas sursum antrorsumque trahere. Secundum ab eadem ferè parte unde primum ortum, deorsum ad latera descendens circa amigdalas implantatur, laterales fauces sursum & ad centrum contrahens. Tertium a basi capitis iuxta ceruicem eductum, secundum posteriora descendens, in hyoidis latera, & primam Laryngis cartilaginem, & quandoque in linguæ radicem inseritur, totam posteriorem faucium partem circumueftiens, & angustans ad cibi deglutitionem & vomitionem, ad quod etiam conducunt reliqui.

A. Columb. 3. 5. duos musculos in fronte ponit, qui a superioribus orti superciliis implantantur. In medio nasi coniunguntur, inde ad tempora obliquis fibris tenuiores facti abscedunt. Id probat experientia Cardinalis, cui connulsæ sinistram frontis parte ob vulnus, dextra sursum mouebatur; & his alias duos addit a se primum inuenitos c. 7. eiusdem 5. qui a sutura Lambdoide utrinque supra mamillares processus orti, in carnosam membranam definunt, qua frontis musculos excipit. Horumque muscularum ratione non solum supercilia sursum trahuntur, sed tota capitis cutis mouetur, ut in pluribus videre est. Idem confirmat Fallop. sed in pluribus se non inuenisse hos afferit. Falsum autem hic indicat carnosam membranam frontis cutim mouere, sed musculum esse censem, sine unus sine duo, qui tamen non obliquis sed rectis fibris ornatur, contra Columb.

B. Adeò confusi sunt hic Colub. & Fallop. ut vix quos describant musculos intelligascum tamē Vesal. repugnet, Colub. parum Fall. magis. Additq; hic in

qualibet pinna musculum unum paruum, qui ab eius radice exortus, & super eam delatus usque ad dorsum nasi, ibi implantatur: pinna neque claudit. Addit & carneam musculo sanguine mollem qua singula labra confitit seorsimque à musculis proprios habet motus.

C. Hunc Columb. esse negat 4. 5. Fallop. in aliquibus se innenisse afferit. Illum verò non proprium huic pari censem, sed portionem tertii, labra momentis, proindeque non naros aperire sed claudere: Nam, inquit Columb, quies aliquid naribus attrahendum est, superiorius labrum constringimus. Quare duos alios se inuenisse iactat, unum ex qualibet parte, qui à suturâ naris cum fronte ortus, deinde super nasi os descendens, pinna tandem implantatur, eam sursum trahens, narēsque aperiens.

D. Hunc perperam Galen. in medio tendinem habere afferit.

E. Quem Gal. falso à tertia & quartâ colli vertebrâ ortum afferit.

*DE MUSCULIS, ET LIGAMENTIS,
Ossis Yoidis, Lingua, Laryngis, Brachij, Humeri,
Scapulae, Capitis, Vertebrarumque
ceruicis prima, & secunda.*

C A P . IV.

MVSCVLI alij ab osse Yoidi orti alijs implantantur particulis ad eas mouendas. Alij proprij ei implantantur ut id firmum contineant; hi sunt septem, quandoque octo, ex utralibet parte quatuor. A. Primus ab osse pectoris exiens sursū anteriori Yoidis sedi infertur ex uno lateri, cui ex altero lateri alter respondet: secundus ab inferiori maxilla intus sub mento ortus, eidē ossi anteriori etiā parti implantatur, quilibet ex uno latere. Tertius à processu styloformi manans, ad latera ossis Yoidis affigitur. Quartus ab elatiōri scapulē costa iuxta ceruicē, & ad radicē processus anchorā imitantis natus, ad eadem latera ossis applicatur, ad qua tertius. Quartus hic, omnium qui in corpore sunt longissimus & gracilissimus est, qua ratione etiam ne parūm esset fortis, in medio corpore eneruationem obtinuit similem ei quam in quarto maxillæ inferioris musculo diximus esse; atque quartum hunc musculum, quem Vesal. ossi Yoidi tribuit, Galen. scapulæ proprium afferit 4. Anatom. administ. quem refellit Vesal. lib. 2. cap. 17. Qui ab hoc osse alijs inserunt partibus, in sequentibus dicetur.

LINGVA ad loqueland & masticationem facta, iustum adepta est magnitudinem pro obeundis his munijis, & pro oris capacitatem; laxa, fungosa, muscularis referta, ad hæc omnia facta est; & præter id, ad sensum

gustus qui in eâ præcipue sit. Difficillimum est eius constructionem perfecte exequi. Totam eius substantiam duo musculi à radice ad extre-
mum eius vñque producti, fungosi, fibris pluribus crebrisque & varijs
inserti, longeque aliâ & substantiâ & sapore, quâm cœterorum muscu-
lorum caro, donati, per medium secundum longitudinem ligamento te-
nuissimo diuisi, constituunt: quibus tunicâ propriâ circumleptis, supe-
riori parte alia erassior adiungitur, quæ communis est toti palato, œso-
phago, & tracheæ arteriæ per interna. Præter hæc omnia, musculis vtrin-
que donatur quatuor, quorum actione tot obit motus. Primus à supe-
riori Yoidis ossis parte lateri suo respondentे exiens, sub linguâque
procedens usque ad eius medium, ibi plantatur, linguâque retrorsum
agit. Secundus ab officulis superioribus ossis Yoidis sui lateris proma-
nans, quandoque etiam ab inferioribus, linguæ lateribus inseritur, cámque
in latus suum deorsum trahit. Tertius ab styliformi temporum os-
sis processu explantatus, linguæ ad secundi finem insigitur, cámque
sursum in interiora & ad latus conuellit. Quartus ab internâ inferio-
ris maxillaæ sede è latere educitus sub molaribus dentibus, lateribus lin-
guæ implantatur, cámque in latera, & deorsum dueit. Alij quatuor ex
aduerso latere his respondent. Est & præter hos, nonus vñus solùm ab
internâ menti regione productus, qui linguæ adnectitur quâ hæc radi-
cem habet, cámque extrorsum rectâ, & ad latera extrahit. Præter hæc
omnia, linguæ à palato, vel pôtiū faucibus, ligamentum exporrigitur,
quod cani retinet, astingit, impedítque ne vaga hinc inde deuoluatur.

L A R I N X duodecim habet musculos proprios, octo verò cōmunes.
Ex proprijs, quatuor primi primam cartilaginem secundæ coniugunt,
duo à quolibet latere, vñus alteri insidens, quorum fibræ ad X. formam
se scandunt. Exterior ergo ab inferiori primæ cartilaginis sede oriens,
deorsum obliquè in priora procedens secundæ cartilaginis parti, priora
laryngis spectanti, inseritur. Interior contrâ à secundæ cartilaginis sede,
quæ primæ subjicitur, natus, primæ cartilaginis humiliori sedi implan-
tatur. Quandoque ex his vñus tantum reperitur B. & cùm vñus tan-
tum adest, sëpe, maximè in viris, duo alij graciles inueniuntur, qui ex
media longitudine spinæ secundæ cartilaginis enati, in inferiores primæ
cartilaginis processus implantantur. Quatuor alij musculi secundam
cartilaginem tertiaæ committunt bini ex utraque parte, quorum primus
ab infima secundæ cartilaginis sede enatus, secundum longitudinem
eiusdem, sui lateris partem occupans, sursum ad radicem tertiaæ implan-
tatur: alter à secundæ cartilaginis sede enascitur, quæ interiora primæ
respicit, huiusque infimum processum admittit, sursumque primo contiguus
ascendens, radici tertiaæ cartilaginis ab alio non cooperata affigitur.
Atque hi duo tertiam cartilaginem extrorsum retrorsumue con-
uellunt, ligulâque aperiunt. Duo alij musculi tertiaæ cartilagini pro-
prijs ei claudendæ dicati sunt, ex quolibet latere vñus: ambo ex internâ
primæ cartilaginis sede secundum eius longitudinem media explantati,

sursum ducit, quilibet tertiae cartilaginis lateri sibi respondentem alligatur. **C.** Duo etiam alij tertiae cartilagini proprij sunt, quorum quilibet à basi sui lateris tertiae cartilaginis exiens, ad eiusdem cartilaginis medium, ubi ipsa diuisa est, adnectitur, ambòque ibi iunguntur. Ex communibus duo primi, singuli ex singulo latere, ex tota penè inferiori ossis Yoidis sede orti, deorsum descendentes in inferiorem primam cartilaginis sedem implantantur. Duo alij his respondentes, ex singulo latere singulus, ab ossis pectoris interna regione educti, sursum tendentes primam cartilagini implantantur. **D.** Alij duo ex posteriori cesophagi parte, quæ ceruicis vertebrae respicit, uno orti principio, singuli deinde in singula abscedentes latera, stomachum circumse餅entes, primam cartilaginis lateribus secundum eorum longitudinem affiguntur. **E.** Duo denique ultimi ex mediâ interiori ossis Yoidis sede exorrecti, radici laryngis operculi inseruntur, quamuis hos Galen, non nouerit ut vult Vesal. Horumque usus est ut operculum illud & grauitate propriâ, & cibi potius pondere depresso subleuent, neve perpetuò, si singulæ incumberet, suffocatio inde sequeretur.

BRACHIVM sursum, deorsum, antrorsum, retrorsum, & circulariter agitur. Quibus motibus plurimi seruiunt musculi. **F.** Primus, qui ad pectus id trahit, oritur ex mediâ pectoris ossis latitudine & cartilaginis bus eiusdem, ex septimæ & octauæ costæ cartilaginibus, & ex mediâ claviculæ sede quæ pectoris os spectat, hinc gracilescens crasso sed brevi tendine humero secundum eius longitudinem subter humeri capitum ceruicem implantatur. Musculum aliud præter hunc non esse qui brachium pectori admoueat in homine, sed solum in simiâ, contra Galen, asserit Vesal. qui etiam contra eundem, solum illum musculum, brachium ad superiora inferioraque pectoris, pro fibrarum varietate, adducere contendit, eumque, quem Galen, secundum brachium ad pectus superius admouentium existimat, primum scapulam mouentium Vesal. iudicat lib. 2, cap. 23. Secundus **G.** brachium mouentium ex mediâ claviculæ parte quæ scapulam respicit, primo contiguus, & ex superiori scapula processu, & ex totâ scapulæ spinâ extractus, crassus, velutique trifidus, in humerum secundum eius latitudinem non modicè sub ipsius ceruicem inseritur: hic brachium sursum tollit. Tertius à basi, inferiore scapulæ costâ eductus, sub brachio transiens, ei loco implantatur, cui primum implantari diximus, modicum à se distantes: hic brachium in posteriora adigit. Quartus à spinarum apicibus, quæ à sextâ thoracis vertebrae spinâ, ad ossis sacri usque medium habentur, originem dicit, & lato validoque tendine humero inseritur subter eius ceruicem, in medio duorum tendinum, primi & tertij muscularum: hic deorsum brachium conuellit. In hoc etiam & alijs Vesalius Galeno citato contradicit. Tres sunt musculi qui brachium circumagunt: quorum primus à superiori scapulæ basi inter supremam costam & eius spinam eductus, cavitatem illam supernam implens, deinde in anteriora, super scapulæ articulum, errans, ligamento, quod humerū scapulæ exterius cōmittit, implantatur.

Huc Gal. non nouisse videtur. Secundus à tota scapula bafi pronatus, tota eius interna sedem implēs, quasi in semicirculū humero sub articulo, interiori parte, infigitur. Tertius, & omniū brachij septimus, ab inferiori bafi scapulae, inter infernā costam eius & spinā, eductus, totāmque infrā spinā scapulae cavitatē implens, articuli ligamento tanquam in semicirculū exteriori parte inseritur. *H.* Atque & in hoc Ves. Gal. repugnat.

HYMERVS ne luxetur, pluribus eguit ligamentis. Tria habet propria, præter commune, quod omni articulo membranæ instar circundatur, quodque in hoc articulo à supercilijs ceruicis scapulae ortum, totum ambiens articulum in radicem interni humeri capitis, externiq; toti amplitudini, & triusq; ceruici implantatur. Propriorum, primum ex apice interioris processus scapulae eductum, internis anteriorib; q; partibus exterioris humeri capitis circumtenditur. Secundum, ex ceruicis scapulae superiori parte ortū, toti exterioris capitis regioni humeri inscritur. Tertium ex eodem loco nascitur ex quo secundum, inseriturq; in totam posteriorē exterioris capitis humeri sedem. Aliud est etiam præter hęc, quod ne humerus ad medium inter summum humerum & interiorē scapulae processum sedē luxetur prohibet: superiora enim tria ne humerus dorsum extorsumque luxetur, impediunt. Atque quartum hoc ex interiori scapulae processu initium sumens, summo humero applantatur.

SCAPVLA ijsdem quibus brachium (excepto circulari) mouetur motibus: quatuor proinde habet musculos. Primus ex secundā, tertiā, quartā, quinquā, & interdū sextā superioribus costis, ante quam in cartilagine fiant, originem dicit, inseriturque in interius latus anchoram imitantis processus: hic ad pectus scapulam mouet. Secundus ab osse occipitis transuersā lineā explantatur, & ex vertebrarum spinā usque ad octauam thoracis vertebram, hinc quasi in triangulum ductus in scapulae spinam, sumnum humerum, & latam claviculæ sedem, quā summo humero netitur, inseritur: hic scapulam sursum attollit. *Vesal. lib. 2. c. 26. contra Gal.* in simijs, non in hominibus, aliquos à Gal. Anat. admin. descriptos musculos, inueniti asserit. Tertius exoritur à transuerso primæ ceruicis vertebræ processu, deinde diuisus à transuerso processu tertii, quartæ, quintæ vertebrarum, internaque superioris anguli scapulae basis sedē infigitur, scapulam sursum versus anteriora trahens. Quartus à quarta, quinta, sexta ceruicis vertebrarum, & quatuor aut quinque primatum thoracis vertebrarum spinis edueitur, toti scapulae bafi inseritur, eam ad dorsum, modicēque ad superiora ducent.

CAPVT proprijs motibus agitur sine ceruice, & secundarijs cum ceruice, atque de istis agemus ubi ceruicis musculos aggrediemur, nunc de proprijs. Sunt hi antrorsum, retrorsumque supra primam vertebram; in humeros verò sine ceruice moueri nequit. Alter proprius motus est circularis, qui ipsum supra secundam vertebram torquetur. Fiunt hi omnes motus medijs septenis muscularum paribus, quorum sex in posteriori parte habentur. Primus musculus (alium ex latere similiter semper intellige) ab apice quinta thoracis vertebræ spinæ, deinde quartæ,

tertiæ, secundæ, primæ, & à quinque inferiorum vertebrarum ceruicis spinis, initium sumens, eoque usque cum pari suo coniunctus, inde se, iungitur, quisque ad latus sibi respondens, & ossi occipitis, ab autem ad medium os quidquid muscularis vacuum est implens, inseritur. Secundus multiformis admodum est, primum enim ex medio transversorum processuum quartæ & quintæ thoracis vertebrarum ortus, inde paulo, lū procedens, nervus fit & tendinosus, iterumque carneus factus, parum antequam occipiti implantetur, alium admittit, qui ex septima cervicis vertebræ spinâ originem dicit: ex hisque ambobus unum fit corpus quod occipitis ossi implantatur, parique suo ibi contiguum est. Alius occurrit deinceps, qui velut alterius lateris tertius esse possit, ac ex apicibus transversorum, secundæ & primæ thoracis vertebrarum processuum exiens, sursumque ad latera externè vergens, radici mammillaris processus infigitur. Sub his carnea magna moles spectatur, qua à transversis vertebrarum processibus oblique sursum ad spinas porrecta, occipitij ossi infigitur. Atque si & hanc musculum nominare volueris, K. secundum hunc musculum ex quatuor confici autumnaberis; sed præstat omnes hos sub secundo caput mouentium muscularum comprehendere. Ambo hi, si simul laborent, caput rectè extendunt, aut in posteriora trahunt; si alter solùm trahat, in latus flectit. Tertius ex secundæ ceruicis vertebræ extremo spinæ oritur, & occipiti adnegetitur à pari suo modicè sciunctus ibi, hic idem quod superiores munus obtinet. Quartus sub hoc iacet, à primæ vertebræ tuberculi, quod illi pro spinâ est, latere eductus, occipitio affigitur, à pari suo semotus. Quintus iuxta externum latus tertij, L. ab osse occipitij eductus, indéqué descendens, in apicem transversi, primæ ceruicis vertebræ processus inseritur. Sextus à spinâ secundæ ceruicis vertebræ oritur, & in transversum primæ ceruicis vertebræ processum implantatur. Horum, scilicet quinti & sexti, munus est, primam vertebram unam cum capite supra secundam circumuertere: atque hi sunt posteriores musculi. In anteriori parte extroque latere unus habetur, ab osse pectoris, quæ clavicula illi connectitur, & ab ipsâ claviculâ originem dicens, in totumque mammillarem processum infixus: hi, si ambo laborent, caput in anteriora deorsum rectâ flectunt, si unus solùm operetur, ad latus suum deorsum caput circumflectit.

VERTEBRA prima, secundæ, & capiti, pluribus ligamentis necatur. Primum est commune omnibus articulis, sed quo prima vertebra capiti coniungitur forte admodum est. Secundum est, quo secunda prima copulatur, commune etiam omnium articulorum. Tertium, teres, robustumque, & quasi cartilagineum, à dente secundæ vertebræ, qui interno posteriori primæ vertebræ parti insides, natum, anteriori ossis occipitis parti, quæ foramini, quo medulla ad spinam transmittitur, preficitur, alligatur. Quartum, ab interno uno latere primæ vertebræ ortum, super dentem secundæ vertebræ excurrens, alteri interno prima vene

bræ lateri è directo implantatur, prohibens, ne dens secundæ vertebræ introrsum impulsus, medullam comprimat.

A. Fallop. addit duos: unum qui à medio internoque mento oritur, & rectis fibris in os Toida inseritur: alter est caro musculosa quæ ab eodem mente educta, & cum primo lingue musculo confusa, tandem eidem ossi implantatur. Atque his duobus alijs duo ex alio latere respondent. Primum verò par Columb. 13. 5. linguae attribuit, undecimque proinde linguae musculos narrat.

B. Imò unum semper solùm, nunquam duo sunt paria hac secundum Columb. & Fallop. etiam in bouina larynge, quod & Galen lib. de Dissect. musc. dixit, quamvis alibi duo numerarit.

C. Vnum tantum hos esse affirmat Columb. transuersis continuisque fibris donatum, idem quoque Fallop.

D. Hos unum solùm existimat Columb. 14. 5. eumque à prima cartilagine lateribus ortum, cùm indecens videatur ab œsophago molli orti, in duram cartilaginem implantari, ut hanc coarctent.

E. Hos Columb. & Fallop. in hominibus non inneniri dicunt, sed in bruis solùm, damnantque Vesal. quod hominis laryngem non secuerit.

F. Iisque septem sunt, non undecim, ut voluit Gal. lib. de Musc.

G. Humoralis Latinis, Gracis ēπιωψις & de extrusiōnē. Fallop. falso & postmodem vocari afferit.

H. Octauum musculum addit Fallop. de quo & Gal. 98. cap. lib. de Dissect. musc. & 2. Admin. sec. c. 1. oritur à superiori parte costæ inferioris scapulae que cervicis iungitur, nervosaque fine prope septimi insertionem implantatur in humerum.

I. Huius munus est caput circumducere, cùm unus solùm agit: si verò ambo simul, ad posteriora rectâ flectuntur.

K. Fallop. hanc tertium efficit par muscularorum. Porrò huius secundi paris idem est usus cum primo, & carne illius molis idem cum utroque.

L. Columb. 17. 5. quintum pro sexto, & hunc pro illo describit, quintumque Vesal. à Vertebrâ oriri, & occipiti implantari dicit, quod rationabilius videtur quam contraria: quod & Fallop. probat. Maximè tamen improbat quod quintum hoc par caput circumuerat, cùm caput non potest in gyrum verti nisi cum prima vertebra supra secundam. Est ergo eius usus ut caput ambo simul ad posteriora flectant modicum, aut unus solùm si operetur, ad latum suum, quod dixit Gal. etiam lib. de Dissect. musc. cap. 9. Facit proinde Fallopius octo paria, partem illam secundi carnosam inter musculos numerando. Additique alia duo paria, quorum meminisse Gal. ait de Dissect. musc. Primam, quod à septima, sexta, quinta, quarta, tertia cervicis vertebrarum transuersis processibus oritur in anteriori cervicis facie, & in capitibas intravtrumque processum quo cum primâ vertebra articulatur, inseritur; secundum à processu transuerso prima vertebra ortum, gracile, parvumque iuxta mamillarem processum inseritur.

D E M V S C V L I S A B D O M I N I S ,
*virilium testium, uteri, Thoracis, Dorſi: & de
 vertebrarum ligamentis, & Thoracis: & de
 musculosā, carneāque ſubſtantia vola
 & digitis manus ſubſtrata.*

C A P . V.

ABDOMINIS, *A.* musculi octo ſunt, fibrarum ducu diſtincti. Quatuor obliqui, duo recti, & totidem transuersi. Obliqui binex qualibet parte habentur, mutuo incumbunt, fibrasque decuſſatim ſe interſecantes habent. Rectus ab vtroque latere vnuſ, fibras ſecundūm longitudinem corporis habet. Transuersus etiam ex vtroque latere alterius, fibras transuersas reſtē ſecundūm latitudinem corporis habens. Oblique deſcendens, ceteris ſuperfternit, *B.* à ſextā, ſeptimā, octauā, & nonā coſtis originem trahens, oſſis Ilium ſummitati, ſecundūm totum ciuſ oſſis appendicis ductū, iimplantatur. Recti ex mediā oſſis pubis regione orti, quilibet ex latere ſuo, vſque ad vmbilicum cōtigui ducuntur, deinde à ſe mutuo abſcedentes, ad pectus vſque feruntur, cui ſupra mucronatam cartilagine ad oſſis pectoris latera, illi que connexas cartilagines applantantur, & hoc in hominibus, nam in ſimijs caudatis, vſque ad pri- mā thoracis porriguntur coſtam, quod Vesal. afferit ſe vidisse in alijs animalibus, nunquam verò in homine. Hi duo musculi lineis quibusdam albiſ & quaſi tendinibus interſecantur transuersaliter, vt ſcilicet & fortioreſ ſint, cum longi ſtricti que alijs debiles fuifent, & melius à ſe abſcedere inuicem poſſint, & rotundo abdomini ſuperpoſiti, aptius id premerent. Transuersus omnibus ſuccūbit, quilibet ex lateris ſuī transuerſis lumborum vertebrarum processibus oritur, & superiori oſſis ilium regioni, & ſpuriarum coſtarum finibus conuafit, deinde mucronatā cartilagini, & oſſi pubis iimplantatur. Omnes hi musculi, præter id quod à frigore & calore extero ilia vindicant, thoracis motui praſunt, propugnacula ſunt ſubieſtarum partium, vtrumque excrementum ſiccum ſcilicet & humidum, ſe colligendo, foras expellunt; ſotum itidem ea- dem ratione in partu deorsum protrudunt: Falsum verò eft quod qui- dam ſomniarunt, obliquorum ratione cibum contineri, rectorum at- trahi, transuersorum verò expelli, quod fibris ſtomachi & intestini debetur.

T E S T E S *C.* virili, vno quilibet musculo donantur qui à peritoneo eductus, quā illud, vt vasa ſeminaria comitetur ad ſerutum, ſuper ilium

os descendit, infimæ sedi testis implantatur, nîque aliud est quâm ipsum seminarium vasorum & testium inuolucrum, fibris carnosis donatum, vt alij multi : hic Cremaster dicitur, vñus solùm est, cui contrarius alius datus non est, vt quidam voluere, factus enim est hic musculus ut sursum testem trahat, præcipue in coitu, ut semen faciliter ejiciatur.

V T E R V S similes vtrinque obtinuit musculos. Pars enim illa peritonai quæ vtrinque vasa seminaria comitatur, testes inuoluit & totum vterum, fibras carneas obtinens plurimas musculoſa fit.

T H O R A X, D. Voluntario mouetur motu propter cor, ideo pluribus musculis donatus fuit. Sunt autem hi in homine octuaginta nouem, abdominis etiam musculos numerando : scilicet quadraginta quatuor ex singulis lateribus, & vñus communis ambobus lateribus. Primus (in altero latere idem cogita) ex inferiori interiorique claviculae regione secundum ipsius longitudinem quâ primam respicit costam, oritur, & primæ costæ quâ pectoris ossi committitur, ipsique etiam pectoris ossi, vbi eius costæ cartilaginem excipit, inseritur; primam proinde costam sursum versus exteriora trahit. Secundus ex totâ scapulæ basi interiori parte natus, octo, & interdum nouem inseritur superioribus costis, in mediâ earum regione, non rectâ lineâ, sed digitorum modo: hic vniuersum thoracem versus exteriora mouet. Tertius, quem Galen. numerat, in homine non reperitur, sed cane, proinde tertius in homine, quartus erit in cane. Tertius ex trium inferiorum ceruicis vertebrarum, & prime thoracis vertebrâ spinis ortum dicit, & obliquè descendens, in spacia quatuor superiorum costarum media, tribus quasi digitis implantatur, dictisque costis inseritur : hic etiam thoracem dilatat. Quinto, quem Galen. describit, homines carent, simiæ abundant. Quartus proinde hominis, qui sextus est simiarum, ex posteriori ossis sacri regione, & interiori Ilium ossis sede originem trahens, vndeclimoque dorsum mouenti musculo, secundum lumborum vertebrarum transuersos processus, usque ad duodecimam thoracis vertebram adeo affixus, vt ab illo procedere crederes, indeq; ab eo manifeste disiunctus decem superioribus costis, tendinibus quasi teretibus affigitur, secundum earum processus, quos statim ac à transuersis vertebrarum processibus discifere, habent : cessatque hic musculus statim ac ad primam thoracis vertebram peruenit, licet quandoque transuerso septimæ ceruicis vertebræ processu tendinem porrigit; atque hic thoracem coarctat deorsum trahendo. Quintus hominis, septimus vero canum, in posteriori thoracis sede locatur, originemque dicit ab vndeclimæ & duodecimæ, atque aliquando decimæ thoracis vertebrarum spinis, tum etiam aliquot lumborum vertebrarum spinis, hinc transuersim in priora excutrens quasi in digitos actus, nonæ, decimæ, vndeclimæ, & duodecimæ costarum interuallis, & ipsis inseritur costis, quas retrahendo, thoracem dilatat. Sextus hominum, octauus canum, intus à latere pectoris ossis oritur, & sursum ad posteriora fibras obtinens, cartilaginibus costarum, quæ ossi

pectoris insiguntur, implantatur, easque deorsum coarctando, thoracem contrahit. Atque hi sunt musculi toti thoraci, & pluribus costis communes. Alij sunt vni solum costae proprij, quique ab una exeat, & in alijs terminantur costam; ideo intercostales dicti, suntque vtrinque duo & viginti, undecim scilicet spacia costarum occupates, bini in singulis spacijs: quarum alijs externi, alijs interni dicuntur. Porro externi in singulis costarum interuallis, simul ac costae a transuerso vertebraru processu abscedunt; principium habent, fibris a superioribus obliquè in anteriora descendebus per totam costam usquequo in cartilagine ista definit; ibi enim contra ab inferioribus ad anteriora obliquè ascendunt fibre quo usque musculus pectoris ossi applantetur. Interni vero contrario omnino modo se habent. Atque propter hanc fibrarum variationem in eodem musculo diversa costae parte, quidam ex Arabibus non duos solum, sed quatuor in singulis spacijs intercostales musculos numerarunt: quod non absurdum videtur. Proinde cum haec variatio solum in spacijs verarum costarum, quæ sex sunt, reperiatur, (in alijs enim non ita habet) non obfitur ex utroque latere musculos quatuor & triginta educi afferre. Gal. in fragmento de causis respir. exteriores musculos expirationem moliri, interiores vero inspirationem, asserit; lib. de motu musc. contrarium censet. Vesal. omnes thoracem coarctare putat, E. quia ad efflationem, vocem, tussim, sternutationem, foecum excretionem, partusque expulsionem, denique ad omnia magis fortiori thoracis contractionem quam dilatatione egemus. Iam de communi musculo ambo bus lateribus. Hic Metaphrenas, Phrenas, Diaphragma, & septum transuersum dicitur, ab omni alio musculo diueritus, in medio suo principium sui habens, inde fibras in circulum mittit, implantaturque mucronatae cartilagini, & extremis omnium sub hac costarum cartilaginibus, quin & duodecimæ toti connascitur: & duobus tendinibus hinc inde lumborum vertebris implantatur: duas habet tunicas, inferiorem unam ab Peritonæo, quæ eius infernam partem totam oblinit: superiorem aliam a pleura. Tria habet foramina secundum Vesal. (quamvis Galen. duo solum ex Hypoc. sententiâ recenseat) quod paucis contingit musculis. Primum non perfectè foramen est, sed quasi plicatio extremitati septi in semicirculum, iuxta undecimam thoracis vertebram, per quod transmittitur arteria aorta, & venæ azigos finis, & rami sexti nervorum parisi; nam vertebræ non propriæ, ut vult Galen. transmittuntur. Secundum ad septi medium versus dextrum est, per quod vena cava in thoracem transmittitur. Tertium inferius est, quam media septi sedes ad sinistrum, per quod stomachus & sexti nervorum parisi rami ad ventriculi orificium dimittuntur: quamvis aliter Hippocrates, Galenus, & alijs Anatomici sentiant. De septi munere non minor dissentio. Plato concupisibilis seu Naturalis animæ ab animosa separationem facere: Aristoteles ut cor ab officina & ventri tetris vaporibus defenderet, formatum iudicauit. At praeter hoc, mouet etiam thoracem, & expellit

dis ventris excrementis confert: sed quomodo id faciat, controuersia est. Vesal. cogitat spurias costas ad caput suum contrahendo, earum infernā partem, sicque thoracis inferiora dilatare. Ergo omnes thoracem mouentes musculi, si abdominis musculos addas, in hominē sunt octuaginta nouem; in simijs verò, nonaginta tres. Abdominis autem musculi, obliquè descendentes, si tendantur, humiliorem thoracis sedem comprimentes, thoracem arctant: recti verò cum obliquè ascendentibus, costas deorsum trahendo, thoracem coarctant. Transuersi etiam intrò costas adducendo, thoracem premunt. Atque in naturali exspiratione aut inspiratione solum septum transuersum laborare afferit Galenus: si verò maiore aëre opus fuerit, vt in cursu, in cordis calore nimio, aut in voce, in tibiâ, tubâque sufflandâ, alij musculi adiuuant.

LIGAMENTA thoracis hæc sunt. Clavicula uno membraneo ligamento ossi pectoris alligatur secundum superiora, alio quod ab eius inferiori parte natum, pectoris ossi affigitur, cùm parte quâ cartilago primæ costæ ossi pectoris committitur. Prima costa, quod maius ceteris onus sustinet, valido ligamento primæ vertebræ corpori nectitur: ultima costa itidem, quia ab undecimâ oritur costâ, non à processu suæ vertebræ transuerso, ideo etiam forte obtinuit ligamentum. Reliquæ non tam validum habent, communèque id est vertebris. Dorso hæc sunt ligamenta. Quod inter utramque vertebræ appendicem medium videtur, Vesal. contra Galenum ligamentum, aut ligamentosam cartilagineam esse afferit: quod autem inter appendicem & vertebræ corpus mediat, cartilagineam secundum totam dorsi longitudinem validissima ligamenta toti vertebrarum corporum ambitus oboluuntur, quæ ne nimis dorsum dum extenditur dehiscat, prohibent. Item ex singulis transuersis processibus in conterminos processus transuersos alia ducuntur: & in spinarum interuallis ab una spinâ ad aliam; & vbi ascendentis vertebrarum processus descendantibus articulantur, articulantur alia fortissima. Aliud item fortissimum & subflavum, quod ex interna sede corporis vertebræ respectu spinæ oriens, inferiori vertebræ è directo infigitur. Aliudque in canibus inuenitur, quod Galenus hominibus attribuit, de quo vide Vesal. lib. 2. c. 40.

DORSVM G. pluribus mouetur motibus, antrorsum, retrorsum, dextrorsum, sinistrorsum: Cervix & cum dorso eisdem, & sine dorso; Lumbiferè cum dorso, sed laxius. Sunt autem omnes dorsum mouentes musculi sexdecim, octo ex qualibet parte. Primus ex latere corporis quintæ thoracis vertebræ, quâ costæ adnectitur, originem ducens, inde in anteriora obliquè ascendens, versus medium quartæ thoracis vertebræ corporis cum pari suo iunctus infigitur, sicque procedens, reliquis thoracis & cervicis vertebris eadem serie affigitur, donec ad primam perueniat vertebram cervicis, cui ad tuber, quod in medio versus anteriora habet, applantatur, & occipitis ossi secundum anteriorem partem. Hunc musculum alij duos, alij tres efficiunt, cùm si insertionem species quam ià de-

cem molitur vertebræ, decem numerandi essent, sed præstat vnum rotare. Mouet hic ceruicem in anteriora, totam si totus contrahatur, vel pattem cui implantatur, si solum fibras illas conuallat; sed & quoddam etiam thoracis vertebras mouet. Secundus ex superiori exteriorique primæ thoracis costæ secundum ferè totam eius longitudinem explantatus, in otium ceruicis vertebrarū transuersos processus implantatur. Hic duo obtinet foramina in principio suo, vt vena & arteria in brachium per illa deferantur. Tertius ex transuersi sextæ thoracis vertebræ processus radice, ad spinæ radicem ortum habet, indeq; ascendens ex reliquarum quinque thoracis vertebrarum transuersis processibus enascitur, & in externam sedem transuersi septimæ ceruicis vertebræ processus, deincepsque in reliquarum vertebrarum ceruicis processus secundum eandem exteriorem sedem implantatur. Hi duo, nempe secundus & tertius, si simul contrahantur, ceruicem ad latus rectè ducent; si solus secundus, magis ad anteriora; si solus tertius, magis ad posteriora, sed semper ad latus. Quartus à septimæ thoracis vertebræ spinæ radice, dein & à radice spinarum reliquarum thoracis vertebrarum originem dicit, cùmque infimæ ceruicis vertebræ leuiter inseratur, ab ea tamen vehementius ampliori que sede enascitur: sicque deinceps à reliquarum ceruicis vertebrarum transuersis processibus denuo fibras accipiens, in earundem spinas implantatur, vsque ad secundam, cui validissime netitur. Hic cum suo pari, si simul laborent, ceruicem rectè extendunt; si alter solum, secundum latus suum. Atque hi omnes ceruici sunt proprij, secundariò tamen caput mouent. Quintus ex superiori posteriori que ossis Ilium cauitatis sede, & primi sacri ossis transuersi processus, enascitur, duodecimæque thoracis costæ implantatur, & interno latere transuersis omnium quinque lumborum vertebrarum processibus internâ sede, earumdemque vertebrarum lateribus inseritur. Hic cum pari suo lumbos flectunt obliquè. Sextus ex totius ossis sacri spinæ summo secundum ipsius longitudinem, & totâ ossis Ilium internâ sede, ex spinisque quinque vertebrarum lumborum, originem dicit, exteriorque latere transuersis lumborum vertebrarum processibus aplantatus, deinde gracilior redditus, superiorum vertebrarum spinis tenuiter insertus, omnib;que thoracis vertebrarum transuersis processibus tendinem porrigen; vsque ad primam thoracis vertebram in qua definit, G. huic tandem implantatur. Hic cum pari suo dorsum rectâ & obliquè flectit. Septimus ab spinâ ossis sacri vbi Ilium os committitur extrâ, deinde à transuersis lumborum processibus oritur, reliquisque superiorum vertebrarum transuersis processibus insertus, & spinis earundem cum pari suo alligatus, tandem ad vndecimæ thoracis vertebræ spinam figitur. Hic cum pari suo spinam extendit rectâ si ambo laborent, obliquè si unus tantum. Octauus ab vndecimâ thoracis vertebrâ ad primam vsque ipsius portenditur, totam spinarum amplitudinem, que ab ipsarum radice ad apicem vsque consistit, amplexans. Hic etiam cum suo pari, vt & alij, dorsi partem cui inseruntur, rectâ & obliquè flectunt.

VOLAE MANVS latus supertenditur tendo, à musculo ortum habens, qui ex interioris humeri tuberis apice enascitur, deorsumque repens, ubi ad brachiale pertingit, in latum hunc tendinem exporrigitur, qui cuti volæ manus usque ad extremos digitos ita fibris adhæret, ut vix nouaculâ dirimi possit: hic factus est ut manus melius prehendet, sentiret, *H.* depilis esset, tutiorque. Deficit quādoq; in hominibus aliquibus tendo hic: inter quem & cutim, tum in manus vola, tum in pede, contra Gal. sententiam, mediate pinguedinem vult Vesal. lib. 2. cap. 41. Præter hunc tendinē natura volæ manus digitorūmq; internæ parti & à lateribus; planta itidem pedis & eius digitis carneam quandam substantiam, sed magis pinguedini concretæ quam carni similem, albam, mollem, fibris, venarūmq; ramulis intersitam, lato tendini superposuit, eiusdēmque etiā nonnihil tendini supposuit. Cuius quidem munus est, plurimos tendines in digitos repentes, à corporum durorum compressione deffendere, manum in rotundi corporis apprehensione, appositè circa ipsumducere, vnde in externis manus partibus, huius carnis substantia nulla est; in planta pedis, multa, ob primam rationem: circa articulos digitorum, nulla, ne flexionem impedit: in lateribus digitorum, tanta, quanta opus fuit ad replēda vacua inter utrumque articulum spacia, ob articulorum extuberantiam facta, sicque dorsi sibi adeo committerentur, ut etiam liquida manibus tenere possemus. Extremis autem digitis ea summè confert, ut cedendo, apprehensionem commodius molliatur, tum durorum, tum paruorum corporum, os à durorum offensione protegat.

A. Gracis iunyāsiev, Arabibus Mirach.

B. Et sub hoc statim obliquè ascendens, qui sic vocantur propter fibrarum ductum. Falsumque videtur Columb. 22. 5. hos à superioribus oriri, cum haec trahere debeant: nam thoracem trahunt Ergo ambos ab osse Ilium, & transversis lumborum vertebrarum processibus originem habere afferit, & in costas albam lineam inserit: obliquè autem ascendentem, in duos dividit latos tendines inter quos recti transeunt, ut hi fortiores sint, qui etiam recti ab osse pubis ortum ducunt, non verò à pectore, ut vult Galen. 6. Meth. 5. V sup. & 5. Anatom. administ. Porro circa horum rectorum principium magna inter Columb. & Fallop. est controvērsia, afferente illo, carnosas quasdam partes que à pube ascendunt, rectorum muscularum partes esse: hoc verò continente, muscularos esse per se, qui vesicam in mictione comprimant. Nec hic rationes arere videtur. Oriuntur musculi hi pari, carnosi, ab exteriori ossis pubis regione, & obliquis fibris in rectam lineam albam inseruntur, in acutum definentes sub umbilico.

C. Duos veros habere muscularos afferit Fallop. qui quidem oriuntur ab osse Ilium, & quandoque etiam à partibus anterioribus ossis pubis fibras aliquas carneas assumunt, & cum vasis seminarijs descendunt. In fœminis etiam ab eodem loco alias oriri, qui cum Cremasteribus vici, ei infiguntur, nullam cum

eius testibus coniunctionem habentes.

D. Longè diversis ornatur musculis Fallop. Secundum par inter scapula musculos hic numerat. Quartum non ultra sextam costam ascendere ait, sed sex superiores etiam mouere hoc modo: à duodecimâ costâ prope insertionem dicti musculi oritur chorda quadam quasi alter musculus, qua sexta costa implantatur, à sequenti costâ alia, qua in quintam inseritur, & sic consequenter usque ad primam. Quæ omnes chordæ et si parvi musculi per se censeri possent, quia tamen in superficie cum quarto complicata sunt, illius partes indicantur. Sextum in canibus potius quam hominibus talē reperi qualem alij describant: in hominibus enim potius nervosus est quam carnosus, neque unquam ultra secundam costam ascendit. Tres addit Fallop. thoraci musculos. Primum ab interna facie processum transversorum tertia, quare, quinta, & sexta vertebra ceruicis ortum, & in primam costam implantatur: secundum eum quem Vesal. secundum dorsi numerat: tertium a transversis processibus quarta, & quinta ceruicis vertebrarum eductum, & in secundam, quandoque etiam tertiam costam insertum. Intercostales musculos, addit, per accidens, non per se dilatare thoracem, ad consequitionem scilicet aliorum communium thoracis; accusatque Galen, quod aliter senserit. Eundem etiam & Vesal. & Fallop. & Auc. quod quatuor musculos inter quamlibet veram costam numerent, cum reuera duo solum sint. Nam exterior, inquit, oriatur usque à processu vertebrae cui costa articulatur, & sic procedens per costam, desinit in loco ubi cartilago incipit. Interior vero tantum à processu distans incipit quanta est longitudo cartilaginis, & cum exterior usque ad cartilaginem incedit, deinde spacium medium inter utramque cartilaginem solus implet: & hoc fecellit Vesal.

E. Columb. 20. 5. omnes dilatare, si aut interni aut externi seorsim agant; si omnes simul, coarctare.

F. Huius omnes musculos in sex paria diuidit Fallop. difficillimamque esse horum historiam addit.

G. Columb. 19. 5. usque ad caput porrigi afferit, & supramillarem processum implantari, malisque Vesal. partem hanc, à primâ scilicet thoraci vertebra usque ad caput, cum capitinis musculis confundere.

H. Hoc negat Columb. 33. 5.

DE MUSCULIS ET LIGAMENTIS

Manus, digitorum, radij, cubiti, & brachialis.

C A P. VI.

DIGITI, quia postbrachiali in articulatione, suis autem in articulis per ginglimon cōmittuntur, ideo prima eorum ossa supra postbrachiale

brachiale flectuntur, & extenduntur, & in latera quoque trahuntur, reliqua autem solum flectuntur, & extenduntur. Hos autem motus omnes, viginti & octo compleat musculi; addetur tamen his vigesimus-nonus, qui et si digitis mouendis non seruiat, tamen quia eius mentio futura est, ideo hic recensabitur A. Ergo primus digitos mouentium musculorum, ab interiore humeri tubere enascitur, indeque descendens, antequam ad brachiale perueniat in quatuor diuisus tendines, brachiale transcendent sub ligamento magno, quod ab internâ brachialis regione originem ducens, eum totum annuli modo circuit, vtrâque progre- diens, ad radicem cuiusque digiti quilibet tendo ductus, sub primo digiti osse per totam eius longitudinem à ligamento alio circundatur, quod annuli modo à totâ internâ primi digiti ossis regione enatum, ten- dinibus subiectis tutum præstat iter, ne loco suo facilè excidant, néue ab externis tam conterantur. Tandem radici secundi digiti ossis quili- bet tendo figitur, indeque quilibet bipertitur, vt alteri tendini locum det, de quo mox; hincque & inde singuli caudices secundum totius ossis secundi longitudinem exporriguntur: hic musculus secundum digitorum os flectit. Secundus, primo substratus, modicum ab interno humeri tubere dicit principium, sed præcipuum robur ex anteriori vlnæ processu; inde secundum vlnæ longitudinem ei adnatus, eodem mo- do quo primus, in quatuor tendines diuisus, sub quatuor primi musculi tendinibus rectâ procedens usque ad ultimum cuiusque digiti os, huic implantatur: hic tertium digitorum internodium flectit. Tertius ex vlnæ sede enascitur, quâ hæc radij capitulum excipit, inde secundum longitudinem ferè toti radio adnatus, secundoque musculo coniunctus, antequam brachiale superet, peculiari membranâ obducitur, in pecu- liaremque desinit tendinem à secundo distinctum, sub latóque bra- chialis ligamento transiens, nulli subiectus tendini ad pollicem flexus, finiuque, ossi postbrachialis quod pollici subiicitur ad hunc excipien- dum sculpto, innixus, ad secundum pollicis internodium deuehitur, in quo secundum totam eius longitudinem ligamento annulari co- pertus, tertio pollicis ossi implantatur, ad cuius flexionem factus est. Atque in his tribus musculis, eorumque functionibus Vesal.lib.2.c.43. Galeno repugnat, & reliquis Anatomicis. Quinque omnium digito- rum prima ossa decem mouent musculi, singula bini, hoc modo locati. A principijs postbrachialium ossium, quod brachiali coniunguntur, unus à quolibet ossis latere oritur musculus, ossique postbrachiali connatus secundum eius longitudinem, lateri B. primi ossis digiti sibi respon- denti, magis tamen versus interiora, affigitur; ex alio latere aliis alteri etiam lateri implantatur: sic ut spacia vacua inter postbrachialia ossa, binis musculis singula oppleantur; atque si ambo musculi con- trahantur, digiti primum os ad volam flectunt: si verò unus tantum, digitum ad latus suum trahit. Pollicis autem primum os mouen- tes musculi à brachialis osse cui pollex ipse insidet prope brachia-

T t t t

Iis ligamentum oriuntur, vnum supra aliud, primusque per totum os primum pollicis extensus, vix obscurè secundo internodio haret. Secundus, qui sub hoc est, medium primi pollicis ossis non transcendet. Secundum pollicis os tres musculi mouent diuersi admodum ab alijs, quia pollicem non rectâ ad volam, ut alij digiti, sed obliquè, quasi alijs contrarius, ad alios trahunt. Oriuntur autem à mediâ volâ semicirculi modo circa eam lineam quam Chiromantici vita präficiunt. Primus ex postbrachialis osse cui medius digitus innititur, parum subter ipsius caput ortus, lateri indicem respicienti, secundi pollicis ossi affigitur. Secundus à medio eiusdem ossis explantatus, primum inferiore suo latere contingens, in medio interioris lateris secundi pollicis internodij inseritur. Tertius ex postbrachialis ossis annularem sustinētis radice eductus, lateri interiori versus priora secundi pollicis internodij implantatur. Hi omnes si contrahantur, digitum fortissimè alijs adducunt; si vnum solū, eumdem ad suum principium mouet. Hos Galenum non nouisse credit Ves. Namque flectentiu[m] digitos musculorū numerum exequuntur, qui est decem & sex, nunc ad extendentes. Decimus septimus, qui primus est extendentium, ab exteriori humeri tubere ortus, cùm ad brachialis extremum, ubi radio inarticulatur, peruenit, in tres carnosas portiones diuiditur communi membranâ obtectas; in tendinæque statim degenerantes illæ portiones, per sinum vnam, in radij exteriori sede ad id exculptum, feruntur, proprio ligamento adstricti, usque quâ ad brachiale perueniunt, ubi ab inuicem semoti, vnum indicem, secundus medium, tertius annularem petunt, ubique ad primi digitorum horum ossis radices perueniunt, variè mixti, eis applantantur, secundumque totius digitii longitudinem protensi medio ipsorum inseruntur, eorum extensionis authores. Decimus octauus ab exteriori humeri tubere prope decimum septimum pronatus, ubi ad cubiti finem peruenit, communi radio & vlnæ sinu, & transuerso ligamento vtitur in tendinem degenerans, cùmque brachiale transcendit, tendini decimi septimi musculi annularem petenti, sui portionem vnam tribuit, reliquaque ad patui digiti radicem applantata, secundum totam trium ossium externam fedem porrigitur, totum digitum extensurus. Decimus nonus, his duobus substratis, ab vlnæ osse ultra medium ipsius longitudinis enatetur, & obliquè deorsum ductus, in duos diuiditur musculorum quasi surculos, quorum superior ad pollicem fertur, numerabiturque vigesimus primus: inferior verò, de quo nunc agimus, antequam appendicem radij attingat, in duos inuicem harentes finitum tendines, qui proprio sinui in radij appendice incumbentes, proprioque ligamento obducti super brachiale feruntur, quod ubi transcenderunt, radici indicis & medij digiti inseruntur, ut hos à pollice diducant. Vigesimus, à quarto brachialis osse, oritur, & per Veneris monticulum ductus, in externum primi ossis parui digiti latus inseritur, digitum ab alijs longè didueens, ut in apprehensione rotundorum corporum commodius istis obolu-

tur. Vigesimus primus portio superior est decimi noni, ut audisti, quæ antequam radij appendicem concendat, in tendinem abiens, sinu ligamentoque cum bicorni tendine communi vtens, ad pollicis latus quo indicem respicit per totam eius longitudinem extenditur. Vigesimus secundus, & vigesimus tertius sic habent: supra decimum nonum & vigesimum prium secundum vlnæ longitudinem musculus oritur latus ad radium oblique descendens, bicornique musculo intersticatur, à quo statim in duas diuiditnr portiones impares sibi hærentes; superior portio in tendinem cessat qui inseritur exteriori brachialis ossis sedi, quod pollicem sustinet, hīcque est vigesimus tertius, qui potius brachiale quād digitos mouet. Inferior verò portio paulò pōst quād à superiori abscessit, in duas etiam diuiditnr partes, quæ singulæ in tendinem desinunt, & cum superiori tendine per proprium sinum, in radij appendice ad id sculptum, peculiarique ligamento omnes simul vntentes, quamvis quandoque singuli singulis donantur, vbi brachiale superarunt, unus in primi pollicis ossis radicem implantatur: alter primi pollicis ossi annexus in secundi ossis radicem exteriori sede inseritur, ad ultimum usque pollicis terminum secundo & tertio ossi deinceps infixus. Hīcque secundus musculus ex duplice formatus tendine nobis erit vigesimus secundus, qui cum vigesimo primo, si ambo simul laborent, pollicem rectè extendunt, si alter solum, ad latus suum dirigit. Sunt præter hos omnes adhuc duo qui lateralibus pollicis motibus preficiuntur, & quatuor qui quatuor alias digitos ad pollicem flectuntur: Sic enim oportuit pollicem ab alijs diduci, móxque quasi contrarius his coniungi ad fortē apprehensionem. Vigesimus quartus ergo ab interiori sede ossis brachialis cui pollex innititur, nascitur, secundoque pollicis intermedio affigitur, pollicemque ab alijs ossibus diducit. Vigesimus quintus ex interiori latere versùs posteriora ossis postbrachialis, quod indici præponitur, originem dicit, inseriturque toti extero lateri primi pollicis ossis, paruum etiam tendinem secundi ossis radici porrigenus; qui pollicem ad indicem adducit. Quatuor ultimi, qui quatuor alias digitos ad pollicem trahunt, oriuntur ex membraneo inuoluco tendines quatuor secundi musculi inuoluente, vbi sub transuerso ligamento seruntur; hīcque simul cum tendinibus ad digitos delatis, ac interiori tendinum lateri attensi, in digitorum radicem inseruntur, ad internum eorumdem latus versùs interiora; qui id, rarum in alijs, habent, ut à tendine, non osse, ortum ducant. Atque his continentur musculi omnes digitos mouentes, in quorum historiâ Vesal. à Galeno multum variat. Tendinum porrò insertiones secundum Vesaliū in manu vnâ sunt nonaginta octo, cum Galeno 2. Vsup. ambarum manuum solum sint centum & octodecim.

BRACHIALE flectitur & extenditur, & ad latera agitur quatuor musculorum beneficio: quorum primus ex anteriori humeri tubere oritur, secundumque vlnæ longitudinem expositus, & in fortē desinens

tendinem superiori quarti brachialis ossis parti implantatur. Secundus ab eodem tubere prope alium exoritur, sed inde obliquè super radium descendens, tendine etiam donatus, in postbrachialis ossis, quod pollici subiacet, radicem inseritur. Tertius ab externo humeri latere secundum exteriora explantatus, deorsumque iuxta vlnam ductus, postbrachialis ossis digitum minimum fulcientis radici affigitur. Quartus ab humero, longè super exterius tuber prodit, radiisque instratus, ante medianam radij longitudinem in binum dividitur tendinem, bicomitemque proinde suprà vocauimus, quorum unus postbrachiali indicem sustinenti, alter postbrachiali medio digito subiecto offi, implantatur. Duo ultimi, exteriores dicti, si ambo simul laborent, manum totam extendunt. Primi duo, interiores dicti, simul acti, eandem flectunt manus. Qui verò pollicem expectant, secundus scilicet & quartus, labentes, reliquis quiescentibus, manum ad latus suum trahunt; contrà primus & tertius dum agunt, ad suum reflectunt. Porrò extendentibus manum annumerandus est vigesimus-tertius, in numero eorum quidigitos mouent nobis suprà positus. Brachiale autem in primum & supinum agi proprio motu, et si Galenus id sentiat, falsum est.

RADIUS proprio motu in primum & supinum, quiescente vlna, ducitur: cuius ratione brachiale secundariò eisdem motibus agitur. Quatuor autem musculi hos motus exequuntur. Primus ex vlna amplitudine iuxta brachiale interiori parte originem sumens, radio è directo interiori etiama parte transuersis fibris perfecteque quadratus committit radiique partem illam ad se trahens, in primum dicit. Secundus, omnium qui cubitum perreptant longissimus, quod ad carnem & ventrem attinet, non autem quod ad totum, ab externâ humeri regione, altius quam bicornis musculus, oritur; supraque externum humeri tuber descendens, & radio instratus, lato tandem tendine radij appendici superiori parte, ad interiora vergens, applantatur: partem eandem in supinum dicens. Tertius ex interioris humeri tuberis radice, & ex vlna latere interiore principium sumens, hincque obliquè descendens, radij interiori parti ante ipsius medium infigitur, eumque in primum trahit. Quartus ab exteriori articuli cubiti regione, ex articulum circumdante ligamento, vlnaque posterioris processus externo latere, explantatus, in priora contendens, radio iuxta tertij insertionem applantatur, eumque in supinum mouet.

CUBITVS flectitur extenditurque **D.** quinque musculis. Primus dupli oritur principio, altero ex superiori supercilij acetabuli scapulae sede, altero à tota inferiori sede & apice interni scapulae processus, horum nullum humero hæret antequam parum sub ipsius humeri cervice ambo coniuncta, unum incipiunt efficere musculum: ibi enim humero alligantur, hinc alio supersternitur musculo, non amplius humerum tangens; vbique ad cubiti articulum peruenit, in tendinem abit, qui in interiore radij partem, articulique ligamentum

implantatur. Secundus E. à medio humero enatus quasi duplice principio, sed non multum uno ab alio distante, in anticáque humeri parte utroque principio iuncto, deinde deorsum tendens musculus latior fit in insertione, quam circa totum cubiti articulum anteriori parte in eiusdem articuli ligamentum & anteriorem vlnæ ac radij sedem molitur. Hi duo cubitum flectunt secundum Vesaliū, qui, contra Galenū, cubitum in latera moueri, immoto humero, non posse afferit. Tertius ex humiliori scapula costâ non procul ab eiusdem ceruice oritur, inde descendens, humero nondum connatus, ubi prope medium humeri peruenit, musculosa ei caro ab humero producta adiungitur, vnumque efficiunt corpus humero deinde alligatum, quod nos vnum constituiimus musculum, licet alij duos numerauerint, qui rectâ deorsum tendens, in internum latus posterioris vlnæ processus inseritur. Hos si cum Galeno duos volueris dicere, tertium ab scapula costâ ortum constitues, quartum vero ab humero. Quintus à posteriori sede ceruicis humeri enatus, humerique pertinaciter alligatus, ante ipsius medium duobus supra relatis adeo vnitur, ut nullo modo auelli ab eis queat; corpûsque vnum solum constituat: quamvis tamen quintus hic suum seruans incessum, in externum latus posterioris vlnæ processus implantetur. Hi tres ultimi brachium extendunt, licet Galenus aliter hos depingat, in simijs & canibus scilicet hos expertus.

LIGAMENTA IN TOTO BRACHIO plurima sunt, alia communia omni tendini, quasi membranæ inuolucra, alia propria, quæ tendines circumdant ne locis suis vagentur, néue dum trahuntur, chordæ modo extensi, in altum tollantur. Horum alia iam recensuimus; quatuor digitis internâ sede, & pollicis etiam, annulata ligamenta tendines continent. Brachiali magnum vnum insternitur, omnes tendines ad digitos tendentes comprimens. In externis cubiti partibus ubi brachiali connectitur, sex ligamenta habentur, transuersa etiam ibi tendines obducantia. Secundum totum cubitum membrana quædam omnes musculos simul ligamenti vice connectit; ne à se abscedant. Articuli omnes brachij, ligamentis communi modo obducuntur. Per totam vlnæ & radij longitudinem, à radio ad vlnam, ligamentum dicitur forte, transuersis fibris vlnæ implantatum, quod, præter id quod ossa hæc copulat, musculos internos ab externis segregat, musculisque alijs principium, & alijs insertionem præstat.

A. Addit Fallop. duos paruos musculos qui in volâ in monte Luna reperiuntur, oriunturque in silvestri & inferiori huius montis parte prope octauum carpi os, à carnoso panniculo, aut à membranâ musculum qui montem illum format, cooperiente, & per volam ducti, in latescensem cordam implantantur, carnoso panniculo implicati. Horum usum censet esse, ut partis illius cutim corruget. Inventionem eorumdem tribuit Ioanni Baptista Cannano. * Vnum addit Columb. 35. 5. in monte Veneris, à panniculo carnoso ortum, & in latum tendinem insertum, ut hunc extendat.

B. *Hos Fallop. in exteriorem chordam qua digitos omnes extendit inserit, dicit, eosque subinde extendere. Unde fit ut vulnere in metacarpo exteriore parte accepto, primum internodium, non moueat, optime tamen reliqua dat.*
Credo quia musculus qui digitos extendit lasus sit. Hi autem qui ab interna procedunt vola, immunes sint doloris. Idem vult Columb. 35. 5. sed ad tertium internodium inseri ait.

C. *Fallop. in chordam posteriorem, qua quatuor digitos extendit, circa medium internodium primum, inserit afferit, digitosque potius extendere.*

D. *Non autem circumagit, quidquid dixerit Galen.*

E. *Hunc duplices in quolibet brachio sape reperiri ait Fallop.*

*D E M V S C V L I S P E N I S ,
ceruicis vesicae, ani, tibiae, poplitis, femoris,
pedis, digitorum pedis, & de ligamentis
totius corporis.*

C A P. VII.

PENIS quatuor habet musculos, quorum primi duo ab anteriori annulus musculi sede, qui anno praeficitur, orti, deinde sursum ascendent, internis lateribus scese contingentes, uterque ad latera vrinarij meatus inseritur, aliquantulumque distincti, duo penis nervosa corpora digitorum modo amplexantur. Alij duo, utrinqe singuli, ab appendice ossis coxendicis, paulo inferius quam penis corpora, explantati, nervoso penis corpori sui lateris quilibet non longe ab ortu applantatur. His musculis penis voluntario agitur motu; duo autem primi etiam meatum vrinarium aperiunt, ne sibi coincidens, in coitu praecipue seminis excretionem impedit.

VESICA ad eius finem, A. post glandosum corpus quo in viris inuenitur, in foeminis vero ab ultima vesicae parte usque ad insertionem collis vesicae in uteri collum, musculus rotundus inuenitur, qui annuli ritu transuersis fibris circulatim vesicam ceruicem circumvoluit, quod vrina nobis non volentibus non fluat perpetuo, quam dum fluere volumus, compressa vesica abdominalis musculis & septo transuerso, ille musculus modice laxatur; postquam autem maximus, dum se contrahit, quidquid in meatu circa illum mansit, violenter extra protrudit.

ANVS eadem ratione, ne perpetuo non volentibus nobis alii feces exirent, & postquam libenter excreuiimus, ne foris pendens manaret intestinum, musculos obtinuit. Ad retrahendum intestinum sursum, duos utrinqe singulos, qui a ligamentis ossis pubis & coxendicis, & sacri, &

parte peritonæi ortum trahentes, deorsumque ducti, rectum intestinum amplexantur, exteriori eius tunicæ inserti. Ad claudendum autem idem intestinum, annularis illi datus est musculus, qui trâslueris circularibus fibris eius extremum circumducit, cutique permiscetur, *B.* vt laborum musculi, connasciturque collo vesicæ in hominibus, & vteri in fœminis, duobusque penis musculis, & ossibus coccygis, & ligamentis quæ à sacro osse in coxendicis os pronascuntur.

TIBIA flectitur, extenditurque rectâ etiam immoto femore, *C.* non autem hoc immoto ad latus internum externumque moueri potest, licet Galenus aliter senserit: musculi autem quibus motus hi fiant, sic habent. Primus ab anterioris ossis ilium spinæ sede originem dicit, inde obliquè in interiora descendens quoisque ad regionem internâ femoris capitis peruenit, vnde iterū modicūm ad anteriora deflexus interetem cessat tendinem, qui tibiæ ossi interno latere inseritur. Secundus ad commissuram ossium pubis, secundūm totius commissuræ longitudinem, ex lateris sui oritur osse pubis, inde per femoris interiora descendens, iuxta internum caput femoris in tendinem abiens, eidem tibiæ loco implantatur cui primus, sed retrorsū magis. Tertius ab elatiōri ossis coxendicis appendicis parte, versūs ossiculum ultimum ossis coccygis, originem dicit, deorsumque per femoris posteriora excurrens cum ad posteriorem sedem interni femoris capitis iuxta genu peruenit, in tendinem desinit teretem, qui in tibiæ anteriora deflexus, eodem loco quo superiores duo, implantatur. Quartus ab ossis coxendicis appendice natus parùm sub tertio, per femorisque posteriora versūs exteriora sensim descendens, antequam medium longitudinis femoris prætereat, internâ parte à femore carneum illi adiungitur corpus, quasi alter musculus, ex ambobusque vñus factus, deorsum per exteriora excurrens, in tendinem cessat, qui in processum acutum superioris fibulae appendicis implantatur. Quintus etiam ab ossis coxendicis appendice, inter tertij & quarti capita, originem trahit, idque sibi peculiare habet vt longoductu à principio nerueus existat, inde deorsum tendens ad posteriorem regionem interioris capitis femoris, iuxta genu, in tendinem degenerat, qui inde reflexus, interiori lateri anterioris tibiæ ossis sedis implantatur. Sextus à latere externo primi musculi ab ilium ossis spinâ enascitur, ad coxadicemque inde perreptans, antequam magnum femoris externumque processum transcendat, carneus desinit esse, in modumque membranae auctus, totam anteriorē femur amplexantium musculorum sedem, deinde & posteriorem, & exteriorē cutis modo integit donec ad genu perueniat, ubi cum id totum inuoluerit, in anteriorem tibiæ sedem externumque ipsius latus inseritur. Hic, præter id quod cum alijs mox recensendis tibiam extendit, reliquos etiam musculos quos circumvoluit ne aberrent efficit. Septimus ab externo femoris radicem magni processus in orbe in amplexum, indeque descendens per externum femoris latus, paulò supra patellam in

tendinem desit, qui cum tendinibus octauis & noni muscularum commixtus, patellam apprehendit, tibiæque anteriori sede affigitur. Octauus totam propemodum femoris amplitudinem obcingit, ab eiusdem cervice ortus, & ab externo processu portionem aliam originis trahens, cum septimo, eo quo diximus modo implantatur. Nonus ex Ilium ossis tuberculo, quod in anteriori eius regione super coxendicis ossis acetabulum prominet, originem trahit, patellamque cum alijs vndeque cingit, eique connascitur; deinde in tibiæ anteriorem sedem implantatur. Quinque horum muscularum primi, si omnes simul laborent, tibiam rectâ ad popliteum in posteriora flectunt; si vero alterius lateris musculi tantum operentur, tibiam ad latus illud flectunt, secundum Gal. quamvis Ves. sine femoris motu tibiam ad latera duci non posse credat. Ultimi quatuor tibiam extendunt. Porro in his omnibus Vesal. à Gal. multum dissentit, vt & in sequentibus.

IN POPLITE, D. musculus quidam occultus inuenitur, quem Gal. tibiæ flexionem solum facere posse afferit 2. Anatom. administ. Vesal. verò nullo modo illud efficere posse contendit. Oritur hic à ligamento, quod in externo genu articuli latere habetur, transuersimque per posteriora inde super popliteum descendens in interiora, longâ insertione iuxta radicem appendicis tibiæ ossis, in ipsius posterioris sedis interno latere secundum longitudinem implantatur. Huic nullus alias subjicitur musculus.

FEMVR flectitur, extenditur in latera, & circumagitur decem E. ad minimum, quatuordecim autem ad plurimum muscularis. Primus ex totâ spinæ ossis Ilium posterioris parte, qua versus os sacrum magis eminet, & à coccygis ossis, & humillimi ossis sacri posteriori sede, originem ducit; inde toti coxendicis articulo superuectus, obliquè per corporis latus descendens, in tendinem abit, quo exteriori magni femoris processus parti secundum eius longitudinem obliquè interitus hincque alteram natem efformat. Secundus primo magnâ parte substratus, ab anteriori superiorique ossis Ilium spinæ sede oritur, principium etiam sumens ab Ilium ossis dorso, hinc obliquè sub primo descendens, in tendinem finiens, elatiōi magni femoris processus parte implantatur. Tertius secundo subjicitur, ab externis demissioribusque ossis Ilium dorsi sedibus, vbi primum coxendicis os nominari incipit, ortum capiens, inde descendens, coxendicis articulo adnatus, in tendinem celsat, quo anteriori summi apicis exterioris ossis femoris processus implantatur. Quartus à lateribus trium inferiorum ossis sacri ossium, quibus os Ilium non vnitur, explantatus, obliquè hinc excurrens, antequam femoris exteriorem processum pertingat, in tendinem abit, quo posteriori apicique propinquæ illius sedi affigitur. Quintus sub tribus capitibus tertij, quarti, & quinti tibiam mouentium muscularum, reliquum appendicis ossis Ilium, quod ab illis occupatum non fuerat, vsque ad ossium pubis commissuram tenens, originem ducit, hinc paruo femoris processui alligatus secundum totius femoris longitudinem exteditur ei sem-

perinsertus, donec in tendinem cessans, interno femoris capiti infigitur. Hic musculus partem quamdam sibi unitam habet, anteriorem scilicet, à posteriori ita substantiâ & circumscriptione diuersam, ut duplum quis constituere posset musculum, aut triplicem etiam, si quis fibrarum ductum, & anterioris etiam partis duas diuersas portiones spectet. Atque h̄i quinque musculi femur rectâ & in latera flectunt, cùmque sequentibus simul circumagunt. Sextus ex vndecimâ & duodecimâ thoracis, & primâ, & secundâ, & tertîâ lumborum vertebrarum lateribus principium trahit, indeque per interiora ossis Ilium loca descendens, antequat ossa pubis exeat, in tendinem cessat, quo in elatiorem interioris femoris processus partem inseritur. F. Septimus ex totâ interiori ossis Ilium regione in semicirculum ortus, indeque in corporis priora descendens, per altiorem ossis coxendicis regionem excurrens, in tendinem desinit, qui humiliori interni femoris processus parti implantatur. Octauus ex ossis totâ pubis linea, ab anteriori coxendicis ossis acetabuli sede, ad ossum pubis commissuram extuberante, enascitur, hincque obliquè in posteriora tendens, medio tendine, in interius femoris latus, & regione parui eius processus, inseritur. Hi tres musculi femur flectunt & ad interiora ducunt. Nonus anterius pubis ossis foramen occupat, ab ossibus foraminis, membranâque, quæ foramen implet, originem habens, hincque transuersim ductus secundum posteriora super ceruicem femoris, in sigum magni femoris processui insculptum magno tendine implantatur. Decimus ab internâ linea ossis Ilium originem dicit, quæ ab internâ Ilium ossis sede, qua primi ossis sacri ossis transverso processui committitur, ad pubis usque ossum commissuram extenditur, hoc lato principio, quod veluti tribus lineis circumscribitur, ad interuallum, quod inter acutum coxendicis processum & posteriorem eiusdem appendicis sedem habetur, reflectitur extrorsum in tres tendines cessans, qui paulò post in unum copulati, sinu magni femoris processus cum nono implantatur. Utque hic musculus melius in illo sinu contineretur, natura illi ex superiori parte musculum unum concessit, qui ab acuto coxendicis ossis processu exiens, illum supra comitatur usque ad insertionem, quam in eundem locum molitur; ex inferiori parte alium, qui ab appendice ossis coxendicis ortus, illum usque ad eandem insertionem sustinet. Atque nonus femur in anteriora circumducit; decimus vero in posteriora. In pedis plantâ, quemadmodum in volâ manus, latus est tendo, qui à calcis principio initium sumit, à nullo musculo productus, totique inferiori pedis parti insternitur, inter quem tamen & eutim multa mediat pinguedo fibrosa, quasique alba caro. Huius usum eundem cum eo, qui volâ manus insternitur putat Vesalius, nos contrâ, ne tendines digitorum pedis atterantur, factum putamus.

P e s quemadmodum & manus flectitur, extenditurque, & in latera flectitur. Hoc medijs nouem musculis sit. Quorum G. primus à radice

interni femoris iuxta genu capitinis, vnico enascitur principio; si continuitatem spectes, duplii verò, si modum substantiæ, vnum superius, aliud inferius. Hæc vnum facta, ad medium usque tibiam descendunt, ubi secundo musculo copulantur, qui ab externo femoris capite eodem modo quo primus exiens, in mediâ tibiâ primò connascitur, ita ut tandem ambo solum vnum efficiant tendinem, qui adeo pertinaciter tendini quarti pedis musculi recensendi adhæret, ut nullo modo ab eo auelli queat: vnumque facti, in posteriorem calcis sedem inseruntur. Tertius ab externo femoris capite gracilis prodit, indeque sub duobus nunc relatis descendens, longum educit tendinem, qui iuxta posteriorem calcis sedem in eius interno latere figitur. Quartus, omnium tibiam amplexantium maximus, ex posteriori sede coarticulationis fibulae ad tibiam oritur, hinc descendens totam tibiæ posteriorem involuit partem, in tendinemque cessat, primi & secundi musculi tendibus commixtum, qui vniuersæ posteriori calcis sedi implantatur. Quintus à tibiæ osse & fibulae, quæ hęc dehiscere incipiunt, oritur, deorsumque tendens, membranæ ligamento, quod tibiam fibula colligat, incumbit, in tendinemque ceflans ex altero latere, & per sinum transiens, in posteriori sede appendicis tibiæ processus, qui interiore malloolum constituit, insculptum, in inferiorem tarso ossis, quod tesseram imitantem ossi proximum est, sedem inseritur. Sextus, omnium in anteriori tibia locatorum anterior, ab anteriori sede coarticulationis fibula cum tibiæ osse, & ligamento utriusque ossi communis, oritur; indeque per tibiæ anteriora descendens, ante pedem in tendinem fuit, qui ligamentum subiens transuersum à tibiæ osse in fibulam protensum, per pedis interiora repēs, ad internū latus superioris partis pedij ossis, quod pollici subiectur, proprio processu infigitur, validè applantatione ossis pedij cum tarso commissuram apprehendens. Septimus, ab externo latere sexti positus, circa genu ab externo appendicis fibulae latere & ligamentis ibi ossa connectentibus principium trahit; inde descendens, toti fibulae extero suo latere attensus, hoc priuatim obtinet, quod ante medium fibulae, tendinem inter duas carneas portiones commonstrat, qui paulò post solus existens retrorsum versus fibula posteriora descendens, proprio ligamento sinuque in demissori fibula appendicis sede ductus usque ad calcem, deorsum in priora sub pedis plantâ excurrit, quo usque in radicem pedij ossis inseratur, quod pollici præponitur; quamuis quandoque in pedij os, quod medio subiacet digito, implatetur, vice alterius. Octauus, sub fibula superiori appédice versus anteriora, ab externo fibulae latere oritur, fibulaque semper attensus sub septimo deorsum repit, in tendinemque cessat, qui versus fibula posteriora deorsum reflectitur, transversoque ligamento circumdatus, processui pedij ossis, quod minimum sustinet digitum, bicornis prius factus, implantatur. Nonus, portio quædam est eius musculi qui in anteriori tibiæ parte situs, quatuor pedis extendit digitos; ab eo enim iux-

et medianam tibiae longitudinem, carnea quadam propago oritur, qua in tendinem cœslans, trans fuēsum pedis ligamentum subit, succumbentibusque musculis fibris alligatus, in duos bipartitos tendines, qui pedij ossi paruum digitum sustinent, non procul ab osse testicam referenti, implantantur. Hunc si principium spectes, ei musculo vnde nascitur anumerabis, sub pedem moueri videtur. Horum primus, secundus, & quartus, pedem in posteriora flectunt, terraque firmant. Tertius, quia gracilis est, forsitan flectere nequileat, sed cunctalijs in internūmque latus idagere posse quis credat. Quintus idem exequitur, & ut summis digitis incedere possimus quandoque facit. Sextus, septimus, octauus, & nonius, pedem sursum ad tibiam flectunt: isti vero alternatim cum primis in latera pedem mouent.

Dixit pedis ijsdem motibus quibus manus digiti aguntur, idque viginti-duobus musculis. Quorum primus sub lato plantæ pedis tendine consistit, ab infernāque calcis ossis sede natus, sub medianam pedis longitudinem in quatuor diuiditur carnosas portiones, qua ex ē quatuor producunt tendines, quorum quilibet ad digitum sibi respondentem excurrevit, totoque digitū primo intermedio ligamento circumdat, vt ad secundum internodium peruenit, in duplice m fnditur portionem, qua hinc inde, ut subiecto tendini alteri locum dent, eoti secundo internodio affiguntur, id ad calcem terraenques. Secundus à posteriori sede connexus fibulae ad tibiam superiori parte ortus, deorsumque versus tibiae extremum excurrens, tendinem effert, qui proprio sinu ligamentoque in interno calcis latererepositis ducitur, quo usque ad plantæ medium peruenit, ubi portuificulam quiamdam tendinibus tertij digitos mouentis musculi exportigitur; reliquaverò pottio validior toto primo pollicis internodio ligamento ducta, secundo internodio per totam longitudinem inseritur, id ad calcem flectens. Tertiū pari ratione cum secundo oritur, ad interius magis positus, & secundūm tibiae longitudinem exportatur, ubique ad calcem fere peruenit, in tendinem abit qui proprio sinu ligamentoque exceptus in mediā plantā in quatuor diuiditur tendines, qui eodem ligamento, quo secundi musculi tendines excepti, eiusdemque secundi musculi tendines diuidentes separantisque, tertio quatuor digitorum internodio secundūm eius totam longitudinem applantantur, id ad calcem etiam flectentes. Primum digitorum internodium flectunt decem musculi, sub pedis plantā contenti, binique singulis digitorum lateribus attensi, quemadmodum in manu: sed difficile admodum est hos pedis facile ostendere distingue-re. Atque hi omnes digitos flectunt. Decimus-quartus, digitos extendentium primus, à tibia ossi, ubi fibulae sub genu articulatur, ortus, per tibiam excurrens, à se portionem effert quam nonum musculum pedem mouentium numeraulmus, inde in tendinem degenerat, qui in quatuor alios tendines fissus, sub ligamentoque transuerlo, in anteriori tibiae sede locato, ductus, quilibet tendo ad digitū unum exportigi-

tur, cui toti secundum totam longitudinem implantatur; eumque totum extendit. Decimus-quintus à tibia ossis externo latere ositis deorsumque cum decimo-quarto delatus in tendinēm definit, qui per transuersum tibiæ ligamentum ductus, toti pollicis superiori parti infertur, eum totum rectā extendens. Decimus-sextus iuxta latus tali, ubi calcis ossis tesseram referens coarticulatur, ab eius sedis ligamentis originem dicit, antrorsumque oblique versus digitos ductus, in qua tuor abit tendines, quorum primus pollicis externo lateri versus superiore applantatur: Secundus, indicis exterño lateri: tertius, medij digiti: quartus anularis, implantatur: minimus quandoque parvum obtinet portionem, sed raro. Decimus-septimus ab externo latere calcis explantatus, per pedisque latus externum excurrens, medio tendine in primum parvū digiti os inseritur, digitum hunc ab alijs se iungens, quemadmodum decimus-sextus alios etiam ab alijs separat. Decimus-octauus à ligamentis calcem cum talo connectentibus originem trahit, per pedisque internum latus productus, tendinem suum in extermum latus prioris pollicis articuli infigit, digitumque ab alijs semouet intus.

H. Quatuor denique musculi quatuor digitos pedum in internum latus ducunt. A ligamentis enim ossa tarsi posterioribus pedis ossibus in plantâ colligantibus, musculosum corpus nascitur, quod in quatuor diuisum musculos interno quoque lateri quatuor digitorum implantatur. Atque ita habes digitos mouentes musculos viginti-duos. In toto crure plurima sunt.

LIGAMENTA quæ difficile esset omnia recensere. Præcipua sunt membranum ligamentum quo tota facie ossisum illium ossa commissura hæret: aliud ex latere connexus quinti ossis sacri cum sexto ensicitur, quod acuto coxendicis processui inseritur, hincque etiam aliud oritur, quod in ossis coxendicis appendicem implantatur, hæc ossa fortius committens. Anterior ossis pubis foramen ligamentosa membranâ obducitur. Femur circumdans ligamentum, ubi coxendicis os articulatur, validissimum omnium est, maiorēmque occupat locum, ne facile femur luxetur. Præter hoc est & teres, quod à capite femoris in sinu coxendicis perfertur. In genu fortissima etiam sunt ligamenta, præter communia, quatuor. Tibiam fibulae committit secundum totam longitudinem ligamentosa membrana. In pedem tria sunt transuersa magna. Quatuor talum tarsi ossibus committunt. Reliqua ex dissectione petenda.

A. Fallop. pluribus rationibus probat musculum hunc post glandulosum corpus esse non posse. Proinde ante hoc esse afferit, & nil alind esse quam cernicem ipsam primam vesicæ qua transuersas fibras adeptæ est, medij quibus se comprimit; & has, modice elixata vesica cognosci.

B. Hic sufficere poterit pro eo quem Galen. lib. de dissec. musc. c. 30. circularem vocat, & Fallop. illum sequutus, quartum in ano facit.

C. Columb. 29. 5. id negat, & Galenum tuetur; nec sine ratione omnino.

D. Columb. 29. 5. hunc à capite externo femoris oriri afferit, & tibiam in obliquum trahere.

E. Undecim addit Fallop. à posteriori ischio ortum, & inter magnum & minimum femoris proceſſum insertum, breuem, carnosum, & femur circum-dantem.

F. Hunc femur femori superimponere afferit Columb. 28. 5.

G. Huic quemadmodum & secundo in principijs ſe amīnum os à Naturā conſeruum eſt, ne in cruris extenſione, à femoris capitibus laderentur. In ſimijs ſemper hæc offa inueniuntur, in hominibus quandoque deſiunt. Fallop.

H. Hos Fallop. in chordas exteriores digitos extendentes inseri afferit; quemadmodum & in manu diximus, digitosque potius extendere quam flettere.

ADIMANA ANATOMICA
TIBRIS GAVATOUR
DE AERIS. ARTERIIS





FRANCISCI SANCHEZ
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA
Professoris Regij

SVMMA ANATOMICA
LIBRIS QVATVOR.
DE VENIS, ARTERIIS,
ET NERVIS, LIB. III.

DE VENIS.

C A P. I.



Enæ vt sanguinem per totum ferant corpus facit
funt. Vnicā constant tunicā quæ fibris triplicibus
donatur: Rectis, quæ secundūm longitudinem vasi
exporriguntur, *A.* attractionēque perficiunt na-
turalem: Transuersis, quæ secundūm vasis aut in-
strumenti latitudinem ducuntur, expulsionēque
naturalem peragunt: & Obliquis, quæ oblique or-
gano intextuntur, séque hac figurâ X. intercidunt,
comprehensionique & retentioni naturali conferunt. His etiam dona-
tur stomachus, vterus, & alia membra, quæ ijs medijs non peculiarem
cibum attrahunt, retinent, aut expellunt, (hoc enim sine fibris sit) sed
communem materiam, aut aliiquid aliud præter proprium alimentum.
Præter propriam tunicam, venæ alicubi à circumstantibus tunicis alias
assumunt, vbi scilicet ossa perreptant, aut suspenduntur, & similiiter:

scilicet tertiūs permeent, fortiusque alligentur. Venæ an sanguinis perficiendi vim habeant, sub dubio est: quamvis probabile sit aliquam habere. Præter cōmunem usum, Venæ portæ rami chylum in iecur ferunt; quæ in renes descendunt, sanguinem à sero purgant excremento. Venarum non certus esse potest numerus. Quæ tamē maximæ sunt, & terminis circumscriptæ quatuor sunt. Prima à caua iecoris sede prodiens, in bilis vesiculam, ventriculum, lienem, intestina, mesenterium, & omentum defertur. Hæc vena portæ iecoris porta, iantrix, aut manus dicitur, quia ad iecur alimentum in ventriculo excoctum ferat. Secunda, ex gibbis iecoris secundum Gal. quamvis Arist. & Vesal. aliter videatur, ex cordis scilicet dextro sinu prodiens, omnes corporis partes, exceptis pulmonibus, innumerā ramorum serie nutritur; B. cuius in iecore plurimi rami ita terminis suis primæ venæ ramulorum terminis coniuntur, ut aliqui ambas unam solum esse crediderint. Hæc vena caua, magna, iecorariæque dicitur. Tertia è dextro cordis sinu orta, pluribus propaginibus in pulmones distribuitur. Hæc arteriæ constat corpore, proinde arterialis vena dicitur. Quarta, quæ ab umbilico in iecur exportatur, fœtui dum in utero est alimentum dicens. Porro glandulæ sanguissime, vbi venæ arteriæ diuiduntur in plures surculos, aut suspensæ sunt; aut longius ducuntur, eis circumdantur, ad firmamentum: quæ quoque glandule præter id, aliquibus partibus ad alia deseruiunt; ut sub axillis, ad implendam cavitatem, excipiendaque cordis excrements ad linguae radicem, ut perpetuè fauces humectent: in mammis, ad confiendum lac, ob plurimæ alias causas. Vbi vero à caudice aliquo venæ ramus producitur, aut caudex in surculos diuiditur, intus circa orificium rami, venæ corpus incrassatur, intusque substantia quedam pendet similiis ei quæ in utroque ventriculi orificio reperitur. Atque hoc ob firmamentum & robur factum est, non vero, ut quidam somniant, tanquam valvulae ibi posita sunt membranae (quemadmodum in vena arteriali reperitur) quæ, ne sanguis iterum in venam remeet, prohibeant: in sanguinis enim missione, & animi motibus, sanguis per venas omnes recurrat. Atque hæc de venâ in communi dicta sint. Supereft ut venarum omnium distributionem persequamur, quæ quia verbis longa obscuraque foret, ideo placuit potius figuris eam comprehendere.

A. Hæc de attractione, retentione, expulsioneque per fibras arguit Fallop. putatque fibras ad robur stabilimentumque venarum tantum factas, nec præter rationem omnino. Columb. I. 6. umbilicalem Portæ continuari contra Vesal. vult, meseraicisque in intestinis similes membranulas ostijs appositas esse, eis quæ vreteris concessæ sunt: sed ha si sint, in venæ cavitatem, non in intestinum prominere debent, alias chyli introitum impedirent.

B. Fallop. nunquam potuisse perfectè videre coniunctionem oscularum ramorum venæ portæ & caua afferit. Omnia quæ deinceps annotabimus, à Fallop. obseruata sunt. A venâ portæ per sinistram iecoris fibram, & ligamen-

rum quod hanc peritonao & septo transuerso, & per eundem septum usque ad dorsum rami quidam feruntur, qui alijs ab eadem portâ oriis, ibi uniuertur.

Alij etiam ramuli ex eodem loco in lienem implantantur.

Ramuli etiam alijs eius propaginis que perforato diaphragmate, ei & caridis inuolucro surculos dimittit, ad membranas usque diaphragmatonam ascendent, & ibi cum ijs qui à venâ qua sub osse pectoris deorsum descendit, educti sunt, uniuertur.

Falsum est in vena azigos initio valuulas esse, ut in orificijs vasorum cordis, quod asseruit Amat. cent. I. curat. 51.

Venula etiam una ab axillari orta, in superiores costas distribuitur, & cum ramis vena azigos uniuertur, non tamen ad ostantam costam descendit usque, ut voluit Amat. citato.

Venam Azigos nunquam Diaphragma perforare vidit Fallop. sed ad latera vertebrarum illud comitari, et si Vesalius aliud dicat.


Eadem Azigos sinistro latere infimâ parte, uno aut pluribus surculis, sed sapis uno, in emulgentem sinistram definit: unde sequitur per hanc ire pleuritidis materiam, cum per urinas purgatur illa, non autem per cor, ut aliqui dicunt.

Dextro autem latere descendens usque ad tertiam lumborum vertebram ibi cum ramo, qui à canâ sub emulgente oritur, coniungitur, & hinc iterum descendens cum alijs ramulis à canâ ortis uniuertur, maxime vero cum uno insigni qui à canâ qua femur petit educitur, sursumque erumpit, qui notatur in secundâ figurâ Γ. unde sequitur incipiente plenritide venam in poplite apertam inuare posse.

VENÆ PORTÆ DESCRIPTIO vniuersalis.

CHARACTE.


BIBLIOTHÈQUE
UNIVERSITAIRE
TOULOUSE



2020
Amelie
m

BIBLIOTHEQUE
UNIVERSITAIRE
TOULOUSE





CHARACTERVM VENAE**Portæ Index.**

SVPERIORI figurâ, venæ Portæ propaginem, ab omnibus, quibus impertitur, partibus, liberam descripsimus, ita tamen ac si ramofuna delineatio membrum cui communicatur delinearet.

A. A. &c. Quinque his characteribus, Portæ venæ propagines indicantur, per iecoris corpus diffusæ, & hic veluti iecoris formam secundum cauam ipsius sedem exprimens.

B. Vena Portæ, quâ primum à iecoris substantiâ libera & amplissimâ cernit, ac veluti suum caudicem constituit.

C. C. Duo ramuli, bilis vesiculam adeuntes.

D. Vena ad posteriorem inferioris orificij ventriculi sedem excurrens.

E. Hac sede vena Portæ in duos maximos bipartitur truncos.

F. Truncus sinistralis & elatior.

G. Truncus dexter & humilior maximæ distributionis venæ Portæ.

H. Vena dextram fundi ventriculi sedem perreptans, & geniculatim illi sedi ac superioris membranæ omenti dextræ parti ramulos præbens.

I. Vena duodeno intestino & ieiuni principio exprompta.

K. Vena, in dextram regionem gibbi ventriculi, quâ id dorsum respicit, aliquot surculis digesta.

L. Vena, in dextram sedem inferioris omenti membranæ, & colum intestinum, quâ hanc fertur excurrens.

M. Soboles quædam à sinistro trunco in glandosum corpus inferiori membranæ omenti connatum excurrentes.

N. Vena insignis sub ventriculo, ubi dorso is innititur, versus elatius ipsius orificium obliquè concendens: quò priusquam pertingat utrinque O. O. que unam educit propaginem O. insignitam, & in ventriculi hac P. sede, qua dorso incumbit, digestam. P. verò indicat præsentis venæ reflexum, quem per dextrum orificij ventriculi latus in anteriorem ventriculi sedem molitus. Q. autem reliquam præsentis venæ seriem demonstrat, quæ instar coronæ id orificium amplexatur.

R. Ramus venæ superius ventriculi orificium ambientis, qui secundum elatiora ventriculi procedens, inferiori orificio surculos exhibet, soboles etiam satis frequentes in progressu ad anteriora posterioraque ventriculi dispergens.

S. Grandis utcumque vena, in inferiorem omenti membranam, & colum intestinum, quâ ventriculo exorrigitur, numerosa sobole procurrens.

- T. T. Sinistri trunci, vbi is iam lienem est accessurus; partitio.
- V. Venula in sinistram sedem inferioris membranæ omenti distribuit, cuius radicem solum depiximus.
- X, X. Vena ab illis quæ elatiora lienis petunt, in sinistrum ventriculi latutus dispensata.
- Y. Eiusmodi etiam vena hic, qualem utrumque X. indicabat, insignitur.
- Z. Vena in sinistram fundi ventriculi sedem perreptans, illi & superiori omenti membranæ multifariam exorrecta.
- a, a, a, a. Venarum in lienem varia distributio.
- b, b, b. Prima dextri portæ venæ trunci in mesenterium series, & tamen quidem infinita perplexaque.
- c. Vena colo intestino, quæ recto continuatur, exorrecta: eadémque sub recto intestino repens.
- d, d, e, e. Ramulos illi in progressu offert d, d, insignitos: aliósque recti intestini fini e, e, notatos.


Humerariam a, insignitam in 2. figurâ nunquam in hominibus & in animalibus iugularibus à iugulari ortum ducere afferit Fallop. sed ab axillari, contrâ autem in alijs animalibus haberi, licet Vesal. contrarium docet.

Interna iugularis maior ut plurimum est externâ Fallop. quamvis diuersum afferat Vesalius.


Fallop. venam N, N. notatam in 2. figurâ, non in calviam penetrare afferit, quemadmodum Vesal. inò nec primam vertebram attingere, sed antea illam finire.


Vena F. notata & extemos ramos cum ramis extremis vena L. insignita inviri afferit Fallop. ut una solum iudicentur, quamvis Vesal. alia semiat, unde tantus consensus inter uteri cervicem & mamas est: unde eius fluens dextrâ nare Hyp. præcipit dextro hypocondrio cucurbitulas adhibere, quia L. notata vena à iugularibus nascitur directè à quibus etiam narium vena directè exirent.

VENÆ CAVÆ INTEGRA delineatio.



BIBLIOTHÈQUE
UNIVERSITAIRES
TOULOUSE





CHARACTERVM VENAE

Cauæ Index:

PRÆCEDENTE figurâ integrum venæ cauæ sinistrum latus depin-
ximus, in reliquo latere idem esse suppōendum monentes, nisi
in aliquibus, in quibus characteres differentiam vnius lateris ab alio
ostendent.

A, A. Duo isti characteres, in regione qua Iecur in huius figurę propor-
tionē consisteret, obuij, propaginem notant, à venâ cauâ in Iecur per-
quām numerosā serie sinistrorum distributam: alteram autem pro-
paginem in dextram iecoris sedem similiter diffusam cogita.

a. Gracilis sboles, à cauâ iecori sub grandibus illis propaginibus **A.** in-
dicatis digesta.

B. Venæ cauæ fedes, inter iecoris gibbum & septum transuersum
consistens.

C. Sinistra propago duarum, quas caua septo transuerso offert, & à qui-
bus etiam surculi in cordis inuolucrum septo obnatum pertingunt.

D. Cauæ venæ orificio, in dextrum cordis finum pertinens, ipsumue
forſan cauæ initium.

E. Vena, coronæ modo cordis basim amplectens, ac deorsum per cor-
dis substantiæ exteriora ad ipsius usque mucronem surculos à se
deriuans.

F, F. Vena coniugis expers, quæ à cauæ dextro latere supra cor pro-
diens, declivis secundum dextrum vertebrarum latus ad secundam
ferè lumborum usque verteboram descendit.

G, G. Venæ pari parentis propagines, quæ costarum offeruntur inter-
uallis, ac postmodum in dorsalem medullam, & in musculos verte-
bris, ipsisque costis instratos, ac etiam in membranas, thoracis cau-
itatem intersepientes, surculos promunt.

H. Cauæ sub pectoris ossis elatiori sede iuxta iugulum bipartito.

I. Vena, primæ thoracis costæ innixa, atque ad alam transuersim per-
ducta, brachiique axillarem, postquam aliquot propagines diffudit,
constituens.

K. Exilis vena, in sui lateris succingentem costas membranam sboles
deriuans, ad trium ferè superiorum costarum interualla.

L. Sub pectoris ossis sinistro latere ad abdominis usque superiora des-
cendens, ramosque verarum costarum cartilaginum interuallis, ac
deum thoracem intersepienti sui lateris membranæ, ac etiam mu-
sculis pectoris instratis, & abdominis cuti ramos exhibens. Præcipuum
autem ramum sub recto abdominis musculo dispergit, qui supra um-
bilicum in aliquot finiens surculos, alterius venæ ab imo sursum

- M. ascendentis, ac r. notandæ terminos respicit, eā nimirūm sede vñ
M. ascripsimus.
- N. N. Vena per foramina transuersis processibus vertebrarum ceruicis
insculpta, ad caluariam properans, ac dorsali medullæ geniculatim
ramos offerens: vt & in musculos quoque inibi ceruicis vertebris ad-
natos, soboles dispensat.
- O. Vena musculis humiliorem ceruicis, & superiorem thoracis sedem
iuxta vertebreas occupantibus, multipli cūtumque sobole ex-
potrecta.
- P. Vena ad musculos pectori instratos, & huius regionis cutem, & m-
illiam excurrens.
- Q. Vena in posteriora thoracis proficiscens, ac in cauam scapulae sedem,
vicinōsque musculos deriuata. Huic proximæ sunt venulae in glan-
dium axillæ excurrentes, quarum hic una inter P. & R. est ex-
pressa.
- R. Propago secundum thoracis latera deorsum ducta, & potissimum
distributa in musculum, quo posterior axillæ cavitatis sedes consti-
tuitur, brachiumque in posteriora deorsum vellitur.
- Hæ ingula-
res, vocan-
tur etiam
Apoplecti-
ca, somni,
spbagiti-
des, paro-
ties, Ara-
bibus Gui-
den, Gui-
degni, Al-
guidegni.*
- S. Interior iugularis, quæ graciles surculos asperæ arteriæ lateri, & hæc
deductis nervis spargit. Quod verò ipsius præter aliquot propagines
relicuum est, in caluariam prorepit, & variè discinditur ibi.
- T. Exerior seu superficiaria iugularis.
- V. Exerioris venæ iugularis iuxta fauces in duos ramos distributio-
nes, paro-
ties, Ara-
bibus Gui-
den, Gui-
degni, Al-
guidegni.
- X. Exerioris iugularis ramus oris interiora subiens, ac variè in laryn-
gem & ossis Yoidis musculos, linguam, palatum, narium cavitatem,
ac demum in caluariam tribus propaginibus, ac etiam aliquot surcu-
lis in oculos digestus.
- Y. Exerior ramus diuisionis externæ iugulatis, iuxta fauces facta, q' numerosâ venarum serie in faciei mulculos & cutem, deinde ad ter-
Z. pora, & post aures, vniuersâmque capitum cutem digeritur: ac Z. qui-
dem portionem huius rami Y, notati insinuat quæ in faciem expor-
9. æ. rigitur. Caracter verò 9. frontis venam indicat, æ, portionem se-
*. cundum tempora sursum repente; & *, eam notat quæ post aures,
& ad occipitis cutem fertur. Reliqua venarum series hic in capite
ad cerebri vas a spectat.
- a. a. Vtrumque a, venam humerariam indicat, quæ externa etiam dicitur. Verùm superiori a, ipsius exortus ab externâ iugulari T, notata
significatur; inferius autem a, humerariæ sedem notat, quia jam hu-
meraria ex alto in brachij superficiem cutemque emerget. Venit
ramus superioris a, ab ea parte qua I, scriptum est, ducendus erat;
quod Vesal. emendat.
- b. Humerariæ propago, ab ipsius elatiori sede, non procul ab exortu,
in posteriores ceruicem occupantium musculos, ipsamque huius re-
gionis cutem sparsa.

- c. Humerariæ propago, in gibbam scapulae sedem frequenti sobole excurrentis,
- d. d. Venæ ab humerariâ, priusquam ipsa penitus sub summo humero contorquetur, pronatae, ac in summum humeri sedis cutem, & superficiem musculi brachium attollentis digestæ.
- e. e. Tenues venulae ab humerariâ in externam brachij sedis cutem, anterioresque regiones musculi cubitum flectentium prioris propagatae.
- f. Humerariæ iuxta externum humeri tuber in ramos partitio inæquales.
- g. Dictæ humerariæ partitionis ramus non semper conspicuus, qui in altum immersens, iuxta musculos internum cubiti articuli latus ad inferiora occupantes, mox absuntur.
- h. Alius dictæ nuper partitionis ramus, qui sub cute deorsum obliquè ad mediam sedem flexus cubiti deductus, cum axillaris venæ ramo t, notando coit, ac cum illo venam s, constituit communem.
- i. Humerariæ ramus, per radium in externam cubiti regionem oblique contendens, ac venulas passim in proximam ipsi cutem dispergit.
- k. gens: Inter quas ferè præcipua superiori k, insignitur, quam ad exteriorem cubiti articuli sedis cutem ad posteriora quodammodo digerit. Quando præsens ramus in eum modum obliquè repens ad brachialis usque radicem è regione appendicis vlnæ pertingit (nimis r. ubi hic l. spectatur) axillaris venæ propaginis x. notandæ soboles ipsi commiscetur, ac una ab hac axillaris sobole & humerariæ ramo vena consurgit, brachialis & postbrachialis sedem sub paruo dígito ipsiusque adeo paruum digitum, & quodammodo annularem, variâ ramulorum serie in externâ manus sede accedens.
- m. Axillaris vena, cuius nomina paulò post, perinde ac humerariæ, res censentur.
- n. Axillaris venæ ramus, in capita deriuatus muscularum cubitum extendentium.
- o. Ramus nuper dictis muscularis, & posteriori brachij sedis cuti exorrectus.
- p. Insignis propago, obliquè deorsum sub humero, brachiue osse, versus exterius illius tuber ducta, quæ muscularis hinc principium ducentibus ramos exhibens, aliquousque in externam cubiti sedem cum quarto brachium potentium nervo fertur.
- q. r. Axillaris venæ in duos truncos distributio: quorum alter q, insignitus, in alto semper totoque ipsius ductu occultatur, ac eodem proposito modo quo manus arteria digeritur: Alter vero axillaris truncus (cui r, inscribitur, axillarisque vocanda erit) passim sub cute excurrit, ac in varias soboles dispensatur. Ceterum hæc distributio superius sit, quam in figurâ delineauimus.
- s. Vena ab axillari in anterioris brachij sedis cutem, & nonnihil quoque in posterioris, digesta.
- t. Anterior axillaris venæ ramus, eius diuisioonis, quæ hic iuxta interio-

- ris humeri tuberis, cutem est conspicua. Hic ramus cum humeris
ramo h, notato, communem efficiunt venam & notandam.
- v. Axillaris iuxta humeri interius tuber bipartitionis posterior vena
quæ variè fnditur.
- x. x. Posterioris venæ u notatæ ramus, qui sub vlnâ deorsum ad brachis-
le porrigitur, & passim in conterminam ipsi cutem digestus, obolem
offert humerariae ramo, brachiale iuxta paruum digitum concen-
denti.
- y. Vena in posterioris articuli cubiti sedis cutem excurrens.
- z z. Notatur multiplex venarum series, in interioris cubiti sedis ca-
tem diffusa, & deinde in interioris manus sedis cutem excurrens.
- q; Venularum Veneris monticulum implicantium cum ramo A. no-
tando coitus.
- a. Vena communis, ab axillaris ramo t. insignito, & humerariae ramo h.
notato, conflata.
- b. Communis venæ iuxta humiliorem radij partem, qua brachiale
2. respicit, diuisio: cuius alterum crûs p. insignitum, externam manus se-
dem, pollici ac indici subiectam, ipsūque pollicem & indicem ac-
d. cedit, & ramum d, indicatum, in internam manus sedem digerit: Al-
e. terum verò crûs, e. insignitum, versus medium & annularem poti-
simū absuntur.
- Nomina communia venarum hæc sunt apud Græcos, & Latiniotres me-
dicos. Vena m, aut r, notata, Axillaris dicitur in utroque brachio, sed
priuatim in dextro, Iecoraria dicitur, & Hepatica, & Regia: in sinistro,
Lienaria, utrobique etiam Cubiti interior vocatur, seu interna: An-
bibus Asellaris, & Ansellina dicitur: nostris medicis Basilica, Nigra
Funis brachij, & vena magna passim appellatur. Vena a, notata, Hu-
meralis solùm dicitur, & cubiti exterior, & forsitan hanc Hypocra-
tes lib. de Articulis, crassam vocavit: dicitur & vena capititis, & ocul-
laris, & auris: Hanc Auic. fen. 1. 1. doct. 5. c. 4. à primo a, usque ad
secundum a, Spatularem, & Spatulinam vocat. Deinceps verò can-
dem Cephalicam dicit, quæ brachio exporrigitur, ab inferiori a, usque ad
f: Reliquum verò eiusdem venæ, funem brachij vocat. Rami
h, & t, notati, venæ mediae dictæ sunt. Quæ a, insignitum, Communis
dicitur ab omnibus, & Media, & Mediana, & Mediastina, & Corpo-
ralis vulgo vocatur: & à Rhazi, vena matrix, & Asulea, vel Lazula
forsitan à colore cæsio: Ab Oribasio, Matricalis: ab Auic. Nigra: ab
alijs Cardiaca, Purpurea. Ramus e, notatus, ab Arabibns Syelen, &
Syelem, & Saluatella, & Titillaris, & Cicla, & Salubris vena nu-
cupatur: variaque de huius circumscriptione sententia est.
- ζ. Venæ cauæ portio, qua partibus sub iecore repositis nutrimentum
administratur.
- n. Vena in pinguem membrane amque sinistri renis tunicam, con-
terminaque sedes excurrens.

1. Grandis vena, ad dextrum renem exorrecta.
 2. Grandis vena, sinistrum renem petens.
 3. Propago à venâ in dextrum renem deducta, in pinguem dextri renis tunicam excurrens.
 4. Seminalis vena sinistra.
 5. Seminalis vena dextra.
 6. Seminalium venarum sedes, qua hæ primùm varicum modo plicari incipiunt.
 7. Venæ cauæ supra ossis sacri initium in duos truncos distributio.
 8. Ramus transuersim in Peritonæum & lumborum carnes, abdominis que musculos distributus.
 9. Venæ geniculatim à cauâ in dorsalem medullam, vertebrae, peritonæum, & musculos ibi sitos digestæ.
 10. Ramuli aliquot, in superiora ossis sacri foramina missi.
 11. Sinistri trunci magnæ illius super os sacrum bipartitionis, in duos ramos distributio, quorum interior, s, notatur; exterior verò, s.
 12. 13. Interioris ramii exterior propago, in musculos exteiiores Ilium, & clunium cutem digesta.
 14. Interioris huius rami propago, eiisque propaginis rami humilioribus sacri ossis foraminibus distributi. Per has fierimen-
struas pur-
gationes,
sepius se expertum
afferit Co-
lumb. in
pluribus
mulieribus.
 15. Reliquæ huius propaginis soboles, ad ani musculos, vesicæ fundum & ceruicem, & vteri collum digestæ.
 16. Vena ab exteriori ramo deprompta, ac cum interiori ramo coiens.
 17. Hac sede vena, pubis ossis foramen permeans, præter alios ipsius surculos, venulam in coxendicis acetabulum porrigit.
 18. Venæ pubis ossis foramen transeuntis ramus, cutem ad internam femoris sedem subiens.
 19. Congressus dictæ nuper venæ cum ramo in crus distributæ venæ 2. notando.
 20. Vena ab elatori sede exterioris magni illius trunci s, insigniti, quæ peritonæum perforat, principium dicens, quæ peritonæo & abdominis musculis, cutique ramos offert. Præcipiuus autem sub recto abdominis musculo sursum condescendens, venæ L. notatae fini contermina est iuxta M.
 21. Propago venæ in crus tendentis, quæ in genitalia, contermina que sedes transuersim excurrit.
 22. Prima magnæ crus petentis venæ propago, per interiorem femoris tibiæque sedem sub cute deorsum ad summum usque digitorum pedis perreptans.
 23. Propaginis, 2. insignitæ ramus, femoris interiora ad inguina accedens.
 24. Dictæ propaginis ramus, ad anterioris femoris regionis cutem versus exteriora digestus.
 25. Propaginis, 2. insignitæ ramus, primo tibiam mouentium musculo oblatu.

2. Dictæ propaginis soboles, in anteriorem & posteriorem genu sedes dispensatæ.

3. Hac sede propago, 3. indicata, per sedem tibiae interiorem, sub cute in varios multiplicésque ramos discinditur, hincque oportunè, dum sanguinem mittimus, aperitur.

Ω. Ramus à grandi venâ crus petente, in anteriorem coxendicis articul regionem exorrectus.

1. Ramus septimo quoque tibiam mouentium musculis & cuti femoris secundum exterius surculos ducens.

2. Grandis ramus, in quintum femur mouentium musculum digestus.

3. 4. His duabus propaginibus inuicem coeuntibus, vena constituitur, quæ inter musculos posteriorem femoris sedem occupantes excidens,

5. sursùm in femoris cutem ramos, 5. insignitos porrigit, & maiori pr-

6. cipuaque sui portione, 6. indicatâ, sub cutem per popliteum genuue

7. flexum fertur, & in suræ cutem ad calcem usque digerit, 7. & 7.

notata.

8. Vtrinque ad characterem, 8. conspicitur soboles, à magnâ crus petente venâ ducta.

9. Exterior truncus bipartitionis à magnâ venâ in poplite facta.

10. Ramulus exterioris huius trunci ad genu anteriorem exteriorémque regionem sub cute exorrectus.

11. Portio exterioris trunci secundum fibulam producta.

12. Portio exterioris trunci externam tibiae pedisque sedem sub cute perretrans. Cœterum ubi hæc portio externæ pedis sedi exportrigit,

a. Hæc quæ 13. cœterisque commisetur venis, 13. notatur. a'

malleolum 14. Interior truncus diuisionis, quam magna vena in poplite molitur.

respicit ex- 15. Ramus interioris trunci, per internam tibiae sedem, versus posteriori-

ternum, 16. in surculos dissectus, pedisque internum latus accedens, ubi 16. in-

sciaticæ di- signitur. b.

citetur quia 17. Ramus interioris trunci, secundum quartum pedem mouentium

sciaticis a- musculum in tibiam digestus.

perta pro- 18. Interioris trunci propago, quæ inter tibiae os, & fibulam, versus an-

teriorum tibiae amplexantes musculos ducta, per transuersum ligamen-

tum in anteriori tibiae sede iuxta pedem occurrentes fertur, ac in

musculos finitur, digitos in externum latus mouentes.

b. Hæc iux- 19. Reliquum interiotis trunci, quod inter musculos reconditum, post

internum malleolū interiorem malleolum inferiora pedis subit, ac tandem in omnes di-

Sophena, 7. na voca- gitos absuntur.

tur. VENA AZYGOS melius aliunde oriri nequivit quam vnde nunc ori-

tur. Sed Galenus admodum de eius ortu varius est. Hæc quandoque

ramum à se mittere solet in sinistrum latus, à quo in costas surculi den-

uantur, sed rarum hoc est. Figura hac notâ designata hoc ostendit.



Vena etiam quæ seminalis à truncō cauæ originem trahit, à rene suo quandoque surculum accipit, qui cum alio coiens, deorsum fertur: quemadmodum contrà, ei quæ à renis venâ oritur, à cauæ truncō propaginem assumere contingit, quæ cum aliâ coiens, vnum efficiunt. Quæ omnia figurâ hîc positâ notauimus § In qua B. ram. m notat sinistræ seminali adnatum, C. verò dextræ seminali à venâ renis deriuatam propagine. Reliqui characteres idem quod in præcedente figurâ significant.

VMBILICALIS vena à venis, quæ ab utero matris primo infantis inuolucro communicantur, & ab hoc, secundo etiam, continuantur inuolucro, omnibus in vnum ad pueri vmbilicum copulatis fit: hinc rectâ sub peritoneo attensa sursum ad iecur dicitur. Hęc sanguinē puerō, dum in utero est, distribuit; vt verò ab utero exit infans, tota arescit.

ARTERIALIS vena ab elatiōri dextri sinus cordis sede originem dicit, totique pulmonum substantiæ disseminatur, ei sanguinem, quo nutritur, deferens. Dicitur vena, quia sanguinem fert: Arterialis verò, seu Arteriosa, quia arteriæ constet corpore. Porrò venarum in cérébrum distributionem à Vesalio petere oportet, longum enim esset hīc eas recensere. Sufficit monuisse, duræ meningi meatus quosdam esse, qui priuatim & venæ, & arteriæ munere funguntur. De quibus omnibus latius quarto libro agemus. Atque hęc de venis.

DE ARTERIIS.

C A P. II.

Arteria *A.* concavum terēisque vas est, quo spiritus vitalis, sanguisque tenuissimus per vniuersum ducitur corpus, medijs quibus, & eiusdem arteriæ motu, diastole scilicet & fistole, calor naturalis totius corporis refocillatur. Hippocratis tempore arteriæ venæ vocabantur, sed pulsantes, ad differentiam verarum venarum: solam autem trachæam, arteriam vocabant: deinde hanc, asperam; alias autem, lœves arterias dixere. Nunc illam quidem, asperam; reliquas verò, simpliciter arterias dicimus. Arteria autem dupli propriâ constat tunicâ; quarum exterior, tunica venarum similis est substantiâ & crassitie: interior verò exteriorem crassitie, duritięque quintuplo excedit, ita ut quibusdam, cartilaginea dicatur. Præter has, interius tamen, quandam quasi tunicam habet, similem ei quæ in internâ intestinorum & ventriculi parte inuenitur, vocante illam Arachnoidem. Præter has proprias, arteria, quemadmodum & vena, alicubi communi cingitur tunica vbi opus id est. Fibris iisdem quibus vena, donatur arteria, & ad eundem usum: sed exterior tunica rectis, & quibusdam etiam mediocriter obliquis ornatur; interior verò solùm transuersis, quia magis sanguinem & spiritum per corpus pellere conueniebat, quod medijs transuersis fit, & trahere,

Y y y y

quod rectis, quam retinere, quod obliquis peragitur. Quia autem tenuissimum sanguinem, spirituque vehementissimum, facilè diffabilem, contentura arteria esset, ideo tot, tam crassissimis tunicis donata fuit. Arteriae autem omnes ad duas referuntur: Una est quæ à corde exiens omnibus corporis partibus distribuitur, excepto pulmone. Alia est, quæ ab eodem sinistro cordis sinu, à quo prima, orta, in pulmones inseritur, vniuersæ eorum substantiæ disseminata, quæ quidem arteria venosa vocatur, quia *B.* aërem ad cor, & à corde deducat, vnicáque tantum constet tunica venarum modo. Quod si huc referre velis, quemadmodum in venis, duas arterias umbilicales; tres omnes efficiunt arterias umbilicales autem hæ arteriæ ab arterijs ab utero matris foetus primo & secundo inuolucro communicatis, iuxta umbilicum infantis producuntur, sub peritonæo deorsum feruntur, & quælibet secundum latus venificæ sibi respondens, usque ad productionem quandam, quæ à trunko uno diuisionis magnæ arteriæ supra os dorsi factæ, ad interiora crucis sui deriuatur, descendens ei implantatur. Porro Arteriarum eadem ferentur in corpus diuisio atque venarum, sed pauciores sunt arteriæ venis, & sub his positæ. Nomina Arteriæ non habent propria, nisi quæ cor exit magna arteria Aorta dicitur, arteriæ quæ venis iugularibus respondent, Soporales dicuntur, & Apoplecticæ, & Somni, & Lethargica, & Subtentæ, & decolationis, ab Arabum interpretibus; quamuis alij haec nomina venis iugularibus tribuant.

A. Ab Aorta ad venam arteriale in infantibus magnum produci canalem asserit Fallop. qui postea siccatur.

A duabus arterijs quæ sub pectoris osse deorsum feruntur à iugularibus ortæ, ad mammas & exteriorem cutim ramos disseminari manifeste vult Fallop. et si hoc neget. Vesal.

In arteriariū in cerebrū distributione differt Fallop. à Vesal. quæ proinde vide.

Venas & arterias plurimas capillares per cerebri substantiam disseminari sine meninge asserit Fallop. contra Galen. 8. v. sup. & 9. Anatom. adm. & contra omnes anatomicos. Colubus tamen 7. arteriolas per id ferri assertus qui etiam in arterijs à Vesal. plurimum differt, præcipue de ingressu in calvariam, distributioneque, quam ignorasse credit illum, nec ut describit vidisse.

B. Imò sanguinem præcipue, dicit Columb. 7. & obid. maximè factam indicat, quia semper sanguine repleta inuenitur.

DE NERVIS.

C A P. III.

Neevus ligamento, tendinique etiam accommodatur, sed præcipue de instrumento aut organo molli, longo, tereti, nullamque sensi-

bilem cavitatem habente, à cerebro aut spinali medullā orto; & deduc-
cendis spiritibus animalibus per totum corpus, ad motum & sensum
tribuendum omnibus partibus constructo, dicitur. Nervus, *A.* ex tri-
plici, quemadmodum & cerebrum à quo oritur, componitur substan-
tiā, medullā scilicet interiori, & tenui, duraque meninge exteriori. Alij
molles sunt, qui ad sensum; alijs duri, qui ad motum facti sunt. Molles
item in principio sunt, duri in progressu, maximè si in longum fiat, &
per dura loca. Alij statim diuiduntur, alijs paulò post; alijs toto ductu
integri manent. Alij pluribus partibus, alijs paucioribus, alijs vni tantum
communicantur. Cauī nulli sunt manifeste, et si Galenus de Opticis
aliter senserit. Omnes nervi, siue à cerebro, siue ab spinali medullā du-
cantur, coniugati exeunt, binique: alter à dextrâ, alter à sinistrâ. A'ce-
rebro & principio spinalis medullæ, antequam caluariam exeat, septem
nervorum paria prodeunt, *B.* præter processus olfactui deferuientes,
qui, quia caluariam non egrediuntur, in nervorum numerum non re-
censentur; & præter aliquos alios de quibus infra dicemus. Porro de
olfactus organo magna est dissensio, quodnā sit. Vesalius putat esse pro-
cessus duos, molles, qui prope visorios nervos enati, per cerebrum de-
feruntur, ei adnati, inuicem à se distantes, quo usque ad tenuem menin-
gem in anteriora ducti, eaque inuoluti, ossis cuneiformis & frontis si-
nibus quibusdam ad id excuptis inseruntur, duraque menigi. Incum-
bit autem illis cerebrum, postquam tenui meninge inuoluti sunt, sed
non eis adnascitur. *C.* Primum nervorum par à cerebri basis medio iux-
ta nuper descriptos processus in anteriorem partem pronascitur, om-
nium corporis nervorum crassissimum, eis exceptis qui ex aliorum
mixtione sunt; paulò post ortum in unum coeunt corpus, nulloque
modo diuisi ibi sunt; deinceps iterum diuisi, quilibet in oculum unum
implantatur, nullum, à se ramum educens, quod peculiare illis est,
quemadmodum quod omnium nervorum mollissimi sunt. Quandoque
tamen visi sunt ab ortu perpetuo separati usque ad insertionem hoc mo-
do procedere ¶ Secundum par paulò posterius elatus, & la-
teraliter quamprimum oritur; duriores quidem primis sunt, tenuiores
tamen; quilibetque in oculum sibi è directo positum pergit, per for-
ménque quoddam, ei cum alijs vasibus commune, exiens, muscularis ocu-
lum mouentibus distribuitur. Tertium par ex duobus quasi paribus fit;
sed quia antiqui unum solum hæc duo numerarunt, ideo nos etiam am-
bo sub tertio pari comprehendemus. Prima itaque huius paris radix à
latere basis cerebri, quæ dorsalis medulla fingi incipit, oritur gracilis
vbique duraque, quæ ad oculum sub cerebri basi excurrens, ubi in ocu-
lum excidit, in quatuor finditur ramos, quorum primus ad frontem,
secundus ad malam & musculos laborum superiorum, tertius ad in-
ternam naris partem sui lateris, quartus ad internam temporalis sui
musculi sedem defertur. Huic ex alio latere alia respondet. Secunda
radix tertij paris, crassior est, magisque anterior, & iuxta medium basis

cerebri oritur, hinc deorsum excurrentes, postquam ramos aliquos à se eduxit, cum pari suo ad basim linguae deueniens, eius tunicam superiorem format, ad guttum præcipue factus. Quartum par hoc tertio gracilius paulò posterius tertio, ab initio dorsalis medullæ oritur, hinc per foramen idem, per quod tertium par, exiens, ad palatum descendit, eius tunicam efformans. Quintum par è mediâ dorsalis medullæ sede, ab eius scilicet principio usque quod caluariam excidit, educitur, hincque ad latera declinans, anfractuoso vehitur foramine usque ad cavitatem auditui insculptam, quam ferè totam dilatatum cingit; indeque surculos duos in foramina eâ cavitate contenta distribuit. Huic quinto pari, quemadmodum & tertio, alia accrescit radix, quæ interius paululum quām prima originem ducens gracilis, sub cerebri basi in anterius fertur, duramque membranam perforans, per proprium foramen sub secundi paris foramine exculptum egreditur, in temporalēmque musculum & eum qui à superiori maxillā in inferiorem inseritur, distribuitur. Sextum par omnium surculosius, plurēisque adiens partes, paulò inferius quām quintum par ex pluribus oritur surculis, qui statim in unum coeuntes, per foramen exit, per quod arteria soporalis, & iugalis venæ ramus intromittitur, inde ad scapulam surculum ex semandat, arteriāque soporali, venā iugulari, & septimo neruorum pari comitatus, sub eadem tunica cum illis descendens, iuxta Laryngem à septimo pari portionem suum; hinc ad latera aspera arteria descendens, dexter circa humerum duas aut tres propagines, quandoque etiam unam solūm, à se educit, quæ in unum coeuntes neruum, ad axillarem reflectunt arteriam, indeque circa latera arteria aspera exporrigitur dexter recurrens neruus usque ad laryngem: sinistram vero, non ad axillarem arteriam, sed ad truncum magnum, qui ab aortā productus, ad inferiora corporis descendit, reflectitur. Atque horum neruorum munus est vocem & loquaciam effingere. Ex reliquo trunco nerui alij pulmonum tunicae, & cordis inuolucro dispensantur, & stomacho, & hepati. Paululum verò antequam recursiui nerui à trunco hoc educantur, alias extrahit ramus, qui deorsum descendens, & ab alijs neruis portiones sumens, ramos distribuit, inferiori omenti membranae colo intestino, duodeno, iejuno, superiori omenti membranae, ventriculo, iecoris cauo, & fellis vesiculae, dextro reni, & sinistro, & eorum tunicis pinguisbus, mesenterio, vesicæ, vteri fundo, lieni. Atque in his adeundis partibus, dexter neruus dextris, sinistram sinistris præfertur partibus. Septimum par inferiorus quām sextum oriens ex pluribus surculis, paulò post in unum coit neruum, reliquis paribus duriorem, ut & à duriore cerebri parte originem trahens, hinc per foramen sibi proprium caluariam excidens, musculis ab styliformi osse educatis ramum offert, deinde in inferiora lapsus, totus in musculos laryngis & ossis yoidis absunitur, prater surculum quem sexto dat pari. D. Atque haec est series numerusque neruorum qui à cerebro principium trahunt. Medulla autem dorsalis tanquam alterum

cerebrum facta est, ex eadem constans substantia compositioneque, ut motui & sensui deseruientes neroos partibus sub cerebro positis distri-
bueret tanquam fluuius à se, riulos educens, quos à cerebro tutum non
erat in totum trahere corpus. Porrò ab hac medullâ per singulas verte-
bras singula neroorum paria eduntur usque ad ultimam ossis sacri com-
pagem, sūntque paria neroorum quæ à dorsali medulla educuntur om̄
nia triginta, aliquando verò viginti-nouem, cùm scilicet os sacrum
quinque solum ossibus constat: Quorum seriem, quia longum esset
hic persequi, à Vesal. petes.

A. Hoc ratione potius indagatur, quām sensu cognoscitur. Fallop.

B. Hos Fallop. mammillares vocat processus, atque in homine nimis te-
nues esse, proinde difficiles cognitu, in alijs animalibus crassiores, quīque
manifestè a ventriculi extremis oriuntur, à quo etiam canalis per eos dicitur
amplus pro animalis amplitudine, etiam in hominibus, sed tenuissimos, per
quos aërem ad ventriculos deferri credit.

C. Per hoc antequam in orbitam oculi exeat, tenui meninge solum in uolni
afferit Columb. 3. 8. deinde verò etiam crassā.

D. Addit Columb. 3. 8. nonum par, gracile, quod à natibus ortum, in xe-
ta secundum & tertium par deducitur ad faciem, & in tertium palpebra
musculum inseritur, ramulum à se mittens in quintum oculi musculum.

Columb. 4. 8. Galenum damnat, quod hic lib. de Oss. tertiam spinalis
medullæ tuniculam vertebrarum ligamentum dixerit esse: & quod 2. de
Temperam. ossium medullam spinali duriorem esse: idem in neroorum spi-
nalis medullæ enarratione à Vesal. differt.

Addit etiam causam cur quandoque manente sensu pereat motus, &
contrà, aut viceque perdatur, quia qui nervi sensu dant cuti, motui non
deseruunt: & qui motui seruunt, muscularis infiguntur, nec ad cutim tran-
seunt: proinde his lassis, motus perit, sed manet sensus: illis verò affectis, con-
tra; ambobus, ambo.



FRANCISCI SANCHEZ
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA
Professoris Regij

SVMMA ANATOMICA
LIBRIS QVATVOR.

DE IIS QVÆ VENTRE,
THORACE, ET CALVARIA
CONTINENTVR PARTIBVS,
LIBER QVARTVS.

DE PERITONÆO, VENTRICVL^O,
omento, intestinis, mesenterio, iecore, vesicula
fellis, & liene.

C A P. I.

PERITONÆVM, abdominis membrana dictum, &
Arabibus Ziphac, Zimphac, Siphac, membrana est. *A*. sim-
plex, *B*. sine aliquibus fibris, *C*. à ligamentis lumborum
vertebras ossi sacro committentibus, & sacrum os ossibus
Ilium, originem dicit, musculisque internam corporis su-
perficiem spectantibus adnascitur, omnesque quæ in infimo venie-

continentur partes amplectitur & inuestit. Eius extrema superficies afera est, vt melius reliquis hæreat corporibus, interna vero lœuis, & quodam humore, & quandoque pinguedine obsita, vt partibus liber sit contactus cum eo, motisque : partibus omnibus sub se comprehensis tunicam ex se producit, quæ eas inuoluit, sibique colligat. Crassius est circa vertebras lumbosque, quam circa stomachum ; pinguedinem plurem habet circa hunc : viris crassius est sub mucronata cartilagine, fœminis contraria, ad inguina. In viris, circa eadem inguina perforatur, tunicasque vasis seminarijs, & testiculis præbet ; in fœminis vero eisdem vasis & testibus circa lumbos iacentibus similem dat tunicā. Quæ septo transuerso circumtenditur, triplici etiā foramine, vt & illud, pertunditur. Perforatur deinde in umbilico, & podice, & in cœruice vesicæ in viris, & uteri in fœminis : multisque nervis, venis, & arterijs viam præbet, à quibus etiam ramos sumit. Factum autem est membranum vt fortius esset ad cōtinendum, tenuisque, ne comprimeret grauitatem, & utrumque, vt faciliter extenderetur, cum ea quæ sub eo continentur, tendi remitti que debet : insuper & vt prohibeat ne intestina inter musculorum media spacia cadant ; denique vt partes singulas in suo situ conseruet, interfingentesque.

V E N T R I C U L U S. D. meritò sub thorace positus est, vt cum intestinis continuaretur, quod excrementa à coctione reliqua per ea ejiceret. Collum habet, œsophagum dicunt, vel stomachum, vel gulam, & Meris ab Arabibus, qui à linguae radice insipiens, teres, membranous, intusque lœuis, usque ad ventriculi amplitudinem secundum dorsum descendit. Duabus constat tunicis, quarum interior toti ori continua neruositat est, duriorque & tenuior, rectisque donata fibris, vt facile concidat dilateturque, E. & cibum illis attrahat. Exterior vero crassior, mollior, & carnosior est, & transuersis solūm insignitur fibris, vt cibum deorsum compresso impellat, in vomitumque sursum propellat. Hic super thoracis vertebras rectus, usque ad septum transuersum, id perforat, deinde in ventriculum definit, circa undecimam thoracis vertebram : usque ad nonam autem thoracis vertebram membranulis, ab earundem vertebrarum ligamentis ortum ducentibus, eis alligatur, à quibus etiam quedam quasi tertia tunica illi accedit. Natura præterea, ne cibus in stomacho diutiùs immoraretur, præter glandulas radici linguae præpositas, quas Tonfillas appellant, quarumque ratione lingua, palatum, œsophagusque perpetuò humectantur, duas alias glandulas illi circa medium sur longitudinis circuminduxit, quæ perpetuò eum intus saluari quodam humore imbuerent, quod cibo facilitior foret transitus. Ventriculum falsò in medio corporis esse quidam asseruerunt. Rotundus est & oblongus, quod rotunda figura capacissima, & minimam noxijs exposita, & ad comprehendendum contentum corpus aptissima; oblongus vero est, quia & sedes qua continetur, & duo eius orificia ita exigere videbantur. Alterum quorum orificiorum in sinistra parte elatissimum est, quo sto-

machus ventriculo committitur; alterum, Pilorus dictum, in dextra ventriculi sede positum est, non in inferiori parte, ut quidam dixerunt, sed elatiori, ne cibus incoctus grauitate statim ad intestina laberetur: quorum intestinorum, quia hoc orificium principium est, primum intestinum duodecim digitis longum, exortum dixere. Dextrum orificium ideo ad dextrum latus positum, quia proximius hepatis: strictius idem est sinistro, quia communatum cibum in tremoremque redactum, illud transmittere deberet; hoc autem grossum & frustatum dissectum. Inferiori orificio glandulam adesse asserit Galenus, ut meatum claudat: Vesalius paulo sub orificio in intestino illam collocari credit, non ut claudat, sed ut ramum venae Portae ventriculo & intestino illi exporrectum sufficiat; vnde male Pilorum glandosum illud vocant corpus, quasi anitorem. In interiori orificiorum superficie quidam quasi circulus durus protuberat, ad tutiorem ciborum transitum, orificiorumque robur: exterioris autem nil appetet. Exterior interioreque superficies laevis est, nisi in interiori lauem quandam rugositatem notare velis, qualis in intestinis inuenitur. Certam non habet quantitatem, sed pro ratione corporis variat: ex membrane tamen substantia factus est, ut facile ad acceptu extendatur, si multa sint; si pauca, contrahatur. Duas ob id obtinet tunicas membraneas; interior, quae continua est ori, labris, stomacho, & intestinis, mollior est in ventriculo quam in stomacho & ore, quia in his commununt cibi: duplicibus autem in ventriculo ornatur fibris, interiori superficie, F. rectis pluribusque, ut trahat; in exteriori, quam superiori tunicam respicit, obliquis, ut attracta retineat. Exterior tunica carnosior molliorque est primâ, & transuersas obtinet fibras, G. ad excretionem. Vesalius eos arguit, qui inferiorem ventriculi partem carnosorem reliquâ putant esse, crassiorumque. Aliam ventriculus obtinet tunicam à peritoneo, quod stomachus per septum transit, peritonumque ibi perforat, quod inde ei tunicam exportat quia totus circumdatur. Venæ & arteriæ plurimæ ad ventriculum feruntur, & ut ei cibum administrant, & ut confectum in eo chylum ad iecur reportent, & eius calorem foucant. Nonnullæ vero venæ, quæ ijs, quæ ad lienem à venâ Portâ deriuantur, ductæ, ventriculo inferuntur, in id creduntur paratae, ut si quid in ventriculum eructare debeat ad appetitum excitandum, ut plurimi credunt, per has transmittatur. Nerui etiam plurimi ventriculo distribuuntur, præcipue superiori parte, ut famem sentiat, noxiique etiam discernat. Ventriculi munus est, cibos primum in tremorem ducere, qui quia crassissimi sunt cum in eum assumuntur, illaque tenuis & membranous, paucisque subinde calore præditus, pluribus ideo partibus circumdatus est, quæ eius calorem augent, superius & versus dextrum latus, iecore; elatiori, posteriorique & sinistrâ parte, septo transuerso & lenne; posteriori etiam parte, omenti inferiori tunica, venâ cauæ, arteria magnâ, dorso, eiisque musculis: Inferiori parte, omento, colo intestino, gracilibusque intestinis: Anteriori parte, non omentum habet, quod aliqui

aliqui credidere, sed peritonæum, abdominis musculos, & pinguedinem quandam quæ ymbilicali venæ, quæ ventriculo insternitur, adnascitur.

OMENTVM δηπλαν & ὀπίπλων Græcis dictum, Arabibus Zirbus, nostris ventris mappa, super intestina extenditur post peritonæum; & iecori, & lieni, & ventriculo substernitur. Non semper ad pubis usque os extensum omentum inuenitur, sed portio aliqua, quæ intestinis superinduci debebat, raro ultra ymbilicum procedens, sed sinistrorum versus lie nem reuoluta occurrit: idque non in violenta aut post longum morbum habita morte afficit, sed & in sanis, & ferè omnibus ita accedit: quamvis omenti ramices etiam fiant in aliis, ut obseruauit Vesal. contra eos qui fieri posse dubitant, quare nec dubitandum quod Hyppocrates aliquibus omentum in causa esse ne concipient afferat, quod veteri os claudat. Omentum quasi bursa est, membraneum, sine fibris, sed arterijs, neruis, venisque quamplurimis donatum, & pinguedine & glanduloso alicubi corpore. Oritur à peritonæo, quæ hoc à ligamentis vertebrarum educitur, inferior omenti membrana: superior vero, à ventriculi tertia tunica, secundum totius ventriculi longitudinem, connasciturque colo intestino inferior membrana, quia illud aliorum modo à peritonæo tertiam non mutuatur tunicam: deinde ambae membranæ sibi incumbentes intestinis superinducuntur. Plurimum habet adipem circa venas & arterias, non vero in medijs spacijs. Glandosum etiam corpus inferior membrana posteriori ventriculi sedi substrata obtinet carni simile, ideo πάγκρας dictum, quod præcipuis venæ portæ, arteriarum, & nervorum ramis ad securitatem attenditur. Atque hoc est corpus quod hucusque creditum est falsò ventriculi orificium humilius concludere, ne aliquid effueret. Huius præcipuum usum credit Vesal. ut ramos venæ portæ attensos lieni, ventriculo, & duodeno intestino, & coli superiori parti, suffulciat, & sibi implexos securè deducat; intestina calore foueat, interuentuque sui tueatur; & ventriculum dorso, iecori, lienique, & hac illi vna cum vasorum interuentu colliget.

INTESTINA Græcis εἰντεστία ductus est ab extremo ventriculi orificio ad podicem usque continens vlnas Italicas quatuordecim & dimidiam: quæ etiæ continua sint, quia tamen substantiæ, situ, gyris, usque & figurâ variant, ideo in sex diuiduntur; sed breuius in gracilia, & crassa. Omnia tamen membranea sunt, dupli propriâ tunica ornata, transuersis fibris, & oblongis aliquibus aut rectis instructa, H. aliam etiam tunicam communem à peritonæo mutuantur. Gracilia in tria diuiduntur. Primum, exortus, duodenumque dicitur quod ferè duodecim digitorum æquet mensuram, ab infimo stomachi orificio, eò usque quod in gyros conuolui incipit: secundum hinc inciens iejunum dicitur, quia vacuum perpetuò inueniatur. Tertium unde incipiat, non clarè constat, quemadmodum nec ubi secundum definat, dicitur autem hoc tertium Ileon seu Ileos, & conuoluulus, aut voluulus, à multis gyris, unde & Ileos morbus nomen dicit, finitur autem in crassa intestina.

Zzzzz

Atque gracilium intestinorum eadem est forma, substantia, & capi-
tas, nisi quà bilis vas eis implantatur, ibi enim ampliora sunt. Ad hæc
gracilia intestina plurimæ deducuntur venæ arteriæque (& nervi aliqui
à sexto pari) mesenterio comitatae, à quo tertiam adipiscuntur tunicam.
In duodenum inseritur fellis vas. Omnia intestina intus mucoso quo-
dam humore illinuntur, ne facilè ab aridis excrementis acribusque ab-
radantur. Post hæc gracilia intestina, ferè sub dextro rene crassa incipiunt:
quorum primum est cœcum aut monocolum dictum, aut sac-
cus: de quo controvèrsia est inter authores, an dicendum sit amplum
illud coli initium, an verò paruulum illud quod à magno hoc initio
deorsum proprijs gyris fertur nulli annexum, statimque terminum ha-
bens ut Vesal. *I.* vult. Ut vt sit, hinc colum intestinum originem ducens
ad iecur fertur, dein fundo ventriculi attenditur usque ad sinistrum la-
tus, in quo ad sinistrum renem descendens & os Ilium, hinc sursum
quasi ad umbilicum dicitur, vnde iterum revolutum ad sacri ossis ini-
tium, in rectum desinit intestinum, quod sub vesicâ in viris, & sub
vtero in fœminis rectâ usque ad podicem fertur, ideo rectum dictum, &
Longæon, & Princeps. Habet autem hoc rectum eminentias quadam
rotundas & depressiones plurimas, in quibus sterlus diuisum & in fru-
stra sectum figuram qualem videmus adipiscitur. *K.* Intestina praci-
piè facta sunt ut chylum in stomacho confectum iecori per venas ad
ea pertingentes mandent, utque eundem chylum magis perficiant, &
tandem ut excrements extra mittant, non solum cibi, sed vniuersi cor-
poris, ut in morbis perspicuum est. Ieiunum autem reliquis magis va-
cuum inuenitur, quia ei fellis vas inseritur, à quo eiecta bilis antequam
chylo misceatur pungens excitat ad citam excretionem, præter id quod
liquidus adhuc tremor facilius fluit.

M E S E N T E R I U M *L.* seu Mesereum Græcis, alijs Lactes, nobis
pinguis membrana dici possit; omnium enim corporis membra-
nosorum corporum pinguisimum est. Ad posteriorem intestinorum
sedem locatur, ut ea dorso alliget, ideoque ex dupli membranâ à pe-
ritonæo ductâ constat, pluribus venis & arterijs, & aliquibus nervis, eis
suffultis, quod securius ad intestina deferantur, neque in salientibus ho-
minibus disrumpantur. *M.* Mesenterium hoc intestinis sic applanta-
tur, pinguedinemque plurimam inter utramque tunicam habet, ab
abundantia sanguinis vasorum productam. Habet præterea glandulas
plures in centro, ubi vasorum prima distributio fit, deinde & per reli-
quam substantiam ubi eadem vas in ramos dirimuntur, ad horum ro-
bur seruandum. *N.*

L E C V R sanguinis officina elatissimè possum est omnium, que
ipsi subserviunt, organorum: Dextram septi transuersi partem omnem
contingit, sinistram non item; minor enim eius portio sinistra exten-
gitur, obliueniem, qui sinistrum occupat locum, ut in æquilibrio corpus
maneret. Sub costis tamen reconditur, quia non distendi debebat, ri-

que scutis ibi foret. Formam propriam non habet, nisi secundum partes quas tangit: circa septum supra & retro; gibbum est: in posteriori parte, sinum sculptum habet per quem caudex venæ Cava ducitur, ne à septo opprimeretur. Inferna sede cava est, propter ventriculum cui incumbit, non tamen omnino lœve, quemadmodum superiori, sed tuberculatum habet ubi vena Portæ ab eo prodit, & quæ duodenum ex parte tigitur intestinum; sinum autem, quæ vesiculam fellis recipit, & alium quæ stomachum tangit. Nec propriæ eguit formâ, quia munus suum non certâ perficitur formâ, ut aliarum partium munia. Crassum autem ferè ubique est, propter sanguificationem: tenue in ambitu, ne grauitate penderet; in dextro latere, prope mucronatam cartilaginem, sectionem habet quasi foramen, cui umbilicalis vena immittitur. In homine Iecur vnicū & continuum corpus est, non in fibras aut lobos diuisum, quod aliqui, pororum aut canum Iecore sic diuiso inducti, assertuerunt. Iecur autem homini, quemadmodum & cerebrum, cæteris omnibus animalibus majus datum est pro corporis mole. In inferiore parte eius, plurimæ continentur venæ, quæ paulatim crassescentes & intrecoëntes, in venam Portæ tandem desinunt in inferiore eius cava parte quæ dextro dorso latere proximum est: in superiori contrâ ramuli contenti, in cava desinunt. His omnibus vasis adnascitur parenchima Iecoris, quasi sanguis concretus. Quibus omnibus tenuis tunica supernascit. Duobus quoque Iecur hæret ligamentis peritonæo: alterum ad latus dextrum cartilagine ensiforme à peritonæo oritur, quæ id septo transuerso subiicitur, ab anterioribus in posteriora, membranæ modo Iecori exporrectum; alterum sinistro latere ab eodem peritonæo in Iecoris portionem, quæ acutum refert angulum, implantatur. Ex his vinculis oritur tunica quam diximus Iecur circumdare, cui tunice duo ramuli sexti nervorum paris exporrigitur. Iecoris caro sanguificationis proprium est instrumentum, quóque sanguis melius conficeretur, & ab illâ carne tangetur yndiques non unus sinus in Iecore excavatus est, sed plurimæ venæ, quibus tunicæ tenuiores multum sunt aliarum venarum tunicis ob eandem rationem. Arteriam etiam habet in cava parte impressam, ut calor sive aqueus nativus & seruos, ut aliquid sentiat.

V E S I C U L A B E L L I sub Iecoris cavo dextro latere continetur, oblonga rotundaque, colo intestino incumbens: substantia constat membranæ, vnicâ propriâ tunicâ, sed sat forti, triplici fibrarum genere, rectis intus, his succedunt obliquæ pauciores: externæ transuersæ sunt. Media ipsius pars quæ extra Iecur est, à Iecoris tunicâ tunicam mœcat quæ cooperitur; venam à vena portæ; arteriam & neruum, ab eis quæ Iecori porrigitur, insuani substantiam admittit. Ceruit vesicula, quæ ea multò durior est in angustum desinens meatum, bifurcatur, vñlumque sursum, alium deorsum mittit processum. Qui sursum ascendit, in Iecu distribuitur plurimis taquulis inter venam portæ & cavaam, hisque bi-

lent ad vesiculam trahit. Qui deorsum excurrit, duodenum intestinum longè à ieuniū principio implantatur; hic bilem ad intestina mittit, neque aliquid ab intestinis in se recipiat, duas in insertione obtinuit membranulas deorsum pendentes. At vero præter hunc processum, aliis in ventriculi fundum deriuetur, quæstio est. Vesalius in uno solum homine se inuenisse dicit ab hoc ultimo processu surculum quendam ad fundum ventriculi excurrere, Columbius & Fallopius nunquam: ratione que persuadere tentat non in ventriculum implantari processum hunc commodum esse, optimum autem esse in intestina, ut ea ad cœmores excernendum excrementaque excitet, à pituitaque abstergat, & ipsa tandem cum illis exeat. Potest tamen quandoque ab inferiori illo processu in intestinum effusa bilis ad ventriculum regurgitare, ut biliosis contingit ieunium diu ferentibus, sed id raro. Homines autem sine vesicula illa reperiiri, ut tradit Aristoteles, posse credit Vesalius, sed nullum unquam vidit.

L I E N sub & post sinistram ventriculi sedem super transuersum iacet, formam qualem circum vicinæ partes permittunt natus. Crassus est, non multum latitudinem superante longitudine. Eius cauum lineâ profundâ secundum sui longitudinem extensâ donatur, reliqua superficies aspera, inæqualis, & tuberosa, fuscoque colore visitur, quale Elephanticorum solet esse corpus, internaque eiusdem substantia eodem modo affecta cernitur. Venas plures à vena portæ, & arterias, & nervos aliquos à sexto cerebri pari obtinuit. Venæ autem & arteriæ vbi in lineam illam profundam insertæ sunt, in innumeratas per lienis substantiam finduntur tenuissimas soboles, quasi filamenta, quibus lienis parenchyma coniungitur. His omnibus superadditur tenuis tunica, ab omento, quod lineæ profundæ lienis inseritur, educta. Alligatur quandoque, præter id quod dorso medio omento necatur, fibris quibusdam à peritonæo quæ septum succingit, enatis, ipsi septo: quandoque viam reni sibi subditio. Lienis usus, quidquid alij senferint, est fœculentam sanguinis partem à fecore ad se trahere & conficere, conuertereque in sui substantiam. A liene vero ad ventriculum, per venam aut meatum aliquem, residuum eius quod lien attraxit nec concoquere in se potuit, eructare ad hos vel illos usus, ut quidam arbitrantur, negat Vesalius, cum nulla sit vena quæ ab ipso lienis corpore, sed à venis quæ ei communicantur antequam eum tangant, ventriculo porrigitur.

A. Columb. II. II. supra umbilicum; simplicem; sub umbilico vero duplice afferit.

B. Fallop. omne genus fibrarum habere dicitur, sed latitant.

C. Fallop. à duplice nerveo principio, à quo mesenterium, oriri dicit, de quo infra.

D. Ventriculi fundus non carnosior est reliquo, sed partes circa dorsum &

circa superius orificium.

E. Hoc negat Fallop. nullamque neruam tunicam attrahere aut moueri per se posse afferit nisi carneas fibras habeat: ideo falsum esse quod de fibris commentantur anatomici, nisi ubi ista carneae sunt, ut in exteriori cœsophagi & ventriculi tunica. Obliquas quoque etiam carnosas non continere sed expellere vi transuersas.

F. Columb. 4. 11. hoc negat, Fallop. omne fibrarum genus ei tribuit, & vasa per eam duci & in ea terminari dicit, & supra banc, versus cauitatem ventriculi, crustam quandam esse fibris à centro ad circumferentiam rectis ut in veluto, ut melius cibos & liquores comprehendat, & ne ab illorum qualitatibus facile ledatur.

G. Fallop. addit aliquas obliquas.

H. Sed interior membranosis est, & nervosior: exterior verò tenuior magnisque carnea, illaque transuersas, hac in colo & recto intestinis prater transuersas, rectas etiam obtinet fibras. Et interior rugosa est, ne chilus facile elabatur. Omnibus fibrarum generibus ornatum dicit Fallop. & tenuiorem externā contra Vesal. haberèque similem crustam ei quam ventriculi interior tunica habet.

I. Columb. 5. 11. quidquid à tenuiorum intestinorum insertione ad colon, usque porrigitur cæcum putat esse intestinum.

K. Haque compressiones factæ sunt ut excrementa diutius retinerent ne continuo egerere cogeremur. In tenuibus verò impedimento fuissent distributioni chyli.

L. Hoc duplicatum peritoneum iudicat Columb. 6. 11. Lactes verò dicunt glandulas qua in eo sub ventriculo sunt, qua & panchreos & panchreas, & calichreas, & affusio etiam dicuntur: sed has Vesal. tribuit omento ut supra dictum est.

M. Et vasa, & intestina, aut hec deorsum prolabantur, aut promiscue implicentur. Columb. 6. 11.

N. Et ne vasorum ductus ab intestinis aut aliquo alio comprimatur. Fallop.

O. Fallop. falsum esse ait vesiculam fellis attrahere bilem, continere, & expellere; immo ductum à iecore in intestinum rectam implantari, et illam in hoc deponat, quod si aliquando chylo plenum sit, eam recipere nequeat, tunc natrūam ideo vesiculam confixisse ut eam in se reciperet, qua postea vacuo intestino, cum à iecore comprimatur vesicula, necessariò in intestinum cadit, non autem à vesicula expellitur. Sed nulla id forti ratiene probat.

*DE RENIBVS, VESICA,
& virorum, fœminarumque organis
generationi seruientibus.*

C A P. II.

RENES duo facti sunt ad expurgandum sanguinem à multo sero so recremento, utque oxyus id agant, iecori propinquai facti sunt quoad fieri potuit, *A.* quod causa est vt dexter vt plurimum sit elatior sinistro, quia lien inferius descendit hepate, sub quo positus est dexter, ren, vt sinistru sub liene, ambo supra septum transuersum vltimâque costas versus vertebraes, ne alias premant partes. Quandoque autem sinistru elatior est, vbi lien parvus, hepar autem magnum est: factum tamen est à naturâ, ne sibi è directo oppositi siti essent; ne scilicet sibi mutuo munus impiderent. Non tamen vñquam alter altero elatior est magis quam longitudo vnius eorum extenditur. Sinum quilibet habet in medio secundum longitudinem sculptum in internâ sede, supra intrâque in angulos desinentem; secundum verò longitudinem eiusdem sinus, versus cauam renis extuberantem: in binos autem sinuum angulos binii surculi, in quos diuiditur vena & arteria per quas renes sanguinem expurgant, inseruntur. Læues sunt extra, substantia carneâ, densa, *B.* sine fibris, cùm vasorum, quæ eos permeant, fibræ attrahendo expellendoque sufficiebant. *C.* Arteria & venæ in membranous definunt corpus ampulum, quod primus dicitur sinus Vesalio, sanguineque semper repletum est, ex hoc magni ramî in anteriorem & posteriorem renis substantiam ducuntur, qui in externo latere inuicem coeunt, in quibus sanguis à fero separatur. Circa corpus membranous secundus sinus in substantia renis consistit sub ramis illis, qui septo quodam secundum externum renis lateris longitudinem diuisus in duos est, vrinâaque excipit, humore semper imbutus, & pinguedine aliquâ. A medi oprimi sinus secundum inferiora externumque latus, vrinarius meatus educitur tanquam vena quadam, qui per renis substantiam transiens, deorsum descendit ad vesicæ latus. A venâ autem sinistri renis ante quam in renem implanteatur, oritur seminalis vena illius lateris; cùm autem dexter ren sinistro inferior est, ab huius venâ, seminalis educitur vena. A quibus ambabus venis, aliæ exeunt, quæ tunicam superiorem renis sui alunt. Habet enim quilibet duas tunicas, illam superiorem, quæ eum cingit, à peritonæo ortum habentem, pinguedine plenam, vasisque refertam, vt & illud; quæ fouet renem, alligatque peritonæo. Altera tunica est ea quæ renum substantiæ validissimè adnascitur, ab arteriâ venâque suâ ortum habens;

Nervum autem quilibet habet tenuillum, in tunicam propriam dif-
fusum, à sexto pari nervorum cerebi originem ducentem.

VESTICA tanquam lagena excipiendæ vrinæ facta est, infima, ut totam
facilius reciperet, citiusque emitteret vrinam, ampla, rotunda, ut magis
contineret, ne perpetuò mingere cogeremur incessanter, eadem quoque
ratione oblonga est, & extendi facilis. Propterea membranosa D. nér-
ueaque, E. vnâ donata tunica lœui, durâ, validâque, & triplici fibrarum
genere ornata, quarum intimæ rectæ sunt, extimæ transuersæ, mediæ
obliquæ, ut scilicet attractio retentionem, hæcque expulsionem precedit.
Dura, valida, crassâque est hæc tunica, quia plurimum distendi debebat,
quia acrem recipere vrinam, quia calculum quandoque ferre. Præter
hanc alia à peritonæo illi circumdat tunica. Venas vesica habet, &
arterias à quibus nutritur, & calorem foueat suum, nervos per quos sen-
tit tristia. Ex elatiōri vesicæ fundi rēgione meatus, ὁ παχός Græcis di-
ctus, educitur quasi vena, qui ad vmbilicum delatus, vrinam fœtus inter
vrumque inuolucrum ejicit, ne hæc, si per penem ejiceretur, tenuem
fœtuscum exulceret: at in editis partibus, chordæ modo arescit, quem-
admodum & binæ arteriæ, quæ vesicæ à latere harent ab vmbilico du-
ctæ, ut vitalem calorem fœtui communicent in truncum magnæ arteriæ,
implantatae, funiculi modo arescatæ in editis infantibus vesicam solùm
peritonæo adligant. Ad excipiendam porrò vrinam, duo in vesicæ fundo
posteriori parte facta sunt foramina, ad quæ vrteres deuenientes infi-
guntur. Sunt autem vrteres meatus illi qui à renibus ad vesicam vrinam
ducunt, tunica vnâ venarum modo donati, triplici ornata fibrâ, sed pau-
ciore obliquâ, ne vrina retineatur, colore alba, vnde Celso albæ venæ di-
cta sunt. Aliam autem in progressu à peritonæo, cui adnascuntur, sumunt
tunicam vasis intertextam. Primùm F. verò tunicam vesicæ primam
pertundunt, eisque adnascuntur, deinde obliquè inter hanc & propriam
descendentes, paulò inferiùs propriam pertundunt, & in vesicæ fundum
aperiuntur, dupli ci tamen ibi instructi pendulâ transuersâ membranâ, ut
in bilis meatu ad intestina dictum est, ne scilicet semel effusa vrina in ve-
sicam, iterum sursum regurgitare possit. Humillimâ vesicæ parte cer-
vix seu collum eius est, cui musculus incumbit, de quo secundo libro
diximus; per ceruicem hanc vrina tam mari quām fœminæ exit: mari
autem etiam semē. Glandosum subinde viri hic obtinuere corpus quod
vasorum deferentium insertionem excipit, quóque fœminæ sèpissimè
destituuntur. In fœminis insuper, mox ut humillimam ossium pubis ne-
xus apertio appulit super vteri collum, eidem collo inseritur: viris
verò cum penis corporibus ductus longius procedit.

ORGANA VIRORVM generationi seruientia sunt testes, penis, vasaque
deferentia & præparantia: quæ sigillatim percurrenda sunt.

TESTES Græcis διπυροι id est gemini aut bini, bini communiter, quan-
doque tres, aliquando etiam unus solùm reperitur, sed hæc raro, illud na-
turale ne generatio desit. Rotundi sunt, ob securitatem, substantiâ molli-

albâ, sibiique per omnia simili, venulis pluribus repleta, vnde & spongiis apparent. Nullâ cavitate manifestâ donati : scorto , aut scroto ambo simul inuoluuntur, tenuiore ibi quam in reliquo corpore existente cute, & carnosâ membranâ sine adipe. Peculiaria autem inuolucra cuiusdam G. duo sunt. Primum *H.* est superius quod à peritonæo super inguinalinem ducit, vasaque deferentia & præparantia simul cum testibus inuoluit; quæ quidem nec testi, nec vasorum interiori superficie connatit, sed humore quodam imbuitur, solique basi testis hæret, non eidem testi, sed vasi deferenti. Atque huic tunicae additæ fibræ musculum efficiunt, de quo supra diximus. Secundum inuolucrum est propria tunica testem solùm inuoluens, membranea, validissimèque testis substantiam coimprens : quæ etiam in hoc facta est ut ei seminaria vasa adnascantur, quam quidem plures eorumdem ramuli perforant, & ad testem excurrent, alij verò pereiusdem tunicae substantiam disseminantur. Huic quoque adnascuntur anfractus deferentis vasorum, eamque perforant pluribus ramulis: hancque *I.*, Epididimida & Darton Græci vocauerunt, vt vult Vesal. quamvis alij aliud de Epididimida Græcos senserint multa sibi configente.

VASA seminaria sic in viris habitentur. A venâ sinistri renis, seminalis vena sinistra oritur: à caue autem caudice, dextra, hicque est naturalis ordin, siue sinister ren elatiōr siue depressior sit dextro: quāuis quandoque aliter eueniat, vt in tractatu de venis monuimus. A caudice autem arteria magnæ paulo sub renibus, seminales arteriae è directo oriuntur. Dextra vena cum arteriâ dextrâ (idem de sinistris intelligito) simul deorsum delata, peritonæoque fibris quibusdam alligata, ad coxendicis os peritonæum penetrant, quod eis ibi adnascitur, comitatürque usque ad scortum, vaginæ modo ea & testem inuoluendo, simulque cum eis parvus neuulus quandoque à sexto cerebri neuorum pari, quandoque à vigesimo primo spinalis medullæ pari ortus, ad testem descendit. Vbi foramen vasa egressa sunt, in unum coēunt corpus continuūque, quod ramis infinitis ex se ipsis productis texitur, rectis obliquis, transuersis, nullo denique ordine. Corpus id pyramidis figurâ textum, basi suâ clatiori sedi intimæ testis tunicae adnascitur, multosque ramulos & in testis substantiam, & in hanc tunicam distribuit. Atque hæc est præparantium vasorum historia. Deferentia verò sic habe. Ab externo latere basis præparantis vasorum corpus aliud oritur album, durumque, testis tunicae adnatum, quod quā testi adnascitur concavum est, extrâ verò conveatum. Plures hoc efficit revolutiones & gyros pampinorum vitis similitudine ad basim testis deuolutum, indequē sursum tenuius factum ascendens, primoque corpori præparanti connexum usque ad peritonæi foramen, ibi ab eo se iungitur & in posteriora reflexum super vrinarium dextri lateris meatum sub vesica defertur: vbi cum sinistro crassiusculum coit, & unum efficiunt corpus, quod à parastatis, de quibus mos excipitur, in vrinęque & semini cōmune meatum obscurissime inseritur,

nec enim foramen ullum manifestum illic est, quemadmodum nec in eiusdem à teste exortu, nec conspicua in totô processu cauitas.

G L A N D O S V M corpus vesicæ ceruicem circuit, ab ea tunc nullâ distinctum tunicâ, sed quasi eam constituens, statim verò ab hoc peculiari fit meatus, vrinæ & semini communis, qui musculo circumdatur, de quo libro secundo diximus. Atque vasa hæc omnia à naturâ ita composita sunt, ut semen per totam variòsque ductus elaboratus esset. Testis autem feminis conficiendi, ut iecur sanguinis, præcipuum est instrumentum. Glandosum autem corpus etiam ad feminis K. perfectionem conducere putat Vesal. cùm in eo plurimum feminis semper inueniatur L.

P E N I S ad iniiciendum in vterum semen præcipue factus, deinde & ejaculandum lotium, non ex osse fieri debuit, ne perpetuò rigeret, ne frangeretur, ne vuluam laderet: non ex carne, ne flacceret, nec introrinti in vterū posset; proinde ex fortibus **M.** ligamentis, spongiosisque constructus est, ut quæ facile intendi, & remitti queant, spiritu & sanguine imbuta, aut eis destituta, de quorum ligamentorum ortu diximus libro secundo. Nascuntur autem quodlibet ab interno pubis ossis latere, vbi ossium commissura deorsum finitur, inde sibi mutuò adnata, vrinarium sub se excipiunt meatum usque ad glandem, ad quam ut peruerunt, sensim gracilescunt in acutum, eisque carnosa glandis substantia adnascit, quæ vrinæ meatum in se excipit & conformat, qui initio glandis latecit, deinde gracilescit. **N.** Venæ, arteriæ, & nerui plurimi peni disseminantur, ad nutritionem, distensionem, & sensum. Vinculis autem membranis commissuræ ossium pubis adnectitur, donec inde cuti & membranâ carnosa obductus, extra corpus propendet. Hæc de virorum instrumentis generationi dicatis: nunc de foeminarum. Ea sunt vterus, testes, & ad fœtus nutritionem, mammæ; de quibus omnibus, & de fœtus indumentis sigillatim dicendum.

V T E R U S, matrix, vulua, Græcis μήτηρ & θύεια, excipiendo feminæ, fœtuique formando dicatus, optimo loco ad utrumque & ad fœtum alendum, expellendumque situs est, partibusque & substantiâ conuenienti donatus. **O.** Ceruice, quæ à pudendo usque ad fundum uteri extenditur, ad excipiendum penem semenque, & ad ejiciendum vrinam, fœtum, & sanguinem menstruum. Fundo vero, ad excipiendum semen, & formandum fœtum. Porro ceruix inter rectum intestinum & vesicæ collum excurrit, donec in fundum desinat, qui totus naturaliter in non pregnantibus nunquam rectum excedit intestinum, nec vesicæ altiorum situm æquat: in pregnantibus vero etiam ultra umbilicum crescit, ad iliaque extenditur. Uterus non perfectè rotundus est, sed elatiore parte extuberantia veluti cornua habet ex uteroque latere **P.** parum admodum à circuli figura excedentia: inde sensim strictior fit usque quæ in ceruicem desinat, quæ quidem ampla rotundaque est, & in non pregnantibus, vix ab utero magnitudine superatur. Externa uteri su-

Aaaaaa

pericies lāuis est, rubricānsque : ceruicis quoque, sed albicans; vtrumque asperam habet, vbi corpora quædam illis implantantur. Fundi vteri interna superficies etiam in non prægnantibus lāuis est, aut faltem tam tenuibus spissisque plicis donata, vt lāuis appareat : cūm contrā prægnantium rugosior sit. Per medium cavitatis vteri longitudinem linea quædam excurrit anteriū & posteriū, totum fundum in sinistram & dextram partem diuidens in interiori superficie, quæ in non prægnantibus pallidior est, subalbōque mucco illita: nec in cornubus, ad quæ seminaria vasā in foeminis implantantur, cavitatem conspicuum habet, nisi per vas styillum intromittas, deorsumque impellas. Ceruicis vteri interna superficies rugosa est dum conniuet, si autem extendatur, lāuis : præter quām prope pudendum, vbi præter laxos quosdam implexus, carunculas illas obtinuit, quæ extra prominent veluti labra. Sursum autem, vbi ei vesicæ collum implantatur, scrobiculos quosdam habet, & asperitates : insuper & pendulas duas membranas circa foramen vesicæ, quibus prohibetur, ne in vesicam reflextatur yrina, aut aliquid aliud. Paulò interiū constituitur hymen, aut eugion, virginibus peculiaris. *Q.* quæ est membrana quædam tanquam ceptum, interiore ceruicis vteri partem claudens, qua tamen in medio secundū corporis longitudinem scissuram habet oblongam, per quam virginibus menstrua fluunt : falsum enim est, vt vult Vesal. quod de centone prodidere Arabes, aut de omnimoda obstruzione aut cōtinuitate adnascentiāque internæ vteri ceruicis superficie, idque venarum in ceruicem vteri insertarum conficitio, per quas, propter centonem suum, in virginibus menstrua fluere afferunt. Cauitas ceruicis vteri æqualis secundū totum ductum est, & æque ampla. In huius fundo, vteri orificium iacet, glandis modo efformatum, foraminéque donatum, non secundū corporis longitudinem ductum, sed per transuersum hoc modo, quod in prægnantibus omnino conniuet. Aperitur autem non ad libitum mulieris, sed quoties vel concipit virile semen, vel foemineum cum hoc ejicit, vel menstrua euacuantur. Ceruicis vterique sinus magnitudo certa describi nequit, cūm ob multas causas variet. In non prægnantibus tamen vteri fundi sinus latitudine vix duos excedit digitos, longitudine verò tres. Substantia neruea membraneaque est crassa admodum ut facile securaque extendi plurimum posset, vt eget in conceptione. Duplici tunica construitur : exterior à peritonæo educta, melenteri substantia, duabus ab eo vtrinque eductis membranis vasā ad uterum ducentibus & eum peritonæo alligantibus; interior, propria est, triplo omnem aliam excedens crassitie tunicam, in non prægnantibus in prægnantibus enim plurimum extenditur. Hæc triplici donatur fibræ, interna recta paucaque : media, obliqua plurimæ, validissimæ; externa, transuersa pluri quam recta interna. Per huius tunicæ substantiam plurimæ excurrent venæ arteriaeque, quarum oscula ad intimam superficiem terminantur, in foetusque exterius inuolucrum implantata alias à se

producunt de quibus mox, Ceruicis vteri substantia fungosa vt cumque est, vt arctetur infleturque in coitu, ad seminis ejaculationem: in pueris mollior tenuiorque est, in senioribus callosior & durior ob affritum, & excentum attritum. **R.** Testes habet vterus ad cornua, longiores quam viri, inaequales, sinum in medio habentes, qui albo humore plenus est, quandoque etiam croceo foetidoque, sed hoc raro & in male habitis foeminis. Exteriore tunica non habent ut viri, quae totos eos cooperiat, sed retis modo facta solum medium eorum obducit partem. In reliquis ut in homine habet mulier. Quam apte autem vterus sic constitutus sit, ad semen excipiendum, foetum formandum, nutriendum, augendumque donec alio cibo quam sanguine nutriti possit, expellendumque denique, facile est colligere. Vteri vero acetabula Vesal, iudicat esse venas quae ad eum terminantur, in foeminis enim nil aliud apparet quod acetabulum seu cotyledo dici possit: secus vero in capris & vaccis, in quorum interna vteri superficie tumores plurimi conspicuntur, in quos vasorum ora terminantur, quique imprægnationis tempore dilatantur, excavanturque fossulæ modo, unde acetabuli nomen deriuatum credit Vesal. **S.**

Foetus duobus obducitur inuolucris, seu loculis, seu secundinis, dictis, Græcis χερισ, quorum interius *άπειδης*, exterior vero *ελατοειδης* vocatur. Ut semen in vtero concrescit, exterior primum in eo fit tunica, in quam vteri vasa implantantur, aliaque ex se producunt sibi continua quae per medium huius tunicae disseminata tandem venæ omnes in una umbilicalem, & arteriae in **T.** duas umbilicales desinunt, quod his medijs foetus gestationis tempore aleretur viueretque, quem alias foraminibus multis pertundi non conueniebat. Ergo præcipuus usus primi inuolucri est vasa in se excipere, & ad foetum deferre, quae tamen non secundum totum se excipit, sed una rotunda solum planicie, modo ad dextrum modo ad sinistrum, nunc ante, nunc post: sed magis ante. **V.** Huic autem planicie quod securijs implantarentur vasa, caro quedam similiis lienis carni obducta est, vasisque obuoluta. Huius externi inuolucri ut exterior superficies aspera est, ut vtero hæreat, sic interna lauis, & madens, à qua teres unum longumque corpus educitur, quod in se duas arterias totidemque venas habet, à vasis in exterioris corium disseminatis collectas, membranaque communij inuolutas, quod quidem corpus recto ductu in secundum foetus inuolucrum implantatur; communique suâ membranâ vrinarium meatum hic excipit, qui ab elatiore vesicae foetus fundi situ explantatus, per foetus umbilicum exiens, in externam interioris inuolucri superficiem terminatur, inter primum & secundum inuolucrum, vrinam foetus deponens toto gestationis tempore. Porro secundum inuolucrum, membranum est, molliusque primo, vndique laue, primo nullibi connatum nisi in corporis illius rotundi nexu, à quo paruæ quedam venæ illi disseminantur ad sui nutritionem. Porro vrina non libetè inter utrumque inuolucrum vagatur, sed vrinarius meatus ubi ad

externam interioris inuolucri superficiem peruenit, in amplam sed tenuem ceslat *X.* vesicam, quæ media inter utrumque inuolucrum consistens, vrinam toto gestationis tempore seruat: hancque vesicam interfœtus inuolucra aliqui numerauere. Ut infantis autem sudor, qui necessariò inter internam interni inuolucri superficiem, & infantis cutim cadit, fœtum non lædat acrimoniam, fœtus cuti excrementum luti, seu glutinis modo obductum est: sanguis autem qui ad infantis iecur per venam umbilicalem ducitur, ibi adhuc amplius elaboratur, & si quæ recrementa sunt, in intestina deponuntur, unde in nuper natis crassa variaque bilis per aluum excernitur, prout scilicet purior vel impior matris sanguis fuerit.

M A M M A E ad fœtus nutritionem post partum factæ sunt, non autem ad cordis propugnaculum, vt vult Aristoteles 4. de partibus animal. ideo optimè in medio pectore constitutæ, quia homini latissimum pectus habenti, manibus usuro, sessuoroque, & venerem alio modo quam reliqua animalia experturo, nullus commodior situs dari potuit mammis: quibus accedit quod iuxta cor caloris officinam sitæ sunt ad lac melius conficiendum. Rotundæ extra sunt, vt securiores, intrâ vero ad pectus planæ, vt firmius collocarentur. Papillam in medio habent tanquam centrum ad quod æqualiter à totâ mammaria lac fluat; teneram verò, & fungosæ substantiam, & rotundam, quod facilius à pueri apprehendatur, sugatürque. Mammillæ substantia glandulosa tota est, proprio temperamento sanguinem in lac conuertens: qua etiam ratione plurimæ in illas deriuantur venæ, & arteriæ aliquæ, & ad sensum quidam nerui. Porro venæ per totam mammarum substantiam, sparsim diffititutæ non ab eis, quæ uterum petunt, originem ducunt, sed ab eis quæ caua iuxta iugulum, & axillam ad inferiora explantantur. Denique sub glandulosa mammarum substantia carnosus panniculus situs est supra musculos thoracis.

A. Columb. 9. 11. in homine semper sinistrum dextro elatiorem esse dicit.

B. Fallopius dicit meatus quosdam rectos à circumferentia ad centrum per eorum substantiam duci, unde sequitur fibras habere, sed qua ille sint carnaria, an alterius generis, nescit.

C. Imò has, & nervos per renum corpus distribui dicit Fallopius idque latere Anatomicos, quia nimis illa gracieſcunt. Idemque sinus à Vesal. descriptos non adeſſe dicit, sed unum solum, qui in substantia renis paulò post simam eius partem consistit, nerveus, & à quo fistula septem aut octo in gibbum renis dicuntur, quibus fistulis in initio caruncula quadam sita sunt, per quas in sinum excolatur serum & inde per uteres à sinu ductos descendit, Vesaliūmque bouinum aut caprinum renis descripsisse.

D. Fallop. etiam carneâ.

E. Fallop. duas, internam unam lucidissimam, tenuissimam, omni fibra-
rum genere ornatam; externam aliam quasi carnosam, fibris etiam omnibus
sed carnosis textam, & rarioribus.

F. Fallopius hoc inter duas proprias tunicas fieri afferit.

G. Columbus 14. 11. tria, primum enim in duo dividit; primum, perito-
neum; secundum, musculum efficiens.

H. Fallopius hoc à Gracis vocari iurposidit, non verò iugosidit,
ut vulgo dicunt, afferit, illudque à similitudine quam cum vaginâ
habet.

I. Hoc falsum esse probare inititur Fallop. saptor autem dici vult. In
reliquis Vesal. consonat.

K. Male Fallop. Vesalium accusat dicens hunc non cognouisse vesiculas
illas duas multis cauernulis donatas, in quas vasa seminalia semen deponunt
ut ad generationem semper hic sit paratum, cum haec nihil aliud sint quam
glandulosum hoc corpus à Vesalio descriptum.

L. Unde non mirum si taurus ille cui testes execti fuerant, lignere potuerit,
ut dicit Aristotle.

M. Columb. 15. 11. ligamenta non esse principia penis corpora vult,
sed haec comitari substantiam quandam fungosam quae est principia
penis pars: qui quidem cum Galeno sentit, qui lib. 15. de usq. non
ligamenta, sed neruum cauernosum penem constituere dicit, nil de ligamen-
tis differens.

N. Nullas venas peni distribui afferit contra Vesalium Columb. 15.
11. sed duas magnas arterias quae per penis corpora fungosa plurimas
soboles dispergunt, medius quibus nutritur & erigitur penis, dum ad has
plurimi spiritus connolant: nullos etiam nervos ei adesse dicit. Fallopius
venas & nervos manifestissimos peni distribui vult.

O. Fallop. non cervicem hoc vocat sed sinum, aut pudendum mulieris,
cervicem autem intimum ostium vocat, in quo foramen transuersum est: hoc
ostium vocat Gal. lib. de dissect. vteri, collum vteri.

P. Ab vteri lateribus duos processus exire afferit Columb. 16. 11. qui
ligamentorum naturam habent, & ligamenta vulgo creduntur, sed causi sunt, &
non ad summum os pubis perueniunt, ut vult Vesalius, sed muscularum ascen-
dantium, descendantium, & transversorum tenuitates perforant ubi vasa se-
minaria viris easdem perforant, & extra abdomen excent, supra pubem as-
cendent, & supra foramen per quod urina in vulvam excidit, in particulam
quandam excelsam in apice vulvae circumvolutam desinunt, in qua princi-
pnam voluptatis causam esse credit Columb. eamque dum mulieres virum
appetunt turgere, & duriorem effici ait. Fallopius etiam hos processus probat,
sed ubi extra abdomen sunt cum muscularis suspensorijs paruis (quibus fami-
na etiam donantur) coniungi, sed nunquam ad tentiginem peruenire, neque se

vtrumque contingere, imò in pubem sub pinguedine desinere. Additam tamen hinc corporisculum quoddam simile penii feminis, quod duplice nervo cau, & atra sanguine pleno, vtrinque ab ossibus pubis ortur, per quos nervos vasa etiam excurrunt, & quibus parvi musculi ab eodem loco orti implantantur: iunguntur autem hac corpora ita ut parvum penem efficiant, cuius extrema glans in superiore caruncularum partem, ubi hac diuidi incipiunt, definit. Illeque primus hoc inuenisse dicit, latitat autem sub pube, cuius membris ait. Aut lib. 3. fen. 21. & Albucas. lib. 2. cap. 71.

Q. Hanc raram etiam virginibns esse vult Columb. 16. 11. qui & ante hanc duas alias à lateribus vulva adesse dicit, quas Nymphas antiqui dixerunt, & quae uterum à vento, puluere, & frigore tuentur. Hac non dat Fallop. illam verò semper adesse afferit.

R. Hos semen producere negat Fallop. quia nunquam hoc in illis invenit, multumque dissent semper à vasibus deferentibus, qua bono semine semper repleta inueniuntur, nec unquam illis connascuntur, ne dum per medios illas transeunt, imò semper humore aliquo referti sunt. Putatque prouide vasa illa semen efficere, qua nullo medio vase cum testibus iunguntur, sed ab uteri cornibus oriri afferit; inde latefcere & capreolorum modo complicari, tandem in fimbrias quasdam desinere similes tubis. At unde sumuntur seminis matrem, si preparantibus non copulantur? Sed dicit vase preparantia, antequam in testes disseminentur, ramos à se mittere, quorum alijs in vasa illud deferens absuntur; alijs per uterum excurrunt, & cum alijs iunguntur, que à venâ canâ circa lumbos, uteri sinui disseminantur, qua coniunctio in causa est ut prægnantes mulieres etiam menstrua patiantur.

S. Idem confirmat Fallop.

T. Fallop. saxe in unam, que statim ab umbilico in duas dividitur.

V. Falso Columb. lib. 12. hic Vesal. damnat, cum tamen nil aliud praeter illum dicat.

X. Hanc Fallop. in brutis concedit, quibus per totam corij substantiam vasa disseminantur: In hominibus vero, quibus solum secundum unam partem in qua est placenta, vasa implantantur, per reliquum spaciū inter chorium & amnion membranam libere urina vagatur, nec hanc habet vesicam.

DE MEMBRANA COSTAS
*succingente, & de alijs thoracis membranis,
asperâ arteriâ, Faucium glandulis,
gargareone, pulmone, & cordis
inuolucro.*

C A P. III.

EGIMVS de Naturalibus, nunc de Spiritalibus differendum. Ad re-
creandum calorem & spiritum vitalem facta sunt omnia de quibus
cap. hoc 3. & sequenti 4. agemus. **A.** Membrana ergo costas succin-
gens Pleura dicta, omnes costas (exceptâ duodecimâ quam septum trans-
uersum tenet) vertebrae thoracis, & lepti transuersi superiorem super-
ficiem obducit, & pectoris os. Interius lœvis est, & æqualis, humoréque
oblita, nisi quod à se alias educit membranas, thoracem scilicet interci-
pientes; & alias asperam arteriam, stomachum, magnam arteriam, &
venam azigos amplectentes firmantesque. Pulmoni etiam fibras aliquas
ex se deriuat, quaque septo transuerso obducitur, cordis inuolucrum sibi
amplè adnatum habet: ternis etiam foraminibus, quemadmodum &
septum transuersum, est obvia. Substantia durâ constat, à vertebrarum
ligamentis initium ducens. Venis, neruis, & arterijs abundat. Præter
hanc, costæ singulæ aliam habent sibi propriam, quemadmodum & reli-
qua ossa, Periostium dictam, quæ eas vndique cingit. Omnibus etiam
partibus quæ thorace continentur membranas ex se porrigit quibus eas
integrit, ideo etiam tunica dicuntur.

M E D I A S T I N U M, aut intercipientes thoracis cavitatem membranæ
duæ sunt, quæ simul iunctæ à iugulo incipientes, septo transuerso expor-
riguntur, pectoris ossi secundum eius longitudinem applantatae, & ver-
tebris etiam adnatae, sive mutuo fibrarum connexu tangentes, ita ut
totum thoracem per medium diuidant in dextrum & sinistrum. Quæ
verò ab ossis pectoris extremo secundum septum transuersum in poste-
riora tendunt, à se mutuò abscedunt secundum membraneum septi trans-
uersi circulum, quælibet ad latus suum deflexa: siveque in earum medio
cavitas efficitur, in qua cor cum suo inuoluctro, & vena cava, & stoma-
chus continetur. His membranis in superficie quæ cavitatem hanc res-
picit raro pinguedo adnascitur, in ea autem quæ thoracis latera videt,
plurima. Venas etiam & arterias obtinent non à venâ cava vbi septum
permeat, ut Galen. voluit 6. Plac. Hypp. & Plato. sed ab illis quæ deor-
sum à iugulo pectoris ossi exporriguntur: Nervos etiam habet. Externa

harum membranarum superficies quæ pulmones respicit lœvis est, & humore quodam oblita: interna vero, qua se tangunt, omnino aspera. A succingente costas membranā oriuntur, vtque cor in suo loco reu- neant ne hoc illūcque fluctuet, factæ præcipue sunt: deinde etiam ut thoracem in duo diuidant, vt si pars via laſa fuit pulmonis, quod in vulneribus & alijs affectibus accidere solet, altera interim cordi fa- muletur.

A S P E R A A R T E R I A canalis per quem omnia cor habentia aërem attrahunt; ideo rotunda, vt melius aërem transmittat, securiorque sit & capacissima: quod autem toti pulmoni melius aërem impertiatur, circa quartam thoracis vertebram in duos bipartitum ramos, quorum alter in dextras pulmonis fibras, alter in sinistras, multiplici ramorum serie disseminatur. Pluribus etiam partibus attenditur, vt recta semper sit ad aëris intromissionem: ideoque etiam cartilaginea, ne concidens aërem impediret, sed non continuâ cartilagine, ne rumperetur dum collum plicamus, at pluribus cartilagineis annulis non perfecte sphericis, quia secundum posteriorē partem deficit cartilago quâ stomachus aspera arteriæ subjicitur, ne hunc nimis premeret, & cibi deglutionem impedi- ret. Coniunguntur autem annuli illi membranæ cuiusdam interuentu, quæ eos tanquam periostium inuestiens, a se processus educit sursum, deorsum, & in posteriora, medijs quibus processibus annuli & in lögum coniunguntur, & secundum posteriora etiam quasi perfectum conti- nuumque efformant circulum. Præter hanc membranam duas habet tunicas aspera arteria, externam vnam, quæ eam totam inuestit reli- quisque partibus connectit. Internam aliam, quæ etiam totam inuestit arteriam, durior crassiōrque, lœvis & humore quodam aspersa, vt ingredientibus ex euntibusque locum facilius det, & à malis minus ledatur. Laryngem autem taliter conformatam vt 2. lib. diximus in sui principio obtinuit, tum ne aliquid præter aërem in eam illabatur, tum propter vocem quam efformare debebat. Cui laryngi pinguedo vi- disque humor oblinitur, & glandulae ad radicem vndique confitun- tur quæ eam perpetuò eo irrigent humore, ne scilicet in clamore multo, & expiratione nimis siccesceret.

G L A N D U L A E autem istæ inferius ad radicem laryngis sitæ sunt, ne- que propriè in faucibus: Fauces enim sunt vniuersum ipacium ab infe- riore maxilla intus circumscriptum, quod etiam Pharinga dictum putat Vesal. & isthmon, quasi strictum locum & sinum, quamvis aliqui abusi- uè laryngis nomen pharingi accommodarint. Sunt vero aliae glandulae in faucibus præter supradictas, quarum duplex est genus. Primum sunt glandulae duæ magnæ, amigdalarum aut glandium figurâ, ad latera ga- gareonis quælibet sita, elatius quam supradictæ, C. communis tunica oris obducta, quæ spongiarum modo os continuo humectant salvia, proinde sp̄ogiæ ab Hyp. vocatae: & paristhmia, & antiadas, & amigdala, & tonsillæ. Secundum genus sunt sub auribus cauitates ibi impletæ, multæ,

multæ, vasorumque firmitati, & oris humectationi etiam inferuentes.

G A R G A R E O, gargar, gurgulio, gargareon, sibillus, tintinabulum, vua, columella, fundibulumque, pars illa oblonga, fungosa, *D. carnea*, quæ piramidis modo à palati fine propendet dicitur, ad vocis modulationem, & aëris, qui ad pulmones defertur, expurationem & correctionem facta est.

P V L M O duabus thoracis cavitatibus continetur, mediastino diuisus, totisque cavitates implens, neque in homine cavitatem illam in qua cor continetur pertingens, bene autem in alijs animalibus longiori pectore donatis. Quælibet pulmonis pars, dextra scilicet & sinistra ab aliâ omnino disiuncta, cavitatem suam sibi continua totam implet in bene conformatis hominibus. *E.* in alijs autem quandoque in duos, quandoque in tres lobos quælibet diuiditur, quandoque in nullos, solâ sectionis notâ per medium excurrente. Aliter verò in canibus, & alijs animalibus est. Externa pulmonis superficies lœvis est, & quodam quasi humore oblita, quamuis in aliquibus quandoque dextra, quandoque sinistra pars lateri thoracis fibrarum nexu hæreat, quandoque utraque: alijs autem animalibus non item. Substantia constat propriâ, fungosâ carne, leui, aërâ, rarâ, & molli ad excipiendum aërem follis modo & in cor mittendum, ab eoque iterum in asperam arteriam, *F.* cuius rami per totam eius substantiam disseminantur, quemadmodum & arteriosæ venæ, & venosæ arteriæ, de quibus suprà diximus. A quibus etiam vasis tunica totum pulmonem cooperiens educitur, cui neruuli parui sexti neruorum paris communicantur.

I N V O L V C R V M cordis, membrana est totum cor cum eius auriculis & vasibus quasi arcula inuoluens, ad eius munimentū præcipue facta, ob id dura, lœvis tamen, ne grauaret: quinque foraminibus peruvia, per quæ vasæ ad cor & à corde transmittuntur, à quibus etiam initium sumere videtur. Intrò & extrà lœvis est, & humore quodam illita, nullâ autem pinguedine ut voluit Aristoteles, extrà tamen, quâ mediastino totum ferè connascitur, & in hominibus secundum eius basim septo transuerso (secus autem in alijs animalibus est, quibus oblongum pectus est) aspera est fibrarum ratione quibus illis connascitur partibus. Nullas arterias obtinet: venas autem tenuissimas à mediastino illi oblatas, neruos quâm obscuros, ab illis à quibus recurvantes nerui extracti fuerunt, educatos. De *G.* aquâ autē quæ in inuolucro hoc cōtinetur, inque mortuis hominibus poris & canibus inuenit, quid statuendum, dubium adhuc est, & an in viuentibus talis habeatur. Vesal. ei, cui cor viuo extractum fuerat, humorem aliquem inuentum fuisse asserit: eius item, cui membra viuo dilecta fuerant, cor adhuc palpitans cum inuolucro exactum, aquâ eandem sed paucam ostendit. Pauciorem tamen semper in nuper mortuis quâm in alijs se inuenisse testatur Vesal. semper tamen inuenisse. Vnde arbitratur hanc à natura etiā in viuis datam fuisse, ut cor, quod continuo agitur motu calorique, irroretur & tēperetur. Nec hoc dissū videtur.

A. Hanc contra Vesal. duplicem ubique facit Columbus 3. 11.
 B. Quamvis eandem etiam seruent annuli figuram in pulmonis substantia,
 licet aliqui aliter cogitauerint. Fallop. tamen repugnat, dicens plurim
 figurarum esse in pulmone, trigonas, tetragonas, pentagonas, nec lunatae aut
 sphericas.

C. Fallop. nernea propria, quæ etiam naturaliter pluribus donata est
 foraminibus, quæ sape chyrurgi ulcera esse putant.

D. Glandosam dicit Fallop. qui & usus ei ab alijs ascriptos damnat, ne-
 que vocem deprauari ait eā deperditā, nisi pars palati quoque pereat: factum
 denique esse ut continuò linguam humectet.

E. Columb. lib. 11. c. 2. in quatuor lobos diuisum facit semper.

F. Columb. lib. 11. c. probare nititur pricipium usum pulmonis esse,
 aërem cum sanguine qui per venam arteriosam in eum effunditur, simul mis-
 cere, attenuareque continuo motu, ita ut ferè iam spiritus vitalis facti sint,
 tandem eos simul mixtos, per arteriam venosam ad cor mittere, quod paucis
 labore eos perficiens, per magnam arteriam in totum transmittit corpus.
 Sed frigidae admodum sunt, ut ubique alibi, eius rationes.

G. Columb. 1. 7. hanc semper in viuis canibus inuenit. Hippocrates lib.
 de Corde, eandem naturalem esse afferit, datamque cordi ob astum.

DE CORDE ET EIVS partibus.

C A P . I V .

Coris caloris vitalis origo & fons, arteriarumque principium,
 nuci pineæ simile, basim habens in medio ossis pectoris & verte-
 brarū thoracis, dextraque & sinistræ eiusdem thoracis cauitatū, è directo
 quintæ thoracis vertebræ, mediæque ossis pectoris longitudinis: hinc
 ad anteriora thoracis, sinistrâque fertur, ita ut mucro è directo sit sexta
 & septimæ costarum cartilaginum, quæ hæ illis continuantur. Hicque
 situs & sphærica ferè figura ad securitatem ei deseruit. Læve extrâ est,
 nullique connatum, ut liberè moueat. Pinguedine etiam ut plurimum
 extrâ ornatum, ne flagret. In medio pulmonum sedet, ut aërem æquè ab
 utraque pulmonis parte sufficienter hauriat. Maximum homini cor pro
 proportione corporis datum est, quemadmodum & cerebrum, & iesum
 maius reliquis animalibus. Cordis substantia carne constat rubrâ, du-
 rissimâ, densissimâ, & omni fibrarum genere promiscuè ornatâ, ita ut
 alias ab alijs fibras discernere diuelleréue non possis, tam sunt contiguae
 frequētes, inuolutæque sibi omnes simul in qualibet carnis cordis parte
 multò tamen magis in mucrone cordis, qua ratione huius partis cro-

solidior densiorque videtur, non autem, vt Galen. vult, ne mucro in cordis contractionibus os pectoris accedens laederetur. Caro hæc propriâ temperie donata, vt aliarum, iecoris, renum, & similiū partium caro, ad sanguinis immutationem elaborationēmque, & spiritus formationem conductit. Fibrae autem, rectæ ad dilatationem cordis, contracto scilicet ad basim mucrone; transuersæ ad contractionem eiusdem, comprimendo dilatatalatera: *B.* transuersæ verò ad quietes eiusdem conferre arbitrantur, & præter id, rectæ ad attractionem sanguinis aut actis; transuersæ ad expulsionem; obliquæ ad retentionem conferunt. Ad nutritionem verò & fotum caloris huius substantiæ venam unam obtinuit coronalem, duāsque itidem coronales arterias, quæ per eam disseminantur. Ad sensum verò, *C.* nerulum obscurum à sexto neruorum pari ortum, postquam sinistrum produxit recurrentem neruum, in eiusque basim insertum. Tunicam etiam subtilissimam habet, quæ eius externam superficiem circumducit. Duo ei sunt ventriculi, alius dexter, alius sinister: ille maior, & ad cordis mucronem magis descendens; hic minor, & elatiùs definens: ille cavitatem habet instar crescentis lunæ respondentem cordis circumferentia, & à basi ad mucronem usque eandem seruantem figuram; hic rotundam omnino obtinuit cavitatem, in mediâ cordis substantiâ sitam, quasi ob hanc præcipue factum fuerit cor, dextra autem illi addita sit. In internâ ventriculorum superficie quaquaversum plurimæ sculptæ sunt fouæ in cordis substantiam penetrantes; nulla tamen ab uno ventriculo in aliud penetrare per septum inter utrumque visa est. In ijsdem ventriculis ab infinitâ sede, processus quidam carni educuntur, qui paulò post in membranas fibras cessant, quæ membranis officijs vasorum, quæ à corde oriuntur, præpositis implantantur: faciunt autem processus hi ad fibram robur. Dexter autem ventriculus in id factus est, vt à cauâ in cordis dilatatione sanguinem alliciat, quem calore excoquendo tenuiorem redditum, *D.* per poros septi, adiuuantibus ad id fossulis, in sinistrum ventriculum amandat. Quod autem reliquum in eo est, per venam arteriosam ad pulmonis enutritionem iam elaboratum tenuiusque redditum, prout pulmonis ipsius substantia expedit, transmittit. Sinister verò vt spiritum fabricaret factus est, qua ratione sanguinem per septum sibi à dextro ventriculo communicatum plurimum excoquit, ex quo, & ex aëte per venalem arteriam attracto à pulmone spiritus nutrituntur & fiunt, qui postea unâ cum spiritoso sanguine per arteriam magnam deducuntur in uniuersum corpus. Ideo ventriculus hic multâ cordis substantiâ circumdatur & crassâ vt perfectissimè sanguinem excoquat. Cordi quatuor sunt vasa totidemque orificia. Vena cava ad dextrum ventriculum refertur, vt sanguinem ei offerat ex quo spiritus postea fiant, & pulmo nutritur, vt dictum est. In basim implantatur cordis quasi recto tramite statim sursum ascendens. Ab eodem dextro ventriculo vena arterialis oritur, quæ sanguinem pulmoni ad nutritionem

offert, factaque sic aspera est quia sanguinem tenuem contentura esset; ne si tenuis fuisset, in pulmonis distensione nimis extenderetur, multumque occuparet loci, proindeque minus aeris pulmo contineat posset: quemadmodum vice versa, in pulmonis compressione nimis concidens, ne aer tam faciliter ad cor propelleretur, obstitueret. Contraria venalis arteria tenuis facta est, ut faciliter aereni attractu exiceret multum, multum etiam in compressione pulmonis ad cor transmiseret, & ab hoc fuliginosa excrementa iterum in pulmones referret. Atque haec a sinistro cordis ventriculo exit per eius basim lato & rotundo orificio, statimque in duos bipartitum truncos, quorum dexter ad dextram, sinister ad sinistram pulmonis partem deducitur. Arteria magna ex basi quasi centro educitur, a sinistro cordis ventriculo prodiens, subque vena arterialis caudice tantisper uno trunco ascendit, donec pericardium excendens in duos diuiditur truncos, quorum unus sursum alter deorsum excurrit, qui spiritum vitalisque facultatem per vniuersum corpus deferunt. Atque arteria haec magna in sui principio arteriali vena adnata ita est, ut crassae ambarum tunicae duraque iunctae Galeno impoluerint, qui eas os existimauit. Porro Aristoteles falsè prodidit pro corporis mole cordis ventriculos variari. Male etiam ascensum a sinistro finiusque ad orificium magnae arteriae, tertium constituit cordis ventriculum. Præter veritatem etiam Galenus arteriae magnae orificium reliqua cordis vasorum orificia amplitudine vincere prodidit, cum causa vena, & venalis arteriae orificia longe illo ampliora cernantur. Atque haec sunt orificia quae cordi insunt, de quorum numero varia inter Anatomicos est sententia. His autem orificeis exortibusque vasorum membranæ quædam præpositæ sunt, quæ materierum regurgitationem in cor prohibeant, aut a corde. Vena igitur causa in exortu a corde quem rotundum habet, circulum habet membraneum, qui in ventriculi cavitatem propendens aliquantulum latus tres a se educit membranas, quamlibet semicirculi figurâ, quæ omnes in cavitatem sinus prominent nulli adnatae parte. A circulo autem membraneo, postquam modicum a corde abscessit antequam in tres illas membranas cesseret, fibrae quædam ducuntur a totâ circumferentiâ, quæ non cordi secundum longitudinem adnatae, sed per se quasi chordæ extensæ, rectæque per cavitatem ad eius mucronem descendentes ei circumquaque implantantur, prohibentque ne membranæ extorsum propellantur. Membranæ autem ha prohibent, ne in cordis contractione sanguis iterum in venam causam retrocedat. Venalis arteria, quia cum causa in officio communicat, eodem modo quo causa circulum obtinet, sed ab hoc duæ tantum exent membranæ. Arterialis vena, & arteria magna, quia a corde materiam in alias partes transmittere debebant, nihil autem admittere; contrario modo sitas omnino habuere membranas. In ipso enim vasis exortu, postquam cor superauit, tria in internam vasis cavitatem foras a corde tubera prominent, quæ in tres desinunt membranas semicirculi figurâ formatas.

quæque sibi mutuò incubunt nulli parti cognatæ, quam tuberibus suis sed in vasis truncum prominentes, ciùsque cavitatem occidentes, ita ut materie à corde exeunti facilè cedant, in vásque suum finant abire, eandem autem in cor iterum regredi non patientur. Duas habet auriculas cor; dextram vnam, aliam sinistram. Dextra à cordis basi supra venam cauam oritur longâ basi, inde sensim contracta in obtusum mucronem, nulli adnascitur parti, infra cordis inuolucrum continetur. Exterior eius superficies lœvis est, & humore obducta, cum distenta auricula est, aliàs concidens plicas aliquas ostendit. Interior verò cavitatem eius respiciens, fôssulas plurimas, ut cor obtinet. Tribus fibrarum generibus etiam ut illud donatur, tenuisque substantiâ & durâ constat nerue àque magis quâm cor. Creata autem auricula hæc est promptuarij cordis gratiâ, ne scilicet cùm cor dilatatur magnâ à cauâ factâ sanguinis attractione, ipsa caua rumperetur, proinde cùm cor distenditur, auricula hæc distenta etiam sanguinem quem continet in cordis ventriculum sinit abire, quo attractionis vis frangatur: contractione autem corde, sanguis à cauâ per distensionem attractus, ne cordis contractionem impedit, aut iterum ad cauam regurgitare tentet, in auriculam fûrsum repetit ab eâque excipitur, ideo tenuis facta est auriculæ substantia ut sequax facilè ad cordis motus fieret. Sinistra autem auricula, dextrâ minor, magisque ad latus recumbens, & magis mucronata, in anteriori sede exortus venalis arteriæ, secundâq; ipsius longitudinem consistit. Hæc cum dextrâ ferè omnia similiâ habet, sed crassior est, durior, pinguedine magis extrâ obducta. Ad idem denique munus facta est ad quod dextra, ut scilicet aëre in attractum excipiat, cumdemque in cordis dilatatione in ejus ventriculum eructet. Cùm autem aër sequacior sit sanguine, nec tantus subinde sit ruptionis arteriæ venosæ meatus, ideo crassior, minórque facta est quâm dextra. Deinde etiam ad præparationem materie rum auriculas factas esse putat Vesal. & pueris multò maiores reperiuntur quâm grandioribus, pulsarque etiam post dissecatum cor in viuis, palpitarque & moueri etiam cessante cordis motu experienciâ se doctum asserit. Iamque spiritalia omnia instrumenta percurrimus.

A. *Hippocrates lib. de corde male id musculum vocat.*

B. *Au. obliquæ.*

C. *Fallop. quamplurimos dicit, qui omnes exeunt à plexu quodam neruoso qui ad basim ipsius cordis est, fitque hic ex pluribus propaginibus à sexto nervorum pari, quod ad sinistrum latus ductum, sinistrum constituit recurrentem neruum, eductis. Nernique ab hoc plexu per basim cordis ascendentibus & tenuissimi facti per totam eius substantiam disseminantur.*

D. *Columb. I. 7. id negat, atque sanguinem à cordis dextro ventriculo in contractione per venam arteriosam in pulmones iactum, postea per cordis distensionem attrabi per arteriam venosam in sinistrum eius ventriculum. At continuanturne hac vasa?*

D E D V R A M E N I N G E,
*membranā caluariae, tenui meninge, cerebri,
& cerebelli numero, situ, forma, inuolutioni-
bus, substantia, & de callo cerebri
corpo, & de septo dextro &
sinistro ventriculi.*

C A P. V.

A. C E R E B R U M principis animæ facultatis sedes, vt cor vitalis, jecut naturalis, existimatur. Motū sensūque præter id omnibus corporis partibus medijs neruis tribuit. Ad quod spiritu vitali plurimo per arterias sibi delato, aëreque hinc inde attracto, his ambobus purificatis, in animalēmque spiritum conuersis, vtitur. Eius igitur vniuersam constructionem nunc prosequemur. Dura membrana seu crassa, ita vocata, quia omnes corporis membranas duritie & crassitie vincat, sub caluariâ sita, omnem eius cavitatem cingit ei adnata vndique, & præter quā vbi pelvis sita est, de qua postea dicemus, & qua parte sui magnam portionem inter cerebrum & cerebellum insinuat, hoc ab illo diuidens. Per suturas etiam capitis fibras quasdam ad externam caluariæ superficiem transmittit: & inter cerebri dextram & sinistram partem, sui portionem falcis figurâ producit secundum totam tertij duræ membranæ sinus longitudinem. Porrò quatuor hæc membrana obtinet sinus C. arteriæ simul & venæ munere fungentes, sanguinem enim plurimum in se continent, pulsantque: horum hic est situs & ratio. Venæ & arteriæ quo caluariam adeunt singulæ per foramina sūi lateris intrant: sunt autem singulo in latere sex venæ & tres arteriæ, quæ ut caluariam penetrauerent, in duram hanc membranam materiam suam deponunt. Incipitque sinus primus ad latus foraminis dorsalis medullæ, & inde occipiti ossi attensus, in posteriora sursum excurrit, usquequo ad eminentissimam cerebelli partem, quæ ossi occipitis contigua est, perueniat; ibi enim cum secundo sinu, qui ab alio latere eodem modo surgit, coit, vnamque efficiunt cavitatem, ex qua mox alij duo extrahuntur sinus. Alius, qui tertius est, caluariæ secundum eius longitudinem attensus, usque ad osseum septum ab octavo capitio ossi in caluariæ cavitatem deductum, ei duræ membranæ parti sculptur, quæ media elatissimâque est inter dextram sinistramque cerebri partem. Quartus sinus ab anteriori parte cavitatis, in quam primus & secundus sinus coeunt, incipit, & super cerebellum inter dextram & sinistram cerebri partem rectâ ad anteriora fertur, nec suc-

sum nec deorsum declinans nec ad latera, ferturque usque ad cerebelli
 finem tantum. Ibi in duas diuidit propagines, quarum via dextro, altera
 sinistro rectiformi plexui, ab arterijs dextrum & sinistrum sinus cere-
 bri occupantibus, continuatur: fitque etiam hic sinus, paulo ante-
 quam in duos hos processus diuidatur, varicosus & reticularis ut arte-
 riæ sinibus cerebri attensa. Atque ab his quatuor sinibus plures in
 conterminas partes producuntur processus quasi venæ, quorum
 alij & sanguinem continent & pulsant, alij sanguinem solum
 seruant, alij pulsant tantum. Et ne sinus hi præmerentur à caluariâ, in
 hac Natura sculpsit cavitates quasdam secundum sinuum ductum, qui
 quidem teretes non sunt, sed veluti triangulares, propter adiacentium
 corporum compressionem. Porro arteriæ non totæ in caluariam absu-
 muntur duram meningem, sed maximus truncus caluariam & duram
 meningem perforans, tenuemque iuxta foramen spinalis medullæ, por-
 tionem quadam tenuis meningis comitatus, per cerebri anfractus retror-
 sum fertur retis modo in plurimos surculos, usque ad humillimam po-
 sterioremque cerebri ventriculi sui lateris sedem. Hic enim modicè
 sutsrum retrorsumque reflexus, posteriorem eius ventriculi partem ingre-
 ditur, & toti ventriculo in anteriora superstratus, tandem unius ex proces-
 sis quarti duræ membranæ sinus continuatur. Ex alio latere idem
 contingit, atque ut hec omnia melius intelligantur figuram hic appinxi-
 mus hac notâ. In qua A. primum significat ventriculum aut sinum
 duræ membranæ. B. secundum. C. C. tertium. D. quartum. E. trun-
 cum arteriæ qui plexum coroidem aut retiformem fingit. F. plexus co-
 roides. G. processus quarti duræ membranæ sinus, plexui continuatus.
 H. H. processus à sinibus duræ membranæ in tenuem membranam &
 cerebri substantiam deriuati. Iam quantumuis sinus hos contineat dura
 mater, nullibi tamen duplicata est, et si Galenus aliter senserit. D. sed
 ubique simplex, præterquam quod ubi cerebello instratur sub cerebro
 crassissima est, idque aliquibus impôsuit. Interna duræ membranæ su-
 perficies omnium splendidissima laevissimaque est, omnique carne &
 adipe nuda, ut & omnia quæ caluariâ continentur, humoraque imbuta,
 terissima, nulliq; adnata parti, nisi medijs processibus, quos in tenuem
 distribuit membranam, ut supra diximus; ne scilicet, si tenui membranæ
 connasceretur, huius vasorum distensionem contractionemque impedi-
 ret: proinde amplior facta fuit quam cerebri moles exigebat. Dura hæc
 meninx ad octauum capitinis os, ubi olfactus organum esse diximus, cri-
 bri modo pluribus foraminibus pertunditur. Dein septem foramina in
 quolibet latere habet, per quæ septem nervorum cerebri paria excidunt.
 Aliud item eius foramen, peluim admittit, & circa hanc singulo ex late-
 re foramen aliud sedet, per quod maximus arteriarum cerebrum peten-
 tium ramus admittitur. Denique maximum aliud rotundumque per
 quod dorsalis medulla descendit, eisque, & nervis ab ea pronatis tuni-
 cam præstat. Extructa autem dura membrana est, ut sinibus suis vasa ad

cerebrum tendentia excipiat, à séque eductis processibus vasorum loco tenuem membranam & cerebrum alat, sibiique colligit, ne hoc concidens cum illa, veniculos opprimat. Fibrae propterea persuturas transmissæ eam sustinent, ne pondere tracta concidat; quæ quidem fibrae, ne etiam ipsa deorsum labantur, extè caluariam exeunte, retrosumque reflexæ, in tenuem tunicam degenerant quæ περιχαρεσία Graece dicitur, quia caluariam extrà obvoluat, quamquam sub hac peristolum caluariam vestiat, ut reliqua etiam ossa.

TENVIS meninx sibi vbiique continua totum cerebrum, cerebellumque, spinale medullam, & neruos omnes proxime inuestit, præter superiorē callosi corporis superficiem. Exterior eius superficies humore oblinitur; tenuis vbiique membrana pluribus vasorum ductibus obsita, quorum ratione præcipue formata fuit, ut mesenterij modo, ea tuto deduceret fulciretque. Præterea ut cerebrum & cerebellum conuolueret contineretque; qua ratione tenuis mollisque facta est ut facile per omnes anfractus cerebri introducatur, non tamen grauet aut premat. Choroidis etiam ob multiplicem vasorum sobolem vocatur.

CEREBRVM ET CEREBELLVM, reliquaque quæ in cerebro numerantur partes, à toto cerebro diuisæ actu non sunt, sed secundum partem solūm, aut colore, situ, figurāque & vsu tantum variant, continua tamen sibi sunt, ut digitii manui. Diuiditur autem cerebrum in anterius & posterius, E. istud, cerebellum vocant, quod dorsalis medullæ initio duobus locis continuatur, ut mox dicetur: illud vero cerebrum solūm dicunt, quod in duas diuidunt partes, dextram & sinistram, quæ quidem elatiōri sede diuisæ sunt, in basi autem cerebri continuantur, vbi callosum corpus est, vbi concameratum, vbi nates, vbi septum ventriculorum, denique vbi spinalis medullæ initium est. Cerebellum undecuplo minus cerebro est, in occipitijs ossium cavitate situm sub cerebro, & super spinalis medullæ initium, & à foramine per quod illa exedit, usque ad medium ossis occipitis tantum ascendens. Eius forma & figura pro circumiacentium corporum differentia variantur, quamadmodum & cerebri, quod reliquam caluariæ cavitatem occupat. Neque enim peculiari egere formâ, quemadmodum neque iecur, aut lien, cum propter ventriculos tantum & neruos factum vtrumque sit. Substantia cerebri pluribus anfractibus, & gyris donata est, quod cum in brutis ut in hominibus similiter habeat, non est quod anfractus illos intellectiois causâ factos cogitemus, quod etiam Galenus impropereauit Erasistrato 8. usque. Facti igitur anfractus sunt ut commode tenuis meninx per eos ducatur, alimentum suis vasis cerebro oblatura, cuius alias tanta moles probe enutrir non poterat; eadēque causa cerebrum in duas dissectum fuit partes, ut huic membranæ per eius medium aditus ad illius vniuersum corpus pateret, quod inde magis innotescit, quod cerebellū, quia minus, non tam profundis anfractibus, sed frequentioribus donatur. Hos vero anfractus versus eius basim conuolutos obtinet quasi

quasi ad centrum, quod quidem centrum cauum existens, vñâ cum cavitate quæ in initio dorsalis medullæ sculptur, quartum efformat cerebri sinum, ad cuius sinus latera cerebellum dorsalis medullæ initio, vno ex quolibet sui latere educto processu satis ampio, continuatur: à reliquo verò cerebro vndique disiunctum est. Anteriori verò & posteriori parte tubera & quasi processus quidam à medio cerebello educuntur, eadem cum eo substantiâ, quorum anterior deorsum & in posteriora reflexus quarto sinui imminet cerebri, posterior verò deorsum etiam & in anteriora curuatus eidem ventriculo incumbit. Hique Scolicodes à Græcis nuncupantur quasi dicas vermiculares, à similitudine quam cum vermis lignorum habent. Galen. vnum tantum nouisse putat Vesal. vñimque eius non bene tradidisse 8. vsup. cùm dicat, meatu à tertio in quartum cerebri ventriculum adeunti præfectum esse: nullus enim illorum eò vsque extendi potest, nec neesse est. Idem Galen. accusat, quod tenuis membranæ portiones quæ cerebellum cerebri testibus colligant, vincula tradiderit esse, quæ utrinque latera vermiciformis processus complectentur, ne forte dum eis mouetur, in obliquum declinet, nam processus hos moueri afferere vanum credit. Porro cerebellum in id efformatum Vesal. putat, vt cum principio spinalis medullæ quartum constitut ventriculum, spiritusque ab alijs ventriculis in illum demandatos arctius exciperet, & in spinalem medullam conduceret, neque enim ab eo vel minimus educitur nervus, neque plurimum duritic à cerebro differt, hoc enī vbi dorsalem medullam à se educit durius ipso cerebello est, dorsalisque medulla sensim durior fit. Cerebelli color flavius cineritiusque est, præter quām in superficie quarti ventriculi, vbi modicūm albescit. Cerebri autem substantia alba est, præter quām circa anfractus, vbi rubicundior visitur, non liquabilis, nec similis alicui alteri, cuiusque propria forma & temperamentum exequendis principis animæ facultatis munij aptum est. F. nullam in se venam aut arteriam excipit nisi eas quæ tenui membranā ducuntur, à quibus alimentum sibi allicit, ob idque ita anfractuosum factum est, & ut tanta cerebri moles melius sustineretur fulcireturque, neque consideret. G. Vesal. autem Galen. 8. vsupart. opinionem non laudat, licet non contemnenda videatur, ob id scilicet diuisum fuisse cerebrum, vt lēsa vñâ parte, alia suo munere fungeretur, vt lēso oculo alter visu seruat.

CALLOSV CORPVS diductâ dextrâ cerebri parte à sinistrâ statim apparet, longius, & gibbum, candicans, ab intimâ cerebri substantiâ vndique enatum, ambâque partes continuans, eis durior. Interna superficies, quæ ventriculos cerebri dextrum & sinistrum respicit concava aut sinuata est: secundum enim eius longitudinem duo ducuntur sius, duobus ventriculis cerebri respondentes, in quorum medio G. septum quoddam est, quod deorsum continuatum tenuius fit, pellucidumque admodum velut cornu derasum, quodque ventriculos duos diuidit, quod quidem septum, quemadmodum nec callosum corpus

nulla vena tunicāue aditur. Callosum hoc corpus præter id quod cerebri partes continuat, testudinis modo eas sustinet, ne grauitate suā corpus quod fornici assimilatur comprimant, ventriculōque primum secundūm, & tertium obstruant: confert etiam, ut per sinus ei insculptos ad latera superioris connexæ superficie i pituita ad peluim deriuetur.

A. Columb. lib. 8. cerebrum præcipuam esse corporis nostri partem præbare nititur.

*B. Ne cerebri diastole & sistole impediretur, aut laderetur hoc cum exten-
ditur si caluariam tangeret nudam. Diastrolem verò hanc aperie vidissi-
pissime cum alijs afferit Columb. lib. 8. Fallop. verò nunquam hanc potuisse
inspicere, etiam in viuis animalibus dissectis, aut magnis vulneribus.*

*C. Hoc falsum esse afferit Fallop. imò nullas omnino arterias ad sinu
duci, sed omnes per substantiam ipsius membranae, & tenuis matris dissemina-
ri: unde motis his, mouetur etiam tota membrana, & subinde eius sinus. In
quibus sinibus à Vesal. etiam differt, pluresque numerat, decem scilicet, inter
quos, duos ponit ad cervicis latera qui à venā quadam à caluaria exente
orti, usque ad septimam cervicis vertebram descendunt, in quo vena qua per
transversos cervicis processus repit tota absimitur, & sanguinem deponit. Et
venas etiam his sinibus duci sanguine plenas, nec in eos cessare & sanguinem
deponere. Columb. lib. 8. voluit sed huic Fallop. expugnat, cum Vesal. afferent,
venas in hos sinus desinere, ex hisque sinibus alios processus educi tanquam vi-
nas, nec unquam potuisse se inuenire venam à sinu distinctam.*

*D. Columb. etiam lib. 8. idem affirmat cum Galeno, & Fallop. idem confor-
mat.*

*E. Quamvis falso Aristoteles crediderit, caput posteriori parte vacuū est.
F. Id falsum esse vult Fallop. ut cap. de Arterijs nota nimis.*

G. Addit. Columb. ob levitatem, ne tam grauaret, & ut facilius moueretur.

*H. Hoc nihil aliud esse. vult Columb. 8. quam duplicitam tenemt me-
ningem, à qua postea ventriculi obducuntur.*

DE CEREBRI VENTRICVLIS, fornice, glande, testibus, natibus, pelui, & de oculo.

C A P. VI.

Cerebri ventriculi. *A.* quatuor censemur, duo antē, quilibet in fin-
gulo latere, unus in horum medio, & quartus post hos omnes
communis cerebello & principio spinalis medullæ. Duo primi in me-
dio cerebri sedent secundūm omnem dimensionem, septo supra narrato

diuisi solūm, ad principium autem & finem, à se maximè dirimuntur, obtusique sunt anteriori parte & rotundi. Posteriori verò etiam obtusi, sed deorsum velut ad priora ductum habent reflexum ut cornu, qui circa principium nerorum olfactus & visus in cerebri inuolutionem quandam terminatur, vt ibi arterias excipiat quas plexum choroidem efformare diximus, & vt per ductum hunc pituita ad infundibulum derivetur. Non tamen in olfactus organum, aut visorium neruum cessat huius ductus mucro, vt voluit Galenus, cuius etiam dogmata plurima huic descriptioni aduersantur. Ventriculorum superficies lœvis est, & humore imbuta. Ambo hi ventriculi in communem cavitatem secundum eorum longitudinem desinunt, quæ est tertius ventriculus. Hic acuti anguli instar aut vallis à lateribus illorum incipit, angulum hic habens, qui declivis deorsum fertur, à cuius decliviiori loco ductus unus & meatus descendit ad infundibulum. A posteriori eius parte non contemnendus, imò præcipua ventriculi pars, meatus educitur, qui inter testes & nates super spinalis medullæ initium ad quartum ventriculum fertur. Ventriculus tertius sursum corpore fornici simili cooperitur concameratúsque proinde & in rotundum concavus est. Ex inferiori parte meatus illius qui à tertio ad quartum dicit ventriculum, quæ primum inter cerebri testes ferri incipit, meatus alias quandoque educitur, qui deorsum per substantiam cerebri in priora excurrit ad eum locum, ad quem eiusdem ventriculi primus ductus anterior terminatur, vt scilicet pituitam uterque in infundibulum deducat. Quartus ventriculus incipit à fine natum, ductus enim tertij, inter testes & nates supra dorsalis medullæ initium, quod à principio testium incipit, excavatus, ubi ad finem natum peruenit, dilatari incipit, amplius excavatus dorsali medullâ, usque è ferè quod caluariam excidit, similisque est calamo scriptorio inciso, cuius mucro ad medullæ spinalis exitum situs esset. Hunc ventriculum superius cerebellum format. Occluditur autem ventriculus hic antè & post tenui membrauā, non autem ea obuoluitur, quemadmodum nec aliorum quispiam, quamuis Galenus tres anteriores eā obuolui existimauerit, quartum verò minimè. In quarto verò & alijs aqueus humor solūm inuenitur, præter quām quodd in tertio choroidem plexum à quarto duræ membranæ sinu eductum deferri in anteriora conspicitur, vt duobus suis processibus, alijs choroidibus plexibus primi & secundi ventriculorum continuetur. Ventriculi hi omnes in id constructi sunt ut aer attractus, vitalisque spiritus & spiritualis sanguis à corde mandatus propriâ peculiarique cerebri substantiæ temperie & formâ in animalem conuertatur spiritum, qui per neruos ductus, facultatēque instructus animali sensum omnem & motum corpori deferat. Ventriculos autem hos intellectus aut rationis gratiâ instructos non audet asserere Vesal. cùm plurima animalia similia omnia in cerebro cum homine habeant.

FORNIX corpus est eiusdem substantiæ cum ventriculis, triangu-

lare, quod à fine ventriculorum dextri & sinistri, ubi isti reflecti ceperunt, ex cerebri substantia, cui continuatur toto posteriori latere, oritur: hinc sensim strictius fit, nullique connatum subiecto nec circumstant corpori, toti tertio ventriculo supertensem usque ad extremum eius terminum in anteriora defertur, ibique cerebri substantia iterum continuatur. Hoc sphericā figurā intus concameratum est, laxe, humorque aspersum, extrā item connexum, laxe, & humidum, sed in eius medio secundū totam longitudinem suam, septum ventriculorum à calloso corpore eductum ei continuatur. Facta fornix hæc est, ut quasi tripos, terno suo lateri suffulta, cerebri molem, septum ventriculorum, callosūmque corpus sustineret, ne tertium ventriculum opprimeret, utque per istum liberè vas retiforme, quod à quarto duræ membranæ sinu educitur, in anteriora excurreret.

G L A N S corpus quoddam est turbinatum pineæ nuci simile, cuius mucro initio plexus choroidis qui à quarto duræ membranæ sinu educitur, hæret substratūrque; basis verò eminentissimæ anteriorique testium sedi potius innititur, quam continuatur in homine, in alijs enim animalibus, testibus continuatur. Huius usum esse non ut occludat aperiātque sinum qui à tertio in quartum dicit ventriculum, quod etiam Galenus improbat, quia non tantum continuere potest ut illum occludat, sed ut multarum glandium modo, vasi huic quod à quarto duræ membranæ sinu educitur fulcrum & firmamentum sit, vult Vesalius, proinde durior est cerebri substantia, & magis ad glandis naturam quam cerebri accedens; ne scilicet vas illud statim ac in tertium excidit sinum, meatum qui ab hoc ad quartum dicit, occluderet, spirituumque transitum ad illum prohiberet.

T E S T E S & N A T E S pars quædam sunt, quæ anteriori parte ubi ductus à tertio ad quartum ventriculum incipit, à cerebro producitur, inferiori quoque parte cerebro continuatur; at superiori, posteriori, nec secundū latera cerebro, aliquiue alteri parti non coniunctur: per huius medium sinus à tertio ad quartum ventriculum excurrit, cuius gratiā præcipue formata videtur, ne scilicet cerebrum suo pondere valde illud quod à quarto duræ meningis sinu educitur, sinum viāmque illam obrueret obstrueretque. Quia verò pars hæc lineam quandam per transuersum excauatam habet, præter lineam per eorum medium secundū longitudinem dehiscentem, ubi testis & nasum latera tangentur; anteriorem ideo partem testes vocauerunt, propter similitudinem quam cum illis habet, & quia ei glans incumbit ad modum glandis penis. Posteriorem verò nates dixerunt, tum propter similitudinem cum illis, tum quia post illam, terminus ductus eius qui à tertio in quartum dicit ventriculum, ano similis videtur.

P E L V I S seu infundibulum ibi situm est ubi duo ductus (quorum unus ab inferiori tertij ventriculi sede, alter à meatu qui à tertio ad quartum dicit ventriculum, educitur) in unum orificium commune

terminatur: Hic enim *B.* tenuis membranā quæ cerebri basim cooperati modicum deorsum ab eâ abscedit, processumque à se creat peluis modo, eiusdem cum cā substancialē, pluribus tamen venis contextum. Græci χαράδριū dicitū, propter similitudinem figuræ yslusque cum infundibulo. Huius infundibuli extrellum orificium glandulae cuidam insidet, quæ sinu proprio in caluariâ sibi insculpto pene quadratō excipitur. Eiusdem est natura cum alijs glandulis, sed durioris substancialē infrā conuexa, suprā verò excauatum sinum habens non rotundum sed fere quadratum, quo infundibuli os excipitur; huic glandi superinuestitur tenuis membranā aut ab extremo infundibuli orificio producta à tenui meninge, aut à tenui membranā caluariam eo loci obducente ubi dura mater ab eā abscedit. Caluariæ autem affigitunglandula hac mediā membranā & duabus insignibus soporalium arteriarum propaginibus quæ ei attenduntur, quarum etiam gratiā videtur generata, vt eas fulciat aliarum glandularum more. Porro ad huius glandis latera deorsum utrinque duo excauati sunt canales; alter ad interiora repit, definens in foramen quod secundum cerebri neruorum par deducit: alter ad posteriora vergit, & in rimam desinit quæ ad latus foraminis existit, quo soporalis arteria insignis ramus ingreditur. Omnia autem hæc ad pituitæ à cerebro excretionem facta sunt. Vesal. autem non admittit cum Galeno os cuneiforme cerebri modo perforatum & spongiosum esse, neque duabus squammis obductum vt pituita per illud excoletur. Neque per processus qui ad nares deriuantur, eandem pituitam ad nares expurgari: cùm processus illi excauati non sint, neque putat in homine bene habente pituitam ad nares fluere debere, sed in quibus superfluus multum humor est, quemadmodum & per foramen dorsalis medullæ quandoque excidit pituita, cùm plurima est. Quæ præterea Galenus de plexu mirabilis aut reticulari dixit omnia ficta credit Vesal. rēinque vt antea exposuimus habere solūm dicit.

O C V L Y S C. pluribus constat partibus: diximus de palpebris, & musculis in precedentibus: nunc reliquias persequamur. Centrum eius à Crystalloidi seu glaciali humore *D.* occupatur, qui ita vocatur ob luciditatem, vt cumque concretus est, nec vt alij dissiliat, non omnino rotundus sed ovalis, & ad latera longitudinem habens suam; laevis lubricusque. Anteriori parte eius medietas, tenuissima lucidissimaque obducitur tuniculâ, eadēmque durâ, & transparenti quam à similitudine quam cum aranearum telis habet *επαγγελτὴν* Græcis vocatam credit Vesal. Posteriori alia crystalloidis humoris medietas ab eā tuniculâ non cingitur sed humore vitro cingitur, qui lucidus est, vt gelatum vitrum sed non tantum vt crystallinus; hoc etiam mollior, quique à corpore educitus statim solvit. Huic insculptus in anteriori sede sinus est cui crystallinus humor insidet, posterior autem facies gibba est & rotunda, multumque humor hic quantitate crystallinum excedit: reliquum verò quod à crystallino in anteriori vitrei planicie non occupatur, tunica

quadam cingitur, de qua infra dicemus. Posterior autem vitrei superficies cingitur aliâ tunicâ quam opticus nervus ex se producit; vbi enim ad oculum peruenit, tenuis tunc factus, ad modum involucri plurimas venas arteriasque mutuans usque ad medianum oculi excurrit partem, ambiguntque aliqui an tunica dici debeat, sed à Galeno & vñsp. & de Plac. Hipl. & Plat. ita vocatur. Hancque à venarum forsan & arteriarum texturâ ~~appropiante~~ Græci vocauerunt quasi reticularē dicas, et que substantia similis cerebri substantiæ liquefactæ, aut mucori cuidam.

A tenui membranâ comitante opticum nervum, vbi hic in oculum implantatur, alia fit tunica' quam vueam & ~~φαροιδη~~, & ~~φάρα~~, à similitudine quam cum vuarum folliculo habet, & ~~χρωτι~~ quia à tenui membrana educitur, vocant. Hæc totum oculum inuestit, nulli parti cui occumbit connata, laevis internâ superficie, externâ autem, quia à dura meningे plurimas fuscipit venas & arterias, aspera; & proinde tunice à durâ meningे educata hac ratione alligata est usque ad anteriorem oculi partem vbi maior circulus, qui iridem constituit, appetat: ibi enim vuea, à cornea intrò abscedit, foramenque habet in medio quod pupillam efficit. Hæc tunica usque ad maiorem circulum seu Iridem, qua scilicet cornea alligatur, nigra est: vbi autem ab hac abscedit & Iridem constituit, varia visitur, cæsia, glauca, aurea, nigra, &c. Inferiori autem superficie varios habet colores tunica hæc, sed eodem modo variegatos in omnibus hominibus: posteriori enim parte primum alba, dein viridis, tandem cœrulea est usque ad medium quo posterior pars ab anteriore diuiditur mediâ quadam tunicâ, de qua nunc: anteriori enim parte tota impensè nigricat. Ab eius tunica medio secundum circulum inter anteriorem & posteriorem partem tunica una ducitur tenuissima, clarissimâque, quæ rectâ pergens vndique inter vitreum & aqueum humorem medians tanquam septum, (ob quod maxime videatur constituta) tandem crystallinum humor tanquam in linea per medium circuit, eique adhæret. Hæc propter filamenta tenuissima ab vuea ducta à quibus fit, pilis superciliorum comparari potest: Voca autem tunicam si velis. A durâ meningे opticum nervum concomitante una fit tunica crassior ipsâ membranâ, obscuraque ut illa usque ad Iridem, hic enim cornu derasi modo pellucida fit, & in squamulas etiam solubilis, ideo ~~κρεατοσιδη~~ dicta, aut cornea. Hæc sine alicuius medijs corporis interuentu toti vueæ venarum & arteriarum processibus alligatur & eidem in Iride maxime adnascitur. Quæ autem cornea conspicitur in Iride ab vueâ satis amplio interuallo abscedit, quod interuallum simul cum illo quod inter anteriorem chryſtallini humoris sedem & pupillam consistit, aqueus humor implet, tenuis, fluidus, pellucidusque aquæ modo, ideo ~~υδατρειδη~~: Græcis, nobis aqueus dicitur. Hunc aliqui albugineum vocant, male albumini ouorum conferentes. Dimidij E. etiam globi speciem refert dum in oculo continetur, cuius convexa superficies ad corneam spectat, plana autem ad tuniculam medium, inter-

hunc & vitreum, in cuius medio etiam crystalloidis medium excipitur. Cornea autem tunica præterquā in Iride, vbiique aspera est, vt cui septimus oculum mouentium musculus adnascitur, reliquorūque muscularum neroſa tenuitatem implantentur. Tunica deinde quam adnatā & coniunctiuam & coniunctinam vocamus, vsque ad Iridem ei validissime adnascitur. Hęc verò Græcis *συντετρούντη*, ac si dicas adhærens, vocatur, & alba, à colore: tenuisque est, illi continua quæ palpebrarū internā superficiem obducit, & vsque ad Iridem solūm corneæ adnascitur. F. Porrò visā oculi constructione, facile erit legenti Gal. 10. Vsup. partium commoratarum vsum discere. Vesal. enim in vnu harum partium non sibi satisfacit. Et sic peregimus, fauente superno numine, omnium rerum conditore, piissimōque cōseruatore, opus hoc, ad gloriam & laudem eiusdem Omnipotētis in intelligibilis à quo omnia, de quibus hic actum est, creata sunt, & nos earum cognoscendarum vt cumque facultatem obtinuimus, eidēmque propterea immensas gratias agimus.

A. *Hos ventriculos tenui meninge obduci contra Vesal. vult Columb. 8. tēsque superiores vocat, & aërem qui per nares attrahitur, in canitate cunealis aliquandiu detentum, tandem in os deduci, & cum vitalibus spiritibus mixtum animales spiritus generare afferit.*

B. *Hinc tenuem membranam ascendere ad cerebri ventriculos vult Columb.*

C. *Columb. lib. 11. Galenum & Vesal. taxat quod hi bellinum non humanum oculum describant, proindeque in eius descriptione errare.*

D. *Fallop. unam glandulam superiore in parte anguli interni collocat, crystallinūque humorem posteriori parte sphericum esse ait, viresque propriam habere tunicam, & crystallinum: illamque quam Vesal. medium inter crystallinum & aqueum interponi dicit, non tunicam dicendam esse, sed ligamentum quod vnam crystallini tunica coniungit. Denique aquenū humorem à Galen. & Aeti. albugineum vocari.*

E. *Columb. lib. 10. multò pauciorē hunc esse vitreo dicit, & quasi excrementum, quia vis à vulnerē pene totus effusus, iterum renatus est, & instaurata visio. Sed an non renascitur & caro, quam tamen nullus excrementum dicit?*

F. *Columb. lib. 10. inter hanc & corneam usque ad Iridem, aliam tunicam constituit, quam ab extremitatibus tendinum muscularum oriri dicit, ab alijs anatomicis non cognitam.*

F I N I S.

Laus Deo Virginique Marie.

Q V I D?

A. H. G. (Continued) I have made up a copy of the original contract at V. City, and I can assure you that it is a good one. It covers all the bases, makes no mistakes, & is certainly a good model for any other city or town to follow.

-erum dux & civitatis regis, quod inter omnes, ut etiam
-et in hoc, huiusmodi, quod est, sed in hunc modum, ut
-est, ut in aliis locis, etiam, quod est, et in aliis, ut

... que en la otra parte de la tierra se ha de mandar. Y el que no lo haga, se le mandará a la prisión.

• FINIS

Paul DeLuzio and Yvonne

G A I V G

FRANCISCI
S A N C H E Z
DOCTORIS MEDICI
& in Academia Tolosana
Professoris Regij.

TRACTATVS PHILOSOPHICI.

BRUNNEN
S A N C H E S
D O C T O R I S M E D I C I
Eduardus Tolomeus
Bolognensis Regij.

D U C T A L Y P H I L O S O P H I C Y



3

FRANCISCI SANCHEZ,
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA
Professoris Regij.

DE LONGITUDINE, ET
BREVITATE VITÆ, LIBER.

C A P . I.

DE longitudine & breuitate vitæ adeo longè, breui-
terque differuit Aristoteles, vt mirum sit tantum
philosophum tam indignè rem hanc tractasse. Bre-
uiter autem tractauit, quia paucis, quia confusè,
quia mutilatè, quia absque methodo: longè verò,
quia de inanimatorum interitu, non solum natura-
lium, sed & artificialium, quinimo & accidentium
quoque, prèter institutum omnino, prolixius quām
de instituto egit. Quid enim lōgitudinis & breuitatis vitæ causas inqui-
renti, eorum quæ vitâ carent, diuturnitatis, corruptibilitatisque contem-
platio ad rem est? Quod autem paucis, confusè, mutilatè, & absque ylla
methodo, diuturnæ, aut breuis vitæ rationem persequutus sit, patebit ex
collatione sermonis eius cum nostro hoc. Quò ergo recto ordine, perspi-
cuaque methodo, oratio nostra deducatur, obmissis omnino inanimatis,
ad ea quæ vitam agunt, acieñ conuertamus, quāramusque cur horum
nonnulla in longum æuum producantur, alia contrà citissimè morian-
tur.

C A P. II.

SANè nisi quid sit vita, à quibúsque causis fouetur, & à quibus offendatur, quæque illâ prædicta sunt, & quæ contrâ destituta, cognouerimus, frustra de eius longitudine, aut breuitate inquiremus. Tractatum autem alibi est ex professio de vita: dicemus tamen nunc quod propositæ quæstioni conuenire videatur, à concessso Peripateticis principio exordium sumentes. Id est, Non omnia viuere sub cælo, sed quædam viuere, alia autem non. *a* Viuunt autem quæcumque animâ prædicta sunt; *Ani. I. 1.* non viuunt quæcâ carent. *b* Animam verò possident duo rerum genera, *mag. mor. 4.* Plantæ, & Animalia: cœtera omnia, inanimata dicuntur, & sunt. Nobis *b Arist. I. de Plantis I.* lior autem est animalium anima, quâm plantarum; quia hæc e nutriendi, *c Gal. I. Fac. nat.* augendi, generandique tantum facultatem habent, & que ad has consequendas actiones inferuiunt: illa verò præter has, & sensus, & notionis *Arist. 2. de Ani. I. d* Homini verò omniū animalium præstantissimo, supernaturalis Diuinâ *d Arist. 2. de Gen. an. 3.* origine concessus est animus, qui supra reliquarum animalium virtutes, rationem intellectumque obtinuit. Hic quemadmodum in sui generatione à materia nil habuit, sic cum materia in corruptione non communicat; sed separatus per se, & immortalis manet, post corporis destructionem. Illæ verò sicut materiam suæ existentiæ causam habent, ita & corruptionis, neque absque illa persistere possunt, sed simul concidunt. *e Arist. 2. de Ani. t. 27.* Primam verò simpliciorem, & quasi aliarum basim, vegetatiuam & altricem ab officio vocant: *e* secundam, à superadditis facultatibus, motricem & sensitivam: tertiam denique ab excellentissima potentia, rationalem seu intellectuam. Hæc cùm ita ab Aristotele & eius sequacibus statuantur (nos enim quid de his sentiamus, in Rerum examine diximus) *2. de Part. ani. 7. &* esse alere, & mouere, ignemque animam esse non posse, & animam viuendi principium esse, & plurima alia his similia afferat; nescio *lib. de Ani. z. t. 37. 47.* quid illi in mentem venerit hic, quod ignem, & omnia alia ali affirmet, excrementaque inde produci, & excrementum nutritio contrarium esse, vt scilicet probet ignem corruptibilem esse, etiam eum quilibet sphæræ concauо vicinus est. Nam primò ignem ali, & reliqua, absurdum est, nisi omnia animata dicere velis. Quod si vulgus deceptus similitudine, absumpto oleo aut cerâ depasci ignem dicat, nutritique non tamen decuit philosophum cum vulgo turpiter sentire. Et quamvis ignis id permetteremus, aquam tamen, aërem, terram, ferrum, adamantemque ali dicere non fas esset. Præterea, demus omnia nutriti, quid opus illi fuit currere ad excrementum? Nonne clarius, facilius, certiusque ab alimen- *f Arist. 2. de Anima 4.* to contrarietatem cum nutritio traxisset, quâm ab excreto? Certum enim est, vt idem falibi credit, alimentum alto ea ratione qua utrumque

tales dicitur, initio & priusquam in nutriti naturam concedat, contrarium esse. Excrementum autem non contrarium, sed potius extraneum est. Contrarietas enim praecipue in qualitate spectatur. Atque in hac altum cum nutrimento pugnat vinciturque. Excrementum vero cum victo aliamento, cuius pars erat, contrarietatem qualitatum depositum, substantiam autem & materiam, ut ita dicam, inutile est nutritioni, proindeque excrenitur. Veluti quidem foenum & palea, non quia contrarias admodum habent homini qualitates, ei alimentum esse non possunt: magis enim Pepo frigore suo homini aduersatur, sed quia nimis compactae sunt materie. Eadem ratione & ossa, & bubula, aut suilla cruda nunquam in alimentum homini quantumcumque Diogeni facebat. Excrementum itaque minus nutritio contrarium est, & obscurius quam alimentum. Quod ipse etiam Aristoteles innuere videtur, ait enim, excrementum *hoc libro*. contrarium esse, & reliquias esse prioris, scilicet alimenti. Si ergo, quia excrementum pars est alimenti, ideo est contrarium, magis itaque alimentum. Propter quod enim unumquodque tale, & illud magis. Præterea, ignem qui in concau lunæ est, excrementum facere, est impossibile. Aut enim ex alio corpore excrementum facit, aut ex suo ipso. Non ex alio: non enim habet ex quo. Alias enim vanum esset argumentum tuum, quod supponit, ibi non esse contrarium. Quodcumque enim ibi corpus sit, non potest non ei esse contrarium. Nam unumquodque elementum omnibus alijs tribus vnam saltem qualitate contrarium est. Mixtum autem multò magis. Tum vero præcipue, quia quodcumque corpus ibi esset, si ex eo excrementum fieret, eā solū ratione contrarium esset. Actio enim fit inter contraria, & transmutatio, ut hic ait Aristoteles, ex contrario fit. Non ergo ex alio corpore excrementum facit. *1. de Ortho. & int. 7.* Minus vero ex suo. Nil enim agit in seipsum. Et quomodo cumque faciat *1. Ort. 7.* excrementum, facit ex contrario, si demus Aristoteli quod vult. Ab alimento ergo, aut omnino a corpore ex quo fit excrementum, contrarium ratio melius trahetur, quam ab excremente ipso. Adde quod excrementum duplex est, aliud benignum seu utile, aliud non tale. Benignum *1. de Gener. ani. c. 18.* est, & quod ventriculus, hepar, & venæ, præter id quod sibi seruant, ad reliquias partes nutriendas demandant: & adeps, & lac, & sanguis qui ad vitros mittitur educando fœtui, & fœtura ipsa, genitura, seu spernia, ut infra hoc libro innuit Aristoteles, & medici nostri testantur. Nullum *Arist. cit.* autem horum contrarium est nutritio. Nullum contraria alimentum est quod contrarium non sit eidem. Sed mittamus nunc Aristotalem, cui præter supradicta ostendimus in Rerum Examine, nullum esse ignis elementum, reuertamurque ad vitam.

C A P. III.

EX ijs quæ superiùs dicta sunt, colligere quis facilè possit, vitam ab anima pendere, nec animam sine vita, nec vitam sine anima stare

posse. Nec tam enī una altera est, quemadmodum nec solis lux idem cum Sole, nec umbra idem cum corpore. Dicimus enī nos vivere, quia animam habēmus; non verò animam habere, quia vivimus: hac loquitione nimis rūsticis ostendentes, animam, vitæ esse causam. Nil autem sūrūp.
a. 9. Ethic. 9 sius est causa. Nec vita, anime facultas aliqua est. **a.** Omnis enim fa-
Gal. 1. nat. cultas propter actionem aut operationem aliquam est. Vita autem pro-
facul. pter nullam actionem aut operationem priuatim, sed omnes propriū il-
lam; illa autem propter ultimum compositi finem. Neque etiam actio
2. Ani. 1. 1. est, ut alicubi censuit Aristoteles & Galenus lib. de Vsu respiratio. & 9.
Politi. 3. &
6. Mora. Meth. & lib. de Maraf. **b.** Omnis enim actio à facultate aliqua fit, ad
Nico. 9. vitā autem nulla est facultas, sed omnes propter illam agunt, & sunt. Prz-
b. Arisf. 2. terea, actio accidens est animæ: vita autem, de essentia. Id c. ille etiam
Ethic. Eu- vidit, dum in animæ definitione, non actionem, sed vitam inuoluit, ani-
demi. Gal. 1. mam dicens actum esse corporis phisici, organici, potentia vitam ha-
Nat. facult. bentis. Neque verò impossibile est, alicui aliquid accidens esse, cuius
c. Arisf. 2. de
Ani. 1. 1. causa de eius essentia sit. Risus enim, actio est, accidensque ab homine
separabile; risibilitas autem, de essentia: & in vniuersum, omnis actio
accidens est, à facultate tamen aliqua fit, quæ de essentia est. Sic actio
animato accidens est, vita verò de essentia. Neque obstat quod risus ab-
2. Ethic. esse possit homini, non tamen actio viventi, id enim ex accidenti est. In-
ad Eudem. super actio motus est; vita verò, quies. Patet. **d.** Cōseruatio enim quiete
d. Gal. 1. eget: acquisitio verò, & deperditio, motu. Nec enim quis laborat ad ea
nat. fac. quæ possidet. Vita autem post generationem possidetur. Præterea, om-
Arisf. lib. de nis motus finitus, à quiete incipit, & in quietem terminatur. Vnum-
spiritu. e. I. Phisic. quodque enim fit ex suo contrario. **e.** Generatio autem & corruptio,
sine motu non fiunt. Motus ergo quo itur à non vita ad vitam, vitæ
adeptâ, quiescit. Ille item quo à vita ad non vitam, à vita incipit.
5. Physic. & Vita ergo quies. Ad hæc, motus in tempore fit, vita in' instanti.
10. Ethic. Eodem enim instanti quo animatum genitum est, vita etiam est. Gene-
5 Phys. 1. & ratio autem in instanti fit: actio verò in tempore. Amplius, quidquid
8. Phys. 7. inter duos contrarios motus, mutationesq; intercedit immediate, quies
est. Generatio verò, corruptioni contraria est: illa enim mutatio est à
non ente ad ens, hæc ab ente ad non ens. Quorum autem motuum &
mutationum termini sunt contrarij, & ipsa contraria sunt. Ad genera-
tionem verò & corruptionem requiri motus, superius diximus. Motus
verò ad animatum, vitæ terminatur: ab animato autem ad non anima-
tum, corruptione & morte. Quod ergo inter generationem animati &
eiusdem corruptionem intercedit, quies est. Vita igitur quies, non actio.
2. Ani. 4. Nam ea intercedit. Præterea, viventi vita est esse. Elle autem perfectis
2. Celi. 12. entibus quies est, (ei enim quod optimè habet, inquit Aristoteles, non
est opus actione) & in vniuersum cuilibet enti: si enim ab ente mo-
Præd. actio. ueantur, ad nihilum tendent. Melius ergo est quiescere. Denique, actio
magis & minus suscipit, vita autem nullo modo: ex quæ enim vivit for-
mica atque homo. Ex his itaque, quæ ab ipsomet Arisf. desumpta sunt,

rationibus, aduersus eum quis inferre possit, vitam non esse actionem, sed *lib. de spiri-*
 potius quietem. Quod etiam ipse videtur alibi animaduertisse, cum di-
 xit, generationem esse primam altricis animæ cum calore communio-
 nem ; vitam autem, illius mansionem : mortem denique, caloris restin-
 ctum & marcorem. Quæ quamvis omnia non rectè dicta videantur, vt
 statim ostendemus ; vitam tamen, mansionem benè vocavit, veritatem ^{8 Metha.}

nimirum eminus & inscinter prospiciens. Id ipsum quoque alibi de *ult.*
 quorundam sententia dixit idem, quamvis paulò diuersis verbis, viuere
 scilicet esse compositionem coniunctionemque animæ cum corpore.
 Quod si licet miscere sacra profanis, (licet autem à summa veritate, ve-
 ritatem poscere) vitam quietem esse, non actionem, clarè conspiciemus.
 Viuit enim Deus benedictus perfectissimâ vitâ, imò ipse vera est vita;
 vita autem nostra, vitæ umbra est, ventus, potius continua mors. Vulga-
 ria sunt hæc in sacra pagina, *Vino ego, viuit Dominus, ego sum vita.* At in
 Domino omnia quies, nulla actio, nullus motus, *Ego Deus & non mutor,*
Ego sum qui sum. Estle Dei non tempore mensuratur, sed totum præsens,
 totum simul est. Quid autem hoc aliud est quām perfecta quies? Ergo
 vitam actionem esse non posthac dicemus, sed quietem, aut saltem in
 quiete consistere. Quod si actio non est, multò minus opus fuerit, vt ^{a 2. Ethic.}
 voluit alibi *a.* Arist. & *b.* Galenus, & *c.* quidam ex neotericis eos ^{ad Eudem.}
 sequuti. Opus enim aut factio est, vt ædificare; aut factio finis, vt do-^{b 1. natur.}
 mus ædificationis. Ad vitam autem nulla est factio. Quod benè etiam ^{c Cardanus}
 dixit alibi, *d.* Arist. vt inde colligas in eius verbis contradictionem. Fa- ^{de subtil.}
 ctio enim accidens separabile est, ad extra protenditur, organis internis, *d. i. Polit.*
 & externis instrumentis eget, opere sensui manifesto extra artificem ter- ^{3.}
 minatur. Huiusmodi fuerit architectura, cuius artifex architectus; fa-
 ctio, incisio, diuisio, compositio; organa interna, manus; instrumenta ex-
 terna, serra, malleus; opus, domus ipsa. Vitæ autem nullum horum con-
 uenit. Nec enim separabilis est ab animato, neque extra id tendit, nec
 organis, nec instrumentis exercetur, nec denique opus manifestum extra
 animatum edit. Quot autem sunt quæ viuunt, nec tamen aliquid fa-
 ciunt, aut operantur? Plantæ omnes semper viuunt, nunquam operan-
 tur. Animalia item omnia, dum dormiunt, viuunt; nil tamen faciunt. *Vivere.*
 Qui etiam vitam conseruationem dixerunt instrumotorum, quibus ani-
 ma in corpore vtitur, prius posteriori postposuerunt. Vita namque con-
 seruationem præcedit. Conseruatio enim rem factam supponit: vita si-
 mul fit; & est ea quidem per quam instrumenta conseruantur, non ipsa *Scaliger*
 conseruatio. Hæc vt benè vidit ingeniosus quidam, non tamen vita ra- ^{exerc. 202.}
 tionem perfetè explicuit, quamvis ad veritatem maximè accedat. Pri- ^{5. de subtil.}
 mum enim, vniōnem animæ cum corpore dixit. Sed vniō dicitur, aut
 medium, quo duo vniuntur; aut vniendi actus. Neutro modo vita vniō
 dici potest. Medium namque inter corpus & animam calor est: vnien-
 di actus, generatio. Vbi deinceps anima iuncta est corpori, vniita esse di-
 citur, non vnit. Ideo enim verbum vniōnis, compositionis, coniunctio-

nisque rei cimus, quamvis ad rei naturam plurimum appropinquant, quia in, iō, verba actionem inuoluunt. Sed eiusdem incontaminata ostendit, & illum vacillare, & vitam unionem non esse. Subdit enim paulo post vita est actus anima in corpore, id est vis eius per unionem virisque. At unio non est per unionem. Sed nec adhuc bene. Non est vita actus, non vis. Nam non actus corporis viuendo apti. Id enim anima est.

Arist. 2. Non animae: nam ab aliquo alio praeter animam educerent. Actus enim omnis aut ab extra venit ut anima nostra; aut ab alio suscitatur.

Gen. ani. 3. quām eo cuius est actus, ut calor in ligno, ab igne; anima in equo, à patre & Sole; in mure ex simo genito, à Sole. Vita à nullo alio praeter ani-

9. Metaph. 16. mam. Ad hæc, si animæ actus esset, in anima utique esset, quod Arist.

quoque dixit. Sed id & falsum est, & ab eo qui hac assert, refellitur. Ad-

3. Phys. 1. lib. de som. de quod actus perfectio est eius quod potentiam ad eum habebat, &

omnino eiusdem sunt actus & potentia. Anima ergo potentia vitam

& vigil. haberet. At ille dicit corpus organicum potentiam vitam habere. Corpo-

5. Phys. t. ris igitur, non animæ, erit actus vita. Præterea, actus, quemadmodum &

48. 2. & actio & motus, non eius unde fluit, sed in quo definit esse dicitur, & in

3. Ani. eo. Si ergo voluit ab anima produci vitam, ut actum, in corpus (id au-

tem videtur sensisse) dicendum fuerat, actum esse corporis ab anima.

Sed nec hoc verum est. Quemadmodum enim nunc & ipse, & nos Ari-

stoteli succensebamus, quod vitam in anima esse diceret, sic ille nunc re-

prehendendus venit, quod in corpore eandem ponat. Corpus enim

Lib. de som. tunc viueret, non anima, non animatum: quod falsum est. Amplius,

& vigil. eiusdem rei duo actus esse non possunt. Corporis autem potentia vitam

habentis actus est anima, ut paulo ante dicebamus. At anima non idem

est quod vita. Scio quidem nonnullos distinguere actum in primum &

secundum, & quidem malè: sed de hoc alibi latius. Non igitur anima,

neque corporis actus est vita. Non etiam vis. Omnis enim vis aliquid

agere nata est. Vita nihil agit omnino. Quæ enim in animato fiunt, ab

anima fiunt in corpore, & ipsa quoque vita ab ipsisdem fit, aut certè fiuit.

Quare neque vita anima est, neque animæ vis, neque facultas, nec actio,

nec factio, nec opus, nec actus, nec unio, nec conferuatio.

C A P. I V.

a Arist. 3. ansi. 12. Gal. 2. nat. fac. b Scaliger. **F**EELLIT autem illos qui vitam actionem aut operationem dire-

frunt, quod dum animatum viuit, a. in perpetua sit actione, nutritio-

ne scilicet, & ea maximè innotescat. At nos contrà ex hac eadem, vitam

actionem non esse colligimus, sed in quiete confistere. Motus enim

omnis, etsi non ob quietem fiat, vt b quidam perperam dixit, quiete tamen

terminatur. Quod autem non propter quietem fiat motus, hinc patet,

quia nunquam fieret, nunquam inciperet. Nil enim mouetur ad id

quod habet. Omnis autem motus, à quiete incipit. Non ergo moueri

opòrtebat

operebat, si propter quietem motus esset: cum ante motum quies adsit. Sed dicas, quietem non esse puram motus priuationem, sed habitum quemdam. Primo aduersaris numini tuo Aristoteli 8. Physic. c. 1. & 5. eiusdem 6. Deinde falsum est. Nunquam enim pura aliqua priuatio datur. Et cœcitatem dici etiam habitum: quod absurdum est, & contra Arist. lib. de som. & vigil. Nullus enim est qui per cœcitatem intelligat aliud quam vius defectum. Quem enim quæso habitum induxit qui oculos alicui eruit, aut abscedit brachium? Fœlices ergo iam cœci, & mutili, quibus aliquid acquiritur, & quibus subripitur pecunia, & cunuchi. Fœlicissimus in summa miseria sua Iob, qui tot rerū priuationes lucrificerat: quinimo & mortui. At de hoc, & de priuatione quæ principiū dicuntur, latius in Rerum examine. Nunc autem, motum ob quietem fieri, absurdè cogitasti: sed decepit te demonstratio ex principijs præceptoris tui tracta: Finis perfectior esse medijs quæ ad eum: quies finis motus est: perfectior ergo motu. Quare non pura priuatio. Sed ex maiore dubia; minori æquiuocâ, conclusionem elicis falsam. De maiori diximus alias. Nec enim puto cœcitatem & tenebras, motu quo utrumque inducitus, perfectiora esse: cum nihil sint. Quies autem dupliciter finis dici potest, *Arist. 2.* vel ut terminus motus. Id verum est. Sed tunc non est perfectior. Aut ut *Phys.* causa finalis propter quam. Id falsum est. Et illud quoque falsum est, quietis sensum haberi, tenebrarum vero minimè. Eodem enim modo quies, quo tenebras, sentitur, per defectum scilicet habitus contrarij. Videlicet enim rem quiescentem, quietem vero ratione colligimus, quia non mouetur quod videmus: tenebras autem comprehendimus, quod res visiles non videmus, cum tamen in promptu sint. Error ergo inde manauit, quia omnis motus ad aliquid fit, quo adepto, sequitur statim quies. Qui itaque Paristios petebat, non ut quiesceret, petebat: nam stultus esset cum quiescas, ut quiescas moueri, ut Cineas Pyrrho subdolè ostendit: sed ut Paristios commodi causâ obtineret: quibus obtentis, finitur motus. Sic ignis calefacit lignum, aerem, non ut quiescat a calfactione, sed ut calorem imprimat suum, sequitur; quo facto, quiescit. Generat quoque homo, ut hominem producat, eoque producto, cessat generatio: sed non ob hanc cessationem generauit ille. Perperam itaque ille habitum qui motu acquiritur, eumque terminat, cum motus terminos, & priuatione, quæ ad illum necessariò sequitur, confundit. Est ergo quies simplex motus priuatio, à qua tanquam à termino à quo, non tanquam efficiente, incipit motus; & in quam tanquam in terminum necessariò desinit, sed non ad quam, tanquam ad finem aut finalem causam. Differunt *Phys. 2.* & enim terminus & finis, quod ille necessariò rem sequitur, causa non est; 8. hic & causa est propter quam, & non necessariò sequitur. Exemplum est in artifice qui domum struere nititur, si in media structura cesset, motus quidem terminum obtinet; finem, nequitam: & in natura, quæ semper perfectum producere tentat, non semper asequitur, sape fine frustratur, nunquam tamen motus termino: ut cum puerum gignere volens, puel-

lam, aut etiam molam format; generationis quidem terminum vidit, finem autem, minimè. Misericet me iam miseri Aristotelis, si omnis motus propter quietem sit: cui cœli perpetuo mouentur nunquam habitui quietem. Imò misericet horum magis, iam omnino fessorum anhelantiūmque. Sed ad vitam redeamus, ostendamusque ex his quæ dicta sunt, eam potius quiete consistere, quam motu, actionēmque neutiquam esse. Si enim quies finis sit motus: & actio motus sit: actionisque finis quies: & perpetua actio, scilicet nutritio, animatis insit: sanè vita quies erit. Propter vitam namque nutritio est. Non contrà. Si verò motus finis non sit quies, sequatur tamen hæc necessariò ad illum; & habitus qui motu acquiritur illiūsque finis est, motus nō est, sed ad quietem potius vergit: nutritiōque propter vitam sit. Erit sanè vita nutritionis finis, subindeq; actionis. Quare non actio, non eius pars, potius quies. Quod autē nutritio propter vitam sit, nō contrà, patet communī omnium consensu: nisi quis Epicureus sit, aut quiuis alius, qui viuere nos vt comedamus putet. Viuere, præterea, esse est animatis, vt antea dicebamus. Esse autem est fundamentum omnium actionum. Quare nutritio à vita est propter vitam.

C A P. V.

Si ergo vita non est actio, non actus animæ, non opus, non factio, non vis, non vnio, non in anima, non mansio calidi in humido, non conseruatio instrumentorum: neque tamen sine his omnino est: videndum iam nunc est quid illa sit. Repetēdāque sunt quæ suprà dicebamus. Scilicet viuere animata, non alia: idque cum primū anima in corpore est, deincepsque usque ad mortē: animatorūmque viuere; aut vitam, esse illorum esse: animam non viuere, nec corpus. His ita suppositis, constat vitam non sine anima esse, nec tamen cum illa sola: non sine corpore, nec tamen cum eo solo manere posse. Viueret enim utiq; anima equi sine corpore, & esse posset sine illo, si id verum esset. Quod enim vivit, per se esse potest. At iam tunc non esset anima, sed animatum, & equus. Quæ omnia falsa sunt. De corpore, quod non sine anima viuat, idem dicendum est. Viuerent enim aliter omnia corporea, quod est contra supposita. Quare Ariſt. 1. vita ab anima corpori mixta manat immediate, ab utroque conjuncto ani. 3. & principium habens, sed originis causam ab anima. Quemadmodum omnia quæ in animato sunt & fiunt, ab anima principium ducunt, suntq; & perficiuntur per corpus. Neq; verò anima vnta esse potest corpori, quin illico adsit vita; quemadmodum nullo modo hæc adesse potest, quin illa simul sint. Neque proinde aliquâ actione ad vitam opus est: neque ipsa actio vlla est, nec propter actionem vnam, sed propter omnes, quemadmodum anima & corpus. Sed quia maxima est ad comprehendendum ostendendūmque quidpiam, exemplorum vis, exemplo imaginis quæ in speculo fit, vita rationem clarius demonstrabimus. Videmus igitur statim

ac corpus aliquod speculo obiectum, specie emergere, maneretq; quamdiu maneat illa sibi conspicua, evanesceretq; illis disiunctis: neq; aliquā actione opus esse ut imago fiat & maneat, quām quōd corpus & speculum iungantur, maneatque: neque imaginem illam vim esse, nec opus, nec actionem, neque factionem, neque in corpore quod speculo obiectum. Si quid dissimile sit, nil mirū. Similia enim, dissimilia necessariō sunt. Alias non simile, sed idē esset. Esto igitur vita velut imago ab obiecto, tanquam anima, & speculo, tanquam corpore, fluens. Quare, ut ex his quae dicta sunt, Arist. de vita rationē colligamus, vita nil aliud est quām præsentia animæ in corpore physico organico viuendo apto. Cuius quidem vita ptiatio cū dīmors sit, (nec enim contraria positiva sunt) erit sanè mors absentia animæ à corpore in quo olim fuit. Porro, via ad vitā, generatio est animantis, ad mortem autem, corruptio: si generatio & corruptio motus sint. Quōd in calido. si mutationes esse velis, quae in instanti fiant, generatio vita initium est, corruptio vero, mortis. Tanta itaque erit vitæ longitudo, quantum inter generationem & corruptionem intercedit tempus, hoc est, quamdiu anima adest corpori: mortis autem contrā, quamdiu abest. Abest autem semper: quia à priuatione ad habitum nunquam est regressus. Quare vita brevis omnino est ut dicebat Hippocrat. noster. Mors autem alterā 1. Aph. 1. parte infinita. Excipere debemus semper hominum mortem, quae in die iudicij terminabitur nouā vitā. Quae tamen iterum in reprobatis, sempiternā cōmutabitur morte. Equus autē & Cerasus, hæc vbi semel mortua fuerint, in infinitum mortua sunt. Id autem infinitum esse mortis, nihil est: cū mors priuatio sit. Priuatio autem nihil. Nihil vero & non ens terminum non habet neque magnitudinis, neque multitudinis, neque durationis. Alias enim quantum esset, & proinde ens.

C A P. VI.

SI ergo vita est præsentia animæ, &c. conandum est ei, qui in longum vitam producere tentat, ut quām diutissimè fieri possit, anima corpori adsit. Quod quidem cū sine debita corporis dispositione fieri nequeat (Anima enim, ut videtur, nunquam defatigatur, nec senescit, nec à corpore libens discedit) eius habitudini consuandæ quām maximè incumbendum. At sufficitne id? Videtur Aristoteli. Causas enim longitudinis & breuitatis vitæ ad corpus omnes refert. Sed non sic res habet. Imò contrā, maximum præcipuumque momentum habet anima tum in diuersis, tum in eadem specie, ad producendam, aut coarctandam vitam. Ostendo. Potestne fieri ut homo, quantum Corvus, aut Cerus, viuat? aut musca quantum elephas? Minimè vero. An id ratione corporis tantum contingit? Neutiquam. Actiones, opera, omnia denique ferè quae substantijs naturalibus contingunt, à forma ortum ducunt. Da musca animam corpori elephantis; non viuet magis. At dices, corpus non est formæ proportionatum. Volo. Non tamen quia corpus tale est,

Arist. 1. de Anim.

I. de Part. anima ei coniungitur, aut hæc munia obit, aut diutius ei commonatur; *anim. 5.* sed quia ei coniungi debebat, quia hæc obire munia, quia tamdiu ei *Physiogn.t.* commorari, ideo tale corpus factum est: quemadmodum quia domus *2. de an. 4.* construi debebat ab homine, serra dentata facta est, non verò quia serra *Gal. 2. de* sem. 3. v. sup. dentata est, domum homo construere debuit. Quia ergo hæc anima tamdiu & non amplius ex naturâ suâ corpori immortari debebat, ei tale corpus datum est. Fateor quidem in individuis plurimum efficere corporis constitutionem ad producendam, aut contrahendam vitam. In speciebus autem neutiquam. Quanquam enim Bucephalo temperatissimum dederis corpus, eumque in temperatissimâ cœli regione collocaueris, nunquam tamen ad millesimum protrahes autumnum: quia eius forma tantæ durationi inepta est. Quod si tantæ durationi apta esset, cur tamdiu non viueret? Qui enim dedit formam, dedit & consequentia ad formam. Deus autem & Natura nil faciunt frustra. Frustra verò est potentia, quæ non reducitur ad actum.

C A P U T VII.

*N*ON solum corpus, sed animam, eamque præcipue, ad vitæ aut longitudinem, aut breuitatem conferre, superiori capite vñ ostendimus ratione: quia scilicet vnicuique speciei certum viuendi spacium à natura indicatum est, ad quod peragendum talis anima tali corpori adjuncta est: talia, inquam, ut quæ paulò plus, paulò minus id excedere non possint ex natura sua. Nunc idem alterâ ratione demonstremus. Certum est morbos, cæteris paribus, non tam longea esse ac sana. Morbus enim, præceps est ad mortem via. Sanitas autem, vitæ confirmatio. Nec necesse est in dubium reuocare, cum Aristotele, num idem sit, valetudinum esse, & breuis vitæ. Si enim reliqua sunt paria, haud dubiè ita habet. Constat etiam morbos nonnullos à corpore, alios ab animâ pendere: omnes tamen in composito terminari, & hærere. Dixi à corpore, ut febris, paralyssim: ab anima, ut iram, inuidiam. Pendere autem ab his, sed in composito terminari, & hærere: ne cum aliquibus, morbos quosdam *1. Anima.* animæ, alios corporis esse censeamus. Quidquid enim aut agit, aut patitur *3. & de* animal, ut compositum & agit, & patitur: non verò hæc aut illa pars *anim. &* aut agit, aut patitur. Et sanitas ergo, & morbi, totius sunt animalis: *vigil.* quamvis utriusque, & alterutrius origo nunc ab anima, nunc à corpore fluat. Ira itaque, & inuidia, passiones sunt totius animalis: non animæ, ut quidam dixerunt. Originem autem & principium habent ab anima. Febris verò & paralyssis, totum animal affligunt: à corpore autem ortum habent. Id verò est quod nonnulli dixerunt, quamvis inepti, animi affectus, corpori etiam noxam afferre, & huius illi: cum potius dixisse debuissent, corpus & animam mutuò sibi nocere, compositū affectibus ab alterutro manantibus torquendo. At verò disputatio hæc in aliud differatur

locum. Suscipiamus interim ab omnibus, etiam eodem Aristotele con- *Pbyssog. R.*
cessum hoc , animæ pathemata corpus vsque è mouere, alteraréque, vt *7.1. Ani-*
ad internacionem sæpe deducant : vt apparuit in duabus illis Romanis *I.*
mulieribus post Cannensem cladem. Si ergo hoc verum est, nonne ani- *Gal. de*
ma ad longitudinem, aut breuitatem vita plurimum tibi conferre vide-
bitur? Sanè mihi ita appareat. Non itaque breuis vita culpa tota, neque
longæ gloria, in corpus rei cienda. Nam si hominem optimè tempera-
tum , conformatūmque, in temperatissimâ regione constitueris, omni-
busque bonis affluentem, & animo tranquillo præditum , producet hic
quidem vitam in longum tempus. Quòd si eum inuidat, ob alterius fœ-
licem fortunam, inuidia ; procul dubio statim contabescet : & si ea per-
seueret, tandem lento marcore consumptus peribit. Vbi vides animam,
non corpus, celerioris obitus causam esse. Scio quidem illum responsu- *Gal.*
rum, animi mores, corporis temperamenta sequi : proindeque ad corpus
omnia reduci debere. At nos aliter censemus. Et quia in tractatu de
Anima, quæstionem hanc fusè exagitauimus, supersedendum nunc no-
bis erit : hoc contenti, quod & Aristoteles, & Galenus locis citatis, alií-
que fatentur, animæ scilicet pathemata, multum ad fœlicem aut infœli-
cem, longam aut breuem vitam ducendam valere.

C A P . VIII.

Verum enim uero respondebit forsitan ad hæc aliquis ; primùm, Ari-
stotelem causas hic tantum ordinarias, necessariásque longitudinis
& breuitatis vita inquirere : non vero fortuitas & extraordinarias , quæ
in scientiam non cadunt. Animi autem pathemata fortuita esse, quemad-
modum & morbi corporis. Necenim, si quis decimoquinto vita anno
febre continuâ correptus decessit, febris propterea inter causas breuis
vita numeranda est : nec tegula, aut testudo, quæ caput illi comminuit.
Praterea, animæ pathemata vitam non posse sine corporis consensu per-
dere. Nam & inuidia non dicit ad obitum, nisi tabefacto corpore : ira &
latitia, dissipatis : metus vero & mestitia, oppressis spiritibus. Merito er-
go ad corpus , diuturnæ aut breuis vita causas relatas esse ab Aristotele :
tanquam ad ultimam propinquiorēmque rationem : non vero ad ani-
mag tanquam remotiorem. Ad quod etiam accedit , quod corporis
affictus, vt febris, Angina, sphacelos, anima nil consentiente aut patien-
te , vitam tollere possunt : quod in animæ pathematis non contingit.
Apparet autem id verum esse, quia ex morbis illis, integris animæ facul-
tatibus omnibus, sequitur mors. Atque adeo in uniuersum anima in se
nil unquam patitur, sed corpore eiisque organis affictis. Cui etiam ra-
tioni astipulari videtur Galenus libro eo, quo ex professo nititur proba-
re, animi mores corporis temperamentum sequi. At facilis est horum
omnium solutio. Si enim verum est, vt verum est, quod antea diximus,

& morbosum corpus cœteris paribus, minus vivere sano: & tale corpus factum esse propter talem animam; non contrâ: necessariò ex his sequitur, si quæ sint morbosa aut à corpore, aut ab animâ naturâ suâ, ea etiam breuioris esse vitæ. Sunt autem talia nonnulla. A corpore quidem vt Leo, qui singulis diebus febre corripi fertur; & alia alijs infestantur affectionib. Ab anima autem pendentia pathemata vitam etiam aut contrahunt, aut producunt: quemadmodum passeres ob innatam luxuriam, & quæcumque alia falacia sunt, breuioris sunt vitæ: quæ item in iram prona, voracia, inuida, viuida, mœsta, hæc omnia, & his similia, ob innatam ægritudinem, parùm durant. Et quamvis animæ hæc passiones, sine corporis lapsu vitæ officere non possunt; tamen, quia corpus præcipua causa non est, sed sine quo non, & secundaria; ad animam, non ad corpus, longitudo aut breuitas vitæ in talibus referenda est: quemadmodum & quæ à corpore pendent mala, quamvis nisi anima consentiat, vitam nullo modo destruere possint, tamen ad huius diuturnitatem aut breuitatem præcipue conferre dicuntur. Ineptè enim sectionem quis serræ, non homini attribuet; quia serra, ultima est in operatione. Simili huic errore tenentur, qui pennarum varietatem in pauone & psitaco, capillorum in pardo, florum in belide & lride, temperamento, non animæ, ascribunt. Quamvis enim in his, & magnetis, catharticorūmque medicamentorum attractione, similib[us]que, temperies necessaria sit, non tamen ei tanquam præcipue causæ effectus hi in Examene debentur; sed formæ. At de his latius alibi. Vbi Fracastorij inanem corporum puscularum contractum ad sympathiam explicandam, refellimus.

C A P. IX.

HA&tenus vitæ essentiam, ciuisque causas, longæ itidem breuisque præcipuam vnam, scilicet animam, demonstrauimus, aduerius Aristotelem, aliosque eius sequaces. Nunc protensa, curtaque, ex instituto, methodo que nostrâ, rationes inuestigemus. Cum vita, ut superius dictum est, ab anima tanquam à fonte aut patre; corpore, tanquam matre fluat; præcipua quidem propriaque eius causa anima est, minus autem & concausa, corpus: longæ etiam aut breuis præcipua & propria causa est anima; minus, concausaque potius, corpus. Atque hæc in communis ita dicta sint. Ad particularia autem descendendo, cum tria sint viuentium genera, vegetantium, irrationalium, & rationalium; querendum est primò, quæ horum diutiū viuant in genere. Deinde cur hæc potius. Tertiò cur eiusdem generis species, aliæ alijs longioris sint vitæ. Quartò cur eiusdem speciei individua. Ultimò denique, vt Medicinam Philosophiæ coniungamus, quâ maximè ratione vita hominis produci possit, generalibus quibusdam præceptis docebimus.

C A P. X.

Inter viuentium genera, plantas quam longissimè vitam producere constat multorum testimonio. Proditur enim Palmam & Cupressum, *Aristotele.* permulta durare sacula: quem terminum nullum animalium pertingit. *Theophrast.* Addunt & platanum, quercum, loton, oleam, fagum, ilicem, vitem, buxum, & similia. Quod quidem quotidiano experimento confirmatur. Domus enim ex his constructæ, & instrumenta alia ex horum materiâ conflata, penè inuictæ sunt durationis. Quòd si emortua tamdiu incorrupta permaneant, quantò magis præside animâ id consequentur? Eadem enim videtur ratio demortuorum inter se collatorum, quæ viuentium: & quæ absente animâ diutiùs indissoluta seruantur, eadem præsente multò magis. Anima enim est tanquam sal corporis. Cur autem vegetabilia diutiùs viuunt quam animalia? Multæ sunt rationes. Prima & præcipua est Dei voluntas, & Naturæ eius ancillæ, ordo. At video, insurgent statim in me Philosophi & Athei quidam; Hoc est ignororum asylum, sic Deo placuit. Quid amplius diceret cerdo? Omnes iam, etiam bajuli, hoc modo sint Philosophi. Ego autem, siue cerdonem, siue bajulum, siue aliquid peius me vocare velis, semper idem dicam, & ostendā. Nec enim probabo vñquam Galenum qui Deum ad Naturæ leges co-*Vñp. 11.* git, ita ut nil possit, nisi quod melius est eligere. Si enim Deus est, omnia potest. Si non potest, Deus non est, sed aut Natura, aut artifex. Nam si dicas, plantarum genus diutiùs viuere, quia, verbi gratiâ, insensile est; subdam illico, quis, aut quare insensile id fecit? Nil habes quod respondeas, nisi quia ita ei placuit. Potuerat enim aliter, si voluisset. Qui ergo in quæstionibus omnibus, causas solùm naturales & secundas assignant & querunt, nec ultra progredi volunt, stulti sunt: & eò magis, quia id faciunt ne ignari vocentur, si ad primam causam supranaturalēmque confugiant. Hæc enim est sapientia summa, si demum omnia per intermedias causas, ad primam usque & ultimam deducas. Maxima autem ignorantia, si in medijs & proximis conquiescas, & hæsites. Quemadmodum enim in actione, omnes causæ à prima pendent, sic & in cognitione. Hinc est *Arist. 1.* quod ille dixit, omnium rerum quarum sunt causæ & clementa, cogni-*Phys. 1.* tionem pendere à cognitione causarum & elementorum: & alibi, in quæstionibus alicubi quiescendum esse, nec in infinitum eundum. Hic itaque, scilicet in Deo, quiescendum nobis est, nec antè quiescendum, quam ad infinitum, immensumque hoc mare perueniamus, in idque omnia immergamus. quemadmodum ab eo omnia fluunt. Sed quid dicimus obiectioni illi? Ignarus æquè ac Philosophus Deum causam omnium assignabit. Hoc ignarus inscienter, Philosophus scienter assignabit: quemadmodum Aristoteles ait de Parmenide & Melisso: quem-*1. Phys.* admodum cœcus, alicuius tunicam albam esse afferit. Præterea Philoso-

phus non uno iectu & saltu ad Deum confugit, sed per naturales casas, tanquam per gradus, ad eum tandem ascendet: ignarus contraria inferiorum caesarum perquisitione, statim ad Deum conuolat. Sed demus aliquod exemplum. Si queram ab ignaro, quare ab Aethna spirent flammæ, respondebit illico, quia ita Deo visum est. Philosophus non sic, sed quia spiritus terræ visceribus conclusus, & ad naturalem locum, regionem scilicet aëris, cum impetu erumpere tentans, per angustos meatus transuehitur, sulphureaque & bituminosas glebas, accendi facile paratas, in transitu offendit, flamas inde excitat, & foras secum dicit. Si queras insuper, cur spiritus hic sursum ab infimis viam affectet, dicet, quia leuis. Si iterum, quare leuis sit, respondebit, quia materiam compactam & pressam non habet, sed diffusam. Si denique, cur ita diffusam, non compactam habeat, petas, nil aliud habet quod dicat, nisi quia ita à Deo Opt. Max. sapientissimo constitutum est. Hæc dicemus nos Christiani Philosophi. Ethnicus autem, cui de Deo ita sentire cordi non sedet, respondebit, quia ita à Natura præscriptum est. Vtro autem horum modorum dicas, nil interest. Semper enim ad primam causam, quæcumque illa sit, fugis; eamque ignorantia tuæ asylum efficis, quemadmodum & ego. Nil scimus. Dicamus ergo. Primarum rerum principiorum, aut elementorum causas reddere, nostri non est captus: secundarum vero, vt cumque. Id in singulis questionibus experiri possumus: & ego obiter in aliquibus indigitabo.

C A P. XI.

Prima itaque causa, quare plantæ diutiùs in genere cœteris animatis viuunt, est Dei voluntas, & summa in rebus omnibus potestas & sapientia: aut si malis, cum naturali Philosopho, Naturæ ordo, necessitas, fatum fatuorum. Quærendæ iam nobis sunt secundæ cause & naturales. Nec enim prima ordinariè sine secundarum concursu, & interpositione in his inferioribus aliquid agit. Dixi, ordinariè, ut demam miracula quæ ipse, & sancti eius særissimè edunt. Omnia quæ in inferiore hoc orbe continentur, calido & humido & constant, & consistunt, & sustinentur, *in Examini* & propagantur, ut alibi monstrauimus: calido inquam, ut formâ, actu, *rerum.* patre: humido, ut materiâ, subiecto, potestate, matre. Calor igitur omnia fouet, nutrit, versat, miscet, dissoluit, omnia denique, quasi sublunare aliquod numen, agit: ut obiter quoque alibi tetigimus. Cum vero hic cœli sit incola, dum in sole, astrisque, quasi in origine, & propriâ domo, est, pabulo non eget, & sine aliquo humore vegetus, purus, simplex, incorruptusque seruatur. Ostendimus enim aliâs, nobis non placere opinionem illam, quæ solem & sydera, non actu, sed eminenter & efficiunt calida esse affuerat. Vbi autem calor ad hæc inferiora descendit, quasi peregrinus, somite, pabulique eget, quò apud nos conseruetur.

*Quod nō
scitur.*

Aliâs

Alias enim semper viam ad proprium domicilium affectans, nos defere-re tentat, & ad superiores conuolare domos. Hinc ortus & interitus rerum Humor ergo est qui calorem nobis conciliat, cumque fouet. Vbi hi deest, a fugit calor, corpore emortuum deserit in viuentibus: in alijs autem, si non verè emortuum, certè dissolutum, desperatum, corruptum. Cum ergo vita sit præsentia animæ in corpore viuendo apto: corpus autem viuendo aptum sit, quod debite temperatum est, & compositum: debitum temperamentum compositionemque & nosce & conseruare opus est ei, qui vitam longè extenderet conatur. Considerandum ergo nobis est primum temperamentum: deinde compositione. Atque de tem-peramento satis prolixè dictum est in Examine rerum. Sufficiat ergo nunc accipere nonnulla ex ijs quæ ibi demonstrata sunt.

C A P. XII.

Constans est apud omnes opinio, sublunaria omnia mixta, ex calido, frigido, humido, sicco fieri, constituique. Quod & Aristoteles hic & sepe alibi asserit. At nobis longè alia est sententia, ut citato loco expo-suimus. Vbi temperamentum diximus esse solùm calidi & humidi debiti-mixturam. Et quia id maximè ad vitam confert, de eo primum: deinde de compositione. Conuenit autem de calore & humiditate prius separatis, secundò coniunctis dicere. Calor ergo unus & simplex est: nec differt specie cœlestis à sublunari, ut a nonnulli existimarent, & nos b a Arist. 2. alias refellimus. Nolo autem te nominum æquiuocatione decipi, nec Gen. ani. 3. cum Medicis, calidum innatum cum humido confundere. Sed calidi, Fernel. humidi, caloris, humoris, caliditatis, aut humiditatis, dictionibus, simpli- b in Exam. ces qualitates mihi intellige, inuicem à se realiter formaliterque distin- cetas, & à subiectis quibus inharent; siue ea sint elementa, siue hon. Vte- mur itaque indifferenter calore, calido, & caliditate: idem de humore dicendo. Humor autem una & simplex etiam est qualitas, vniuersque ge-neris: quamuis à Medicis & Philosophis etiam duplex esse dicatur; Arist. 3. unus scilicet aqueus, quo neque fouetur vita, neque calor, imò extingui- Probl. 25. tur, vt lucerba aqua: alter aëreus, pinguis; quo & vita, & calor susten-tur, vt lucerna oleo. At nos hæc omnia commentitia & alibi esse & bren. vit. ostendimus. Unus hi ambo humor est, differens quantitate, & subiecti c Exa. rer. consistentia. Si enim multus est, et si in tenuiori subiecto, calorem extin-guit, vt in aqua. Si vero paucus, et si in crassiori, eundem fouet, vt in oleo: multò vero magis multus in crasso, vt in succis herbarum, hydrargyro, & similibus. Quod autem ea causa sit, quare calor sustentetur, aut suffo-cetur, non vero humili varietas, apparet ex hoc: lucerna enim etiam multo oleo extinguitur: contrà vero vinum pluribus distillationibus ex-tenuatum, sicciusque redditum, flamas concipit. Atque hæc nunc de his dicta sufficient. Necesse ergo est (vt iam ambas qualitates coniungamus)

talem esse inter calidum & humidum simetriam, si modò diutius simul esse debeant, ut neutrum alterum magno vincat interuallo. Alias enim si multus sit calor, pauca autem humiditas, hanc ille citò absumeret: si contrà valde exuperet humor caliditatem, obructur hæc ab illo. Quæ omnia in lucernis conspicua sunt.

C A P. XIII.

*Arist. 2.
part. anim.
& Gal. 1.
Sani. tu.]* **D**iximus de temperamento: dicamus nunc de compositione. Quia enim viens omne necesse habuit nutritiri, ut ostendemus inferius, opus fuit ei partes nutritioni præparandæ dicatas conformare: alias quæ alimentum deferrent: alias quæ excrementum: alias quæ nutrirerentur: alias quæ decorarent: alias quæ speciem conseruarent: alias denique quæ aliquid extra agerent: idque ultimum in animalibus. Partes autem hæc omnes sunt similares, homogeneæ, & simplices; aut dissimilares, etereogeneæ, instrumentales, & compositæ. Prima sunt vbiq[ue] in toto & parte eiusdem naturæ, vt caro, cutis, ligamentum. Secundæ sunt exprimitæ, pluribus diuersis, vt manus, oculus. Sunt & quædam media: quæ cum simplices sint naturâ, vsu tamen & figurâ sunt compoſitæ, vt vena, arteria. Quamuis enim venæ quælibet pars eiusdem sit naturæ cum alia parte, & cum tota vena; tamen quælibet venæ particula non est vena: quia vena, vas est comauum, continendo sanguini idoneum; quod venæ particulæ conuenire non potest. Pro tribus ergo harum partium differentijs, tres etiâ sunt compositionū differentiæ. Prima & simplicifissimæ cōpositio est (ommitto nunc vulgarē, quā dicunt fieri ex quatuor elementis, nos sub temperie eā conclusimus) debita partium minimarū inter se & ad se appositio. Voco autē debitā appositionem, quā texturâ seu contextū non ineptè neoterici quidam dicunt, à telis sumptu similitudine. Quemadmodum enim telæ quædam apprimè dense, arcteque textæ sunt, aliæ cōtrà rara & laxæ: sic corpora quædā dēsa sunt & cōpressa vt buxus; alia verò rara, vt picea, abies. Mediarum verò partium cōpositio, præter primam compositionem, habet debitam magnitudinem & figuram, velut vena. Hæc enim præter id quod crassior, aut densior carne esse debet; concava etiam, rotundaque exigitur, & tam longa, lataque, aut minùs. Tertia cōpositio est, plurium partium dissimilium ad inuicem, in vnum conueniens nexus. Atque hæc addit ad duas primas, partium numerum, & situm: quemadmodum manus, digitos quinque habere debet, naturali situ dispositos, huius figuræ, & magnitudinis, talisque insuper contextus. Iam hæc nunc ad presentem inquisitionem sufficiant. Diximus enim de his alias latius. Vbi & Galenum in nonnullis parum subtiliter, cautèque se gessisse ostendimus: & Aristotelem multò minùs: qui sanguinem, aliósque humores, &, quod magis mireris, etiam excrements inutilia alui, vescicæque, inter partes similares

animalis connumerat. Sed huic aliquatenus condonandum est. Nec enim Medicus erat. Ob id etiam ferè omnia quæ & de corporis humani strukturâ, & de ijs quæ ad Medicinam spectant, memoriq; prodidit, absurdâ, aut saltem mutila, obscura, & vt sibi incognita, sic etiam nobis reliquit.

C A P. X I V.

FUNDAMENTVM igitur vitæ nostræ est calor humiditásque vni- *Arist. 2.*
cuique viuenti ingenita, internaque. Voco autem ingenitum inter- *Gen. ani. &*
nūmque, id quod à viuentis primâ conformatione originéque eius cō- *de long. &*
positionem ingreditur, idque constituit. Quare Medici innatum calo- *bret. vi. &*
rem, humidumque radicale ea nominant. Quoniam autem à Deo Opt. *z. de part.*
Max. aut cum Philosophis, à Naturâ ita constitutum est, vt sublunaria *anim.*
omnia perpetuò generarentur, corrumperenturque, quælibetque suas
proderent actiones, exequerenturque munera: cùm Deus, & Natura
nihil faciant frustra: recentérque genita à paruis initijs ad magnam at-
tolli debebât molem, tum verò & satis longo tempore viuere, siquidem
sibi simile aliud ante obitum producere, officiumque sibi iniunctum
exercere deberent: calórque continuò humidum depascatur: necessum
fuit ali nutritiique viuens omne. Hoc autem nihil aliud est quam inter-
na calidum humidumque ab externis calore & humiditate per alimen-
ta foueri, perpetuòque appulsi conseruari. Ingenitus namque calor in- *Gal. 1. San.*
desinenter humidum radicale absument, id citò finiret, nisi alimentaris tu. *Arist. de*
humidi iugi etiam accessione, & radicale humidum irroraretur propaga- *long. &*
returque, & calidi vis retunderetur, retardareturque. Atque hæ omnes *bret. vi.*
causæ sunt nutritionis.

C A P. XV.

DI X I M V S hucusque præcipuas vitæ causas; internas scilicet, ani-
mam, calidum humidum, ex quibus temperamentum, & partium
compositionem. Supereft ut dicamus externas, & sine quibus vita esse
non potest. Sunt hæ in animantibus sex illæ quas Medici nostri res non- *Gal. Art.*
naturales vocant, nempe cibus & potus, somnus & vigilia, labor & *med. c. 80.*
quies, excreta & retenta, ambiens, & animæ pathemata: quamuis hoc
vltimum sub internis, nempe sub anima comprehensum sit. Hæc enim
omnia animalibus ad viuendum necessaria sunt. Cœteris autem viuen-
tibus, ut plantis, alimonia, ambiens, & excreta retentaque solùm. De
quorum omnium vsu naturaque, quia Medicus est differere, longumque
nobis Philosophicè rem hanc tractantibus, & præter rem videretur,
plura dicere supersedebimus; hoc vnum contenti commemorasse, quod
ideo hæ à Medicis dicuntur res non-naturales, quamuis omni ani-
manti necessariae sunt ad viuendum, quia indifferens est eorum vsus.

Si enim debitè ijs vtaris , prosunt ; sin minùs , obsunt : cùm contrà res naturales , quas suprà retulimus , semper profint : præter-naturales autem , aut contra naturam (Medici enim indifferenter his terminis vtuntur) quales sunt causa morbi , morbus , & eius symptomata , semper obsint .

C A P. XVI.

a Gal. lib. de Maraf. & i San. tu. Arist. lib. de **E**A quæ vitam fouent tuenturque , si debitè habeant ; eadem ipsa can- plex igitur , vt cū a Medicis loquamur , mortis species est , altera naturalis , & calis à calido innato sequitur consumptionem . Quæ in animalibus , Senec. c. 14. doloris sensu fit , sed rarissimè contingit : in plantis vero , frequentissimè . Violenta vero est quæ ante humidi radicalis assumptionem , ab aliquâ vel internâ , vel externâ causâ accidit : atque hæc animalibus familiarissima est ; maximè vero homini , tot morborum generibus obnoxio . Plantæ enim raro morbos sentiunt . Ergo longæ brevisque vite causæ non solum ab internis , sed etiam ab externis petendæ sunt : nec satis est intus optimè constitutum esse unumquodque , nisi quæ extra sunt apposite etiam habeant . Proinde nos hæc omnia , quæ hac tenus diximus , simul componentes , quæ diutissimè vivant in genere , deinde in specie , deinde etiam in individuo , & quare hæc diutius , illa minus , assuetâ methodo docebitus .

C A P. XVII.

SI quidem non extrà periculum adesset , sed tantum nobis intefini hostes excidium minarentur , calidum scilicet & humidum naturalia , facile esset iudicare , quæ plus habent calidi & humidi , ea diutiora esse oportere . Sed cùm interni hostes externalorum subsidio auxiliisque innixi , nobis ruinâ moliantur , maximum nobis negocium facessunt , vt quæ nobis amicissima sunt , naturalia , benignaque , si plus æquo crescant , hostibus ascitis & sibi adiunctis , sui obliuiscantur muneris , efferentur , & nobis bellum indicant . At , dices fortasse , quomodo potest fieri vt quæ naturalia sunt , quantitate superfluant ? Optimè . Et ipsum quidem bonū certos habet terminos . Nihil adeo naturale est , quod si modū excederit , non noceat . Sed mittamus quæstionem hanc in commodius aliud tem- Gal. 1. simp. m. f. & 3. pus , subijciamusque ea quæ ad rem nostram faciunt . Certum est plurima esse tum plantarum , tum animalium genera quæ alterutro , quæ vtroque , calido scilicet & humido plus æquo abundant . Dico autem plus æquo non solum alijs , sed etiam sibi ipsis . Quanquam enim hoc plus , illis naturale est , officit tamen eorum durationi . Suos quisque patitur manes . Ita-

que mediocritas vbiique probatur. Proinde statuunt Medicis, temperatū, Gal. 1. Tem-
quod vocant, ad pondus, quam diutissimè viuere, perfectissimāsque edere per.
actiones omnes. Medium enim utriusque extremo contrarium est, utri-
que aequè repugnat. Quare cùm vniuersi usque qualitatis, exempli gra-
tiā, quatuor constituantur gradus à Medicis, qui duobus gradibus cali-
dus est, non tam facile in febrem incidit, ac qui tribus, nec tam citò in
Marasmiū aut torpore, quām qui uno. De humiditate idem dicen-
dum est. Atque hæc de temperamento. De compositione eodem mo-
do iudicandum. Et primò quidem de primā partium compositione,
quam texturam vocavi. Quæ enim rarissimo sunt contextu, minus mor-
bis ab internā causā obnoxia sunt: plurimum autem ab externā. Patent
namque vndique externis iniurijs, quæ vt plurimum morbos producere
solent, vt dixit Hippocrates. Mutationes temporum præcipue morbos 4. Aph. 1.
producere solent. Quæ contrà denso prædicta sunt habitu, internis in-
commodis subdita sunt. Quæ ergo medium fortiuntur constitutionem,
tum internis, tum externis aequè resistunt. De Compositione organica-
rum partium similiter censendum. Quæ namque plurimas, delicatissi-
mas, artificiosissimāsque partes obtinent, in perpetuo versantur discrī-
mine, ne semper ægrotent aliquā ex parte, & facilē moriantur. Exem-
plum tibi sint musicæ instrumenta subtilissimis fidibus, & horologia,
gnomonēsque, quæ collo appenduntur, tenuissimis rotulis instructa; quæ
omnia nunquam eodem in statu permanent, artificiisque manum perpe-
tuò exoptant, quæ errores corrigat, luxatāque restituat. Quæ verò pau-
cas, rudēsque habent partes, vix vitam tueri possunt, animāmq[ue] retine-
re; vt sunt inter plantas, fungi; inter animalia, limaces. Itaque media
inter utrumque diutissimè viuunt, vt cupressus, cornix. Atque hactenus
de internis, & naturalibus rebus. Quod si ad externas & non-naturales
deueniamus, idem prorsus existimandum est. Quæ alimoniam carent, citò
exoluuntur: quæ nimis abundant, opprimuntur. Quæ in aëre nimis ca-
lido viuunt, vt Æthiopes, quæq[ue] in gelido, vt Scythæ, Massagetae, paucos
durant annos: quæ in medijs regionibus, multos. Ergo ex his omnibus
colligamus iam quæ à principio institueramus.

C A P. XVIII.

D IUTISSIME itaque viuunt quæ moderatè sunt calida & humida, me- Gal. 5. san-
diocres habent partes, tum contextu, tum compositione, in mode- tuen.
rato degunt aëre, mediocriter utuntur non-naturalibus rebus. Quæ om-
nia cùm nusquam inueniantur, reliquum est vt ad ea quæ vulgaria sunt
descendamus. Secundo igitur loco sunt quæ à mediocri temperamento
quam parum abscedunt. Tertio quæ plurimum habent calidi humidí-
que naturalis. Ea enim minus habent hostium, cùm externis solum præ- Aris. hic
mantur, ab internis contrà soueantur. Rationabile autem est, quæ plus & lib. de

Iuuen. & *habent caloris, plus etiam habere vitæ: si calor, vt diximus, vitæ est fundamen-*
1. Probl. *tum. Apparet etiam hoc in animalibus. Vbi enim viget calor, etiam vita*
17. *viget etiam vita, vt in adolescentibus: vbi contraria langueret, & ista quoque, vt in senibus: vbi denique nullus est, nulla etiam vita, vt in cœruleo.*

Calor autem cum sine humido stare non possit, quod plus habebit humidi, plus durabit. Ostendit id lucerna, pueræ. Unde merito dixit Hippocrates, qui crescunt, plurimum habere caloris innati. Quod autem calor, aut humiditas interna, externorum appulsu aucta, morbum producant, is minus periculosus est, quam qui ex frigore aut siccitate.

2. Aph. 34. In morbis enim, inquit Hippocrates, minus periclitantur, quorum natura, etati, habitui, aut consuetudini morbus congruit, quam cui nulli horum. Itaque calida humidaque internis interitus causis defecuti scilicet ventus, qui in vita necessario consequitur; externis etiam, qua fortuita sunt, tum calidis, tum frigidis, tum humidis, tum siccis, melius resistunt, quam minus calida humidaque, proindeque diutius viuunt.

C A P. XIX.

HA ergo ratione, plantæ in variuersum diutius viuunt ut palma; & inter has, calidiores, ut laurus, cypressus: quæ proinde perpetuè vivent comæ: cum contraria beta, lactuca, endiuia, vnaestate finiantur, quia minus calidæ. Eadem ratione oleaginosæ cæteris diurniores sunt, quia calidiores; non vero, quia humidum habent non facile gelabile, nec facile siccabile, ut ait Aristoteles. Quamvis enim pinguis non facile gelantur, id non ratione humidæ, sed caloris contingit. Ostendit id vinum, quod si potens est, & meracum, nunquam gelatur: pingue tamen non est. Cum itaque gelatio propriæ frigoris sit actio, quæ huic magis resistunt, calore id faciunt, non humiditate. Contrariorum enim contraria sunt actiones. Calor autem frigori, non humiditas, contrarium est. Ergo oleaginosa non facile gelantur, non quia tale habent humidum, scilicet non gelabile, sed quia calida. Quid autem est illud humidum non facile siccabile? Credo, vnum è duobus; aut quia multum; ideoque plus resistit siccationi, diutius fert caloris edacitatem: aut quia bene permixtum materie; & propterea non adeo patet iniurijs. Si primum intelligis, non id est humili qualitas, sed quantitas: nec subinde oportuit aliud addere ad diurnitatem vitæ, quam calidi humidique quantitatem, non insuper humili difficilem exsiccationem. Quod si secundum, iam non amplius ad temperamentum id spectat, sed ad primam simplicium partium compositionem; de qua nos mox. Nec enim est tertium quod ex cogitare possis, quare humidum non sit facile siccabile.

C A P . X X .

PROPTER eandem etiam causam, magna quam parua, longioris *Arist. 4.* sunt vitæ, cœteris paribus; & sanguinea, quam exanguia; & mares, *Gen. anim.* quam foeminae; & quæ plures habent dentes, ijs quæ pauciores & ratiōnēs: quia plus habent calidi & humidi. Proinde in vniuersum plantarum *Arist. 2.* animalia, quia maiores; & inter has, grandiores, ut cupressus, *best. anim.* platanus; & inter animalia, etiam maiora, ut elephas, quem Aristoteles *8.* hist. anim. 10. dicit 200. aut 300. viuere annos. Diximus autē meritō, cœteris paribus, nam si reliqua omnia non conueniant, non mirum est, si quædam ex paruis diutiū viuant quam nonnulla ex magnis, ut homo diutiū quam equus, & cornix quam homo, propter alias causas, quibus parua illa magna superant. Collatio autem semper ita debet fieri, ut in eo solū in quo sit collatio differentia collata, reliquis verò conueniant. At videtur quidem, obiectet aliquis, magnitudo nihil ad vitæ diutiniam conducere. Si enim paruum corpus uno gradu sit calidum, itēmque uno humidum: magnum verò tribus gradibus tum calidum, tum humidum, æquè citò abſument tres gradus caloris in magno tres humiditatis gradus, ac unus caloris vnum humili in paruo. Hæc enim est ratio proportionis in agentibus naturalibus & omni motu. Vnde recte quidem dixit Hipp. noster, qui crescunt, plurimum habere calidi innati, proptereaque plurimo egere alimento: & alibi, senes facillimē ieūnium ferre, quia parum habeant caloris; ita ut pro magnitudine caloris, humili quantitas mensuretur. Præterea, æquè sufficit gradus unus caloris paruo corpori fouendo, eiisque actionibus, quæ paucæ sunt, obeundis, ac gradus tres magno. His obiectionibus sic respondendum. Primo, in omni conflictu plurimi iuuare multitudinem, etiam si vincatis, solatum est miseris socios habere laborum aut dolorum: & quemadmodum homo unus duorum impetum vix sustinere solus audeat, si verò altero comitatus sit, animos concipit, ita ut ambo alios quatuor non adeo formident: sic etiam gradus unus humili non adeo resistit gradui vni caloris, ac tres humili tribus caloris. Secundo, quamvis internis mortis causis æquè resisteret calidum & humidum tribus gradibus; tamē non externis: à quibus frequentius impendet excidium. Quare meritō Hippocrates dixit, Mutationes temporum potissimum morbos parere. *3. Aph. 1.*

C A P . X X I .

HACTENVS de Temperamento. Dicamus nunc de Compositione. Quæ densæ sunt texturæ, diutiū viuunt ijs quæ rare: quia difficultius & ab internis resoluuntur, & ab externis offenduntur: quæ ut pluri-

Scalig.

exer. 275.

mùm mortem afferunt. Propterea plantæ in vniuersum animalibus diuturniores, quia solidiores: & inter has, quæ magis compactæ sunt ut quercus, nux, buxus, cypresus. Inter animalia etiam cornix, cerasus, elephas: & ex indiuiduis mares in omni specie, eadem de causa. Feminae enim ubique humidiiores sunt maribus, sibindeque molliores, laxioresque: & denique inter mares, qui compactiores: & inter feminas comedem modo. Iuuat enim ad diuturnitatem, substantiæ unitas & coactio, non solum in viuentibus, sed & in ijs quæ animâ carent. Lapidès enim ideo diu durant, & inter hos, solidiores, ut silix, faxa, marmor: itidem & metalla, ex hisque diutissimè aurum; quod nonnulli eadem de causa indissolubile, incorruptibile, & ternumque esse prodiderunt: indeque factum est, ut quidam ex nouis archiatris Prometeis que sibi persuadent, nobisque persuadere conentur, ut si quâ arte id liquefieri possit, & aptum potando reddi, corpus nostrum in quam multos perdueatur annos eius gustatu. Quod tamen omnino falsum est, ut alijs melior dabitur probandi occasio. Atque hæc de compositione primâ simplicium homogenearumque. Quod autem attinet ad organicas partes, quæcumque mediocres tum numero, tum consistentiâ luctilitatèque habent partes, diuturniora sunt: proxima ab his, quæ pauciores, minus elaboratas, minusque subtiles habent has, quia tum internis, scilicet obstructionibus, rupturis, distortionibus: tum externis malis, ut scissuris, contusionibus, vissionibus, aliisque minus obnoxia sunt. Propter id quoque plantæ animalibus in vniuersum viuaciores sunt: & inter easdem, & inter animalia quoque, majora minoribus: & inter homines, qui sunt prouectiores & tate ijs qui in infantia adhuc sunt. Quod quamvis in alijs quoque animalibus locum habeat; tamen magis in homine perspicuum est, propter eius nuditatem, naturæque fragilitatem. Vnde fit ut vix tercia hominum pars, infantiam euadat. Denique in omnibus generibus inter eiusdem speciei indiuidua, ea diutiùs vitâ fruuntur, quæ partes naturæ suæ debitas, melius habent constitutas: quâ ratione contingit ut monstrata parum diu durent. Quia autem actio pendet partim à temperamento, partim à partium structurâ; dicendum etiam nunc aliquid est de actionibus. Quæcumque paucas edunt actiones, nec nimis difficiles, diu vivunt; quæ contraria, parum. Actio enim corpus exsiccat: quoque vehementior est, & diuturnior, eò magis. Propterea plantæ in vniuersum diuturniores sunt animalibus, quia nil agunt: & ex animalibus, elephas, & coruus, quam homo, quia minus quam ille: & ex hominibus, qui tardore sunt ingenio, ob eandem rationem.

C A P. X XII.

PO ST QVAM de internis longæ vitæ causis differuimus, reliquum est ut ad externas veniamus; quas vocauimus res non-naturales, & sine quibus. Conueniunt autem ex his nonnullæ omni viuenti: scilicet cibus & potus,

& potus, corpus ambiens, & exereta retehtaque: quamvis hoc ultimum, in animalibus praecipue conspicuum sit. Quibus etiam coenunt, prater illa tria, somnus & vigilia, labor & quies, & animi pathemata. Dicamus autem prius de communibus, tum demum de priuatis. Quibuscumque viuentibus affatim suppetit alimonia, diutius vivere par est, quam quibus parce. Hinc est, quod plantae animalia diuertititate superentur. Cum enim terra perpetuo affixa sint, alimento destituti non possunt. Animalibus autem cibus hinc inde cum labore, anxietate, pugna, &c, quod magis doleas, & sux, & alterius vita discrimine, iacturaque conquirendus: nec semper tamen habetur. Hac etiam ratione diuites, si modò sobrij sint, pauperibus viuunt diutius, feliciusque: & plantae quæ in pinguiori solo, ijs quæ in arido & sterili. Est & alia ratio: cum triplex in alimoniam committi possit peccatum, in qualitate, quantitate, & ordine: plantæ in nullo horum labuntur. Nam cum natura & necessitate duce vtantur, pro exigentia solùm alimentum trahunt. Animalia vero, quæ & copia, & penuria, & voluptate saepissime reguntur, plurimos committunt errores. Nullum autem in ordinatum diu durat. Quod Hipp., quoque noster pluribus rationibus pluribusque locis, in hominibus ostendit. Et quamvis in alimento, ut & alijs omnibus rebus, mediocritas etiam maximè desideretur, ut ait Hippocrates, tamen multò securius est in abundantia, 17. quam penuria peccare: quod idem etiam notauit Hipp. in agrotis. Ratio vero est, quia plenitudinis noxa facilè inedia, aut euacuatione reparari potest: humidi autem iam resoluti nunquam omnimoda fiet restauratio. Inde etiam contingit ut quæ voraciora inter animalia sunt, ut corvus, lupus, leo, delphinus, ijs quæ tenuiter viuunt, ut hirundo, agnus, lepus, mugil, in longius æxum producantur: & inter homines, epulones ut plurimum ijs qui moderatè vicitant: vnde communè prouerbio effertur, plures ebrios quam medicos senes reperiri. Quamvis id fortasse verum non sit, si ratio habeatur proportionis ebriorum ad medicos: neque rationi consonum, ut qui intemperanter viuunt, & gulosiora, ob id viuaciora sint: sed quia calidiora: vnde fit ut maiori egeant cibo, ut superius à nobis dictum est. Vt cumque tamen res habeat, multis calore multum poscit cibum, & multis cibus multum profert calorem, multaque subinde vitam.

C A P. XXII.

Ad vitam conseruandam producendamque plurimum confert corpore Arist. 4. corpus ambiens. Perpetuo enim contactu corporis quod ambit, qualitates suas imprimet. Cum ergo omne corpus in loco necessariò sit: locus autem ex mente Aristotelis (nos enim aliter sentimus) sit extrema ambientis superficies, necesse est pro variâ ambientis corporis naturâ, variè etiam corpus affici contentum. Et locum cuiquæ rei sua naturæ con-

& in Epid. seruatuum esse afferit Aristoteles. Sunt autem alia alijs talia loca: vi-
 Gal. 11. uentibus verò tria tantum, terra scilicet aqua, & aér. Nam in igne viue-
 Meth. & re quædam (Pyraustam ob id vocant) vt nonnulli voluere, nos haec-
 1. san. tu. nus non credimus, nec credemus, quo usque sensui manifestum fiet.
 & Art. Med. a. Nec enim rationi consonum videtur, in tanto fero ure animam immo-
 2. Arist. 2. rati posse. Viuunt autem in terrâ tum plantæ quædam totæ, vt tubera,
 Geu. anim. tum animalia, vt lumbrici, & vermes alij, talpa. In aquâ etiam, utriusque
 cap. 2. generis, vt corallium, corallina, pisces. In aëre volatilia omnia, animalia-
 b. Arist. 8. que reliqua. b. Sunt & quædam ambigua, amphibia, aut quæ in duobus,
 bist. animi tribusue simul viuunt, aut alternatim. c. Talia verò sunt inter animalia
 1. 2. & 5. terrestria mures dicti fluuiatiles, aut aquatiles, virtulus marinus: inter
 c. 1. Hist. anim. I. volatilia mergus, vinatrix, natrix: inter pisces rana, delphinus, castor, lu-
 d. Scalig. tra seu enydris, latax, testudines, crocodilus, d. quæ omnia indifferenter
 exer. 218. modò in aquis, modò in aëre degunt, aut in utroque simul. Ex plantis
 4. autem quædam in aquâ & aëre vt lenticula palustris, alga marina, seu
 e. Diof. lib. e. Phucus marinus, & vlua, & malabathrū: quædam in terrâ & aquâ vt
 4. cap. 95. corallium, muscus marinus: quædam in terrâ & aëre, vt malus, salvia,
 & Mathio. in com. & beta: quædam etiam in terrâ, aquâ & aëre, vt nymphæ, Potamogeton,
 lib. 1. cap. & similia. Sunt etiam animalia quædam media inter plantæ animali-
 31. & Ma- que naturam, quæ perpetuò saxis inhærent, vt ostraceorum nonnulla, &
 thiol. spongia, si ea animal est. Diximus autem meritò viuere plantas in terrâ,
 simulque aëre, quia earum radix, quæ ex præcipuis, maximèque om-
 niūtia necessaria pars est, terrâ tegitur, vnde victus & vita plantis ad-
 ministratur: quæque auulsa nec extra terram diu viuat, nec perip-
 fam planta. Reliquæ verò partes ita in aëre viuunt, vt in terra viuere
 non possint. Plantæ præterea in terræ gremio prima suscipiunt vitæ ex-
 ordia, incrementaque; in aëre autem perfectionem. Animalia autem,
 Scalig. quamvis terrâ innitantur, insideantque (quæ enim de Manu codiata
 exer. 228. aut aue paradisi, vt vocant, narrantur, quod usque ad mortem in aëre vi-
 uat, dubia nobis sunt: nec enim quia visæ non sunt ab aliquibus viuæ,
 nec quia pedibus careant, impedit quominus ad terram descend-
 tant: quare Aristot. 1. histor. anim. 1. ait se nondum vidisse volati-
 le aliquod simpliciter, vt natatile: & quamvis ea vera sint, nil nocent)
 tamen quia ei non inhærent, nec ab ea circumteguntur, motuque
 habent in aëre liberum, diutissimèque à terrâ sublata, viuunt, præci-
 pue volatilia, natatiliaque, ideo in terrâ viuere non dicuntur: tum etiam
 quia nec à terrâ nec in terra originem habent, & si aëre priuent, terrâ
 que condantur aut tota, aut earum partes diutiùs, vitam omnino amitte-
 re necesse est. Tubera verò, vermes terrestres, talpámque, quamvis aëris
 non nihil sub terrâ (permeat enim omnia aér, vt mox dicemus) hau-
 tiant; & pisces etiam in aquis; tamen illa in terrâ, & hos in aquâ, non
 verò in aëre viuere diximus, quia parum quidem debeant aéri à quo pa-
 rum tanguntur, multum verò terræ & aquæ, à quibus tota continuò ob-
 voluuntur, & extra quæ diu viuere non possint. Denique pisces, aquæ

sunt, densata; aues, aer; tubera, terra: ab hisque corporibus, quemadmodum reliqua animalia, & plantae vtoplumum ab aere, vnumquaque horum ambitur: quod nunc omnino querimus. Nec enim institutum nostrum est nunc exquisitam viuentium partitionem inire, sed quod attinet ad rem propositam tantum, scilicet ad corpus ambiens.

C A P. XXIV.

QUONIAM calor non huius orbis incola est, sed aduena & peregrinus, ut supradicebamus, hinc est quod eget perpetuo affluxu affulsionemque a superioribus corporibus, ne omnino intercidat. Hec itaque prima causa est, cur necesse sit, aliquod interesse medium inter omnia non solum viuentia, sed & vitâ carentia & cœlestia, per quod superiorum corporum influxus in hæc inferantur. Ob eandem quoque rationem natura vacuum quammaxime horret, omnique conamine impedit, ne si illud interueriat mundus, qui ordine, nexus, formaque unus est, dissoluatur pereatque. Est & alia ratio viuentibus propria. Cum vita sine nutritione non consistat, ut superius dicebamus: nutritio vero coctione absoluatur: in omni autem coctione fiant excrementa quædam; opus fuit corpore aliquo quod ea euerreret, exportaretque: ne si diu incorpore manerent, id corrumperent, ut fit in stagnanti aquâ, conclusione aere. Id vero corpus est aer & aqua præcipue. Terra enim, quamvis nonnulla circumdet, non illis secundum hunc usum præstat. Quod vero quædam animalia spiratione egeant, per quamque refrigerentur, id alterius loci est inquirere. Dicamus ergo nunc secundum eos quos ambientis corporis usus omni viuenti communes esse diximus. Primum itaque in vniuersum, vnumquaque ens non solum viuentium, sed & non viuentium quoque, proprio suæ naturæ loco optimè conseruatur, diutissimemque durat. Quare quæ in aere, in aere; quæ in aquâ, in aquâ etiam, diutiùs protrahuntur, quam si immutentur. Hinc contingit ut natatilia, in aere; volatilia vero & gressilia, in aquâ, aut statim, aut paulò post moriantur; & quæ longinquis regionibus in alias aduehuntur, paucum tempus in his agant. Secundo, quæ in aere viuunt, diurniora sunt quam quæ in aquis, & hæc ijs quæ in terrâ. Aer enim tenueratus est, aut paulò calidior humidiorque; talia autem viuenti valde sunt consona. Præterea propter eius communicationem cum superioribus corporibus, propriamque tenuitatem & levitatem, facile astrorum impressiones recipit, nobisque communicat, perpetuoque motu agitatus nos excrementis expurgat. Quibus omnibus cum minus valeat aqua, multoque minus terra, propterea ad vitæ diurnitatem minus quoque conferunt. Hac quoque ratione, additis superioribus, plantæ, & animalia quæ in aere degunt, ut palma, cornix, elephas, longioris sunt vitæ, quam ea quæ in aquis ut corallium, mullus, cancer; & hæc quam tubera, vermes terre-

Arif. 14:
sec. Probl.

a. Aris. 14. stres. Tertiò, a quæ in aëre degunt temperato. (idem de aqua, terraque sec. intellige) aut calidiori, longius vitam protrahunt, quam quæ frigido:
Probl. 9. nec solum hoc, sed etiam maiora, habitiora, fortiora, validioraque sunt,
 10. & hoc lib. Hipp. ob rationem superius assignatam. Ostendunt verò id tum homines ipsi,
 lib. de aër. tum elephas, reliquaque animalia tam terrestria, quam aquæ, & aërea,
 aq. tum platanus, palma, cinnamomum, & reliqua quæ in Afîca, Africâ, In-
 b. Aris. 14. diaque proueniunt. b Ob easdem quoque causas quæ in locis editis &
 sec. Probl. montuosis degunt, diutius vitam producunt, quam quæ in planis & de-
 7. Hip. lib. pressis: & quæ ad Orientem, aut Meridiem, quam quæ ad Occidentem,
 loc. aut Septentrionem: & quæ in siccioribus, quam quæ in humidis, palu-
 c. 3. Apb. stiribus, & aquosis. e In vniuersum enim siccitates, imbris sunt salu-
 35. briores: quia scilicet superflua humiditas mater est corruptionis, putre-
 factionisque.

C A P. XXV.

DIXIMVS superiori capite de corpore ambiente. Dicamus nunc de excretis retentisque. Hæc enim maximam quoque vim habent ad producendam, aut contrahendam vitam. Sunt verò in unoquoque viuente quædam quæ necessariò retineri debent, ut cibus in omnibus, sanguis & spiritus in animalibus quibusdam: alia, quæ excerni, ut excrements in omnibus, sanguis menstruus in fœminis, semen in märibus animalium. De quorum omnium vsu moderationeque, quia ex professo latèque in Medicina disputatur, nos hic plura dicere superfluebimus; paucaque ad rem nostram pertinentia absoluemus. Si quæ retineri debent, excernantur; aut quæ excerni, retinuntur, aut plus, minusque quam par sit, aut alieno tempore: primò quidem corpus male habere necesse est, deinde etiam commori. Ergo contrà, quæcumque in excretione retenzioneque moderatè & secundum naturam agunt, diutissimè, & incolumiter viuere necesse est. Plantæ itaque hac quoque ratione in vniuersum animalibus sunt longioris ætatis. Quia cum illæ, ut suprà dicebamus, potius natura & necessitate ducantur, quam aut voluntate, qua carrent, aut voluptate; & vna qualibet sibi viuat, alterius non indiga nec ad nutritionem nec ad generationem, circa quæ versatur præcipue genus hoc excretorum-retentorumque: inde fit ut paucos aut nullos in vita committant errores, excernantque excernenda, & retineant retinenda suo quæque tempore: ut cum ver instat, producunt folia, flores, fructus, & reliqua suo tempore. Inter has autem, quæcumque resinosæ sunt, & humorem aliquem distillant, maximè si ad id ars accedat, parum viuant. Inter animalia quoque, quæ salaciora sunt, minus viuunt. Quare ob eam causam, mares salaces, minus durant fœminis, & passerum species, & galli gallinacei, & hirci, & denique emissarij omnes. Contra verò mulus, eunuchi, & qui à coitu abstinent, quam sani longeuique

*Gal. 1. de
femine.*

sunt. Cùm enim natura speciebus perennitatem per generationem moliretur, quod in indiuiduis non posset, partem quandam indiuidui ad sui simile producendum excindì voluit. Quò plures igitur decedunt partes, minùs vitæ remanere necesse est. Salaciora autem quædam esse ob excrementi, semenis scilicet, abundantiam tantum, ut hic innuit Arist. non usque quaque verum est: imò contrà ob eius acrimoniam, ut sit in atrabilarijs, & ijs qui calidas habitant regiones. Hinc quoque contingit ut mulieres, & omne fœmineum quod saepe parit, ijs quæ minùs aut nunquam omnino, fœlicius diutiúsque viuant, & quæ non lactant, ijs quæ lactant: eorumque animalium, quæ esui idonea sunt, *Ga'. 1. de*
earo castratorum aut venerem non expertorum suauior multò laudabi-
*lior*que sit, quām contrariorum; quia plus habet succi. Propterea quoque animalia quæ castrantur dum crescunt, grandiora, pulchrioraque & habitiora fiunt: quia pars quæ in generatione absumi debebat, in corpus impenditur. Hæc quoque causa est quòd nec eunuchi, nec pueri ante veneris usum podagrâ laborent, ut dicebat a Hippocrates. Quibus cumque etiam maribus sanguis fluit assidue quacumque parte, & fœminis, nisi per uterum, & per hunc si plus, minùsve quām par sit, in multum tempus vitam produci impossibile est. Huc etiam referri potest quod de actionibus suprà, deque labore & quiete infrâ dicetur: ea scilicet quæ multum laborant, ijs quæ parum, breuioris esse vitæ. Per labores enim humor & spiritus exoluuntur, itaque labor exsiccat.

C A P. XXVI.

DE rebus non-naturalibus omni viuenti communibus tractatum à nobis est, alimento scilicet, corpore ambiente, & excretis retentisque. Supereft ut de his quæ animalibus tantum conueniunt, somno vigiliâ, labore quiete, & animi pathematis, pauca proferamus. De somni quidem & vigiliæ essentiâ non statutum est nobis hic agere, ne omnia in omnibus inuoluamus. Hoc tantum de eorum usu sufficiat monuisse, maximum ea habere momentum ad vitam. Somnus enim impinguat, *Hip. lib. 2.* concoquit, nutrit, calefacit, humectat si moderatus sit: fin minùs, ag-
de Dieta. grauat, refrigerat, multis crudisque replet humoribus. Vigilia contrà *Arist. 4.* emaciat, distribuit, absunit, refrigerat, exsiccat. Atque hæc omnia *Probl. 5. de* immoderatè facit cùm modum excedit, & proindeque nocet. Vbi *somn. Gal.* 12. *Meth.* verò mediocriter in usum venit, prodest. Quæcumque ergo moderatè *Gart. med.* dormiunt, diutiùs viuunt quām quæ vel parū, vel nihil omnino. Quòd c. 80.
 si in alterutro peccandum sit, satius est paulò plus dormire. b Vigilia *a Hip. 2.* enim spiritus exhaustus, humorēmque exsiccat: quæ duo vitæ plurimum aduersantur. Hinc sit ut animalia quæ parum dormiunt, sicca sint, vt *Asb. 3.* canes, & quæ sicca sunt, parum dormiant, vt homines biliosi, & melan- *b Gal. lib.* cholicis, senesque: omniaque hæc citè moriantur. De labore verò idem *de Plenit.* *3. loc. affec.*

quod de vigilia, de quiete idem quod de somno dicendum est. Modicus labor, modicāque quies vtrumque moderatē calefacit, humectat, coquit, distribuit, auger. Alterutrius verò excessus sua habet incommoda. Error tamen qui in paulò immoderatā quiete committitur, tolerabilius est quām qui in superfluo labore. Facilius enim est superfluum humorē, qui nimirū quiete acquiritur, tollere, quām abundantem siccitatē, quā importuno labore inducitur, emendare. È ratione evenit ut pauperes diuitibus, ingeniosi stupidis viuant minus infeliciusque. Vnde illud re-

*Gal. 7.
Metbo.*

*Hoc annos fateor facere, at precipua causa est
Anxietas animi, perpetuusque labor.*

Nil æquè corpus dissoluit ac animi labor. Proinde rectè consultit Aristoteles, ne pueros ante pubertatem nimis laboribus exercemamus, ne eorum corpora crescere prohibeantur: néque deinceps eos mentis & corporis laboribus fatigemus. Cur ergo idem a Aristoteles, cùm dixerit hic, labores exsiccare, laboriososque homines citò senescere, alibi contrà asserit, melius esse perpetuò laborasse, quām non laborasse? Id quidem problematicè dictum est: subindequé minus certè, quām illud. Poterat tamen sine hac contradictione melius respondere problemati suo, si Medicus fuisset, sudorem qui nudo corpore currenti prodierit, etiam si minor sit, meliorem esse eo qui sub veste se promplerit, quia timor estne ille qui sub veste exit, à veste exhalare impeditus, contráque densatus, intus in corpus remeat, morbōsque pariat, ut sāpe fit. Præterea, qui sub veste exit sponte, denotat multum in corpore subesse humoris, qui vero per cursum, non ita. Melior ergo hic ut signum, & ut causa.

C A P. XXVII.

ANimi pathemata plurimum posse ad vitam vel prorogandam, vel contrahendam, vel fœliciū, vel infeliciū transfigēdam, & ex superioriis diēs vt cumque constare potest, & omnis in hoc consentit philosophantur turba. Differunt autem his affectionibus vel species ab species, vel individua eiusdem speciei ab alijs inuicem. Porrò sunt hæc ira, luxus, gulositas, timiditas, lætitia, inuidia, superbia, desidia, & his contraria. Quæcumque ergo his non immoderatius aguntur, diutiū viuere rationi consentaneum est. *a* Elephas igitur diutissimè inter animalia durat, *bis. Jani. 1.* quia pro corporis & virium magnitudine, non solum non truculentus, *4. Gen. ani. b* sed etiam mitis docilisque admodum est, & alijs perturbationibus patitur. *de* rum obnoxius. Qua ratione etiam homo, quia rationalis, post eum longior, & brevior. gissimi est aui, & inter homines, qui minus his animæ affectibus tolluntur. Quamuis enim nullum sit animal, quod omnibus animæ partim. *46.* thematis subditum sit, præter solum hominem, tamen homo, quia ratio,

ne tāquam moderatore vtitur & freno, & e quia temperatissimū omnium c Gal. 1. &
obtinet corpus, parum ab his vexatur. Reliquorum autem vnumquod- 2. de Temp.
que quia vni fere solū ex his animi mōrbis naturā suā obnoxium est, Gal. 1. san.
rationēque caret, totum præceps in id fertur. Hinc etiam contingit vt th.
inter homines, quicumque intemperie aliquā excellenti laborant, ratio-
nique minus obsequuntur, affe&tibus his valde efferantur, vitāque
breuiter finiant. Inter hæc autem pathemata plurimum ad contrahen-
dam vitam valet veneris incontinentia, dehinc mœstitia, cui comes est
inuidia (quæ nil aliud est quām mœstitia ob alterius felicitatem) inde
ira, postea gula. Reliqua tardius interficiunt. Ratio verò est, quia illa
enumerata, vehementius exsiccant; præter gulam, quæ superfluis onerat:
quæ ambo calorem natuum extingunt, diuersis tamen vijs. Iuxta hæc
ergo facile erit de animalium duratione iudicare. Porrò quamuis hæ tres
vltimæ res non-naturales, scilicet somnus vigilia, labor, quies, & animi
pathemata non competant plantis aliquomodo, tamen eo ipso quod
non competit, earum æcum longius felicitusque est. Paucioribus
omnibus rationibus, diuturniores illæ sunt; sed, quod bene adiecit Arist.
hoc libro, quia vitæ potestate & principium in quacumque parte ha-
bere videntur, partequæ vnâ senescente, alia renascitur, quasi perpetuâ
generatione partium, indiuidum vnum æternum fiat, quemadmodum
species, indiuidorum generatione. Quod quidem in animalibus neuti-
quam fieri potest. Abscisâ enim parte quapiam organicâ, aut spermaticâ,
nec ea vivere potest seorsim, nedum aliam producere, quod fit in insitio- Hip. 6:
ne, & transplantatione, nec iterum vniri & agglutinari suo toti, nec au- Aph. 19.
gescere, nec similis ei in eodem toto regenerari, quod etiam faciunt
plantæ.

C A P. XXVIII.

DE MONSTRATVM haec tenus à nobis est quid sit vita, quæ eius
causæ, quæ itidem eam longam, quæque breuem efficiant, quo
sunt viventium genera, quæ eorum diutiū vitæ fruantur, & quare hæc,
quæque inter eiusdem generis species, & inter eiusdem speciei indiui-
dua, & cur. Supereft nunc ad complendam sponfionem nostram, vtque
fructum aliquem ex præcedentibus disputationibus colligamus, quo
modo vita nostra, quando id appetunt multi, in longum producatur Gal. 1. san.
tempus, nec morbis facilè conflictetur, paucis subne&tere. Paucis, in- 1H. & ad
quam, quia tractatio hæc proprium in Medicina obtinet locum, Tract. num.
longa nimis est, & præter institutum nostrum. Non ergo infantulum rat. 1. 5.
nuper in lucem editum curandum fuscipimus, sed iam adultum iuue-
nem, & qui, vt ait Galenus, sit sui iuris. Qui enim tumakeri, tum suæ

inseruit necessitati, non potest suo viuere arbitrio. Vnde Diogenes quārenti quā horā prandendum esset, optimē respondit, diuiti, cūm volet; pauperi verò, cūm poterit. Cūm etiam secundūm varios tertarum tractus, variāque hominum temperamenta & conditiones, varia etiam instituatūr vīctus ratio; nos hīc prætermisā omni varietate, quā omnibus sunt communia, quibūsque maximē huius regni incole Galli

Hip. lib. de ytantur, præscribemus. Qui itaque inculpatā sanitāte fruitur, nullis se astringat regulis, sed modo esuriat, modō abliguriat; nunc dormiat, nunc vigilet; sitiāt, potet; meracum, limphatum, frigidam; astuet, algeat: reliquāque omnia ad libitum faciat. Cūm enim varia munia obcunti, totque calamitatibus obnoxio homini, non semper oratione ad votum suppeditant, satiūs est corpus & animum omnibus assuēfacere, ne cūm insueta offenderit, ab eis offendatur. Id mirē exequēbantur olim Gymnosophistæ, Cinici philosophi, quīque Ægypti deserta incolebant loca heremitæ primi Christiani, ut narrant authores. Atque hinc quidem manauit error quorundam Medicinam improbantium, quia vident quosdam firmā valetudine præditos, nullāmque in vīctus ratione normām obseruantes, perpetuā ad multam vīque vitam sanitate gaudere. Sed non vident hi maiorem hominū partem non hac adeo inculpatā frui corporis firmitate, imò contrā fragiles, imbecilles, naturāque suā morbis obnoxios esse. Eadem quoque ratione si iustitia, ut inquit Plato, inter mortales vigeret, non opus esset legibus neque iudicibus. Cūm autem homo naturā suā, si cum Philosophis loquamur, propter peccatum verò, si cum Paulo, multis tum animi, tum corporis obnoxius sit vitijs: & legibus, quā animi morbis; & medicamentis, quā corporis, medentur, eger. Vnde etiam patet Romanorum rationē, cūm Medicos eiecerunt, inualidam omnino fuisse, Medicos hominū luxum fouere: hi enim Medicorum auxilio freti omnibus indulgent voluptatibus, aiebant, à quibus cauerent, ni sperarent se ab illis sanatum iri: quod si sobriè viuant, morbos non incident, si verò incontinenter, non merentur opem. At suam inficitiam mox ijdem damnarūt, morborūmque cruciatibus vexati, Medicos reuocare cum precibus coacti sunt. Nec enim omnes morbi pendent ab intemperantiā, quin plurima eorum pars à naturā fragilitate, alij etiam ab externis, qua vitare nemo potest: & quamuis id verum esset, tamen lapsis solatium debetur, nec id respuendum est. Quotusquisque autem est, qui quia sciat se à Chirurgo sanari posse, manum sibi præcidat?

C A P. XXIX.

QUi ergo sui iuris est, sanitatemque curare volet suam, surgat sextā, prandeat decimā, cœnet sextā, recumbat decimā omni tempore. Vbi verò surrexit, abluat os frigidā, gargarizet, abstergat dentes, lauet manus

manus, excreet, emungat nares, pectine capillos contra eorum ordinem aliquoties exerceat, mingat, alui excrementa deponat, Deum sibi precibus propitium reddat, tunc se ad assuetum opus conferat. Quod quidem fiat alact. ter, & citra lassitudinem. Decimā, ubi modicūm à labore conquieuerit, prandeat, incipiendo à iure & fluidis, facileque coctilibus, sensimque in solidiora deficiendo. Bibat vinum inculpatum, multā aquā solutum in æstate, minori in hyeme, liberalius illuc, parcjūs hīc, ter quolibet pastu. Cibi sint panis filigineus, bene fermentatus, modicē sal-sus, bene coctus, carnes vulgarē, ut plurimū arietis, aliquando pullorū, gallinæ, cappi, perdicis, alaudæ, hædi, coturnicis, cuniculi, vituli, phasiani, columbarum; & cùm religio carnibus vti prohibet, pisces faxatiles, nullus, lupus, rhombus, truta, & similes. Herbae iusculis aptæ sunt petro-selinū, buglossum, bortago, cherefolium, pimpinella, spinacia, mentha. A prandio, ubi abluerit os, quiescat modicūm, non tamen dormiat. Inde iterum ad opus se conferat. Rursus ubi tantillum quieterit, cœnet leuius quam pransus fuerit. Quamuis enim concoctio per somnum melius peragatur: tamē nec distributio ita commodè exercetur ac per vigilias; & diurno labore resolutæ lassataeque partes, magis quiete quam cibo indigere videntur: proindeque liberalius semper prandendum quam cœnandum. Utrobique tamen id semper obseruandum est, vt non usque ad fastidiosam satiétatem ingeratur. A cœnâ, si quidem liceat, omnino à labore temperandum est, & festiis sermonibus ad decubitum usque transfigendum. Sin minus, interpositâ horâ, leue aliquod opus deinde agere. Demum redditis Deo gratijs ob exactum præteritum diem, subditūque supplicationibus in sequente noctem, somno se dedere.

C A P. XXX.

Vperiori capite generali quodā modo docuimus qua quisque victus ratione vt̄s, sanitati sua consulere possit. Nunc vero, ubi ea à quibus cauere debet, subdiderimus, finem huic operi imponemus. Vitet ergo panem sine sale, non fermentatum, non exactè coctum, furfuraceum, cuique aliud præter purum triticum admixtum sit, vt milium, secalâ, auena, hordeum, leguminæ, castaneæ. Vinum meracum, acidum, aut quomodo libet aliter corruptum. Oleia calida, cepas, allia, nasturtium, sinapi. Bubulam carnem, suillam, asini, cameli, hirci, ouis, capræ, felis, murium, anatis. Pisces setaceos, & ostreaceos. Piper, zingiber, & quæ his conduntur. Artochreas, lagana, frixa, salsa, caseum veterem. Lassitudinem, somnum meridianum, solis lunæque radios, ventum, pluuiam. Animi denique valida omnia pathemata. Atque hæc sunt quæ communiter omnibus aut exequenda, aut vitanda sunt. Reliqua quilibet pro variâ suâ naturâ moribisque à Medicis petat. Nós enim hacenus sponsioni, tractatuique nostro satisfecisse arbitramur.

FINIS.

Q V I D ?

Lans Deo virginique Maria.



FRANCISCI SANCHEZ
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA
Professoris Regij
IN LIB. ARISTOTELIS
PHYSIognomicon, COMMENTARIUS.

PROOEMIVM.



I physiognomizare vñquam opus fuit, hoc quidem maxiūmē tempore id perquām necessarium est : in quo inuenire est tot laruatos vrsos, personatos lupos, togatas vulpes, vt vix hominem offendas, qui te offendere non meditetur. Hic sanguinem humanum spirans, agnum præ se fert, iste religionem pietatēque sceleribus suis prætendit, nil minus in corde habens quam Deum, ille osculum pacis cum Iuda offert, sicāmque clanculum cum Ioab in ilia abdit, hic pastor gregis altera manu pædum profert, alterā macharam ceruicibus ouium intentat, iste rector populi, orbis urbiske custodiam pollicetur, dū per posticum hostes furtim excipit. Denique quid non simulant, quid non fingunt hodie homines ? O quam multa materia præberetur nunc Æsopicis vulpis, lupis, coruisque ! O si viueret Cicero ; quanta cum ratione exclamare posset, o tēpora, o mores ! O si reuiueret Iuuenal is ; quot inueniret,

Qui simulant Curiōs & Bacchanalia viuunt; Quot Protheos, quot Chamaeleones ! Has igitur pestes rerum publicarum, hos scopulos vt longè prospicere & vitare possimus, operæ pretium me facturum existimau, auditores humanissimi, si breui hoc interstitio, (dum interim ad studiorum renouationem, post Diui Lucæ festum, commentarios in libros Meteororum meditamus) vobis libellum hunc Physiognomicon Aristotelis interpretarer, paruum illum quidem mole, sed magnum sensu, vilitate, doctrināque : & in quo enarrando plurimum mihi laboritur negotiū, inuiam viam, intentatam alijs, à nullōque, quod sciām, hac tenus inge-

sam, subire cogitanti. Extant quidem in plurima Aristotelis opera commentarij doctissimorum quorundam virorum. In hoc autem, nullius. At scitis qualis hic author sit, quam scaber, inacessus, obscurus, concilus, incomprehensibilis sapissime, nisi artificiosā coniecturā, subtilique mentis acumine. Quibus cūm ego destitutus sim in totum, non mirum si fortasse primo congressu non superem diffīcultatēs omnes, neque album feriam. Qui secundus post me hoc suscipiet onus, addet aliquid ad inventa, item & tertius. In magnis voluisse lat est. Ita factitatum est hactenus ab excellētissimis huius viri interpretibus: nemo primus omnia absolvit, immo quandoque neque secundus, neque tertius. Conabimur ergo quantum vires ferre possint nostrae, tum Physicis, tum Medicis axiomatis adiuti, authoris sensa & concipere & vobis manifestare. Deinde si quid minus placet, etiam liberè, vt solemus, notare, redarguere. Atque sic fieri fortasse, vt modò debita vobisque consueta mihi adsit attentio & benevolentia, fructum aliquem hinc reportemus utriusque. Dixi.

Physiognomiam ergo explicatur, primum, quæ ratio nominis, exponemus, deinde quod operis subiectum, tertio, quis author, quartò & ultimò quis docendi modus. Dicitur ergo liber hic Physiognomicōn, à p̄son, quod est natura indolēsque, & ἡραίμ, notitia, iudicium, quasi de indole naturaque iudicium: & Physiognomia ars siue scientia, quâ hominum mores & ingenia per externa corporis delineamenta, aliaque signa habentur: & Physiognomus, vel Physiognomon, huius artis peritus. Vnde statim appetet huius operis obiectum esse, mores hominum dignoscere, subiectum vero, eosdem homines. De authore maior est ambiguitas. Nam prima quidē pars operis sanè omnino redolēt Aristotelis stylum, docendi methodum, & grauitatem. At vero secunda, quæ incipit à capite septimo, multoque magis à capite octauo usque ad finem, non adeo securè eius authoris dici debere videtur. Tamen quia nemo hactenus dubitauit libellum hunc Aristotelii ascribere; ideo nos veluti illius suscipiemus, conabimurque omnium quæ ab eo dicuntur, probabilem rationem reddere: tum vel maximè quia cūm ante Aristotelem, & post eum multi, vt Ioannes Indaginis, Scotus, & alijs, de re hac differuerint, nemo eorum rem scientificè vt Arist. tractauit, sed praxim tantum sine ratione docuerint. Docendi autem methodus, & proinde libri diuisio hæc est: primò ostendit tribus rationibus, Physiognomizandi aliquā esse artem: secundò recenset modos per quos antiqui Physiognomizabant: tertio modos hos refellit: quartò denique & ultimò sententiam suam profert, & artem certiorem physiognomizandi docet. His ergo suppositis, descendamus ad textus explicationem.

Textus: *Quod anima sequuntur corpora.* Hæc est prima ratio, qua probat, Physiognomia aliquan esse artem. Quod autem anima corporibus compatiantur, & contrà, probatur à Galeno ex professō libro illo cui prōpterea titulum fecit, *Quod animi mores, corporis temperaturam sequuntur:* & alijs, *De cognoscendis curandisque animi affectibus,*

Porrò ratio sic habet. Animæ compatiuntur corporis affectibus, & corpus patitur & mutatur ab animæ pathematis: ergo mutua est inter hæc duo sympathia, & strictus nexus: ergo de anima per corpus iudicare possumus, & de corpore per animam. Nam si adeo disparata essent, vt homo & lapis, neque sibi mutuò compaterentur, non esset de uno ad aliud consequentia, neque de uno licet per aliud iudicare. Ut autem antecedens intelligatur, notandum est ex eodem Arist. 1. de Ani. c. 1. & 4. tum actiones, tum passiones animalium omnes, totius esse compositi, sed alias prodire ab anima, alias à corpore; vt moueri quidem, vociferare, nere, irasci, & similia, totius quidem sunt animalis actiones aut passiones; ab anima autem originem habent: contrà febrire, incalescere, vulnerari, frigescere, hæc quidem toti contingunt animali, sed quæ corporeum est. In ebrietate ergo, quæ nil aliud est quam sensus, motus, rationisque intercepit, aut depravatio à nimia vini copia, corpus quidem primò patitur; incenditur enim, & turbatur: anima autem compatitur corpori; quia cum ea ad sentiendum, mouendum, ratiocinandumque spiritibus egeat, eis vel non sufficienter adjuta, vel non recto modo, cogitur à proprijs munib; aut cessare, aut ea peruersè agere. Contrà autem in mæstitia primò quidem afficitur anima; quia verò ea dum mæret spiritus hinc inde accitos ad se trahit & absunit, corpus spiritibus & calore nativo destitutum non cibum aut appetit aut conficit; ita fit vt excolor omnino & macilentum reddatur. Atque sufficient exempla hæc ad explicandam vim argumenti.

Amplius autem & in ijs quo naturā fiunt. Ecce secunda ratio: si quidem non esset tanta cognatio inter animam & corpus, posset utique fieri, vt qualibet anima sub quacumque forma, & in quocumque corpore indifferenter manere posset, vt anima equi sub corpore & forma felis. At id numquam visum est, nec potest fieri: ergo unaquæque anima certum sibi corpus, certamque figuram exposcit. Vt hinc etiam colligas, quam friuola fuerit olim Pythagoreorum opinio, afferentium Metemphichosim, hoc est deerrationem, transmigrationēque animarum in alia atque alia corpora: quam etiam fugillat Arist. 1. de Ani. 3. Quod autem hæc ratio valde necessaria sit, patet inde quoque, quod corpora omnia tum animalium, tum plantarum, propter animam facta sunt, & membra propter animarum munera, & tum membra tum corpora tota animarum sint congenita instrumenta, vt patet ex eodem Arist. 7. Ethico. Eudem. 1. de Part. animal. 2. de Ani. 4. & Gal. 1. Visup. 2. Cùm autem qualibet anima, officia aut facultates habeat proprias, proprijs etiam egebit instrumentis ad eas promendas: Ergo & proprio corpore, & peculiaribus membris taliter conformatis, taliterque dispositis. Quare per corpus & eius affectiones, de animæ facultatibus & pathematis aptè iudicare poterimus.

Amplius autem & scientes circa unumquodque animalium. Hæc est tercia ratio. Qui studēt cognitioni alicuius generis animaliū, longā assueritudine

& experientiā sciunt dijudicare bonum à malo secundū signa quēdam: Ergo & de hominibus iudicium arte quadam ferri valet. Probatur antecedens in venatoribus, quorum qui feras captant, venatores canes optimè norunt, qui aucupio delectantur, accipitres generosos; qui equos autalunt ut vendant, aut emunt ut vtantur, fortis velocesque (hos enim vocat equites equos) ex corporis lineamentis probant. Quod si hæc omnia vera sunt, ut sunt, inquit concludendo, erit sanè ars quæpiam Physiognomiae.

Priores itaque Physiognomorū iuxta tres, &c. Vbi probauit Arist. Physiognomia aliquam esse artem, secundā hac libri parte, prius quām eam artem tradat, more solito recenset refellitque opiniones eorum qui ante eum de hac re tractarunt: idque adeo obscurè, sive affectatā illigique familiarī, illaudabili tamen tenebris costitute, seu codicum corruptelā, sive exscriptorū vitio, sive interpretum defectu, ut difficile admodum sit nonsolūm eius sensum capere, imò etiam & verba ipsa ad Grammatices regulas cogere. Præterea cùm non extant antiquorum monumēta, quorum ille sententias hic conuelliit, difficile nobis est iudicare eorum lites, facile autem illi nobis imponere, aliorum opiniones aut mutillas aut male acceptas referendo: quod vitium illi à nonnullis obiectum video. Si ergo & ego bene coniocio, & ille non abutitur nominibus generis & speciei, primi Physiognomones ita agebant. A quolibet animalium genere signa in quibus omnes species conueniebant, extrahebant, & sic ideam quandam ex his signis sibi fingebant; item & animæ speciem: ad quæ conferebant homines Physiognomizandos: & secundū signa animalis quæ in eis inueniebantur, iudicabant de moribus Physiognomizati. Atque hoc modo, prima hæc Physiognomizandi norma à secunda parum, aut nihil differt. Qua quidem qui vtebantur, positā, ut primi, formā externā speciei vnius animalis, in quocumque hominis corpore talis forma appareret, in eodem talem animam (hoc est talibus moribus præditam) qualis esset animalis illius, adesse iudicabant. Proinde locus hic sic corrigendus videtur; *Alij autem in talibus corpori simile habenti corpus, & animam similem putabant: ut ita stet constructio, alijs autem in talibus, animalium scilicet & hominum collatione, homini habenti corpus simile corpori animalis alicuius, & similem animam adesse putabant.* Quod si legatur, *corpori similem habenti corpus, &c.* non potest intelligi quid sibi velit.

Alij autem quidam hoc quidem faciebant, &c. Hic est tertius Physiognomizandi modus antiquorum. Cognitā cuiusque nationis formā cognitisque moribus; de quoquo homine iuxta has formas iudicare: verbi gratiā Numidæ perfidiæ notātur, Æthiopes fatuitatis, Scythæ crudelitatis, Afri vafritie, Germani fortitudinis, Itali ingenij acutitie, Galli candoris & inconstantie, Hispani superbie & quietis impatientie, & sic de ceteris. Quicumque ergo similem habebit formam Æthiopi, fatuus iudicabitur; qui Hispano, superbus.

Quidam autem ex moribus à parentibus. Subiicit hic occulte quattuor quendam Physiognomizandi modum, præter superiores tres, quibus viros antiquos dicebat; sumpto scilicet à parentibus indicio ad iudicandum de liberis, deinde etiam & de reliquis, hoc pacto. Cognitoparente aliquorum intus & in cute, perspectis longâ confuetudine eius virtutis, aut virtutibus, consideratâque corporis formâ, filios ipsius esse affectibus obnoxios iudicabant, præcipue verò si & parentum formâ in eis conspiceretur: idem & in animalibus irrationalibus faciendo. Nam & morbi parentum, & vitia transeunt ut plurimum in liberos, & forma etiam, & ut inquit Poëta.

Et sequitur leniter filia matris iter.

Lib. 4.

Ode 4.

Et Horacius,

*Fortes creantur fortibus, & bonis
Est in iuuenis, est in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroce
Progenerant aquila columbam.*

Textum ergo sic exponito. Quidam autem ex moribus, hoc est delineamentis corporis externis, à parentibus de liberis iudicant, quales mores dispositionem sequâtur, hoc est perspecto in parentibus quæ forma corporis (sic enim hic abutitur nomine moris) quas sequatur animæ passiones. Sequitur enim unicus, pro ratione passionis anima, variata in corpore forma, ut timido haec, iracundo illa, luxurioso alia.

Est autem secundum omnes modos hos, &c. Incipit iam nunc sugillare antiquos. Cum enim antea dixerit eos quemlibet secundum unum tantum ex quatuor modis relatis Physiognomizare, subdit nunc secundum omnes hos modos, & secundum alios etiam Physiognomizare opus esse: multilamque subinde, & mancam fuisse antiquorum Physiognomizandi artem.

Hi quidem igitur iuxta mores solum, &c. Non monito lectori insurgit aduersus dictos antiquos, adeo latenter, ut dubites primâ facie an eos defendere velit, an offendere. Suppone igitur eum dixisse, *Hi quidem igitur iuxta mores solum Physiognomizant, & in hoc valde aberrant.* *Primum quidem, quod quidam, &c.* Prima ergo ratio haec est, multi sunt qui animæ passionibus plurimum differunt, ut fortis & iuvenescens: & tamen isti eadem habent in facie signa: ergo non est tutum per formam solum iudicare de anima. Verum enim uero, quando Arist. contradicdi studio saepè laudisque cupidus, ut est naturalis homini philanthia, in quo scumque minimâ oblatâ occasione insurget, & quandoque fatus leuibus rationibus nostrum est nunc & antiquos, quoad poterimus, ab iniuria vindicare, & veritati semper & ubique patrocinari. Dicimus ergo primum, quamuis Aristot. probauerit, aliquam esse Physiognomizandi artem, eam tamen non esse usque adeo certam, ut non falli vnuquam possit qui eâ vtitur, maximè verò si non sit valde expertus: & id commune est omnibus artibus. Secundò, præcipua Physiognomizandi signa sumi à

moribus faciei, deinde & reliqui corporis, tum animalium, tum hominis ipsius, ut videre est hoc tractatu infrā. Tertiō, quōd plura signa certioraque haberi possint, certius futurum esse iudicium; procurādūmque propterea id esse. Quartō, satis esse Physiognomo si aut præsentem animi passionem, aut naturalem habitum cognoscat, neque teneri de præterita aut futura affectione, aut de animæ pathematis, quæ aut doctrina prudentiāque correxit, aut composita facti hominis facies cautè dissimulat, aut non immutant signa quibus Physiognomon vititur. Quæ omnia ut melius intelligantur, exempla subijciam. Si quis naturā tristis, iam consuetudine frequentique exhortatione factus est hilaris, aut qui luxuriosus erat, redditus est continens, si Physiognomon illum iudicauerit triste, hunc verò luxuriosum, ex signis faciei, non desinet optimus esse artifex, iudicat enim de habitu naturali, non de dispositione acquisita. Quod quidem contigit Zopyro illi Physiognomoni, qui Socratem videntis, iudicauit eum bardum esse, cùmque Socratis discipuli Zopyrum deriderent, rectè, inquit Socrates, dixisti, talis quidem eram, nisi me Philosophiæ præcepta correxissem. Contrà etiam si quis omnia hilaris signa nunc edat, propter præsentem magnam, occasionem, aut ita artificiose hilarem se simulet, ut omnia naturalis tristitia signa immutet, si quis eum hilarem iudicet, rectè iudicabit; talis enim nunc est aetū, aut simulatione. Virum autem dolosum & fictum, quis est adeo callidus, ut facile cognoscat? Doctus autem & indoctus, Medicus aut Cithareodus, quæ sunt circa verum & falsum, & citra virtutem aut vitium, animæ affectiones, quia non immutant signa quibus Physiognomones vtuntur non possunt per eadem ostendi, ut subiungit infrā Aristot. His ergo sic dispositis, penitus nunc singulas Aristot. rationes, videamusque an concludant. Ad primam ergo dicimus, non posse inuere cundi & fortis omnia signa esse eadem; quod si in nonnullis conueniant, alia tamen in quibus non conueniunt, consideranda esse, & iuxta haec iudicandum. Quod an fecerint antiqui, nos latet. Quid? quod idem Arist. in ultima huius libri parte, uno aut altero signo contentus, de hominibus per animalia iudicat.

Secundò autem quod secundum quedam tempora, &c. Secunda haec ratio non plus habet virium: scilicet, qui naturā tristis est, potest dies aliquos latos dueere; & qui hilaris, mæstos, ita ut signa faciei mutentur illis diebus: ergo Physiognomon decipietur tunc, si iudicet secundum signa illa: prouindeque iudicium ab externis signis non est valde tutum. At Arist. præcipua tua Physiognomia signa, imo & omnis Physiognomia, haec sunt. Deinde peritus Physiognomus seit distinguere præsentem passionem, à congenita, ut dicemus statim. Qui enim naturā tristis est, eo etiam die quo hilaris est, plurima retinet signa & vestigia congenitæ mœstitez: imo & quod magis est, etiam valde dissimulatus homo, non potest adeo faciem mutare, ut non ostendat experto Physiognomio latenter affectionem, iuxta illud Poëtæ.

Cornel.
Gall.

*Cerè difficile est abscondere pectoris astus
Panditur & clauso sepius ore furor.*

Lib. 3.

Et Tibullus,

*Hei mihi, difficile est imitari gaudia falsa
Difficile est tristi fingere mente iocum.*

2. Meth. Et Ouidius,

Heu quām difficile est crimen non prodere vultu.

Epist. 15. Et alibi,

*Quā licet, & possum, luctor celare furorem,
Sed tamen apparet dissimilatus amor.*

Et quamvis in die lāto non apparerent signa aliqua mœstitia, & indicaret Physignomon hominem esse hilarem, tamen non proinde demandans esset, quemadmodum nec Astrologus, qui cras pluiturum ex signis artis suæ dixit quamvis non pluat, nec Medicus qui ægrotum moriturum prædictit, licet non moriatur, non sunt inepti artifices, multòminus Physiognomon, qui non tenetur iudicare, nisi secundum signa quæ videt.

*A*dhuc cum his, de paucis utique semper, &c. Videtur confirmare superius argumentum, hoc modo, coniecturam facere oportet de animæ pathematis per pauca, certa tamen, & quæ perpetuò apparent signa: ergo non per ea quæ ad quamcūque oblatam occasionem mutantur, quælia sunt, quæ in facie apparent. At nos omne concedimus, dicimùque omnibus attendendum esse, & his quæ perpetuò apparent, vt de congenitis passionibus iudicemus; & his quæ mutantur, vt de transeuntibus affectionibus statuamus.

*Q*ui autem ex feris Physiognomizant, &c. Secundum modum Physiognomizandi antiquorum in sequentibus oppugnat. Sed id etiam & obscurè, & parum vehementer. Nam primi etiam Physiognomizabant ex feris, quemadmodum & secundi eodem Arist. referente suprà. Quomodo ergo dicit nunc, *Qui autem ex feris Physiognomizant?*

*P*rimum enim, ut simpliciter dicam nullus, &c. Neque antiqui, vt credo, tantam similitudinem requirebant, vt homo omnino similis esset viso, aut ceruo; neque id fieri poterat, neque necessarium erat ad Physiognomizandum: imò satis est, vt in aliquibus conueniant; & id requirit similitudinis natura: quæ enim in omnibus conueniunt, non similia, sed eadem dicuntur. Cùm autem Arist. infrà, modo in vna aliqua re homo animali cuiquam similis sit, ex similitudine hac Physiognomizet, miror quod in alijs id reprobet.

*A*dhuc autem cum his, animalia pauca, &c. Hæc est secunda ratio, qua inuehitur in hos antiquos. Pauca sūt animalia quæ peculiaria aliqua habeant signa, fere omnia autem communia. Si ergo leo & ceruus habent signum aliquod cōmune, & signum illud inueniatur in quoipam homine, cur potius homo ille leoni quām ceruo similius dicitur? At respondebunt antiqui, nonnulla esse signa peculiaria vni generi animalium

mantium, per quae quidem de homine non iudicamus: alia vero ita communia, ut paucis alijs eiusdem naturae conueniant, per quae iudicare licet. Neque idem Arist. habet alia per quae iudicet, & per haec iudicat in sequentibus.

Communia ergo signa nil utique manifestabunt, &c. Imò communia signa manifestant nobis quod volumus. Nam si de passione communis hominibus & feris querimus, quales sunt animæ sensitivæ passiones, per signa his omnibus communia, quæ talij passioni obnoxia sunt, iudicandum est. Si de rationalis animæ affectibus, qui sunt soli homini peculiares, per signa communia indiuiduis, quæ talem affectum habent, ut de ingenui acumine, aut tarditate, de discendi facilitate aut difficultate, & sic de alijs.

Si autem aliquis propria ruris cuiusque, &c. Quod nec propria cuiusque generis animalium signa Physiognomoni conueniunt, ostendit. Quod enim proprium alicui est, id alijs commune esse non potest: ea enim est proprij quarto modo natura: ergo non inuenietur in hominibus, neque propterea per ipsa de ijsdem iudicabimus. At dicimus, nullum esse adeo proprium, quod aliquā ex parte in alijs non inueniatur: aut si talia quædam sint, ea nos latere; & siquidem de aliquibus confiteretur, per ea nos non iudicare de alijs. Physiognomizamus enim de fortitudine, timiditate, inconstantiâ, celeritate, irâ, crudelitate, temperantiâ, & alijs huiusmodi, quæ tum pluribus animalibus inter se, tum homini cum illis, sunt communia. At vero non Physiognomizamus de attractione ferri, quod soli magneti conuenit; de attractione palearum, quod soli succinon; de torpore induendo, quod soli torpedinis & similibus alijs.

Nihil autem proprium animalium, &c. Confirmat superius argumentum. Quamvis ex proprijs signis licet Physiognomizare, tamen vix inuenire est propria quædam signa & proprias facultates. Ignoramus enim rerum naturas & proprias vires. Ergo neque per communia, neque per propria signa licet Physiognomizare. At nos huic confirmationi, quemadmodum & argumento iam satisfecimus.

Sed ex hominibus electionem facere oportet, &c. Videtur hic velle, ut ex solis hominibus eandem passionem habentibus ad alios signa capiamus & transferamus. Athoc repugnat tum precedentibus, tum etiam sequentibus. Propterea error videtur subesse in codice, ut pro *hominibus*, debeat legi, *omnibus*; qui quidem lapsus facilis est. Tūc ergo sensus erit, ut non ex uno genere animalium, signorum collectionem tantum faciamus, sed ex omnibus eandem passionem patientibus. Atque sic optimè cohæret sententia cum dictis & dicendis postea.

Si enim ita quis elegerit, &c. Textus hic satis est obscurus & inuolutus. Vult igitur, ut si signa fortitudinis colligere velimus, respiciamus ne animalia à quibus haec signa trahimus, habeant passionem aliquam comunem, præter fortitudinem. Si enim illis esset etiam communis, verbi gratia, luxus, dubitamus an signa illa luxū, an fortitudinē denotarent.

Et non habentibus passionem vllam, &c. Intellige, vt diximus, non habentibus passionem vllam aliam manifestam, præter vnam, cuius signa quærimus.

Quacumque itaque signorum mansua sunt, &c. Solitâ obscuritate proponit hic nobis distingueda duplicitia signa, duplicitèque passiones: mansua alia, alia transeuntia, aut aduenientia, & discedentia. Mansuæ passiones sunt quæ in habitu sunt, vt iracundia, mœstitia, ferocia. Transeuntes vero aut aduenientes, quæ præsentes solum sunt dispositiones, vt ira, tristitia, crudelitas, ob præsentes occasiones. Signa etiam mansuæ sunt, & quæ habitus & mansuas passiones indicant, & quæ stabilem habent in subiecto durationem, vt color, capilli, durities, figura. Transeuntia vero, quæ transeuntes dispositiones denotant, & quæ ipsa quoque facilè transeunt, mutanturque, vt risus, fletus, aspectus, motus, & alij faciei mores. Vult ergo vt per signa mansuæ iudicemus de passionibus mansuis; per transeuntia vero, de transeuntibus: & non contrâ. Si enim per signa transeuntia iudicet aliquis de mansuis passionibus, contingit quidem aliquando verum dicere, aliquando vero non. Verbi gratiâ, si quidem incidat in hominem naturâ hilarem qui nunc rideat, & alia signa hilaritatis præbeat, si per hæc iudices eum naturâ hilarem, verum quidem dixisti, sed contingenter, & non necessariò. Nam si alium statim videoas naturâ quidem tristem, sed qui ob præsentem occasionem rideat, etiam & alia hilaritatis signa præbeat, eumque vt alium iudices naturâ hilarem, iam deceptus es. Atque Aristoteles hanc distinctionem facit, vt vitet inconueniens antiquorum, qui per solum faciei morem, dicant de anima passionibus. Sed nos iam huic arguento respondimus. Porro quia quæ sequuntur in Aristotele, magis particularia sunt, minùsque difficultia, propterea nos ea lectorum captui relinquimus.

Q V I D?

Laus Deo virginique Mariae.



FRANCISCI SANCHEZ,
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA
Professoris Regij

*DE DIVINATIONE PER
sommum, ad Aristotelem.*

DECKERAM VS iamdiu potius filere, & mutare nobiscum Philosophiam, quam cum tot fatus publicè insanire, insaniāmque nostram publicis tum concertationibus, cùm prælectionibus, tum denique operibus manifestam omnibus facere, & quod peius fortasse sit, in eandem alias, si ita contingat, trahere. Quid enim aliud est scire nostrum, quam temeraria fiducia cum omnimodā ignorantia coniuncta? aut quis audet dicere, se aliquid eorum quæ toto naturæ ambitu continentur, comprehendere, in tantâ rerum varietate, incōstantiâ, contrarietate, obscuritate denique, & caligine? in tam paucâque docentium dissentiumque concordia? cùm tam infelici, debilique ingenio? tot difficultatibus circumuento, obrutoque? Veritatem sanè omnes ore laudamus, prædicamus, & quantum videri volumus, se etiamur, opere autem eandem aut nescimus, aut fugimus, aut inuentam forte oppugnamus, libenterque obtegimus. Falsitatem contrà maior hominum pars astruimus. Inde optime dictum, *Obsequium amicos, veritas odium parit.* Et hæc etiam causa est cur multi scientes, alij nescientes, falsa pro veris habent, & exhibent, philaphiâ ducti, qua nihil omni enti commendabilius. Neque solum contenti sumus, rationibus aut veris, aut fucatis & apparentibus quod volumus stabilire, sed etiam nisi verba suf-

fiant, ad contumelias, ad verbera, ad cædes denique perutinimus. Atque omnia hæc producit seipsum conseruandi amor. Veritatem propterea, iusque, quisque ad propria commoda detorquet & utilitate mensuratur. Qui vero sui ipsius oblitus, omnibusque posthabitatis, veritati adharet, hic saepe cum ipsa perit. Veritas enim una est, errores vero infiniti. Quare coguntur saepe sapientes, qui perpauci sunt, tacere aut cum insipientibus, qui infiniti sunt, idem non sentire (id enim nulla vis cogere potest) sed saltem consentire, concedere, & probare. Id cum ego sapienter voluo, quod reliquum est vita, in otio & contemplatione transfigere potius in animum induxi meum, quam contendendo, dugando, rixando, vitam absumere, in felicemque reddere. Sed ab hoc tam honesto proposito me detrudit officij & muneris mei ratio. Atque propterea cum alijs insanendum est, aut, si soli insaniamus, aliorum insaniam experiemur. Et aliorum ergo stultitiam, & nostram etiam patefaciamus. Est itaque propositum de Diuinatione per somnum dicere. De qua Aristoteles ingeniosus alioqui Philosophus paruo libello tractauit latissimè obscurè: ita ut videatur difficultates declinare, & hic & sapienter alibi, propter dictam philaptiam. Nos autem quæ vera videbuntur, nullâ aut illius, aut alterius cuiusque habitâ ratione, docebimus. Et naturalem Philosophiam ad moralem trahentes, commodumque ex disquisitionibus nostris captantes (quod Socrati placebat) quid credendum, quidque fugiendum circa proposita quæstionem, tandem ostendemus.

Ergo ut initium operi & labori iam demus, ardua semper & difficilis de Diuinatione inter Philosophos habita est quæstio. Ea autem quadruplices est, an sit Diuinatio, quid sit, qualis sit, & propter quid sit. De quibus omnibus seriatim differemus. Esse quidem Diuinatione ostendere videtur constans de ea circa omnes gentes, & per omnes aetas opinio. Sunt etiā multa multorum experimenta de eadem habita, quorum alia voce, alia scriptis traduntur; & quibus non fidē adhibere, periculis potius, quam veritatem sectantis esse videtur. Non est autem dubitandum semper & ubique gentium Diuinationem creditam esse ei, qui vollet antiquorum monumenta percurrere. Antiquissimus Moses, & sacra

Gen. t. 40. pagina de Somniorum expositione per Ioseph facta; & de Delbora, &
& 41. Saulis Pythonissâ refert, & prohibet ad ariolos, & magos se cōferre. Homerus, & Hesiod. Calchanem valde extollunt, & Pherecydes Mopsum, Tiresiam, & Amphiaraum, & Helenum, & Cassandra, & Polyidum. Denique quotquot habemus, Græci, & Latini, & priores his Hæbrai autores referunt Babylonios, Chaldaeos, Ægyptios, Indos, vetustissimosq; alias gentes, & seipso omnes Diuinatione vfos. Neque nostratempora his carent: immo quocumque in angulo Europæ, Asia, Africæ India tum Orientalis cum Occiduæ, in quocumque pago inueniuntur Diuinatores. Exempla autem rerum verè prædictarum omnia recensere infinitum esset. Constat inter nos de veritate Prophetarum: inter presos de Sibyllarum, Pythij, & Delphici Apollinis, Dodonæi, & Hæmonij lous,

Iliad.

Trophonij antri, Borysthenis, Herculis columnarum, & similium. Privata multa exempla inuenies apud Ciceronem. Denique nihil in tota ^{1. de diuina-} vita neque publicis neque priuatis in rebus siebat apud Romanos, mul-^{natione.}
 tisque alias gentes, absque diuinatione. Est & alia ratio quæ pro diuina-
 tione facit, quod de ea sit scientia & lex. De eo autem quod non est, ne-
 que lex, neque scientia esse aliqua potest. Legem esse constat quæ diui-
 num, & magos, & falsos prophetas consulere vetat apud Mosem ut
 suprà dicebamus. Alibi autem verum Prophetam, hoc est diuinatorem,
 adire iubet. Apud Romanos vero lex est qua habet, *Interpretes Iouis Cic. 1. de*
optimi maximi publici augures signis & auspicijs videntes, disciplinam te-
nento, sacerdotes vineta, virgultaque, & salutem populi auguranto: quique ^{2. de leg.}
agent rem duelli, quique populi, auspicium premonento: ollique obtemperanto.
Dinorūmque iras prouidento, ollisque parento: cælique fulgura regionibus
ratis denotanto: Urbēmque agros, & tempia liberata & effata habento. Quæ-
que augur iniusta, nefasta, vitiosa, diræcne defixerit, irrita infestaque sunt.
Quique non paruerit capitale esto. Hæc lex. In quibus etiam diuinandi
scientiam auguribus tribuit, & eam tenere iubet. Erat propterea augu- ^{Cic. 2. & 3.}
rum collegium, idque nobilissimum dignissimumque omnium colle-
giorum. Neque immorandum est in verbo, scientia, aut disciplina, satis
enim est, si diuinandi ars sit. Nam & de nihilo ars quoque esse nequit, &
Medicina ars etiam dicitur. Extant autem libri quamplurimi, & de diuina-
tione quæ fit per somnum, & de ea quæ per astra habetur, quæ Astro-
logia pars propterea vocatur iudicaria, quasi iudicium ferat de futuris.
Et olim erant sibyllini, & Hetruscorum libri, & haruspicini, & fulgura-
les, & rituales, & augurales. Quod si authoritas grauium virorum aliquid
habet momenti, Pythagoras, Plato, Socrates, Aristoteles, Democritus,
Chrysippus, Diogenes, Antipater, Dicæarchus, Cratippus, Synesius,
Porphyrius, Plinius denique, & omnes fere alij Philosophi diuinatio-
nem asseruerunt. Quid notius Socratis dæmonio?

Sed ut probationem hanc à posteriori mittamus, Stoicorum ratio ad probandum diuinationem esse, sic sumitur à priori; si sunt Dij, neque ^{Cic. 1. de} ante declarant hominibus quæ futura sunt, aut non diligunt homines: ^{diuinat.}
 aut quid euenturum sit ignorant; aut non censem esse suæ maiestatis præsignificare hominibus quæ sunt futura: aut ea ne ipsi quidem Dij significare possunt. At neque non diligunt nos (sunt enim benefici, generique hominum amici) neque ignorant ea quæ ab ipsis constituta & designata sunt: neque nostrâ nihil interest scire ea quæ euentura sunt (erimus enim cautores, si sciamus) neque hoc alienum ducunt maiestate sua (nihil est enim beneficentia præstantius) neque non possunt futura prænoscere. Non igitur sunt Dij, nec significant futura. Sunt autem Dij; significant ergo: & si significant, nonnullas vias dant nobis ad significationis scientiam, frustra enim significarent: nec si dant vias, non est diuinatio: est igitur diuinatio. Hoc est fortissimum Stoicorum argumentum.

Duo autem alia sunt, sed minus valida. Primum, animus nostrum immortalis est, & diuinâ origine. Nihil ergo mirum si cum magis à corporis cura, & terrenarum rerum sollicitudine abstractus est, magisque purus & sui similis, ad Deum accedens, ab eo futurorum præsentionem accipiat, aut obuiam multis alijs animis, & dæmonibus, qui multa sciunt, factus, ab ijs futura discat. Hoc autem maximè sit in somno, non satiatis, & prauis humoribus obrutis, idiotis, & animum habentibus vacuum à multis variisque cogitationibus, moribundis denique. Alterum est. Omnia fiunt fato. Est autem fatum, series & ordo causarum infallibilis, ab æterno & in æternum ductus continuâ concatenatione, & sæpius iteratâ reuolutione. Ergo qui tenebit præterita aliqua sæcula, & experimenta in ijs facta, ex similibus signis, similia futura colliget effecta. Hæ sunt præcipuae rationes pro diuinatione. Nam quæ coniecturis quibusdam fit de futuris, prædictio, non diuinatio quibusdam dici meretur, vt cum agricola futuram vbertatem aut sterilitatem præuidet, nauta tempestatem, Medicus crism, aut lethum. Atque haec tenus de prima quæstione an sit. Quæ tamen pleniùs intelligetur, & absoluetur, dum, & postquam alias subiecerimus.

Videndum nunc quid sit diuinatio, & qualis, hoc est quotplex, & propter quid tandem. Diuinationem quidem video aut quasi rem notam omnibus, non definiri, aut malè definiri. Dicitur autem Latinis optimè diuinatio à diuis; & multò melius quam Græcis *parvus*, quam à furore deriuari vult Plato, quia qui oracula reddebant, in furem agebantur. Nihil enim magis diuinum est, quam futura prædicere. Propterea quæ definitur à Cicerone diuinatio, earum rerum quæ fortuitæ putantur, præfensio atque prædictio. Dicit porrò fortitorum: quia de necessarijs non est diuinatio, sed certa scientia, vt quod cras orietur Sol, ego & omnes moriemur, eclipsis erit, hyeme pluet in Gallia. Atque huic definitioni videntur omnes qui diuinationem non definiunt, assentiri, vt ex eorum scriptis colligi potest, & exemplis. Cardanus vero nostri sæculi & Philosophus & *Cic. de diuinatione l. i.* De varietate rerum Medicus doctissimus, simul etiam sæpe omnino irrationalis, & deliro l. 14. c. 68. potius (quod tamen tanti viri pace dixerim) quam sapienti similis, aliter diuinationem definit, & multa de ea dicit, neque rationi, neque sibi cohærentia, vt alias consuevit. *Diuinatio*, inquit, est coniectura vera de futuris, non certa ratione habita. Vbi de futuris tantum, vt alij diuinationem facit. Reliquas vero huiusc definitionis partes, paulò infrà examinabimus, si prius expedierimus hoc de futuris. Chrysippus etiam definit vim cognoscentem & videntem signa quæ à Diis hominibus portendantur: vbi melius, meo iudicio, dicere potuisset, vim cognoscentem signa per quæ aliquid à Diis, hominibus portendantur. Conueniunt ergo omnes in hoc, quod diuinatio sit de futuris tantum. Sed an id verum est? mihi quidem longè aliter videtur;

& de præteritis ; & de præsentibus etiam diuinationem esse. Qui enim mihi dicet quod ego multis antè annis fecerim, non à me , aut ab aliquo præmonitus , ille meritò diuinare dicitur : & qui etiam mihi præsenti dixerit quæ mente voluo , & quid negotij gerat nunc Hispaniarum Rex , aut Turcarum , hic non minus diuinabit. Harum autem diuinationum exempla habemus & in profanis , & in sacris literis. Præterita diuinauit Sophocles poëta , cùm in somnis monitus cic. i. diuin. est ab Hercule quis esset ille qui auream pateram ab eius Herculis æde surripisset, sìque sæpius à Deo doctus , cùm contemneret, tandemque Areopagitis reuelasset, deprehensus est latro. Nathan 4. Regū 12. etiam adulterium quod commiserat Dauid , & occisionem Vriæ diuinauit. Præsentia verò Accius Nauius,dum Tarquinij regis cogitatio- cic. i. diuin. nem de cote nouaculâ disflecandâ reuelauit : & Helisæus, cùm Giezi 4. Regum. 1. puerum suum à Naaman argenti talenta duo accipientem videbat, licet absens. Est igitur iam non solùm de futuris , sed & de præteritis, & de præsentibus diuinatio. Quoniam autem de præteritis videtur potuisse diuinator admonitus esse , & de præsentibus etiam, aut à nobis ipsis, aut ab alio ; de futuris autem à nullo, nisi Deo ipso , ideo præcipue in futuris diuinationem constituerunt , & de his præcipue est. Atque propterea à Cicerone dicitur præsensio, quasi ante sensio. Quod enim additur, prædictio, parum est ; sequitur enim ad aliud. Præsentire enim possumus & diuinare certò , quamvis nihil prædicamus , non autem prædicere certò , nisi præsenserimus. Huic etiam sententia videtur fauere Aristoteles, dum diuinationem quæ per somnum fit, non omnino contemnendam esse dicit , & sæpe euenire ea quæ in somnijs prædicuntur, & sæpe etiam aliter quām prædictum est. Iam ergo in hoc falli videntur hi authores, quod in futuris tantum diuinationem ponebant. Quare querenda est alia dictio loco illius, præsensio, quæ omnibus fortuitis , tum præteritis , tum præsentibus , tum futuris conueniat. Ea posset esse , sensio : sed cùm sensio ad obiecta præsentia tantum pertinere videatur (ea enim solùm sentiuntur, quæ sensui benè disposito benè disposita ipsa obiecta sunt) ad fensionem oportet addere, internam: quod & Cicero vult. Nec enim futura externo sensu percipi intelligit, sed mente. Cùm autem sæpe visio tanquam dignissimus omnium sensuum, pro omnibus alijs accipiatur ; ideo nos diuinationem, internam visionem meritò vocabimus. Et quia quæ omnibus, aut aliquibus manifesta sunt, non egent diuinatione, sed aut sensu, aut intellectu: propterea addendum erit definitioni , ocultorum. Ita vt iam hactenus habeamus diuinationem esse , internam visionem ocultorum. At verò, quia scientia videtur esse etiam interna visio ocultorum (quæ enim per scientiam habentur , oculta sunt omnino sensui, quamvis non intellectui) & si quæ diuinantur, cognoscuntur à diuino, quemadmodum & quæ sciuntur , vt differentiam inter scientiam & diuinationem constituamus, oportet addere definitioni, non habita

rationis discursu. Scientia enim habetur ratiocinatione, diuinatio vero omniō sine discursu, si diuinatio futura sit. Ergo sit hæc absolute diuinationis finitio, vt sit visio interna occultorum nullo rationis discursu obtenta. Hac vero definitione comprehendemus præterita, præsentia, & futura. Neque opus erit addere fortuita, propter præterita, & præsentia, quæ licet fortuita essent antequam contingenter, tamen ea ratione quæ præterita, aut præsentia iam sunt, fortuita non sunt amplius, sed necessaria. De quibus tamen omnibus, diuinationem quoque esse suprà ostendimus. Et satis etiam sub dictione, occultorum, comprehenduntur. Iam igitur videor mihi constituisse veram & legitimam diuinationis significationem (omnis enim ferè de nomine quæsito est) aut rei essentiam, si ita vis. Nunc ad eius differentias accedamus; si multæ sunt differentiae eius rei quæ nulla est.

*Cic. T. de
diuinat.]*

Antiqui duo genera diuinationis statuebant, aliud naturale, aliud artificiale; & utrumque varijs modis & fieri & misceri dicebant. Nos vero diuinum seorsim addemus, quod illi sub naturali comprehendebant, sed alia ratione diuinum vocabant ac nos. Duo ergo erunt diuinationis summa genera, diuinum scilicet, & naturale. Diuinam diuinationem quæ sola diuinatio dici meretur, vocamus à Deo immissam priuatim occultorum visionem citra omnem naturæ operam. Hæc certissima est & nec falli, nec fallere potest; tamque dormientibus, quam vigilantibus, & bonis, & prauis etiam hominibus contingere potest. Id vero non naturali ratione probari potest, sed certum est in religione nostrâ & indubitanter credendum; vt in allatis ex sacris libris constat exemplis, & multis alijs tum veteris, tum nouæ legis. Atque vt hanc nos veritatem vt & omnes alias debemus sacro Dei verbo, sic rationib[us] naturalibus quæcumque diuinationem astriunt, nihil conuinci posse putamus; immo contrarium humanæ fragilitati magis congruere. Hæc legitima & propria est diuinitio: & de qua est quæstio inter Philosophos an detur. Ideo enim diuinitio dicitur, quia à Deo absolutè pendet.

Diuinatio vero naturalis alia est inartificialia, alia artificalia. Inartificialia est, si quæ est, quæ absque ullo iudicio fit, de occultis sensio, aut visio. Artificalia vero, quæ cum mentis discursu fit, de occultis coniectura. Differunt porrò diuina, & naturalis, & causâ, & euentu. Prima enim à Deo est, alia à fortuna: illa certa & necessaria, hæc dubia, & quamvis contingat, fortuita, & si non contingat, irrita & inanis. Dicitur tamen & hæc quoque homonimè diuinatio, veluti homo mortuus aut pietus. Huius secundi generis putamus esse omnes humanas diuinations, & rite antiquos, nec etiam nos posse aliquid certò & indubitanter de occultis præteritis, præsentibus, & futuris efferre: nec esse locum aliquem, artem aliquam, modum aliquem diuinandi certò; quamvis sint artes nonnullæ, & acuta multa ingenia, quæ signis quibusdam connectant antecedentia cum sequentibus, & contrâ, atque hac ratione multa proferant miranda idiotis, qui cum discursu hunc nec habeat, nec videant, alios

alios diuinare credunt. Proptereaque prudentes ingeniosique viri sapientius diuinant, quam ignauit. Hi enim sola fortuna nituntur; illi vero praecipue ingenio, quod non adeo incertum est, modò omnia recte perpendantur, ac fortuna: à qua etiam non eiiciuntur ingeniosi. Vniuersaliter ergo diuinatio omnis humana fortuita est, licet in aliquibus mera & tota fortuita, in alijs etiam habens aliquid artificiosum & ingeniosum. Quod autem artificiosum & ingeniosum est in diuinatione, à sola mentis vi pendet conferentis, inferentisque vnum ex alio; nec aliunde peti potest. Ea vero ex quibus, & per quæ aliquid inferatur, cum eo quod infertur cognitionem & connexionem aliquam habere debent. Aliter enim iam non diuinatio ingeniosa est, sed stulta & temeraria. Id exemplo aliquo ostendamus. Arrogans medicus non viso ægro, nec eius excretis, ex astris aut sine his, ex fortibus, de vita & morte eius pro quo consulitur, iudicium profert. Prudens contraria & exercitatus, qui nouissimâ visitatione ægrum dimisit à graui morbo & febre acutâ liberum, vbiique ad eum reddit, inuenit iterum febrem, initâ apud se ratione, neque ab internâ causâ febrem pendere videns, ab externâ aliquâ & errore in vietu commisso reciduam concludit factam. Rursus inspectâ ante ægri naturâ, si in iram pronus sit, aut in vinum, aut in venerem, & nuper vxori coniunctus, additis alijs ex vrinis, ex pulsu, ex ijs quæ circa ægrum sunt circumstantijs, profert eum tale, aut tale secisse delictum; sœpeque diuinat, & ab astantibus admiratione habetur: Et propterea quandoque Gal. in hoc laborabat, ne quæ artis peritiâ consequebatur, diuinationi tribuerentur; quod sœpe fiebat ab eius inuidis & aduersarijs, idemque se iactat, nunquam in prognosi deceptum fuisse, quia scilicet artis theorematis probe instructus, longo vsu exercitatus, omnia toto morbi decursu examinans ad vnguem & conferens, nihil temerè, nec primis diebus efferebat, sed tandem prope victoriam. Prognosis autem diuinatio est, prædictio. Hac ergo ratione, longoque vsu & experientiâ medicus, astrologus, agricola, nauta, dux, gubernator; quilibet denique in arte sua peritus, diuinare multa potest, quæ ineptum vulgus mira & extra naturæ ordinem iudicet. Hac arte præuidit Thales futuram oliuarum vbertatem; hac Solon insurgentem Pyfistrati tyrannidem; hac Gal. futuram hemorrhagiam, & finiendas febres; hac idem Gal. cognovit amore flagrantem virginem, & quem deperiret iuuenem; & Erasistratus Seleuei medicus, eundem in eius filio Antigono erga Stratonicem nouercam deprehendit amorēm. Plutar. Demetr.

Quid multa refero? Tota est hisce exemplis referta humana vita. Noui quendam adeo acri ingenio, firmoque iudicio, qui de præteritis multa diuinet ex euentis, de præsentibus ex signis, de futuris ex illustratione à multis experientijs: cui pauca contigere, quæ non præuiderit, qui ita bene mente penderet, metiatur, & stimet vnam quamque rem, ut diuinet quot vini aut olei heminas contineat vas aliquod, quod

frumenti modios aceruuſ, quoſ iugera terra funduſ, quanti ſteterit res empta quælibet, quoſ pondo pendeat, quoſ nummos manu comprehenderit, idque non adeo exquifite, vt nihil eret, ſed parum admodum. Sunt haec ingenij benè iudicantis, prudentis, & circumſpecti viri, non diuinantis. Nec aliud puto Socratis fuſſe dæmoniuſ: præcipue cum nunquam impellenti crederet, vetanti verò ſemper. Si enim bonus erat dæmon, cur ad bona non impellebat? aut ſi impellebat, cur illi non obtemperabat Socrates? Poterat etiam, ſi malus erat, aut & ſi bonus, ſi nocere volebat, à bonis retrahere. Sed erat hoc maturum Socratis conſilium, & erat aliàs ille melancholicus, vt ferè ſunt omnes studioſi, Philoſophique: Irrationalis facultas animæ, quæ corpus noſtrum diſpensat, gubernatque, ea prima nos ſemper ad ea, quæ corporea ſunt, & cum brutis communia, impellit, vt ſunt ira, luxus, gula, & similia; quæ nos ſemper, aut ſaltem ſæpe ad perniciem ducunt. Philoſophus ergo qui prudens eſt, & rationalem animæ vim excolit, violentamque aliam deprimere perpetuò meditatur, ne in ea pericula incidat, in quæ illa impellit, Iuſpicioſus ſemper cogitat quid, quāmque actionem conſequi poſſit, & minimâ habitâ coniecturâ mali, ſæpe ſe retrahit: hinc fit ut non multū in mala incurrat, pauca & cū premeditatione aggrediatur; cautele denique ſemper ſe gerat: Vtilius enim timuiffe bene eſt, quām fidere valde. Temerarius contrà & excors omnia bruti conſectans, nulli impetuſ riefiſtens, neceſſe eſt ut male pereat tandem. Sic quemadmodum, vt ait Aristoteles, ſi multa iacias, aliàs aliud iacieſ, ita Philoſophus multa timiens, plurima vitabit incommoda; ſtultus contrà & inconsultus omnia ſectans, in multa incident. Quia ergo valde prudens erat Socrates & catetus, multa præuidebat, vitabatque: atque hoc occaſionem dedit aut illi, ſi ille id aſſerebat, vt maiorem gloriam apud ſuos obtineret, aut eius aſſeclis, vt præceptorem magis admirandum redderent, dicendi eū habere dæmonē aliquem. Quid enim dæmones quærimuſ incognitos, cum intra nos cognitū ytcumque ſalteſ actu & experientijs dæmonem animuſ noſtrum habeamus, non ſolū harū diuinationū quæ diſcurſu habentur authorem, ſed etiam fatuarum aliarum inuentorem fautorēmque, & dæmoniorum etiam diuinatorem? Hoc ergo dæmoniū ingeniolum, prudē, callidum, vaſrum, fallax, mendax, artificiosum, dolosum, sagax, diuinum denique ſi ita libet, mobile in omnes partes, ſe huc, illuc iactat, omnia versat, præterita, præſentia, ea confert, alia ex alijs infert, vigilans, dormiēs, irrequietum ſemper, vnde fit ut nonnulla diuinet, hoc eſt attingat cum ratione, alia ſine ratione: aliàs etiam cum ratione deliret, aliàs ſine illa. Quæ enim adeo eſt absurdā opinio quæ rationem non habeat comitem, multosque fautores, ſi ſors ita ferat? Hoc dæmoniuſ nunc iſipsum decipitur, & alios inſciens decipit: nunc mendax ſi non iſipsum decipiatur, alios tamen ſciens & volens decipit, & decipere conatur. Hoc modò nūc ſe dæmonem putat, aut fingit, nunc angelum, nunc diuinum, modò etiam Deum, aut Dei filium. Quis ferat Alexandruſ gaudentem ſe vocari filiuſ Louis? quis Romanos Imperatores ſibi templa, ſacerdotes, imagines,

sacrificia ex pretiosissimis rebus, diuinos denique omnes honores vendicantes, inter Deorum simulachra sedentes, cum ijs colloquentes, imò ijs minas intendētes, imperitantēsque? O furor! Nuper quis dicebat se esse Ioannem Baptis̄tam; alius sanctum Spiritum: & veniet mox Antichristus. Alij amentes venisse iam dicunt: Alij amentiores, non venisse Christum, ne dū Autichristum. Quid his facias? Ecquid ergo mirum si seductor ille pessimus Mahometes le summum Dei prophetam fecit? sobriū tamen & modestiū id quidem quām Caligula. Hoc ergo humanum demoniū est quod tot diuinationum modos excogitauit, vt alios deciperet, & se super alios efficeret, quæstūmque inde faceret; aut verè cogitans se Dei secreta tenere, ad vanam diuinitatis opinionem accederet. Ita sunt omnia obscura, incognita, abscondita, & erroris plena. Quid stultius quām Deos fornicatores, adulteros, incastuosos, homicidas, patricidas, latrones, crudelēs, furibundos, maleficos, sibi mutuō contrarios, & hostes, improbissimos denique colere? Tota tamen antiquitas hos Deos habuit. Neque verò id adeò absurdum est atque feles, boues, dracones, crocodilos, similiāque alia absonaſin diuis habere, vt multi haec tenus fecerē. At iam nunc Euangelica lux & monstrā hæc, & tenebras discussit, fugauitque, vt mirremur tot populorum tam longam stoliditatem, nec minus despectui & contemptui habeamus oracula, auguria, ostenta, omina, reliquaque omnia quæ prisci tam religiosè obseruabant. Et scitè quidem Græci id quod nos diuinationem dicimus, furorem vocabant, vt antea dicebamus. Oracula enim, & qui in eis responsa reddebat, furore se corripi simulabant, cùm tamen reuera insanirent, vt & nunc faciunt quicumque diuinare tentant seriō. Tamen illi non tā delirabant, atque ij qui eos consulebant. Nam si illi lucrum captantes furorem simulabant, vt credere par est, & credebant etiam oculati viri eius tempestatis, prudentes ij quidem erāt, licet improbi & dolosi, qui verò eis fidem adhibebant, contrā fatui, licet simplices & minimē mali. Sic sape fit vt callidores imponant probis & candidioribus. Filij huius sæculi, prudentiores, ait Dominus, sunt filii lucis. Vanam autem fuisse antiquorum curam & superstitionem de diuinatione non solū nos quos veritas docuit, quibūsque illuxit fides, cognoscimus, videmusque iā manifestè, ijs scilicet oraculis augurijsque in totum sublati, sed & qui tūc viuebant, quibūsque id cūm religione, tū publicis legibus imperabatur, obseruabaturque. Cicero quidē augur erat, tamen eo ipso tempore quo vigebat hæc demētia, eam ipse detegit, oppugnātque tū luculentissimē, tū etiam elegantissimē, & ad quæstum, ad superstitionem, & ad fraudem conficta esse omnia diuinationum genera non solū suā sententiā firmat, sed & Demosthenis, qui 300. antea annis Pythiam Philippizare dicebat, hoc est à Philippo corruptā pro eo respondere. Ante hunc autem Ciceronem Dicæarchus, Cratippūsque, & Peripatetici omnes alias diuinations reiecerāt, præter eas quæ per furore & per somnia fiunt; quas easdē ipse quoque vehementissimē cōuellit: ita vt nobis opus non sit quæ ab eo optimē dicta sunt, huc transferre.

Cic. 2. Min.

Solum hoc ab eo mutuabimus libenter, superstitionem fusam per gentes, oppressisse omnium ferè animos¹, atque hominum imbecillitatem occupauisse: & nihil tam absurdi dici posse, quod non dicatur ab aliquo philosophorum. Id quidem probat doctissimus Cardanus, qui etiam
 2. diuinat. „ quem meritò scripsisse videtur Latinus orator, sed nescio quomodo ipsi „ philosophi superstitionis & pene fanatici quidvis malle videntur quam seno „ ineptos. Euaniisse manulis & extinctum esse id, quod si unquam fuisse,
 „ certè aeternum esset, quam ea que non sunt credenda, non credere. Debuit saltem Cardanus noster vel hoc dicto, vel rationibus ab eodem oratore aduersus oracula sua & astra acutissimè adductis, aliena oracula, & ab ijs qui ad opinionem vulgi & religionem ea tueri debebat, iam tum deserata, nunc etiam vsu & vetustate obsoleta, & pene oblita, potius contemnere, quam rursus afferere. Sed nunquā quiescit humanus animus, & quæ antiquitate iam absunta sunt, præsentibus potiora iudicans, reuocat in usum, recentia contrà antiquat. Volut illæ, ut summus erat philosophus, & Mathematicus, ostendere nihil reconditorum eum latere. Itaque definit diuinationem veram coniecturam de futuris non certâ ratione habitam. Quæ definitio non conuenit omni diuinationi. Nam nondiuinationi de præteritis, nec de præsentibus, ut antea diximus. Non diuinat illa enim non est coniectura, sed certa visio & indubitate, & infallibilis: coniectura autem omnis, dubia est. Non naturali, quæ ab oraculis, nec quæ ab insomnijs habetur. In his enim nulla est ratiocinatio, sed omnimodus aut furor, aut simplex receptio sine discursu: coniectura autem per ratiocinationem & discursum tota & omnis habetur. Inde coniector, dicitur somniorum interpres, qui discursu, somnijs significationem adipiscitur. An ergo coniector diuinat, an somniator? Non coniector, alias enim & qui Sibyllinos versus interpretabitur, & qui Delphici Apollinis, diuinus erit, non virgo tumens Deo, non somnians. At contrà idem Cardanus afferit, cognoscēt & vigilat non posse diuinare. Sed de somno mox: nunc de oraculis. Reliqua enim diuinandi genera, ut ab auium garitu, volatu, numero, specie, esu, & fortibus, ab extis animalium, fulguribus, tonitruis, monstris, terræmotibus, & similibus alijs, quia satis abundē & à Cicerone explosa sunt, & ab omnium magistro tempore, à nobis etiam breuitatis causâ nunc prætermittentur, ut ad Arist. accedamus, qui vtcumque videtur somniorum diuinationem concedere. Cardanus ergo adeo sibi contrarius est, ut nihil magis. Iam ostendimus malè eum definisse diuinationem, coniecturam. Addidit veram, an id melius? ipse viderit, qui afferat paulo suprà esse quosdam qui naturali quodam instinctu rectè de futuris sentiunt, sed non semper, nec in omnibus dubijs, sed in quibusdam; in alijs enim nihil sani dicere. An ergo modò sunt diuini, modò non? Et quomodo iudicabimus quando vera dicunt? Expectabimus omnes euentus? Quid proderit igitur eorum diuinatio? Ante quoque etiam dixerat,

Ex hoc patet quod non semper vates vera dicit, nec ex aequo futura praenidet. Propterea dicunt dæmones esse fallaces, cum ratio diuinandi, qua naturalis est, fallax sit. Illi verò qui hec obseruant, non ut coniecturas, sed ut certa decreta, in magna incident malæ. Quomodo ergo diuinatio erit coniectura vera? Paulò verò infra dicit, futura diuinare licet, estque de illis coniectura, imò quasi scientia. Sed si ad modum cognoscendi conferatur, certissima scientia, si ad nos & euenuis, fallax coniectura. Quæ tanta contradic̄tio? nunc coniectura uera, nunc certissima scientia, nunc fallax coniectura, nunc nec cognitio solū. Si modus diuinandi certissimam efficit scientiam, cur paulò infrā aīs, vates in hoc decipi posse quod mundam animam habere existimant, cùm non habeant & lumen diuinum? Ob id de se ipsis multum pollicentes, solere in maximos errores se metip̄sos, & alios qui eis credunt adducere. Ob idque consulis nunquam tentandam esse diuinationem cùm arte, vel industriā, vel prudentiā certior de re ipsa fieri potes: & alibi nunquam temerè tentandam esse diuinationem, nec nisi coacte, nec bis de eadem re. Quæ ista est scientia? Sed hoc parum est. Non contentus hic eximius vir superstitionis diuinationibus antiquis, addidit aliam recentem, quæ fit descriptis quibusdam figuris: & quæ id docet artem communī errore vocat Geomantiam: cùm Geomantia sit ex terra facta diuinatio: nisi velit, quia figuræ illæ quandoque in terra describūtur, Geomantiā vocari. Sed hac ratione & Geometria, & Arithmetica, & Cosmographia, & Geographia, Geomantia dici quoque possent, & multò etiam melius quæ in Apollinis, aut Trophonij antro sit diuinatio, Geomantia dici meretur, cùm, eodem Cardano ita afferente, vis quædam terræ ei diuinandi insita sit: sed oī delirationem incredibilem! vt cum Cicerone loquamur. Quis animo comprehendat, eum qui tales figuræ delineat, enthusiasmum pati, aut si non patiatur, nil boni prædicere, aut veri, neque intelligere tunc quæ dicat, sed pōst? Vnde illa vis figuris? An à Deo? Ipsemēt Cardanus repugnat, qui ait, impios à Deo non diuinare: qui autem his figuris vtuntur, omnes impij sunt. A malo ergo dæmone. De hoc quidē pōst. Sed interim nec hoc concedit Cardanus, imò à Deo, dum ait eum qui has figuræ describit, enthusiasmum pati, quemadmodū & qui à Deo sortē petit, & Sibylla dū diuinat: quos omnes Deum recipere afferit: tum præterea idem ipse hic afferit dæmonem se non cognoscere, nec scire qui sit: ergo non à dæmone: quamuis alibi non solū dæmones afferat esse, sed patrem suum vnum habuisse, & seipsum aliquos vidisse: sed sibi ipsi s̄epe repugnat. Nulla enim potior ratio est ad hæc deliria repellenda, quam eorum contrarieitas. Ait ibidem partim ex Plutarcho, partim ex se, diuinationem absque Deo in Pythia & Sibylla, primò ex vi quadam terræ fieri, eius vapore, quemadmodum vinum, animum virginis circumferente; & si vapor fortior sit, ad carmina edenda, & futura prædicenda impellere; si minus validus, & metri expers diuinus, in absone carmina, vt in Sibylla; si valde parvus, in solutam orationem. Paulò verò pōst, Cum vero vis illa Apol-

linis, seu antri major esset ab initio, etiam oracula carminibus edabantur. Itaque non ea vis vaporis, aut Dei, carmina condebat, sed cogebat lumen futurorum indito proferre pro natura animæ puella virginis, qua Deo sacra erat. Nam & vinum idem facit ante perfectam ebrietatem, & post. In cali vim igitur si referas, omnibus satisfacies. Nam & antro, & virginis, quia virgo futura erat, Veneris cum Sole vis atque Saturno dominabatur. Unde & veridica vates carmine oracula edere solebant; & nomen vatu à diuinū ad Poëtas translatum est: ita sit ut cum vis cœlestis sit, mutata virginis, veritas vel maior vel minor in oraculis reperiatur. Et mutatis etiam temporibus, ut tandem vis illa consenserit. Veneri igitur astri aptè collocati vis hac fuit. Et ut melius collocabatur in virginis genere, & in antri initio, ita omnia rectius succedebant: & in sequentibus, cur vis illa sensim deserit, quando non solum antri vis vetustate corrupta esset: sed mundus qui tunc sub Anulo præfectura fuit, ad Sachilem transiit. Ex his manifestum est, lapidis aliquis esse qui sub lingua deit enti, aut collo appensi, aut gestati in annulo, hominem ad diuinandum futura, ac recte præuidendum inducant. Hinc soluitur enigma, cur quidam quasi artibus futura prædicunt, cum tamen per se non possint, nec tamen illæ sint artes, sed mera nugæ, & deliramenta quadam, ut in quarto de sapientia ostensum est. Imò quanto exactior hac inquisitio fuerit, tanto etiam prædictio certior & clarior, velut alias de Geomantia diximus. Causa est quod signa illa & ratio mouent animam ad veritatem dicendam, intentam atque idoneam diligenter, vimque illius adamassim & exactè excutit, ut sit potius irritamentum, quam ratio diuinandi: & infra, Quodque mulii ex falacibus artibus, & cur veritatem præuideant. Reliquum est ut doceamus, cur qui diuinant, enthusiasmum patientur, & paulò post. At in entusiasmo non dormit homo, sed vis exterior concutitur, manet motus ille astri, qui vim anime exuperat, cum in alijs actionibus anima moueat, & imperet, hic mouatur, & vincatur, pareatque potentiori. In uniuersum homo vigilans & cognoscens non potest diuinare. Ex hoc liquet omnes vates amentes esse & insanos. Infra vero ipse met difficultates videns, nec vitare potens, in talia prorumpit verba. Omnibus igitur explicatis, tum una consentientibus, ut in hi que recte explicata sunt, accidere solet, una sola relinquitur dubitatio: scilicet quomodo astra in animam quod futurum est, maximè illi cui imprimis alienum, imprimere possint. Quid enim habet astrum Veneris ut mibi capiuitatem urbis in Gallia ostendere debeat? deinde quomodo? cum omnium nostra cognitione ex connexis fiat, & precedentibus cognitis, ut etiam Arist. in Analyticis scripsit? Praterea, quomodo astra cum nesciant ipsa, nosque nesciunt, docere possent? Neque illud significare possunt per causas, cum nondum causa parata sint, sed ex ordine illorum hoc peudet. Ordo autem ad fatum non ad astra pertinet. Nam astra ordine tenentur, nec illum ostendere possunt. Itaque hoc antiquis difficillimum visum est. Sed intellectus qui in astris est, quod potestate est sempiternâ, per illa in animam infundit: velut in mortalibus, animalia praesentiant æris mutationes antè quam fiant, & ante-

quam cause illarum sint, sunt enim causa cum effectu semper, ut in Astronomicis demonstratum est. At dices, merito causarum praecedentium hoc sit. Verum & illud contingit multò antequam fiant. Gratia exempli, cum octauo orbis Aries, Arieti non sicut appropinquari, id autem fuit per annos mille ante Christi nativitatem, Sibylla potuit illud prænidere ex influxu astri Veneris, quod Virgilinus cecinit.

I am noua progenies calo demittitur alto

Tu modo nascenti puerο, quo ferrea primum

Desinet, ac toto surget gens aurea mundo.

Hæc & multa alia tum absurdum, tum religioni nostræ contraria, quæ & honoris eius causæ, & breuitatis, cōsulto prætermittimus, bonus hic vir, sed parum aliqui cordatus, ut appareret, de hac re differuit. Quæ ego dum lego, aut cogito, parum abest quin in ecstasim, & entusiasmum, ut ipse dicit, insaniamque trahat; aut putem potius eum atri vi sui impulsu, amentemque factum; tam dissona tamque sibi pugnantia scripsisse. En quod nos impellit fiducia malè fida scientiæ, ingenique nostri falsè concepta opinio. Sed fortasse ille tanquam aquila adeo sublimè volat, ut nos eum ne mente quidem assequi possimus. Interim ex eius lectione constat, omnia quæ de diuinatione dicit, meram esse diuinationem & somnia: nec esse aliquid certum per quod, aut diuinationem esse coniugiamus, aut quo modo illa haberi possit. Quod si omnia quæ ille de hac re protulit, confutare vellemus, longiores essemus quam res meretur. Stultorum omnium curam habere stultum est, inquit Aristoteles. Maximè verò cum figuris, non argumentis res agitur. Hæc autem quæ antea retulimus quis nō potius delirat an fabulas, quam ratiocinantis Philosophi assertiones iudicet? Prætereo quod satis supérque ille seipsum contradictionibus & disparatis de eadem re sententijs conuelliit. Ergo eo prætermisso, diuinationem quæ ex entusiasmo, aut per insomniam fit, radicitus euellamus rationibus naturalibus.

Aristot. & omnes alij qui oraculis & insomnijs diuinationem obtineri volunt, hoc solum videntur conari, ut animus noster à corporis, negotiorum, imi & studiorum, cognitionumque curis solutus, & denique omni priuatus perturbatione sensuque tum interno cum externo, liber sit puriorque ad excipiendam diuinationem: propterea que etiam consulunt moderato vti victu. In quo hoc primò videtur absurdum, ablegare sensum, mentemque humana, ut diuina assequaris; & insanos prudentibus anteponere. Cur ergo & ebrios, & maniacos, & phreneticos, & stupidos etiam non consulimus? qui omnes sensus amiserunt humanos, cur non & bimulos pueros, & capulares senes, quorum primis nondum curis & studijs onustus est animus, ultimis verò iam non amplius? Secundò, si antrum Trophonij nil aliud quam mentem amoebat, cur non & meconium, & cicuta quæ idem efficere possunt, diuinationem pariunt? Quod si præter id aliud, unde hoc obtinuit antrum illud? aut cur non idem multa alia? Dicere enim astrum Veneris facile & beni-

gnum ad modum candidi hominis arcana reuelare, insanire est. Cur enim non homini reuelat sine antro? aut quæ societas antro cum astro in quo tempore astrum illud in loco commodo est, antrum illud solum factum est? Sed & vnde habet Veniris astrum ut secreta noscat? sunt ergo astra Dij: Quis tibi hoc dixit? Auguraris. Sed nugaris potius. Tum deinde exercitatum ingenium, multisque instructum experientijs & theorematis, naturaliter multa diuinat, ut antè dicebamus; quidni ergo facilius hoc diuinationem accipiat tudi, & inculto? præsertim cùm interprete opus sit postea ad exponenda & oracula & somnia. Hoc enim videntur non aduertisse diuinationum assertores, scilicet quod duo necessarij sint in his, & qui recipiat, & qui exponat ab alio excepta. Quorum mihi quidem magis augur videtur qui exponit, quam qui recipit. Nec enim bouem cuius exta, aut auem cuius volatum, & garritum, aut denique fulgur cuius casum contemplatur harioles, diuinare dices, sed conjectorem: ita nec Pithyam; nec Somniantem, sed potius horum interpres. Hi autem præcipue obseruatione, discursu, & ingenio nituntur, neque solum non ebrij, neque dormientes, sed sobrij, multumq; vigilates cogitantésque ad proposita respondent; & qui sèpius vera prædicti, melior dicitur augur: qui rarij, peior. Non ergo doctrina, disciplinaque, vigilia, & cogitatio diuinationem impediunt; sed magis iuvant. Sed quæso, si virgo Apollini sacra diuinat, quia nata est Veneris astro in tali puncto existente, an non & aliæ natæ eodem momento diuinare itidem poterunt? an non sine antro? an non & homines, & pueri? O quot augures! sed contrà, o quam pauci augures! Nam si solum cùm Veneris astrum in tali est cœli puncto, & tali respectu ad alios planetas, & alta etiam fixa, diuinationi fauet, tunc quoquot eo in instanti nascentur, augures erunt. At non ad idem punctum, & eosdem respectus, ita ut eadē sit omnino celorum facies post quinquaginta fortasse annorum millia perveniet. Norunt id Astrologi. Quamdiu ergo viuent hi qui eo in puncto nati sunt, tamdiu durabit diuinatio: quod erit fortasse per centū annos. Sed oracula multò magis durauerūt. Sed quomodo si virgo una moratur, aliā statim inueniebant quæ eadē genesi prædicta esset? & post illam, aliam? Credo nec illos id vñquam cogitasse, nedum exquisuisse. Sed Sibylla eratne & ipsa in tali puncto nata? Nec antiqui id dicunt, nec ego crederem si dicerent. Eius tamen versus adeo religiosè ab eis obserabantur, ac à nobis nostrorum prophetarum. Et quid mirum? cùm Cardanus noster non ethnicus, eam ex influxu astri Veneris potuisse præuidere natuitatem Salvatoris nostri mille ante annis dicat? Quid? Soláne Sibylla influxum hunc suscepit? Soláne tunc nascebatur, cùm influxus hic vigeret? ridiculum id est, sed illud plus quam insanum, quia Aries octauo orbis incepit accedere ad Arietem noni orbis, hinc potuit illa prædicere naturum Christum Dominum. Ergo Arietes tui ficti (sunt enim omnia quæ de cœlis & eorum numero, motuque dicuntur, subtilia, sed tamen utilia figura ad astrorum motus & coniunctiones, aliisque

phenomena

phœnomena & apparentia firmando, inuenta) ita religionis nostræ fundamenta concutiunt, ut tu qui Christianus es, Seruatorem nostrum, Dominum cœlestium, terrestrium, & inferiorum, astris subijcias? En quod nos dicit vana scientiæ opinio. Non solum Cardanus, sed & alii quidam vani astrophili natuuitatem Domini ab astris petunt: quo quid ineptius excogitari potest? Est hoc scandalum Christianis, deriso gentilibus. Sed mittamus hæc absurdæ, redeamusque ad Sibyllam & astra. Erant Sibyllini illi versuæ, quemadmodum & oracula omnia ad decipiendum excogitata. Quod vel ipse Cicero elegantiâ expeditis verbis, Callide enim quæ illa composuit, perfecit ut quodcumque accidisset, prædictum videretur hominum & temporum definitione sublatâ. Adhibuit etiam latibram obscuritatis, ut idem versuæ alias in aliam rem posse accommodari viderentur. Nonne crederes cum loquutum de communis illius Nostradami prædictione? ut videoas quomodo semper errores propagentur. Diceres diuinasse Cicer. futurum talem hunc astrologum. Et quidem fuerunt semper multi tales, & erunt quoque. Neque expectandum est astri Veneris tale punctum. Si enim astrarum id efficit, cur non nisi semel? Quod si semper, aut saltem sat diu, o quod augures! Sed eur solum hoc astrarum arcana reuelat, non aliud quodvis? si quidem enim verum est, & non potius dementia, quod dicebat Cardanus, intellectum, qui in astris est, quod potestate est sempiternâ, perilla in animam insuñdere, non solum hoc astrarum, sed reliqua etiam arcana detegent. At quæ ista scientiæ est, quæ astris intellectum tribuit? Fortasse habent, sed nos id non intelligimus. Diuinat ergo, aut saltem diuinare vult Cardanus. Sed mitramus oracula, quæ iam periere, & quæ religionis ratione antiqui diutius sustinueré, nunc vero, nisi ab insipientibus, non solum non creditur, sed etiam deridentur: veniamus ad somnia, quibus plurimum semper fidei ab antiquis, plurimum etiam adhuc à nostris adhibetur. Atque hinc primum colligimus quanta sit scientiæ nostræ firmitas. Quæ enim maiores nostri indubitate habuerunt, ea nos miramur eos credidisse.

Diuinationem quoque per somnia disertissime Cicero oppugnat. Aristoteles vero cum initio huius operis quod est de diuinatione per somnum, rectè dixisse videretur diuinationem non à Deo esse, (quod tamen eius interpres quidam malè intorquens diuinationem aliquam à Deo immitti cum credidisse afferit) & somnia naturaliter quandoque signa esse, quandoque etiam causas, & quandoque neque signa, neque causas eorum quæ sunt; tandem sub finem ad idola & effluxiones quædam Democriti accedere videtur, aut ad demonas, ut quidam putant, qui hominibus in somnis futurorum imagines obijciunt; quorum utrumque absurdum videtur, & mera diuinatio. Porro Democritus credidit, & eum eo Syneclis Platonicus, à rebus omnibus tum præteritis, tum presentibus, tum etiam futuris, idola quedam & simulachra perpetuâ fluere, quæ cum in phantasticum spiritum, qui est illorum quasi speculum, impingunt, eum excitant & mentem ad suu contemplationem;

*Nicolaus
Leonicus
com. in
lib. hunc.*

atque ita fieri diuinationem: proptereaque dormientibus potius quam vigilantibus, & qui ecstasim patiuntur, & idiotis quam prudentibus, & noctu quam interdiu haec idola offerri & diuinationem efficere, quis vacuus est curis animus in somno, & in ecstasi, & in idiotis, & tranquillus aer noctu, & eae etiam ratione minima in somnis maxima videntur. Atque haec sunt & similia quae acutissimus Aristoteles hic prodere & credere videtur: cum potuisse ea omnia in fortuitorum genus rejicere, ut antea fecerat. Sed videamus gaudere varietate, & relatione sententiarum, & quamvis aliquid semel de aliqua re statuerimus, tamen quia non firmis nitimur rationibus incertique ubique sumus, minimam oblatam occasione primam deserimus sententiam, & alteri adhacremus. Ego autem dico non ex leui causa credendum esse cuicunque, neque res fingendas nouas & absconditas praeter necessariam rationem. Quam autem habent verisimilitudinem effluxiones haec, aut idola? Ut eius rei quae nulla est, scilicet diuinationis per somnum, rationem reddas, in absurdas opiniones laberis. Sic dato uno absurdo, plurima sequuntur; & parvus error in principio, magnus est in fine. Quis enim est qui credat, ab eo quod non est fluere aliquid? & aliquid tam tenuem, vnde aquaque & omni tempore discurrere? Quae autem fuerunt, ea iam non sunt; quae futura sunt, nondum sunt: quae nunc sunt instans tantum habent suae existentiae. Ita ut iam omnia huius inferioris orbis fluxa & mobilia tam paruum habeant esse, ut potius sint continuatio ne quam duratione, & magis non sint, quam sint. Quod si fundamenta fluxionum & commotionum tam nihil sunt, quomodo fluxiones & idola tamdiu, & tam ubique erunt? Sed futura contingentia, de quibus praecepit est diuinatio, nec sunt, nec non sunt, aut nec erunt, nec non erunt. Si enim contingentia supponuntur, liberum est ea efficere, & non efficere. Quod ergo illorum effluxiones mitet, affirmatio, aut negatio? neutrum absolute ex suppositione. Ergo vtrumque. Sed alterum non erit: quomodo ergo emittet? aut quomodo diuinatio erit? quod eliget mens illorum, si ambo eam imbuant? Præterea, infinitorum & tempore, & numero quae potest esse diuinatio? Quæcumque autem contingunt in his inferioribus, infinita sunt & numero, & tempore, si tempus est æternum, ut credit Aristoteles. Insuper, Byzantium diruetur, iterum reædificabitur, secundum & tertium idem continget, longis tamen interuallis: si ergo destructionis & constructionis fiunt fluxiones, & commotiones, quod illorum dicimus euenturum? aut quae temporum distinctio in idolis esse poterit, ut primò destruendam, deinde construendam, denuoque euenturam insinuent? Sed esto insinuët, si præcisè tempus destructionis non denotent, quid prodest haec videre, quae non contingent nostris temporibus? cruciabimur interim si Byzantium incolamus, aut eam deseremus, & mala incurremus non præuisa, dum præuisa non futura vitare præoccupamus. Deinde, si præterita, præsentia, & futura, de se idola & efflu-

xiones mittunt, an idola illa impressum habent characterem temporis quo res est, aut erit? Si enim non habent, præterita pro futuris accipiemus. Si habent, non sunt idola: idolum enim simplex est figura alicuius rei sine temporis nota. Sed mirum etiam est, si non solum rerum permanentium, verum etiam cogitationum, actionum, & verborum quoque effluxiones sint. Horum enim omnium etiam cupimus certiores fieri per diuinationem. Atius namque Nauius regis Prisci cogitationem de secada cum nauacula cote cognouit, ut aiunt; & alter Arcadum audiuit verba socij conquerentis quod illum non iuisset dum occideretur, & rogantis ut saltē mortem suam inultam esse non pateretur, & reliqua eius fabulae. Quod si verborum, cogitationum, actionum, operumque, insuper & rerum permanentium, fluentium, præteritarum, omni ante tempore praesentium omni loco, futurarumque omni & tempore, & loco, omniumque hominum, brutorum, thesaurorum, lapidum, vrbium, domorum, familiarum, ruinarum, restaurationum, certorum, dubiorum, contingentium, omnium denique & quorumcumque entium fluxionibus sunt repleta omnia, quæ tanta vñquam visa est confusio, infinitas, chaos, aut quæ tandem mens est quæ percipere aliquid & præuidere possit, aut interstinguere inter tot, tamque varia, diuersa, imò & disparata, & aduersa, & denique contradicentia? Mihi quidem ne cogitare etiam licet. Et volunt tam ea omnia ferri aere tā paruo, tam mobili, tam inconstati, tam fluxo, atque ideo melius noctu quam interdiu sentiri aut percipi. Sed videatur absurdum tam absurdam sententiam diutius impugnare.

Quare transeamus ad aliud membrum, quo Arist. dæmonas hominibus diuinationem parere, insinuare videtur: quamuis ne illud quidem satis perspicue ab eo elici possit, ut nec superius de effluxionibus; adeo parum quandoque quid sequi debeat eligere valet. Cum enim non probabilem rationem diuinationis per somnum inuenire posset, & vellet tamen (quid enim non vult humanus animus?) licet videatur reprobare Democriti sententiam de idolis, eamen eandem confirmat sub alijs verbis dicens, quod quemadmodum cum quispiam aquam mouerit, aut aërem, id aliud mouet, illo autem cessante quodammodo, autore absente procedere contingere, ita nihil prohibere motum quempiam, & sensum ad somniantes peruenire animos à quibus ille idola & fluxiones fieri afferit, &c. Vbi apparet eum vocare motum & sensum, quod Democritus idola & fluxiones, aut saltē velle ab omnibus rebus procedere motum quendam & sensum à quibus mens instruatur immediatè de obscuris, secundum verò Democritum medijs idolis: quamuis hæc omnia adeo confusa sunt, & indistincta, ut vix intelligi possint: & Democritus facilius saltē, si non verius, per idola sua nobis diuinationem representet, quam Arist. per motum, & sensum. Liberiū enim concipio fluere à rebus simulachra (quemadmodum & in visu contingere vult idem Arist.) & per ea simulachra cognoscere me res eis designatas, quam motum & sensum, &

cicer. i.
Diuin.

per motum illum iudicare de rebus. Sensus enim quomodo fluere potest? nisi per sensum spectrum intelligas. Sed & similitudo Aristotelis est satis insulsa, si intropiciatur. Si quis enim aquam mouerit, aut aërem, eo cessante, persistit tamen motus: ast oportuit primum illum mouisse aquam, aut aërem. Quæ autem futura sunt, quomodo antè quām sint, sui signum dare possunt? esset signum ante rem, & umbra sine corpore, & motus absque motore, & spectrum sine obiecto, nisi dicere velis, quæ futura sunt esse in causa sua. Sed id est valde remotum, neque tam ens ut præsens sui spectrum. Præterea magna est circas futura contingentia dubitatio. Illa enim neque in causa sunt actu, sed ambiguâ potentia. Quomodo ergo de se emittent idola, automatum, aut sensum? Sed & si Arist. existimet, à rebus fluere simulachra quædam similia illis quæ in aquis fiunt, quæque in placidâ aquâ non disturbantur, in commotâ verò distorquentur, ut circa huius libri finem arbitrari videtur, cōsque optimè diuinare, qui distractas imagines, longeque diuulas colligit, cognoscitque: non tamen propterea magis verisimilem nobis adfert diuinationis, quæ in somno fit, rationem; immo mera hæc videtur diuinationis, quāmque superiores rationes eadem conuellunt. Sed redeamus ad dæmonas.

Non videtur Arist. dæmonas aperte afferere, neque negare, sed solum dæmonium vocare quod infra diuinum est. Academicī quidam, & Philosophi nonnulli alij multa de dæmonibus commenti sunt; & Cardanus, de quo antea, eò dementiæ peruenit, ut tractabiles, visibilesque dæmonas dixerit, & patrem suum familiarem vnum habuisse, & quasi aseclam, imò subditum; multaque alia ludicra, & viro Philosopho indigna scriptis mandauit, sibiique & rationi, aduersantia, ut erat inconstans, vagus, incertus, qu'que plurimum habebat inconditæ scientiæ, plus opinionis de se, parumque prudentiæ. Sed miseranda in eo potius humana conditio, quām accusanda. Arist. verò magis catus sobriè admodum de dæmonibus, ut de Deo loquucus est, & difficultatem, & discrimen vitans. At nos quibus illuxit veritas per Euangelium Domini nostri Iesu Christi, & fatemur bonos & malos dæmonas esse, vt tales agnoscimus quales sacra scriptura depingit, idque nullo rationis lumine, quæ in hoc ut & in alijs naturæ miraculis caligat omnino, sed solâ fide videt, captiuantes intellectum ad illius obsequium, ut ait Diuus Paulus. Proindeque dæmonas esse certò credentes, non tamen aliquibus rationibus id conuinci posse affirmamus: multoque minus vanis aniculorum, timidorum, puerorum, insciorum, impostorum, melancholicorum, vafrorumq; experimentis, & fabulis, quibus totus scatet terrâ orbis, ducimur ad id confitendum. Quæ enim Cardanus adfert argumenta ad probandum dæmones esse, nullius sunt efficacia. Quale est illud primò. Vbi quis ob leuissimam aut iniuriam, aut pecuniam hominem interficit, non potest illud nisi à dæmons procedere. Sanè, vbi canis canem frangat prætereunte, quem nunquam antea vidit id à dæmons quoque

fit. Item, somnia nuncia futuri non tam pulchrè euentibus responderent, vt Syllæ, Calpurniæ, & C. Caligulae. Ita, si vera narrant. Sed tu ipse dicis. Non negarim plurima falsò iactari, nugas saepe agi, imponi solere pluribus, maximè de his quos foletos vocant: quos ego, ratione duce, illud mihi primum statuens, falsa omnia esse quæ de illis ferantur, nullos esse deprehendi iam quater, & si tota ciuitas cōcurreret ad fabulas confictas, omnes sunt imposturæ. Hæc sunt tua verba, quibus tu dæmones tollis omnino. Foleti enim vocati nihil aliud esse possunt, quam ludicri & iocosi dæmones; & maior experimentorum pars, quibus dæmones asseruntur, pendet ab his foletis, & recipitur, & deffenditur per alios foletos, hoc est stultos. Nullus enim vir prudens hos admittit. Sed nihil mirum te tibi contradicere; modò ais, modò negas: fortasse id de industria facis vt ostendas nobis ignorantiam nostram. Addis quoque, sentire nos in nobis ipsis etiam præter rationem aliquid impellens, pugnans, repugnansque, adeo vt nonnunquam animus noster secum bellum agere videatur. Bellè, ergo sunt dæmones? Ridiculum: nisi dæmonem voces animum nostrum, qui verè dæmon est, si quis est, vt suprà diccamus. Non legisti apud D. Paulum, *sensio legem in membris meis repugnantem legi mentis mea?* & apud Philosophos duplicem esse animæ nostræ partem, alium rationalem, aliam irrationalē? quamuis id satis iejunè dicatur, nisi aliter intelligatur, quam verbis sonant. Sed facetus es, quando agis, Ergo licet multa ad naturales causas rudente (vt dici solet) trahi possint, expedite tamen per dæmonas causa habetur. Digna philosopho ratio; per dæmonas ergo trahit magnes, succinum, rhabarbarum; per eosdem pestis & nos & bruta affligit; & fulgetra, & fulmina, & grandines, & nimbi fiunt; denique quidquid difficile & occultum & in natura & in arte fit, cuius causa non facile patet, ad dæmones expeditè referetur. Frustra ergo nos tantum in indaganda natura laboramus, cùm per dæmonas expedita sit ratio. Iam non est quod te accusemus; dæmon quidem per te hæc loquutus est, & erat fortasse Auerroista. Tu quidem exponis ignotum per ignotius. Sobrius philosophi, quij cùm causam traditionis Magnetis, aut Rhabarbari palam ostendere nequeant, dicunt esse occultam proprietatem, itaque nullum nouum ens altruunt, sed solum communem ignorantiam candidè fatentur: tu vero contrà inauditas turmas discursantes, saltantes, studentes, pugnantes, generantes, parturientes, dolentes, flentes, morientes, suadentes, dissuadentes, impellentes, fauentes, nocentes, nouum denique mundum creas, vt somniorum (quid vanius?) diuinationem tuearis. Reducis nobis antiquum sæculum Deorū, heroūmq.; Nihil enim dæmones tui ab illis nisi nomine differunt. Miror ego quod non aliquando pusio aliquis nuper editus ex ipsis corporeis dæmonibus inciderit in retia, aut in hominum manus: & cùm per tot sæcula nati sint, & extincti tot dæmones, & nati & extincti tot prudentes viri, nullus horum potuerit videre, audire, aut tangere, gustare, aut olfacere aliquem ex hisce dæmonibus, cùm tamen id summopere

auerent, omnique conamine inquirerent. Sed quid dico nullus prudens? Imò ex tot hominum myriadibus nemo est adeo imprudens, qui id afferat. Narrant quidem timidi aliqui, & idiotæ fabulas quasdam somnia, illusionesque, & credunt esse dæmonas hos, idque magis fide, relatu, communique opinione inducti, quam firmo iudicio: afferere autem sensisse se aliquem ex his non audeant, nisi omnino stupidus aliquis & bardus sit. Sed quid dicemus de celebri illo Socratis dæmonio? Fabulae sunt, seductor erat ille & melancholicus, ut suprà dicebamus; Itaque aut sibi persuaserat ita esse, ut sapientes plurimum sibi tribuunt; aut alijs persuadere volebat, ut maiorem verbis & doctrinæ fidem faceret. Sic Numæ Pompilius Ægeriam suam, sic Sertorius ceruam, sic Pseudomantes Luciani draconem, sic denique Mahometes columbam rebus suis accommodarunt. Omnia sunt plena ignorantia, errore, fallaciâ. Gaudebat Alexander Magnus se vocari, cupiebat credi, imò aliquandiu adulatorum falsis sermonibus, & rerum successu, gloriâque tumidus in animum induxit suum, se esse summi Iouis filium. Quid stultus? Barbara immanisque Othomannorum familia hunc imitatur sequitur Dei progeniem esse afferit. Idem faciunt melancholici, maximè si scientiâ valeant. Humanus animus nusquam consistit, ascendit in cælum, permeat cælos, ultra eosdem volitat, discurrit per inane, rursus remeat, omnia exagitat, nullibi quiescit, non contentus ijs quæ videt, quorum nec minimum cognoscit, noua excogitat, fingitque; atque ubi semel errati alicui adhæserit, mirum quoisque procedat, dato enim uno absurdo, plurima, imò infinita sequuntur. Hoc manifestè videre est in nostro Cardano circa dæmonas hos, & circa alia. Neque enim mirari satis queas quomodo tot & tam absurdâ circa dæmonas finxerit. Sed nos ne tempus teramus in eius fictionibus explodendis, rationes solùm examinare persequemur. Quarum via hæc etiam est.

Dantur mixta perfecta ex hac face elementorum, terrâ scilicet & aquâ: nam solùm hæc duo elementa in mixtis esse, iam centies demonstrauit. Quid ergo prohibet, ne rursus ex puriore substatia tenuiorum elementorum, scilicet vapore aquæ, & aëris subtiliore parte, mixta quædam & perfectissima generentur? Mira demonstratio; æquè ut centies demonstrasti, non nisi ex aqua & terra fieri omnia mixta, æquè nunc demonstras ex aquæ vapore, & aëre fieri dæmonas. Sed fiant, ubi incubant? ubi flabulanter? quomodo non videntur? nullum enim est mixtum quod non videatur. Sed sunt perfectissima mixta. Ita si prius probes esse. Sed sint perfectissima, durabunt ergo per multa saecula: imperfectissima enim quaque breuissimè finiuntur ut muscae, crabrones, culices: cælum verò quam longissimè durat: & ipsos dæmones quidam æternos credunt. Si ergo et si non infinito, longissimo tamen viuant tempore, & quotidie fiant, iam diu tota cæli concavitas ijs se mutuò impellentibus, prementibusque referta erit, & nos ijs suffocabimur, aut suffocati essemus. Quod autem multi fiant, inde videtur colligi: aut enim fiunt ut muscae, & crabones, à quibus

tu sumis argumentum : cùm autem semper adsit aquæ vapor, & aëris, semper fient : aut fiunt generatione : sed id videtur ridiculum, dæmones mares & fæminas constituere, nuptias celebrare, parturire, educare, & reliqua vilissimorum animalium opera agere, cùm ipsi sint perfectissimi.

At tu ipse primo modo videris eos generare, cùm ais, *Videmus enim quod Cardanus* cùm duo diuersa iunguntur, qualiacumque sint, temporis successu semper ali- de rerum quid viuens generatur, aut animal, aut planta, aut aliquod metallicum : & eò variet. lib. celerius quod tenuiora fuerint qua miscentur. Atqui tenuissima sunt ea ex 16. c. 93. quibus fiunt dæmones, & semper sunt, semper ergo fient dæmones. O nos ergo miseri ! nisi pestis aliqua, aut ciuile bellum, aut saeva fames eos, vt & nos affligat & minuat. Quamuis ne eorū multitudinem timeamus efficit infirmitas propositionis tuae. Si enim verum esset quod cùm duo diuersa iunguntur qualiacumque sint, semper aliquod viuens generatur, quam infinita videremus viuentia. Non videmus autem nisi certas quia id non pendet à fortuita quorumcumque coniunctione, sed à certis causis : nec ergo etiam timendi sunt dæmones. Iam verò argumentum illud à Deo sumptum quantum habet momenti ? Aut Deus potuit dæmones creare, & sciuit : quid ergo ? inuidit : aut potuit & nesciuit : nefas hoc ingens : ergo quod reliquum est, non potuit. Sic tu Dialecticè nimis. Nam quis capiat posse me aliquid efficere, sed nescire ? sed dicamus nos simili modo aut Deus potuit infinitos creare mudos, & sciuit, quid ergo ? inuidit : aut potuit, & nesciuit : nefas hoc ingens : ergo quod reliquum est, non potuit. Sed hoc magis nefas : ergo creauit infinitos. Magna sane Syllogismi fœcunditas : ergo deteget mihi multos thesauros (potest enim) magna eiusdem vis, & utilitas. Sed in hoc etiam conspicitur eiusdæ argumenti vis, quod concludat à minori ad maius affirmatiæ : ais enim, tot Deus crabrones, muscas, aliisque pestes creauit, natura genuit, perfectissimum quidquam esse nolet : sic ego dicere possum, feci hominis statuam dodrantalem, non faciam ergo colossum Rhodium, aut alium ex Atho monte gestantem dexterâ ciuitatem amplissimam ? At demus valere consequentiam, voluit, & potuit, & fecit perfectissimum ; subdue, ergo dæmonem, quis concedet ? dicent tibi creasse perfectissimum, sed aut hominem, aut vniuersum : quamuis nec horum aliquod sit perfectissimum (id enim soli Deo conuenit) imò fortasse nec perfectum, nisi ad aliquid. Dæmones autem perfectissimos quis admittat, cùm queratur an sint ? Illud autem quod sequitur, non multò fortius est, *Verisimilium est, si res ab initio spectetur, dæmones esse creatoris quam animalia, quod ex puriore substantia geniti sint. Quis igitue sanguinem dicat facta esse elementa, ut ex eorum face animalia generentur ? & non potius ex illorum puriori parte fiat, quod optimum est ? In eodem semper hæres fallo, optimum solus Deus est, dæmones tantum abest ut sint optimi, ut potius aut non sint, aut miseri sint, & quidam etiam mali. An optimum esse potest, quod mortale est, caducum, fragile, timidum, fallax, inualidum, debile, patibile, valde doloris, & tristitia capax, quod multum, & facile luditur, ut corpora mollia, ignarum denique ? quales tu dæmones infra fingis. Addis præterea, vides uel*

minimum folium cum putreficit statim aliquod animal gignere, atque natura diuersum ab alijs. sed igitur calorem solis dicas potentia animas continere; seu totum sit animatum, hoc quidem Anaxagore illud Aristoteli fauenter: sed undique mentes vagentur, ut Plato sensit: constat in communi limite aeris atque aetheris dæmonas generari: velut & in confinibus terra & aqua animalia que in aqua degunt, & quadrupedes, auesque, & homines in confinibus terræ, & aëris. Hæc tu, omnia perturbare, & falsè, & contradictione, & absque vlla necessitate. Dicis tamen, constat, cùm nihil minus certum. Ex omni folio, si putreficit, fieri animal, neque liquet, neque necessarium est. Sed si detur mixtum est animal, & folium quodcumque ex quatuor elementis; nil ergo mirum, vnum ex alio fieri. At dæmones tui sunt simplices. Deinde oportet, ut putreficit folium ut ex eo animal producatur (quamvis non necessarium id sit; putreficunt enim propriè calida, & humida, ut caro, reliqua dissoluuntur) aëris autem aut aether, ex quo dæmones generantur, non putreficit: alias perfectissimum, & optimum fieret ex putredine ut scarabeus, & musca. Imò nec aëris, nec quodlibet aliud simplex corpus putrescere potest. Præterea dæmones suprà ex aqua vapore, & aëre constituebas, nunc ex solo aëre, paulò antè ex solo aetheri, iam in confinio aëris & aetheris, ut ex vtrisque fiant, credo. Quamvis ego nescio, quo differant aëris, ab aetheri, aut ubi sit confiniū illud. Confinium est ubi duo diuersa terminantur, sibi adhaerentia, ut terra, ubi aqua abluitur, ut in littore; & terræ superficies est eiusdem terræ & aëris eam lumenis confinium. Aëris unus est. Aether quid sit non inter omnes constat; quidam cælum ipsum aethera vocant, quidam totum aërem, nonnulli id quod cælum contingit, ut tu hic: quamvis hic ignem alij constituant, quod tu non admittis. Quod si non est sub cælo ignis, quid illud est, quod ibi est? non essentia alia diuersa ab elementis: non mixtum, longe enim distat ab alijs, ut misceri possit; ergo elementum; ergo aëris: sed purior reliquo. Ex simplici autem elemento fieri animal non potest, ut tu tibi obijcis. Et quamvis in confinio aëris, ut tu vis, & aetheris gignerentur dæmones, tamen semper id esset ex aëre simplici. Quomodo ergo descenderent ad nos, & possent manere & viuere? Nos enim neque in sublimiori aëre (quemadmodum appetit in montium Indiæ occidentalis cacuminibus maximè in Pariacaca) neque in fumoso, vaporoso, crassóque, neque in terræ visceribus, multò minus in aqua viuere possumus: imò & qui in temperata regione degere asuetus est, non potest intemperatam diutius ferre. Per te autem temperatissimum est aether, intemperata autem valde, & inconstans habitatio circa terram, propterea quae tu ipse infra aīs dæmonas in suprema aëris regione generari, & habitare, neque plus solere ad nos descendere, quam homines ad maris imum, quod non possint aërem hunc crassiorem ferre, & inspirare, neque ad nos per frigidissimam regionem descendere. Quod si ita est, nunquam apparerent nobis dæmones, nullus enim hominum ad maris profundum descendit. Hoc autem quomodo consentit cum fabulis tuis (quas tu tam en-

tamen tanquam veras historias nobis narras) & cum aliorum omnium territamentis, quibus repleta est terra? Neque verius est, animalia quæ in aqua degunt, generari in confinibus terræ, & aquæ. Si enim per generare, accipis coire, falsum est; natando enim id fieri verisimile est. Si parere, & id quoque non necesse est supra terram fieri; omnes enim pisces in profundo maris parerent, qui amplum Oceanum incolunt. Amphibia verò ubi nascentur? & Pyrausta, si sint, & manucodiata, aut auis Paradisi, & auiculae Indæ apodes? sed id non conuincit; omnia enim animalia, quia ex terra, aqua, aëre que manifestè constat, quidquid tu de aëre neges, & hæc circa terram omnia sunt, & terra sit basis tum vniuersi, tum animalium, ideo omnia circa terram & generantur & viuunt, sed alia magis in aquis, quæ magis eo elemento participant, alia in aëre. Sed multi subterraneos etiam dæmones astruunt, & non audes quidquam de hoc statuere. Non debebas ergo omnibus ætheream generationem assignare. Illud autem quod sequitur non plus habet virium, nee veri. *Est & alia ratio, aīs, quod cūm omnia sīnt animata, aut aēr totus animam unam habebit ut calum, id ēque etiam totus una feretur, hoc autem non: aut plenus erit animis; aliter maximum spaciū inane relinquetur, & nulli usui. Quod autem omne animatum una feratur, videmus & de calo singulo, quamvis maximum sit, & de cunctis animalib[us], & de plantis. Quinimo si animal aliquod partes habeat diuisas ut in contraria ferri possint, brevi moritur. Si ergo Deus vel non potuisse in aëre creare quidpiam quod sentires atque intelligeret, saltem non tantum spaciū inter calum & terram interposuisse. Sed auctis grauioribus elementis, mundum hunc inferiorem animalibus, quadrupedibus, & auibus, ac hominibus, piscib[us]que replenisse. Nanc verò cūm nostra tam angusta spatia videamus, aëris verò & etheris larga atque ampla, certum esse debet & illa habitari debere, licet quomodo habitentur incertum sit. Hic est tuus Syllogismus in forma & figura; quem tamen nos Dialecticæ ignati, imò & Grammaticæ, ad formam & figuram, & Grammaticæ regulas reducere non valemus. Sed non mirum est si maioribus altioribusque intentus, minima hæc aut contemnas, aut non aduertas. Subtilis es naturæ inquisitor, rationumque inuentor, sed adeo in altum eucheris ut veluti vacua nauis absque pyxide, & Magnete, aut gubernaculo hinc inde discurrens, nunquam quantumvis velociter feratur, portum consequitur, nec ab alijs apprehendi potest, sic nec tu absque rationis pondere & radio veritatem, nec nos te affequi valemus. Sed tentemus tua premere vestigia. Omnia, inquis, sunt animata. Sumis hoc tanquam concessum & indubitatum; cūm tamen omnes Philosophi contrarium teneant. Sed tu nullius habitâ ratione, principia ad libitum in Philosophia constituis. Sunt ergo animati lapides, metalla, cinis, calx, & denique omnia. Nutriuntur ergo, crescunt, & sibi simile generant. At aureum, aut argenteum numissima in loculis meis nunquam creuit, neque aliud produxit. Sed mittamus quæstionem istam, quæ tangit mundi animam. Esto, sit totus mundus animatus, & omnia in eo contenta. Aēr ergo animatus,*

erit: ergo repletus est dæmonibus? ergo & cæli omnes, & tota terra repleta sunt ijsdem. Quæ ista est consequentia? Dicis præterea, cælum vnumquodque vnam habet animam, propterea totum vna fertur. Quid est illud vna? dicitur solum id de pluribus, omnes nautæ vna feruntur, & milites vna trucidantur. Vis omnes cæli partes uno ferri motu? Si dixeris duobus contrarijs, confundam rem; sed demus omnes simul ferri in occidentē: ergo propterea anima habet vnam? Vanum est. Animalia omnia animam habent vnam, sed contrà ac tu dicis, diuisas habent multa partes, vt in contraria ferri possint, vt homo, cuius crus alterum antrotsum, alterum retrorsum mouetur, brachium vnum dextrorsum, alterum sinistrorum, & totus ille sursum, deorsum, & in quamcumque contraria positionem ferri potest: contrà verò mitili & vmbilici marini nunquam loco mouentur, & tamen omnia hæc animam habent vnam, & homo longè diutius viuit quāmit mitili. Sed vis etiam plantas uno ferri motu? Iam timeo horto meo, ne aufugiat, aut abigatur. Sed dico totum ærem uno ferri motu naturali, sursum scilicet. Quod si pars in transuersum feratur, aut deorsum, id violenter fit, nec tamen hoc impedit quin totus vnam habeat animam, quemadmodum & pars aliqua terra, aut aqua aliquando vi sursum pellitur, nec tamen horum quodque diuersas habet animas. Sed esto, non habeat vnam animam, non tamen sequitur, ergo plenus est animis; posset enim habere duas, tres, &c. Sed demus tibi plenum esse animis, aut animabus, non sequitur, ergo dæmonibus; dæmon enim per te non est animus, sed quid ex æthere, & animo constans. Possemus nos dicere, plenum esse animis, qui in corpora parata subeant; & sic methamphychosim assereremus. Sed neutrum horum conuincitur vlo modo. Quod enim addis, aliter magnum spacium inane relinquetur, & nulli vsui, ridiculum est. Sic enim ego conuincerem totos cælos, & totam terram plena esse dæmonibus. Et tu non putas quidquam esse vsui, quod non sit animalibus plenum? Ego vero nescio cui vsui sint animalia, multoque minus tui dæmones, à quibus tumet asseris nihil memorabile alicui homini tributum, parumque admodum illos efficere posse, immo potius quosdam à dæmonibus in perniciem actos. Nimiris audacter naturæ ordinem arguis, & Dei summi potentiam, sapientiamque, cum inquis, si ergo Deus vel non potuisset &c. Si Deus non potuisset? si non potuisset dæmones tuos facere, non potuisset etiam augere grauiora elementa, eaque replere animalibus. Si enim non est omnipotens, multa facere non potest, sed quædā tantum quæ tu illi præscriperis, & Galenus. Sed nonne hoc ridiculu est? Aut Deus non est, aut omnipotens est, & omnis sapiens. Benè ergo omnia disposuit, & poterat tamen aliter, & si aliter fecisset, benè tamen semper fecisset, & si disposuisset ut tu vis (quamvis o miser Deus! si omnia ad cuiuscunque hominum deliri voluntate ordinasset, aut ordinare voluisset: nec enim posset) nescio cui bono grauiora auxiliet elementa, & ea animalibus repleuisset. Nam quotque, & qualiacunque etiæ sunt, & plura videntur, & inutiliora quām oportebat. Ad quid enim culices, musce, vespe, pulices, pediculi, cimices, gurgulio, mures, lacertæ,

riperæ, basilisci, leones, tygrides, lupi, pantheræ, multaq; alia quæ breuitate omitto? Ad quid tot homines? quos terra alere non valet, propterea que coguntur seipso & particulatim, & gregatim turmatimque claculū, & palā decipere, & iugulare? Sed deliramus, sic illi visū est, nil immutabit propter nos, omnia bene habet. Minimū fecis terræ, plus tenuioris aquæ, plurimum tenuissimi aëris, vt ex his ita cōstarent animalia, & plurimū abescent à Sole & syderibus: alias iā incinerati essemus. Vides quomodo Æthiopes adusti sint, quāuis tantū distent à Sole? Quomodo nos x̄itate diffluamus, & quasi exanimemur? Quid fieret si maior facta fuisset terra, & nos syderibus propinquiores? Male ergo infers cū ais. *Nūc verò cū nostra iā angusta spacia videamus, aëris verò, & aetheris larga, atque ampla, certū esse debet illa habitari debere, licet quomodo habitentur, incertū sit.* Æquè incertū est habitari, & tamē tu sine aliqua certudine, necessitatēque certū esse ais: & cū quaestio, an, debeat præcedere quaestione, quale, & alias, & certū esse debeat rē esse, antequā quāras qualis sit, tu incertus an sint dæmones, mira de eorū natura, viribus, actionibus, duratione, generatione, habitatione, conuersatione, aliisque disseris, quasi alter dæmō. Propediē nos docebis anatomē eorū, chymere, pegas, lyrenū, satyrorūmque. Sed si omnia habitari debet, idque à dæmonib⁹, vt tu infers, ergo & tota terræ cauitas, & omnia cælorum spacia dæmonibus referta erunt. Quod si concedas, non contra nitar, sed mirabor in tanta dæmonum multidine, eorūmque corporeorum, & qui nos curent, tantam de ijs esse dubitationem inter sapientes, tam paucam certudinem inter ignaros. Illud verò quod adfers in fine, quām validum est, *Vltimū accedit ratio uniuersi, inquis, quia cū quædam sint quæ curam habeant, aliorum, ut Deus, supremique intellectus, quædam sint, quæ solū curantur, ut homines, animalia, planta, elementa: necesse est, & aliqua esse, quæ curantur, & curam habeant velut sunt dæmones.* Aetum esset de nobis nisi Epicurus negasset iampridem maiorem propositionem, dicens, Deos nec curam iplos habere, nec alijs exhibere. Sed nos qui Christiani sumus, hoc confessio, negamus reliqua omnia. Homines solū curantur, & nil ipsi curant? Quid cæli? Nec enim nihil curat, quidquid alteri aliquid cōfert, etiam si sine cura, nedum quod omnibus. Sed demus & hoc. Sint necessariò quæ curent & curent: ergo sunt dæmones? mira consequitio. Nobis Angeli curant, & curantur; dæmones verò nec curant, imò quārunt quos deuorent; neque curātur, imò abiecti sunt, & proiecti. Neque verò ego puto te per dæmones intelligere Angelos nostros, cū hi sint incorporei, immortales, boni omnes, magnisque prædicti viribus, & cæli incolæ semper, nisi valde raro huc descendant, tui verò dæmones, corporæ, mortales, s̄apē mali, imò s̄eper, imbecilles, aērisq; soboles & hospites. Nil ergo valet cōsequitio prima, sunt quæ curēt & quæ curētur, ergo etiā quæ curent & curent: quēadmodū, sunt quæ creent, & quæ creentur, ergo & quæ creentur & creent: sunt quæ informant, & quæ informantur, ergo & quæ informantur & informant: sunt quæ scribāt, & quæ scribātur, ergo & quæ scribantur & scribāt. Multo verò fragilior est secunda conse-

quentia, etiam si prima admittetur, ergo sunt dæmones. Quis enim tibi dixit, dæmones curare, & curari? cùm nescias quid illi sint, & dubites an sint. Sed superest adhuc verbum vnum, quod in huius tractationis progressu aduerserat, *Quod enim sapienter dixi, ait, Et nunc repeto, non debere nos arbitrari, quæ nos non nouimus, ea non esse: nam si nosceremus, ex eorum ordine essemus;* Illud, nam, tanquam fruolum prætermittimus, essemus enim asini, & leones, & mures, quando hæc cognoscimus; & Angeli etiam essent de numero malorum, si eos norunt. Sed accedentes ad primum, omnino contrà afferimus nos multò securius posse affirmare ea quæ non cognoscimus, non esse, quæam esse, nisi multorum testimonio aliud statuatur, neque multum repugnet ratio, aut eadem omnino id conuincat. Neque verò credas me per, *cognoscere*, intelligere perfectam scientiam, sed sensibilem tantum notitiam. Hac ergo ratione afferere possum, vnum tantum esse mundum, non esse chymeram, non phænicem, non dæmones: esse Byzantium, fuisse Alexandrum, ruituram Tolosam, Pyreneos mari condendos, contrà verò Oceani profundum aliquando tutam futuram hominibus sedem. Hæc cùm potius dicet humana ratio, quæam contrarium, tu tamen omnia ad libitum fingis, & vis nobis persuadere fanda, infanda, futile, ridicula, contraria, impossibilia, inintelligibilia, monstra, vbiique inconstans, & alter Protheus, modò afferens dæmones esse, eosque portentosos, modò nullos esse: ita ut impossibile sit statuere quid de his credas. Ait enim paulò post, *Omnibus igitur ad truianam diligenter redactis cendum est, rationibus difficile esse tueri, dæmonum ac mortuorum animos hinc inde dispersos esse: quod autem experimento, Et ordinis rerum, Et naturali inclinationi conuenit, est, ut illos hanc dubie esse credamus.* Mirum quanta inconstantia, pluribus rationibus & validioribus probasti non esse dæmones, quæam esse; & figmenta, quæ tu circa Cæsaris dæmonem, & alios, & fabulæ quas nobis narras, ut dæmones esse probes, magis non esse dæmones confirmant, quæam esse. Tandem dicis, rationibus difficile esse probare, dæmones esse, quod ego veritate id exprimente gratulor tibi excidiisse, addóque non solum difficile, sed impossibile esse. Sed quid admisisti animos mortuorum, cùm de hoc nulla esset quæstio? & quid illud est, animas dæmonum? quæstio est an sint dæmones, tu omnia perturbans dicis, animos dæmonum hinc inde dispersos esse, difficile ostendi posse. Quod vero addis, experimenta, rerum ordinem, naturalēmque inclinationem cogere nos, dæmones esse fateri, omnino ridiculum est. Nam vt ab ultimo incipiamus, quæ est ista naturalis inclinatio? cupimus esse dæmones? serimur in dæmones, quemadmodum in veneres, in cibum, in vindictam? Id est enim naturalis inclinatio, spontaneus motus ad aliquam rem. Quod si cupimus scire dæmones, cupimus etiam scire chymeras, vacuum, infinitum, mundos alios, & quidquid aliud factum hominis cogitatio singit, quantumuis absurdum & impossibile. Illud verò quod ad rerum ordinem pertinet, credo est quod supra dicebas, cùm essent quæ curarent, & quæ curarentur, necesse esse

vt essent & quæ curarent & quæ curarentur simul; sed hoc iam explosum est. Iam de experimentis. Scis quod rebus opus sit ad verum experimentum adquirendum, vt in medicamentorum facultatibus cognoscendis. Rhabarbarum habemus præ manibus, eo singulis diebus utimur, tamen dubitatur adhuc quem humorem trahat, imo an trahat, an pellat & quomodo alterutrum efficiat. Meconium, & Opium frequenter usurpamus, & non constat adhuc an calidum, an humidum sit utrumque. Quæ sunt tua experimēta de dæmonibus? tu superius dicebas, omnia conficta esse, quæ de foletis dicuntur. At experimenta omnia talia sunt, spectra, sonitus, cursus, pulsatio, quæ omnia tu ipse ad fantasiam refers; & verè maior pars à fantasia pèdet, reliqua sicut à vento, muribus, felibus, sycophatis, & impostoribus: & his capiuntur ut plurimum idiotæ, prudentes nunquam. Ego quidem, ut verū fatear, adeo sum stupidus ingenio, ut quamvis totā vitâ dubitarim, de his quæ narrabātur, quæsierimque sollicitissimè experimentum aliquod, nunquam inuenire potuerim. Non est mihi tanta vis ut fugem dæmones, imo si infantibus facilius occurunt ob simplicitatem, ut tu vis, mihi multò magis deberent, qui simplicior illis sum; si ipsis qui leuis & subtilibus prædicti sunt sensibus, & mihi tales sunt; si dormientibus, & nos dormimus aliquando. Sed fortasse decipior, & cùm dæmones solum spectris agant, mihiique crassi sint & sensus externi, & interni, non mouentur ab ipsis. At si tam certa sunt experimenta, ut tu ait, deberent maiori hominum parti & sapientissimis etiam nota esse. Nunc autem contrarium omnino appetet. Tu enim ait infra, Quartum, quod nullus adhuc de his quidquam effatu dignum scripsit, sed solas meras nugas. Par enim erat, aliquem ex his qui dæmonem habent familiarem, ab eo vel precibus, vel coniuratione, vel his quibus solent deliniri, de illorum substantia, viribus, sapientia, moribus, vita, conversatione, formâ, habitatione, aliisque similibus copiose, & (ut decet) sapienter scripsisse ea quæ referabantur, ut nunc nos faciemus, his quæ experimur accommodantes. Omnia bene habebant usque ad illum ultimum. ut nunc nos faciemus. Quid est quod facies? copiose & sapienter scribes de substantia & alijs quæ ad dæmones spectant? an retulit tibi aliquis dæmon familiaris? non audes asserere. Quomodo ergo refers? inani conjecturâ, vano experimento, inartificiose consequentiâ; denique totis paginis confirmas dictum tuum, te de dæmonibus nihil effatu dignum scribere, sed solas meras nugas: ita ut pudeat me tantum Philosophum talia litteris mandasse, & qui aliorum fallacias, & nugas videret, & deteggeret, in peiores incidisse. Trahit te gloriae cupiditas in absurdâ, ne aliquid ignorasse videaris, & non naturam ingenio superasse. Illa enim fortasse necit dæmones, quos tu scis. An non melius fuisset res examinasse ad vnguem, experimenta probasse, omnis generis homines consuluisse, & tunc maturo consilio statuisse quid de dæmonibus credendum, quam leuissimè perpenso negotio, falsis experimentis admissis, impostoribus, qualis erat Iosephus ille Niger: quem tu tamen tati facis, auditis, prudentibus vero inconsultis, temere multa effutuisse,

contraria, aduersantia, denique ridicula? Ego quotquot horum quicunq; dæmonibus rem habent, vidi, omnes inueni stultos, flocci homines, satuos, insanos; aut vafros, fallaces, pessimósque; aut utrumque simul. Quotquot autem consului sapientes (consului autem quamplurimos) omnes mecum sentiebat, & tecum etiā, cū aīs, ratione non posse ostendi dæmonas esse, & omnia quæ ab istis impostoribus traduntur meras esse nugas, & quod peius est, mendacia, technas, fallaciásque. Sed plus se exten-disle videtur oratio de dæmonibus, quām oportuisset. Ratione ergo naturali non conuincitur esse dæmones, imò potius contrarium, vt Cardanus ipse plurimis rationibus contendit, quibus nos alias addere possemus; sed id non est instituti nostri.

Non ergo per dæmones fit diuinatio. Neque si darentur, per eos diuinaremus. Ne sciunt enim futura cùm mortales sint, & in tempore geniti, secundū tamen fidē nostrā, cùm creati sint mali, & boni quoque, à principio multa sciunt malū longo vsu; proptereāque à similibus colligentes, futura ordinaria præuidere vt plurimū possunt, extraordinaria vero nullo modo, nisi Diuino moniti afflatu: at id naturæ limites transcendit. Nos autem non Theologicam hīc, vt ait Cardanus, sed naturalem scientiam tradimus. Secundū quām cùm per idola, aut fluxiones non videatur fieri diuinatio, vt ostensum est, neque per dæmones, cùm potius naturali rationi consonum videatur hēc vtraque non esse, quām esse, superest non esse per somnum diuinationem; saltem eorum quæ extra nos sunt, & remota: multoque minus per vigiliam, quidquid isti impostores charactribus suis, incantationibus, lineis, speculis, aliisque fatuitatibus, & fallacijs, & chiromantici manualibus lineis, & astrologi iudicarij domibus, aspectibus, genesique contrariū & intendat, & pollicentur. Quę omnia si quis exactè perpendat, examinētque, inueniet esse futilia, erroneaque: & si quid iuxta dicta contingat, id totum fortuitum esse, & omnino inartificiosum.

Verū sunt quidā qui diuinationem per somnum hoc modo, tueantur; animum scilicet nostrum diuinum origine, & immortalem, cùm per somnum à corporis cura liber est, proprio fungi officio, se ipsum excitare, vnde naturā suā diuinare posse; aut vt alij, extra corpus egredi, & cum alijs animis congregari, principiōque suo adiungi, ab iisque futurum scientiam expisciari. Sed hi dum diuinationem per somnum assere volūt, & diuinant, & somniant. Homo animal gloriosum se supra omnia effert, & si posset Deum de celo ejicere, faceret; quod tamen potest facit, se Deum fingit, credit, imò & vt alij credant, conatur, vt suprā dicebamus. Hūc tamen rerum omnium principem culex, vix acinus, pilus in trachēam illapsa enecant, vt interim reliqua omnia omittā, quæ intū & extrā ipsum, perpetuum illi intentant excidium, continuosque patiū dolores, & anxietates: vt optimè dictum sit, *homo bulla, & vita homini militia est super terram.* Tamen permittamus illi suam diuinitatē, si patiatur putredo, blādiamur illi, concedamūsque hoc solatium & malorum

& mortis, non tamen admittemus propterea diuinationem, contra rationem & experimenta; multoque minus transfretationem extra corpus, discursiones per aera¹, congressum cum alijs spiritibus, & cum principio suo, reuersionemque in corpus, & similia somnia. Quæ enim esset hominis ista larua, si animus exire è corpore, & in id rursus subire posset, aut quæ forma; si deserit subiectum? aut quod vnum per se, si ex duobus per se? Moritur ergo, & regeneratur singulis diebus homo. Quid enim aliud est mors, quam discessio animæ à corpore: & generatio quam introductio eiusdem in hoc? Incidimus in Platonis sententiam dicentis corpus nostrum esse animæ carcerem, & me non esse Platonem, sed animum qui in me est, hunc esse verum Platonem. Si paulò plus procedas, ego nescio quid sim, nec quis omnino sim, imò & an omnino sim, si hæc figmenta admittantur. Et quid, si dum ita vagatur spiritus meus, subducatur illi corpus, & aliò transferatur? aut in id transeat animus pyratæ, aut Regis? num eos inde pellet meus? aut subibit illorum corpora? Sed non nouit, nescit ubi sunt. Iam non est quoddesperem me aliquando futurum Regem, siue Regis animus vacuum-domicilium meum occupet, siue meus illius bustum. Quid si fiam asinus Apuleij? Sed si fœminæ anima corpus desertum maris ingrediatur, num fiet fœmella qui antea erat mas? & si maris animus fœmineum inuadat corpus, num assuescet concipere, parere, lactare? Monendus est mihi animus meus ut corpus bimi, aut trimi nobilis pueri obsideat, ubique inceperit dormire, ciùsque auolauerit animula, locum occupet, neque deserat (facile enim id erit annoso, catto, fortique) sique quasi planta infita perpetuo reuirescat. Sed qui sunt isti spiritus cum quibus congregatur? Si humani, non plus sapiunt meo. Si alij, incidimus rursus in dæmones, quos iam credebam me abegisse, sed nil opus est dæmonibus ad diuinandum, si ita egrediuntur, discurrunt, redeuntque animi nostri, multo facilior est per animos diuinatio: imò hac ratione ego sciam quidquid alter fecerit, quidquid in animo habeat, si eius animus meo narrat. Quis enim prohibebit, si mutuò sibi omnia communicant? O quæ nundinæ animorum! At si demus præsentia, præteritaque occulta animos sibi impertiri, futura quomodo poterunt? Hoc sibi soli reseruauit omnium conditor: cuius ut animus noster soboles & propago sit, non tamen propterea hoc illi subripere velit, & ei se in omnibus æqualem facere: nisi ut alter Phaeton perire cupiat. Neque verò credendum est licere nobis ineffabile lumen illud dum hic erramus, intueri, & cominus aspicere, multoque minus secreta arcanaque in eius mente condita mereri nos consequi: nisi id illud peculari priuilegio permittat alicui, ut D. Paulo, & Prophetis. Nunc autem omnia sunt plena fatuis diuinatoribus; imò iuxta Arist. & aliorum sententiam, ignari sunt, qui magis diuinant, & insani, quorum infinitus est numerus. Sed quid opus est amplius laborare in somnijs confutandis? istis talia somniantibus incumbit figmenta sua stabilire, aut sensu aut ratione,

Cum autem horum neutro ostendere valeant, animos nostros ita corpus deserere, per inane vagari, cum alijs; & cum origine sua congregari, indeque diuinationem haurire; contrarium autem experimento constet (quociescumque enim libuerit aliquem expergefacere, statim excitatur, quod, si longe abesse animus, fieri nequiret) & rationi omnino consonum sit, ut omnino eidem dissona horum opinio, satius est eam contemnere, & quemadmodum facile negligere, atque illi sine aliquo fundamento eam proferunt. *Stultorum omnium curam habere stultum est.*

Ergo iam videmur satis ostendisse, nullam esse de longinquis, remotisque per enthusiasmum, aut per somnum diuinationem: immo nullam omnino esse, nisi quae in nobis, aut causis naturalibus fundamentum habet. Et quamvis concederemus esse aliquam, tamen inutilis esset omnimodo. Aut enim quae praesciuntur, vitari non possunt, aut possunt. Si non possunt, satius esset nesciri, optima enim mors est, improuisa, dicebat Cæsar. Si possunt, non ergo diuinasti. At dices, futura erant, sed ego prudentiam caui; non credo; nec enim potuisses cauere vlo modo, si futura erant; neque diuinare futura, si erant non futura, ut tu fecisti non futura prudentiam tuam, sed debuisses potius dicere, non futura; alias enim sic ego dicerem omnia futura, sed anteuera esse, ut mortem agroti, excidium urbis. At quae ista est diuinatio? Sed etiam si præuideas, non potes vitare; non potuit Cæsar præuisam, & prædictam vitare mortem, non Brutus Philippos, non innumeri alij, nullus denique potest: immo sepe quam viam putamus nos euadere fata, per eam in illa incurrimus. Est inuecabile fatum. Ascendit mercator nauim certior naufragij quam lucis, idque non semel, sed semper, id est & nauta; castra sequitur iste tota vita, nec vult discedere ab armis, certior mortis quam victoria; immo sciens & volens in acie perire, & vterque]

Per mare pauperiem fugiens per saxa per ignes,

Graculus esuriens in calum insseris ibit.

¶ Premit male-suada fames à tergo, ante inflat ensis, post ensim panis, fugienda est fames, excundū per vulnus ad panem. Dicat nunc augur, ne conseras manum, morieris enim. Sed iam fame pereo, quid intrelle? immo malo gladio, quam fame. Multi ne dolorem ferrent atrocem, sibi manus intulerunt. Quod dixi de fame, intellige de ira, superbia, ambitione, inuidia, auaritia, luxuria, & reliquis omnibus quae hominem ad perniciem impellunt. Quid prodest diuinasse? parata est ubique mors, & quantumcumque diuines, & quo inodocumque, & quo usque tandem fugeris. moriendum est tandem. Scit fur, si apprehendatur, suffigendum iri patibulo, nec opus est diuino; & tamen dum eius socius securi plectitur, ille in media spectantium turba, alterius marsupium subripit, unde statim ad peenam rapitur. Scit idem homicida, adulteri, tyrannus, impius, coniurator, & omnis homo, idque certius quam ex diuinatione; & tamen intidunt hi omnes in mala illis praedicta, & edito promissa. Quid ergo queris & expectas diuinationem? Do tibi eam, prædico omnia futura: credo,

vitabis

vitabis industria mala, colligesque bona per totam vitam, & eris animo fœlix; (nihil enim aliud diuinatione assequi poteris) at tandem moriendū est, quod est summum malum fœlicibus. Quid profuit tibi diuinatio? Mors maximè omnium impedienda erat: quod si non potes, perinde est annum unum tantum, aut centum vixisse, imò mille: præterita enim omnia æqualia sunt, & quantacumque fuerunt, omnia nihil sunt. Sed & id quod concessimus tibi, ut totā vitā fœlix essem, rarum admodum est, imò fortasse impossibile. Quotusquisque enim est qui unquam fassus sit, se esse omni ex parte beatum? Sed permittamus talem aliquem esse, certè maior hominum pars infœlix est, & necessariò est. Tota enim natura constat ex contrarijs, conseruatūq; per contraria, ut per materiam, formam, & priuationem; calidum, frigidum; humidum, siccum; bonum, malum; generationem, corruptionem; vitam, mortem; gaudium, luctum; æstatem, hyemem; austrum, nothum; fœlicitatem, infœlicitatem; bellum, pacem; diuitias, paupertatem; libertatem, sterilitatem; virtutem, vitium; pietatem, impietatem: & si ad particularia magis accedendum, per selem & murem; vulpem & pullum gallinaceum; canem, & leporem; lupum, & agnum; hominem, & hominem; quid plura refero? Nihil est in vniuerso quod non habeat contrarium, & non esset vniuersum, nisi essent omnia contraria, & non magis conseruatur vniuersum bono, quam malo, aut alterutrā aliā contrarietate: & in hoc maximè spectatur admiranda mundi constructio, & pulchritudo, quod ex cōtrarijs constet, per ea cōseruetur, cum ijs perpetuò duret, & ita cum ijs duret, ut nec illa sine illo, nec ille sine eis stare possit, neque per tota secula unū contrariorū quantumcumque forte nobilèque, aliud quantumcumque debile ignobilèque omnino supererit, aut extinxerit, neque superaturum extincturūque unquam sit. Oportet ergo ut ad sit famæ, pestis, bellum, calunia, crux, gladius, lis, carcer, & reliqua omnia mala, æquè atque bona; & tandem mors æquè atque vita, & corruptio, atque generatio. Ut ergo sint multi fœlices, necesse est etiam esse multos quoque infœlices: & ut acies una vincat, necesse est etiam vinci. Quid ergo prodest Diuinus? Dicet tibi tuus, te superaturum; alter aduersæ aciei, superandam iri, utque verè: non poterit hostis tuus internectionem fugere. Quod ergo commodum illi attulit diuinatio? desperationem. Tibi idem paulo post continget, sic enim fert rerum vicissitudine. Propterea multi in magnâ victoriâ, & alia fœlicitate luxerunt, æstimantes quam lubrica sit fortuna, & præudentes futuram infœlicitatem, quæ non potest non succedere fœlicitati: imò si recte res perpendamus, omnia sunt infœlicitas, & incipit vita nostra à fletu, traducitur per fletum, & terminatur fletu. Quid ergo interest si laqueo, aut gladio, aut in aqua, aut in aëre, aut viridis, aut maturus cadas? Cadendum est, & antequam cadas, sepius labendum est: sic fata ferunt inexorabilia, si Stoicus sis; sic habet rerum natura, si Peripateticus; nobis vero Catholicis, sic statuit omnium rerum Creator, propter primi parentis lapsum: demique quicumque sis, ne que-

ras cur sic viuatur, quare ita agatur mundus (nec enim inuenies unquam quantumcumque inuestiges) sed aspice & fatere eo modo quo dixi, rem habere, idque semper quantum licet monumentis assequi, & semper habituram quantum ratiocinio. Nulla igitur opus est divinatione, vbi res adeo manifesta est statuta, certa : neque si esset, aliquid adferret commodi. Propterea etiam nulla est, nisi leuis quædam & incerta, quæ in nobis & in natura fundamentum habet : de longinquis autem & disparatis, quæque nullum in somniante fundamentum habent, si quæ est, omnino est fortuita, inartificialia, & fallax.

Quæ autem in somniante fundamentum habet, ita fit. Mira est animi nostri natura, ut & videatur nihil esse, neque posse sine corpore ; & tamen sine eo videatur & esse, & agere posse ; ut in somno. Quamvis enim per vigilias non videat, neque audiat, neque cogitat absque corpore, nihilominus per somnum quiescente omnino corpore, ipse per se ipsum quasi solitus externâ curâ, non distractus aduentitijs obiectis, & totus ad domicilium suum conuersus, in idque contractus, eius partes

Lib. de In-
somnijs. omnes perreptare videtur, & ut ait Hypocrates Medicus, domum suam gubernat, & cùm corpus dormiens non sentiat, ipsa vigilans cognoscit, ac visibilia videt, & audibilia audit, vadit, tangit, tristatur, aduertit; in summa, quæcumque corporis, aut animæ munia, ea omnia anima ipsa in somno obicit. In hoc itaque maximè diuina videtur anima, quod & omnia cognoscere tentat, & cognoscit utcumque, & in se ipsam reflexa se quoque contemplatur, & noscit, & quod nunquam quiescit, imò cùm magis languet corpus, ut in somno, tum ipsa vegetior facta id fouet, melius nutrit, concoquit, reficit, eiisque affectiones omnes exatissimè sentit. Et quemadmodum per vigiliam non solam externa sentit obiecta, sed etiam interna, sic in somno interna omnia sentit. Vigilantes enim, in suffusione videmus muscas, aranearum telas, & similia, quæ foris non sunt, sed intra oculum; & sentimus in lingua dulcedinem, aut amarorem, & audimus tinnitus, aut sonum, & sentimus frigus aut calorem, non externa, sed interna: ita etiam in somno omnia similia experimur. Sentit enim anima aut ipsa sola, aut cum cerebri temperie, sonitus qui fiunt in corpore, amarorem, si quis linguam inficit, dolorem si quis vrget, frigus, calorem, fritim, famem, defluxionem, pituitam, aliud fluxum, eiusdem tormenta, mictionis, & egestionis necessitatem, tenebras & obscuritatem, aut contrâ splendorem & lucem, atrum colorem & vitidem, flauum, & alios iucundos, oppressionem, suffocationem, difficultatem respirationis, tentiginem, denique omnem corporis statum videt, aut simpliciter & explicitè, aut sub varia somniorum specie, ut cùm multa defluit pituita somniat se imbre largo perfundi, aut per fluuios & aquosa loca ferè suffocari; cùm multi sunt spiritus, limpidique somniat se volare; cùm multi contrâ sunt flatus tenebricosi, somniat ventos, tempestates; cùm dominatur melancholicus humor, somniat cadavera, necesse vulnus, serpentes, crues, luctus, & omnia mæsta; cùm sanguis, nuptias,

choreas, conuiuia, risus, & omnia leta; cum bilis, rixas, ignes, incendia, cōruscationes. Quomodo autem id fiat, licet difficile sit intelligere, tamen sic possumus conjectare. Species à rebus quæ in corpore continentur per organa ad phantasiam deferuntur, quæ nunquam dormit omnino, sed quiescit, & quasi consopitur, & ligatur: anima oblata species quasi per nubem percipit, voluitque: & cùm nec ipsa tunc omnino sui compos sit, confundit imagines veras cum falsis, non rectè omnino iudicans, & discernēs inter vrasque, recipiens tamen oblataς; & excitatur, excitatq; corpus ad fugienda nocentia, acquiescendum in iucundis, appetenda, & persequenda necessaria, vtiliaq;. Hinc fit vt cùm intus male res habeant ægrotante aliquo, dum anima per somnum ad interiora se recipit, ibi offendens hostem perhorrescat, concutiat, foras cum perturbatione recurrat, & peius à somno habeat ægrotus quām antea, quia per vigiliam obiectis externis occupata distrahitur, nec adeo sentit malum; & præter id dum vigilamus semper aliquid morbificæ materiae foras excutitur, per somnum contrà omnia intus cohibentur, & inde augetur malum, vnde illud Hippocratis, *In quo morbo somnus laborem facit, mortale: si vero somnus prospicit, non lethale: & ubi Somnus delirium sedat, bonum est.* Eadem ratione in ardente febre somniat ægrotus se comburi, queritq; & se statutus riutlos, fontes, & flumina, & quandoq; phreneticus se in profluentem deiecit, & sanatus est: sèpe putat dormiens, quem alii excrementa sollicitant, se exonerare velle aluum, sed non inuenire idoneum locum; aliquando contrà ad parietem se meiere cogitans lectum madefacit. Mirum autem est neque nimis proclive dicere, quomodo ad ea quæ in corpore sunt, suscitentur congenera affiniaque in phantasia: veluti, exempli causa, multum est geniturae congestum in proprijs vasis, quæ naturæ lege sui excretionem expostulet; cohibetur tamen honesti ratione: ea perpetuò naturam proritat, stimulatique, vnde libido nascitur venerea. Ergo per somnum cogente semine excitatur in phantasia idolum formosæ mulieris, & inde pollutio nocturna: sic etiam sifienti fontes, esurienti dapes, micturienti, & cacaturienti secretaloca, melancholico cruces, vulnera, bene habenti conuiuia, ludique obuersantur, obnascunturque phantasia. His ergo nocturnis visionibus nihil aliud cognoscit anima, quām corporis præsentem statum, neque id satis manifestè & explicitè, sed per somnia & quasi per nubem. Sæpius autem obseruatis ijsdem somnijs, & quæ postea superuenere corporis ex ijs futura & somnianti aduentura eadem colligit anima, non aliâ diuinandi vi, quām ratiocinatione, inductione, & conjecturâ veritati proximâ, vt supra dicebamus. Hinc medici ad morborum præcautionem, & regulas quasdam constituerunt, & remedia præscriperunt. Sed in aliquibus nimium ultra rationem prouecti, rem satis dubiam & diuinationi proximam reddidere. Quod enim Hip- Lib. de In-
pocrates ait, astra exteriorem corporis partem notare in somnijs: somnijs.

Solem verò, medianam; Lunam autem, cavitates; mare, ventrem; terram, tabernacula, & similia alia, quæ in eo libro continentur, quid habent verisimilitudinis? Proinde non longius procedendum est, sed hoc uno iacto fundamento, quod scilicet quæ magis sanis proxima sunt, meliora sunt, & hoc secundo, quod in phantasia similia referuntur ijs quæ in corpore habentur, ut diximus: iuxta hæc de corporis præsenti dispositione conjectare licet, & de futura prædicere, & ei prospicere iuxta medicinæ regulas. Neque tamen necessariò credendum est etiam quæ iuxta hanc methodum habebuntur, ventura; quemadmodum nec quæ astrologus præuidet ex astris circa Metheora. Multa enim sunt quæ utrumque impedit possunt: proindeq; nihil certò afferere possumus de futuris in inferiori hoc mundo, tum propter multiplicem superiorum causarum vim, complexumque, cum ob variam inferiorum concursationem, confusioneque. Quod si hæc quæ circa corpus nostrum sunt, & sunt, tam sunt incerta, infidaque: quid de his dicemus quæ extra nos sunt, nihilque ad nos pertinent? Tota ergo conficta est, commentitia, fallax, & deceptoria ea quæ de diuinatione quomodo cumque instituta estas: & si quid eorum quæ ratione non colliguntur, contingat, id totum fortuitum est & purè contingens. Quare neque verum est, quod ait Aristoteles (sit hoc cum venia dictum tanti viri) infimæ conditionis homines diuinare in somnijs, quia eorum mens quasi deserta & curis vacua, imagines & idola de quibus suprà, facile admittunt: minus verò sapientes, ob contrariam rationem. Contrà enim omnino prudentes multò plura, & certius idiotis diuinant, rationis adminiculo, ut superius dicebamus. Vnde melius dixit idem Aristot. circa finem eius opusculi, melancholicos (sunt autem hi maiori ex parte prudentes & sapientes eidem Aristoteli 30. Problem. 1.) & propter vehementiam (imaginationis scilicet, quamvis satius fuisse dicere, propter jugem cogitationem) ut qui à longinquο iaculantur, sæpe collimant, & propter celeritatem mentis, plurimum diuinant. Hęc nobis visum est de Diuinatione dicere, incertare, & satis obscurā. Tu, amice lector, quod magis placuerit, elige. Nec enim nos tibi necessitatem imponimus, ut magis hanc, quam illam sequaris sententiam. Diximus solùm quod tum ratione, cum experimen-to haec tenus assequi potuimus: tu verò si quid certius habes, id sequere, & nos bonā fidemone. Interim cogita, parum, aut potius nil, tibi profuturam diuinationem, quæ te à fati necessitate non eripiet; in modo utram ne in eam præproperè impellat. Vale.

Q V I D?

Laus Deo virginique Mariae.



FRANCISCI SANCHEZ.
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA
Professoris Regij

QVOD NIHIL SCITVR, LIBER.

LECTORI S.

NNNATVM homini velle scire : paucis concessum scire velle : paucioribus scire. Nec mihi ab alijs diuersa fortuna succedit. A prima vita, Naturæ contemplationi addictus, minutim omnia inquirebam. Et quamuis initio anidus animus sciendi quocumque oblate cibo contentus esset utcumque : post modicum tamen tempus indigestione præhensus reuomere caput omnia. Quarebámque iam tunc quid illi darem quod & perfecte amplecteretur, & frueretur absolute nec erat qui desiderium expleret nescium. Euoluebam præteriorum dicta, tētabam presentium corda: idem respondebant: quod tamen mihi satisfaceret, omnino nihil. Vrbinas quasdam fateor veritatis referebant aliqui: nullum tamen inueni, qui quid de rebus iudicandum sincerè, absolutèque proferret. Ad me prouinde memet ipsum retuli ; omniaque in dubiam renocans, ac si à quoipiam nil unquam dictum, res ipsas examinare cœpi : qui verus est sciendi modus. Resolutebam usque ad extrema principia. Inde initium contemplationis faciens, quò magis cogito magis dubito: nil perfectè complecti possum. Despero. Persisto tamen. Magis. Accedo ad Doctores auidè ab eis veritatem expetuturus. Quid ipsi? Quisque sibi scientiam construit ex imaginationibus tam alterius, tum proprijs: ex his alias inferunt : & ex his iterum alias ; nil in rebus

perpendentes, quousque labyrinthum verborum absque aliquo fundamento veritatis produxere: ex quo tandem non res intelligas naturales; sed nouarum rerum, fictionumque texturam discas: quibus intelligendis nulla sufficiat mens. Quis enim qua non sunt intelligat? Hinc Democriti Atomi, Platonis Ideæ, Numeri Pythagora, Aristotelis Vniuersalia, agens intellectus, & intelligentie. His ignaros explicantur, se incognita, Naturæque recondita innenisse prodentes. Credunt hi, facileque ad Aristotelem conuolant, voluunt, enoluunt, memoria mandant: isque doctior est, qui plura ex Aristotele nouit recitare. Quibus si vel minimum neges, muti fiant: te tamen blasphemum clamant, si contraria arguas, sophistam. Quid his facias? Miserrum. Decipiuntur qui decipi volunt. Non his scribo: nec proinde scripta legant mea. Non deerit tamen inter eos aliquis, qui lectus, nec intellectus, (quid enim asino cum lyra?) dente ferire tentet. Ast rumpitur impactus adamanto malleus: Aesopicaque serpens, limam dum rodere putat, dentes frangit proprios. Cum ijs igitur mihi res sit, qui nullius addicti iurare in verba magistri, proprio marte res expendunt, sensu, rationeque ducti. Tu igitur quisquis es eiusdem mecum conditionis, temperamentique: qui que de rerum naturis sapissime tecum dubitasti, dubita modò mecum: ingenia nostra, naturamque simul exerceamus, sic mihi liberum iudicium, non irrationabile tamen. Tibi tale & concedo, & precor. At dices forsitan, quid post tot tantosque viros tu nobis adferre potes noui? Tene expectabat Veritas? Minimè quidem, sed nec illos expectauerat anteà. Nil igitur noui: sic, cur scripsit Aristoteles? aut cur tacebimus nos? An ille Naturæ potestatem determinauit totam, ambitumque vniuersum complexus Scaliger. est? Non crediderim, licet doctissimi quidam ex recentioribus ei nimis addicti sic predicent: eum insuper vocantes Veritatis Dictatore, Veritatis tribunal, Veritatis rempub. dignis sanè tanto laudato, & tanto laudante epithetis: sed que magis laudem ex alterius laudatione, & verborum ornatu affectare videantur, & mereantur; quam Veritatis rempub. In illo autem quot ab hac aliena? Sanè plurima, ut suo quoque loco videbimus. Et acutissimi isti eius alumni & laudatores, in pluribus ei repugnarunt; ab eodem, credo, Veritatis tribunali compulsi: nisi malint ab ambitione, & luore. Hercule Aristotelem inter acutissimos Naturæ scrutatores plurimum valere iudico; vnumque esse præcipuum ex mirabilibus humanae infirmitatis ingenij. Nulli

tamen errasse, non affererem: plurima ignorasse affirmo; in multis
hesitasse; non pauca confusè tradidisse; alia succinctè perstrinxisse;
quædam tacitè præteriisse, aut fugisse, video. Homo erat, ut & nos:
quique coactus sèpè humanae mentis torporem, infirmitatemque dete-
git. Nos eandem dolentes hic & manifestamus, & exercemus, &
exhaurimus; dum plurima cogitando elicimus, qua ut à veterum de-
cretis abscedunt, sic ad Veritatis accedere videntur. Tale est iudicium
nostrum, succedunt temporibus tempora, sic hominum diuersæ opinio-
nes: quorum quisque se verum inuenisse credit: cum ex mille varia
opinantibus solus unus inuenisse potest. Liceat igitur & mihi cum
reliquis, aut etiam absque illis, idem inquirere: forsan attingam.
Plures enim canes facilius predam venantur uno. Nil itaque mi-
rum tibi videatur, si post tot, ut arguis, tantosque viros tantillus ego
lapidem hunc moueam: soluit enim quandoque à vinculis mus leo-
nem. Nec proinde tamen Veritatem tibi omnino polliceor, ut qui
eam, ut alia omnia, ignorem: inquiram tamen in quantum pote-
ro: tûque utcumque apertam, & è latebris excusam persequeris.
Nec tamen eam arripere spes unquam, aut sciens tenere: sufficiat
tibi quod & mihi, eandem agitare. Hic mihi scopus, hic finis est:
hunc tu querere etiam debes. Quo posito, à principijs rerum exor-
dium sumentes, grauiora Philosophiae capita examinabimus, ex
quibus facilius reliqua colligi possint. Nec enim in his immorari
in votis est omnino: ad Medicam quippe artem viam affectamus,
cuius professores sumus: cuiusque principia omnia Philosophicae con-
templationis sunt: ut eadem manu duos simul moueamus lapides:
nec enim aliter vita sufficeret. Excusandus subinde venio, si dum
Veritati inquirendæ studio, minutiora quædam contempsero. Non
igitur à me comptam & politam expectes orationem. Darem qui-
dem si vellem: sed labitur interea veritas, dum verbum pro verbo
supponimus, ambagib[us]que utimur: hoc namque est verba dare. Si
id vis, pete à Cicerone, cuius hoc munus est: sat enim pulchri-
dixero, si sat verè. Decent bella verba Rethores, Poëtas, au-
licos, amatores, meretrices, lenones, adulatores, parasitos, &
his similes, quibus belle loqui finis est. Scientiæ sufficit propriæ,
imò necessarium est: quod tamen cum illo stare non potest. Nec
à me post.les multorum authoritates, aut in aithores reuarentiam,
qua potius seruiliis & indocti animi est, quam liberi, & veritatem in-

quarentis. Solam sequar ratione Naturam. Autoritas credere iubet; ratio demonstrat: illa fidei; haec scientijs aptier. Proinde que ab alijs recte dicta videbuntur, ratione confirmabo: que falso, eadem infrafirmabo. Fauxitque Deus, ut quo ego animo hec tibi vigilans elaboro, eodem tu elaborata excipias vigilans, sanaque mente iudices: & que falsa videbuntur, firmis rationibus, (quod ut Philosophi est, sic mihi valde gratum) non infirmis iniurijs, (quod ut fœminarum, sic Philocepho indignum, & mihi omni o ingratum) quod cum liudi, tum ignari quidam faciunt, lacescas: que vero sana, approbes & confimes. Quod ut fieri spero, sic tu maiora propediem expecta. VALE.

Q V I D?

FRANCISCI



FRANCISCI SANCHEZ,
DOCTORIS MEDICI, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA
Professoris Regij

QVOD NIHIL SCITVR, LIBER.

NE c vnum hoc scio, me nihil scire: Coniecto tamen, nec me, nec alios. Hæc mihi vexillum propositio sit, hæc sequenda venit, Nihil scitur. Hanc si probare sciuerō, meritò concludam, nil sciri: si nesciuero, hoc ipso melius: id enim asserebam. At dices: si probare scias, contrarium sequetur, aliquid enim scis iam. At ego contrà prius conclusi, quām tu argueres. Iam incipio turbare rem: Ex hoc ipso iam sequitur, nil sciri. Forsan non intellexisti, mēque ignarum aut cauillatorem vocas. Verum dixisti. Melius ego te, quia non intellexisti. Ignari igitur ambo. Iam ergo nesciens conclusisti quod quærebam. Si intellexisti ambiguitatem consequentiæ, apertè vidisti, nil sciri: Si minus, cogita, distingue, & mihi solue nodum. Acue ingenium. Persequor. A nomine rem ducamus. Mihi enim omnis nominalis definitio est, & ferè omnis quæstio. Explico. Rerum naturas cognoscere non possumus, ego saltem: Si dicas, te bene, non contendam; falsum tamen est: Cur enim tu potius? Et hinc nil scimus. Quod si non cognoscamus, quo pacto demonstrabimus? Nullo. Tu tamen definitionem dicis esse quæ rei naturam demonstrat. Da mihi vnam. Non habes. Concludo ergo. Amplius, rei quam non cognoscimus quomodo nomina impo-nemus? Non video. Sunt tamen. Hinc circa nomina dubitatio perpetua, & multa in verbis confusio & fallacia: quin & in his omnibus quæ modò protuli forsan. Conclude tu. Dices definire te rem quæ est homo hac definitione, Animal rationale mortale, non verbum. Nego. Dubi-

Ambigua consequentia.

Omnis definitio nominis est, & ferè omnis quis est.

enim rursus de verbo animal, & de rationale, & alio. Definies adhuc hæc per superiora genera & differentias, vt vocas, vsque ad Ens. Idem de singulis nominibus quæram. Tandem de vltimo Ente : nec enim scis quid significet. Non definies, quia non habet superius genus, dilectorum. *Fuga Dia-* Alia fuga. ces. Non intelligo hoc. Nec tu. Nescis quid sit Ens. Minus ego. Dices tamen, in questionibus tandem quiescendum. Hoc non soluit dubium, nec explet mentem. Prodis coactus ignorantiam. Gaudeo. Et ego. Procedo. Vna res homo est, eam tamen pluribus insignis nominibus, Ente, substantia, corpore, viuenti, animali, homine, & tandem Socrate. An non hæc verba sunt? sanè. Si idem significant, superflua: i diuersa, non eadem res & vna homo. Plura, dicis, in eodem considero homine, quibus singulis propria attribuo nomina. Rem magis dubiam facis. Nec hominem intelligis totum, qui magnum quid est, crassum & sensu perceptibile: & in tam minima diuidis, quæ sensum effugunt certissimum omnium iudicem, ratione indaganda fallaci & obscura! Malè agis, & decipis me, & magis te. Quæro, quid in homine vocas animal, viuens, corpus, substantia, Ens? Nescis ut anteà. Nec ego. Et id volebam. Dicam tamen inferius. Dein peto, quid hoc nomen qualitas, significat? quid Natura? anima? vita? Dices, hoc. Negabo facile: aliud enim. Proba. Recurris ad Aristotelem. Ego ad Ciceronem, cuius munus est verborum significations ostendere. Dices non tam propriè loquutum Ciceronem, nec tam exquisitè. Ego contrà contendam: hanc enim Cicero exercebat artem, non Aristot. Si amplius queras, alios adferam Latinæ linguæ excultores, vel Græci: idem enim est. Nulla inter eos concordia, nulla certitudo, nulla stabilitas, nulli limites. Quisque ad libitum verba dilacerat, hinc inde distorquet, & proposito suo nec stabili- accòmodat. Hinc tot tropi, tot figuræ, tot regulæ, tot mixtiones; qui- bus omnibus Grammatica constat. Quid autem Rhetorica & Poëtica

Nulla in
verbis con-
fiantia,
certitudo,
nec stabili-
tas.

Conuenien- non peruerunt? Quibus non abutuntur modis? Atque hi omnes loqua-
tia diffe- citatem tantum exercent inutilem, sed ad libitum, solutèque, vt dicunt.
rentia que At Dialectica seu Logica eandem etiam, sed non eodem modo: verba
Rhetorices, enim in ordinem disponit, in aciem parat, prohibetque disparata pug-
& Poëties nare, sed coniunctim: dat leges, coercet, permittit, cogit. Denique illæ
cum Lo- similes sunt eis qui turmas & castra effingunt in publicis ludis & specta-
gica. culis, in quibus plus decoris quam roboris desideratur; Hæ contrà eis qui ad Martem seriò se comparant, quibus plus virium quam pul-
rum signifi- chritudinis inesse conuenit. Omnibus autem verba milites sunt & ob-
catio à vul- iectum. Cui horum credes magis? Dubium est. Quisque sibi ereditum.
go pendet.

a Verbo- Nec hoc sufficit. *a Verborū* significations magis aut omnino à vulgo
rum signifi- pendere videntur, ab eoque proinde petendas esse: Quis enim nos loqui
cato à vul- docuit nisi vulgus? Nam & hac ratione ferè omnes qui haclenus scriple-
go pendet. fin. runt, ea quæ frequentius in hominum ore sunt pro fundamento dispu-
tationis sūspere: vt ille, *a Func nos aliquid scire dicimur, cùm eius can-*
Different. *morborū. 1. sas principiāque cognoscimus:* Et alter, *Sumendum verò & hic omnium*

Gal. 1. de

consensu approbatum principium, quòd omnes homines tunc se sanos existimant, cùm &c. In vulgo autem an aliqua certitudo & stabilitas? Nequicquam. Quomodo ergo in verbis quies vñquam erit? Iam non est nullum i mposuit usus fuerit. Quare igitur: non inuenies. Sed iam satis. An non planè de nomine omnis quæstio? Mihi sanè probasse videor. Si negas, præcipuæ questionis probationem confirmabis. Sed mox probabitur melius, Ergo quid scientia nomine intelligendum sit videamus. Nam si hæc nulla sit, nullus subinde ab ea denominabitur sciens. Quid Aristoteles? Hūc enim (vt a qui acutissimus fuit Naturæ scrutator, quémq; vt plurimum sequitur Philosophorum maior tuba) pro omnibus alijs examinasse sufficiat: ne, si contra omnes pugnandum esset, in infinitum abi- ret opus, Naturamque item aliorum more dimitteremus. Quid igitur ille? b Scientia habitus per demonstrationem acquisitus. Non intelligo. Et hoc pessimum. c Obscurum per obscurius. Sic homines decipiunt. Quid habitus? Minus scio quād quid scientia. Minus tu. Dic, firma qualitas. Adhuc minus. Quòd plus procedis minus promoues, d quòd plura verba maior confusio. Detrudis me in lineam prædicamentalem, & inde semper ad Ens, quod nescis quid sit. At nonne ad prædicamenta reducenda omnia? Sanè. Quid inde? in labyrinthum omnia ducenda. Quid Prædicamenta? e Series verborum longa. Mirum, quid dixi? Dico. f Verbo- rum alia communissima, Ens, verum, bonum, fivelis: Alia minus communia, substantia, corpus: Alia propria, Socrates, Plato. Illa significant omnia: Ista plura: Hæc vnum. Sequitur, quum dicunt, Socrates est homo, & hinc animal, &c. significati, hoc quod ostendo (Socratem intellige) sic vocari particulari nomine: Cum alijs autem figura simili- bus communi nomine, hominem: Cum equo & reliquis quæ mouentur, dissimilis tamen sunt figuræ, animal: Communissimo cum rebus omnibus, Ens. De reliquis Prædicamentis idem. Non sufficit id. Simplicibus verbis non contenti, vt rem difficiliorem efficiant, communibus g vt vñtuntur appositâ differentiâ aliquâ: vt pro homine, g Animal rationale mortale: quorum quodlibet primo difficilius est. Vbi enim multitudo ibi confusio, & quòd ampliora verba eò confusa & obscura magis. Hoc illa. minimum. Super hæc misera construunt. De verborum hac scire (Prædicamenta vocant) plura disputant, de ordine, de numero, de capite, de diffe- rentia, de proprietatibus, de reductione omnium rerum ad illa, hæc re- ducunt ad rectam lineam, illa ad latus: Hæc per se, illa ratione sui contrarij: Hæc communia sunt duobus, illa male reducuntur ad illud: Hæc non habent ad quod reducantur. Ergo vel si sit cœlum, si non obtinuit locum in prædicamento, iam nihil est. Quid dicam? In infinitas hinc trahuntur nugas. Amplius adhuc verborum verba confingentes, omnino se, miserisque audientes in profundum ineptumque Chaos prouoluunt. His tota plena Arist. Logica, multoque magis quas post eum conscripsere recentiores, Dialecticæ. Communiora enim nomina vocant

*Dialecticæ
recentio-
rum nugis
plena.*

*a Vniuersa-
le siatio
Ideis
non dissi-
milis.*

*b Intelle-
ctus agens
noua res.
Prædicabi-
lia sunt
simplices
termini.*

*Futiles di-
sputationes
Logicorum.*

*Dialectici
nouas res
fingunt.*

*c Arift. E-
Dialectici
tum dant,
similes sunt
Necromantia-
tis.*

e Exod. 7.

*f Futilis
Syllogismo-
rum scien-
tia.*

*g Ignor-
ia veniam
meretur,
fallacia
suppliciū.
Inepius*

genera, alia species, Differentias, Propria, Individua. Si quæras, quid hoc. Commune quid abstractum per intellectum. *a* Aristotelis fictio Ideis non dissimilis. De abstractione statim. *b* De intellectu agente intelligente, vnde consurgit vniuersale quod est animal. Eò rem ducunt, ut afinus significem mentem istorum Logicorum, quæ non nisi communem afinum comprehendere potest, immo cum formare : quum tamen quilibet eorum particularis afinus sit. Quid dices? An non hæc verba & stultitia? Verum quidem. Atque hoc de simplicibus tantum terminis, Prædicabilia vocant. De quibus adhuc quotque, quid? Nihil, nugæ. Iterum vocant hæc æquiuoca, illa vniuoca, analogæ, denominatiua, terminos, voces, verba, dictiones, simplices, compositas: complexas, incomplexas: mentales, vocales, scriptas: à placito, à Natura: primæ intentionis, secundæ intentionis: categoriematicas, syncategematicas: vagas, confusas: innumeræque alias nominum denominated.

Scientia perfici aiunt, amentes omnino fiunt: qui rerum Naturas & causas inuestigare deberent & prædicant, nouas fingunt: qui plura & obscuriora fingit, doctior ille: vnde & de sophismatis etiam scientiam scripsit cille. Sic fictio fictionem soluit, & clausus clavum pellit: *d* similesque mihi videntur ijs qui Necromantia, incantationibꝫque operam dant, quorum qui versutior est, vt aiunt, alterius actiones conassimiles sunt tūisque eludit, irritos facit, soluit, impedítque. Quod impij quidam olim Diuino e Mosi obiecerunt de serpente, qui magorum alios deuorauit. Sic nostri hi incantatores verbis confisi, nil scientes, plura tamen se scire produnt, ne inficiæ arguantur. Ego contrà inficiam libenter confiteor meam, libentiūque suam detego. Nil scio. Minus illi. Quid igitur obscuris verbis mentes nobis obliniunt? Hæc de habitu. Iam quid illud est Demonstratio? Definies iterum, Syllogismus scientiam patiens. Circulum comisisti, mēque proinde & te decepisti. Sed quid Syllogismus? Mirum, arrige aures, extende phantasiam: nec enim tot verba capiet forsitan. Quām subtilis, quām longa, quām difficilis Syllogismorum scientia. *f* Sanè futilis, longa, difficilis, nulla Syllogismorum scientia. Ah blasphemauit. Verum, quia verum dixi. Iam lapidibus dignus sum. Tu contrà fustibus, quia decipis. *g* Ignorantia enim mereatur vtcumque veniam, fallacia supplicium. Audi, proba hominem esse ens: sic dicis, Homo substantia est: hæc ens: ergo homo ens. De primo dubito & secundo. Probas, homo corpus est: hoc substantia: ergo

homo substantia. Iterum de ambobus. Dicis, homo viuens : hoc corpus : ergo homo corpus. Et de ipsis, sic, homo animal : hoc viuens : ergo homo viuens. Summe Deus quæ series, quæ farrago, ut probes hominem esse ens ! Obscurior probatio quæsita. Adhuc nego hominem animal esse. Quid dices ? Non sunt plura genera. Quod fugies ? Ad definitio-
Dialecti-
corum pro-
bandi mo-
dus.
 nem animalis ; quæ est, viuens mobile & sensibile : Talis homo. Vtrumque nego : sequere. Viuens est corpus quod nutritur : tale animal : ergo. Hæc proba. Corpus est substantia tribus dimensionibus constans : Viuens tale est : ergo. Vtrumque falsum. Substantia est ens per se : quale corpus est : ergo. Et hæc quoque probari velim. Non potes amplius. Quid ens tandem est ? Nescis ut antea. Quid his Syllogismis perfecisti ? Non probasti hominem esse ens, quod petiueram primum : imò per linea-
Vtrumque
tum
 m tuam tum descendens, tum ascendens, ut altum illud Ens mihi appropinquaret, tibi maximum periculum, mihi metum peperisti, ne ca-
tum
 dens totus comminuereris, méque si subtus comprehendisses, idem : rémque tandem ita dubiam ut antè erat, aut forte magis dereliquisti. At qui primas solum propositiones probare tibi semper videbaris, secun-
dum
 das ne attigisti quidem. Quod si primas probasses, & ad secundas deue-
nissemus
 nissimus : in his magis turbareris. Quid igitur decipis me tuis ipsis verborum concatenationibus ? Facilius ego. Ens significat omnia, ho-
Facilis, ve-
minem, equum, & asinum &c. ergo homo est ens : equus & asinus. Si ráque quæ-
primum neges, non probabo : nam nescirem. Proba tu mihi, si scis.
Syllogif-
morum
 Neque tu quoque. Nil igitur scimus. Redeo ad syllogismos, quo-
tio.
 rum subtilissima scientia tota corruit. Dixi iam suprà : nomina alia com-
tum
 munissima, ut Ens, verum : Alia minus, substantia, qualitas : Alia scientia
scientia
 particularia, Plato, Mithridates. Intermedia plurima, quæ nec tot
corruit.
 vt illa, nec tam pauca ut hæc significant : corpus, viuens, animal. Hinc facile est querenti, an homo substantia sit ? sic ostendere uno verbo. Substantia significat omnia quæ per se sunt, vnde & hominem, & lapidem, & lignum : ergo homo substantia est. At ipsi ambages quærentes, ne in contemptum veniat eorum scientia, si facilis sit, difficilem & laboriosam verborum inuoluero efficiunt : demonstrasse se, & scientiæ probasse iactantes, hominem esse substantiam, sic in Barbara, inex-
Dialectico-
rum falla-
cia.
 pugnabili castello : Omne animal est substantia. Omnis homo est ani-
 mal. Ergo omnis homo est substantia. Verum dixisti, sed inscienter, & obscurius quam poterat sciens. Idem enim est ac si diceres, substantiam significare tam viuentia, quam non viuentia : & viuentia significare ho-
trist. in
ente predi-
cam.
 minem & cerasum : ergo à primo ad ultimum, significare substantiam hominem. At per tot intermedios gradus confunditur metis, imò subin-
Arist. per
totam Phy-
si. & re-
tabilis.
 de magis dubitat de singulis intermedijs. Nonne hoc illud est quod dixe-
 „ rat alibi idem, Quod de praedicato dicitur, idem de subiecto dici ? hæc
 „ autem nominum passiones sunt : sicut & illud, Quod est multis mo-
 „ dis dicitur : si nomen hominis unum significat ; principium aliud di-
 citur : causa autem uno modo dicitur : natura dicitur uno modo, nece-
sita.

Ferit omnia sicut dicitur. Denique quidquid est in illius Methaph. reliquisque que in Ari- operibus, nominum definitio est. Vnde de nomine omnis quaestio feret sicut operi est; an substantia de homine dicatur, & sic de alijs. Quod cum scire nullus contingenit, nos certò possit, nec rerum nec verborum scientia aliqua est. Dic, denuò minù defini- verba imponamus. Permitto. Sciemus ergo iam verbum hoc, hoc significationes sūt care. Falsum: nescis quid sit verbum, nescis quid sit hoc, nescis quid sit significare: ergo nescis verbum hoc, hoc significare. Probo sequi: nam ignoratis partibus ignoratur totum. At tu mecum partes, & totum: ergo nihil scimus. Quare ergo ignarum me & te, tu idem ignarus, verborum ignorantia maxima, subtilem tamen scientiam vocas, obscuraque

Dialectici farragine maiori ignorantia cumulas? Vt ignarus appaream, dices. At *vt docti* contrarium euenit: dum enim falsa ridiculaque canis, scire te tamen *appareant* multa praedicas, ego ignarum omnino conijcio, qui nescias te nihil scire. *tot de ver-* Quod si scias, deceptorem mendacemque, qui prodas te multa scire. *bis cōmen-* *tantur.* Hoc enim vnum semper maximè ab aliquo expetiui, quod modò facio, *a Socrates* vt verè diceret an aliquid perfectè sciret: nusquam tamen inueni, præter- *doctissimus* quam a in sapienti illo, proboque viro Socrate, (licet & Pyrrhonij, Aca- *Vide Gal.* lib. de op- demici, & Sceptici vocati, cum Fauorino id etiam assererent) qui Hoc *timò docen-* vnum sciebat, quod nihil sciebat. Quo solo dicto mihi doctissimus iu- *cen. gen. &* dicatur: quamquam nec adhuc omnino mihi explerit mentem: cum & *Diog. Laér.* illud vnum, sicut alia, ignoraret. Sed vt magis assereret se nil scire, illud *lib. 9. &* vnum se scire dixit: b qui proinde quū nihil sciret, nihil nobis scribere *Plutarch.* voluit. Id ipsum sèpè in mentē venit mihi. Quid enim dicam quod falsi- *contra Co-* lotem. *b Socrat.* ipsa quæ scribo modò. Non tacebo tamen: saltem hoc liberè proferam, *cur nil* me nihil scire: ne tu in vanum labores veritatem inquirendo, sperans *scripsit.* eam aliquando apertè tenere posse. Quod si deinceps aliquid cum reli- *c Omnia* quis exagitabo eorum quæ in Natura sunt, hoc supposito, crede si velis, *mibi su-pe-* non tamen curo: vanitas enim omnia, dicebat sapientissimus ille Salo- *cta.* *Salomon* mon, omnium doctissimus quos nobis superius memoria dedit sacu- *doctissimus* lum: quod apertè demonstrat eius opera, inter quæ primas tenet aureus *omniū quo-* ille libellus, Ecclesiastes, aut Concionator dictus. Sed redeamus ad *rūm opera* scientiam. Quid mouerit Aristotelem tot tantaque de verborum con- *ad nos per-* textura differere: quid Vniuersalia illa fingere: & an sine his omnibus *uenere.*

*i e modo scire aliquid possimus, ostendam inferius ubi de modo sciendi. Interim
sciendi librum expe-
cta.*
Ex Arist. *Ex eodem nulla scientia est. Vide : scientia per demonstrationem habe-
tur. Quid haec ? Somnium Aristotelis , non dissimile Platonis reipub.
Ciceronis oratori, Horatij Poëtæ. Nulla , nullibi. Depinxit quidem ille
nil securus.*
*Demon-
stratio som-
nium Arist.* *sat prolixo sermone : at nullam unquam dedit , nec post eum aliquis,
sin minus , da tu , mitte mihi. Non habes , scio : sed nec syllogismum
alium formauit usquam , nisi cum eos struere docuit : tuncque non ex
significantibus terminis , sed ex elementis A, B, C, idque difficulter
ad huc. Quod si significantibus usus fuisset , nunquam peregisset opus.*
*Demon-
stratio nul-
la dari po-
test.*

Ad quid ergo deseruiunthi? Quid in his docendis tantum laborauit?

Quid post eum tantum laborant adhuc reliqui? In scribendo non vtimur his, nec ipse. Nulla his vnam parta scientia, imò deperditæ multæ, turbatæque sunt horum causæ. In arguendo, & inter disputandum, simplici contenti consequentia, minus adhuc illis vtimur: aliás enim nunquam disputatio finem haberet, sempérque de reducendo syllogismo in modum, in figuram, conuertendo, infinitisque alijs turbatæ. trcis certandum esset: imò & stulti quidam hodie id agunt, negántque quidquid in modo & figura situm non est: tanta horum est stupidas, scientiaeque huius syllogisticæ arguties vtilitasque, vt rebus in totum oblitis, ad vimbras se conuertant. Vnde subit mirari acutum aliás Auerroum, póstque eum plurimos, quæ Aristot. laxo dixit sermone, inutili, tantóque labore in syllogismos reducere conatum, eosque infallibles, certissimos & demonstratiuos esse vbique ostendere voluisse, cùm nihil minus sit, vt posteā ostendemus. Contrà verò non mirum est D. Augustinum Christianæ Ecclesiac splendissimam facem omnes alias scientias suo marte sine præceptore didicisse, præter hanc syllogisticam. Aliæ enim in rebus fundantur, hæc velò b figurentum subtile est, nulliusque vñus, imò plurimi nocumenti: vt quæ homines à rerum contemplatione reuocet, in séque detineat, quod melius in discursu operum nostrorum videbis. Hoc verò multum differt ab eo quod isti dicunt, modum scilicet sciendi esse, principiūque sine quo scientia non sit. Qui verum quidem, sed inscinter dicunt. Eorum enim scientia hæc est, nil aliud sciunt quām syllogismum ex nihilo struere, scilicet ex A, B, C, si autem ex aliquo instruendus esset, obmutescerent, vt qui nec minimam intelligent propositionem: sed iterum ad nos. Quid ergo? qui docet domum struere, ipse nec struxit vnam, nec scit, nec eius discipuli? cur credam sic struendam? Quòd si nulla demonstratio, nulla ergo scientia. Quin & illud falsum, Demonstratio habitum scientificum parit. Nam ab ignaro, apto tamen sciencie, scientia prodit, solum ostendente demonstratione rem sciendam: hoc enim vel verbum ipsum demonstrationis ostendit. Quinimo nec minimam vnam rem aut propositionem intellexi ego ab Aristot. aliis que: sed illorum dictis commotus ad quamlibet rem contemplandam me accinxi, illorūque contradictionibus & difficultatibus perspectis, ne ego ijsdem inuoluerer, ijs dimissis ad res confugi, inde iudicium petiturus: idque mihi fuit Aristot. quod Timotheum reliquis cantoribus fuisse idem Aristot. ait: quòd scilicet nisi talis exitisset Aristot. Plato, & alij, forsan non ego talis exitisset. Vnde quām stulti sint qui ab auctoribus totam, solumque scientiam querunt nil in rebus considerantes, facile est videre. Non ergo qui mihi rem aliquam videndam digito indicarit, visionem in me parit, sed potentiam visuam excitat, vt in actum educatur. Vnde & illud mihi stultum admodum videtur quod scientiam petunt.

Falsum est demonstratio scientia parit & concipit idem intellectus, De monstratio hunc solum existat. Metaph. Inepit agunt qui solum ab auctoribus scientiam petunt.

Stultum est quidam astriunt, Demonstrationem ex æternis & inuiolabilibus necesse
affere sariò concludere & cogere: cùm forsan talia nulla sint, aut si quæ sint,
Demonstra- nobis omnino incognita vt talia sunt, qui tum maximè corruptiles, par-
tione ex uoque admodum tempore violabiles multū simus. Quare contrā a vera
æternisne-
cessariō cō- scientia, si quæ esset libera esset, & à libera mente: quæ si ex se non per-
cludere. cipiat rem ipsam, nullis coacta Demonstrationibus percipiet. Cogunt
a Vera hæ proinde ignaros, quibus sola fides sufficit. Cur igitur ex Aristot. plu-
scientia res hinc inde ignare colligis propositiones, ex quibus tandem syllogis-
libera est, & alii mūm Barbarum construis, qui nec earum vnam intelligas? Consulterem
bera mēte, tibi melius, mitte Philosophiam, ad eam enim omnino ineptus es: at
Syllogistici optimus fores architectus, aut tutor, aut si velcis cerdo, qui ligna, lapides,
recentiores pannos, & coria in figuram, non Barbaram vt tu, sed politam compo-
melius cer- nunt, non querentes quid lignum, lapis, pannus, aut corium sit, sed quo-
donesesest. modo ex his domum, vestem, aut calceos Cæsari effingant, quemadmo-
dū tu b Cæsarea vtens potestate labirynthum struis, quo & te & miseros
b *syllogis-* tibi similes illaquees, quibus deest rationis filum, sed nec tu aliquid sci-
mus in cæ- alios tamen docere prædicas: Nec ego, tibi tamen illud persuadere co-
sare & a- nor. Vnde cùm tu illa nescias, nec hoc poteris percipere: Nec ego, cùm
lijs, lab- omnia nesciam, tibi hoc demonstrare. Igitur nil scimus. Id adhuc ostendit
rinthus.
c Pessimè Insequor definitionem scientiæ. c Habitum explicant multarum
habitū mul- conclusionum congeriem. Mirum quomodo res omnino dimitentes
tarum con- semper ad figura sua reuertantur, similes catæ Æsopicæ in virginem
clusionum mutatæ, quæ tamen post mutatam formam etiamnum mures insestaban-
congeriem tur. Verum quidem his scientia talis est: d nil enim aliud sciunt præter
Logici di- multas conclusiones, res nullas. Quis vñquam visionem per specierum
c Logicin il- congeriem definiuit? e scientia autem nil aliud est, quam interna visio.
nil sciunt Quòd si scientia conclusionum congeries est, liber hic scientiam mul-
pretermul- tam habet. Proterius es: dices fortasse habere scientiam scriptam, iuxta
tas conclu- illud, quòd alias est terminus vocalis, alias scriptus, alias mentalis. Non
siones. intelligo. Concedo tamen. Quid sequitur? Nec te, nec me aliquid scire.
e scientia Probat id Æsopus, qui inter Grammaticum & Rhetorem conuersus ve-
est interna nalis positus, yltimus interrogatus quid sciret, respondit, Nihil. Quomo-
vñsio. do hoc? Quia inquit, Grammaticus & Rhetor nil mihi sciendum re-
liquerunt: (hi enim anteà interrogati quid scirent, responderant, om-
nina) sic nunc liber hic multa scit per te, alias item plura, & omnes alij
similiter: ergo nil nobis relinquitur sciendum. Pergo. Si dixissent, plu-
Vniuscu- rium rerum congeriem in mente, fortasse melius: non tamen omnino
iusque rei verum. Vnius enim rei solùm scientia esse potest. Imò vnius cuiusque
per se sciē- rei per se solùm est scientia, nec plurium simul: quemadmodum &
tia est. vnius solùm cuiusque obiecti visio vna: nec enim duo simul licet per-
Quomodo fectè respicere, sic nec duo simul perfectè intelligere, sed aliud post
Pphiloso- aliud. Vnde, & illud, Pluribus intentus minor est ad singula sensus.
phia vna Quemadmodum autem omnes homines specie, aut melius, nomine sunt
scientia di- catur. vnuus homo, sic visio vna dicitur, etiamsi plurium rerum sit, & plures
catur.

numero visiones: sic Philosophia vna scientia dicitur, etiam si plurimi rerum contemplatio, quantum euilibet propria contemplatio, & scientia cuiuslibet post contemplationem vna est. *a.* Nec id etiam verum est, a Scientia multarum rerum cumulum in mente scientiam esse: quod quidam inc. ptē cogitant, eos doctos proferentes qui plura viderint, audierint; *b.* recipi tareque subinde possint, tum in eadem scientia, tum in diuersis. Quum potius qui omnia amplecti vult, omnia perdit, sufficit enim *c.* vna scientia toti orbi, nec tamen totus hic ei sufficit. Mihi vel minima mundi res b Non quā totius vitae contemplationi sat supérque est, *d.* nec tamen tandem eam plura me spero me nosse posse. Quomodo igitur tot scire vnu homo valeat? Imo, dōctus est, crede mihi, multi sunt vocati, pauci vero electi; in te ipso experire tem *e.* aliquam contemplare, vermem si velis, eius animā: Nil captare possis. telligit. Fateor quidē hæc in mente necessariō esse debere, vt quis ea sciat: non c Una scie- tamen id scientia est, sed memoria: quemadmodum nec congeries spe- cierum in oculo *f.* visio est, (si ita visio fiat) quamvis hæc sine illis fieri non possit. Videmus namque eos qui aliquid fixè imaginantur, quicquid se sensibus offerat, nil tamen sentire, quamvis tunc & oculis & auribus d Omnia spectra imprimantur. Hac eadem ratione illi omnia in omnibus esse at incompre- ferebant. Quomodo enim, dicunt, cognoscemus ea quæ extra nos sunt? bensibilia dicebant. At falluntur nimium. *g.* Primō quodd̄ afferant in nobis asinum esse, Pyrrhonici. (forsan in illis est) leonem, & reliqua. Qui enim id fieri potest, vt ego Xenophāsim in leone, & leo in me? Chymeram fingis. Atque o utinam probarent nos aliquid scire: tunc enim concederemus illis consequentiam: scilicet, Nil sciri potest quin sit in nobis. Omnia sciuntur, ergo omnia sunt in nobis. Nunc autem maior dubia est: falsa minor. Quomodo et- gō concludes? *i.* Deinde mālē arguunt, si sufficere putant, vt sciamus, ea Colotem. quæ sciuntur in nobis esse. Quamvis enim id forsitan conducearet, si fieri posset, non tamen inde colligitur in nobis omnia esse, imo contrarium: c Quæ sci- ri debet, in mente ego debent per cūm sanè in nobis corpus, anima, intellectus, facultates, imagines, plu- ráque alia sint, k. quæ tamen neutiquā perfectè cognoscimur: sed hanc speciem questionem an scilicet omnia in nobis sint, in libris Naturæ ex professis saltem. tractabimus: nunc sufficiat tetigisse quæ ad propositam tractationem f Visione non conducunt. Non igitur in nobis existentes vel res, vel rerum imagines eī cōgeries scientiam efficiunt, aut scientia sunt: sed memoria ab his impletur specierum in oculo. quas inde mens contemplatur. Hinc etiam iam illud efficio, l. pessimè g Falsa op̄ scientiam habitum vocari. Hic enim qualitas est difficulter mobilis: nō. Omnia in omnibus, m. mentis actio simplex, quæ vel primo intuitu perfecta esse potest, nec vnde origi- ampliū manet quā à mente fit: quemadmodū nec visio. Cuius con- h Confu- templationis cognitionisque, quæ à mente fit, imago memorie mandata tatio eius- in ea retinetur: n. quæ si bene fixa sit, habitus dicetur: sin minus, disposi- dem. tio. Hæc vero memorie tunc propria erunt, non scientiae, si retulerit po- i Non sus- stea, memorare dicetur scita; non scire: nisi cūm illa contemplatur: ficit ad sciendū ut m

scienda in quemadmodum qui visa recitat, non videt. Multa tamen scire dicuntur, qui sic scita memoriam tenet, quod ea omnia & scierit anteā, & scire k Plura in possit cùm volet: nam vel minimo iectu ea respiciendo intelligit: quia que non cognoscimus. non dici scientiam, nisi eadem anteā ab intellectu fuerint cognitæ, sed I. Male & alius scire nostrum (mirum) nil aliud esse quam recordari dicebat: scientia habitus dicitur. Animam scilicet nostrā ante nos omnia scire, in nobis omnia obliuisci, dum in corpus mergitur, pauloque post quasi ab occasu exergescitam m. Scien-reminisci. Sed parcat alias doctissimus vir, leue admodum figmentum tia mentis hoc est, nec experientia, nec ratione confirmatum: sicut & plurima alia actio simili de anima somniauit, ut in tractatu de Anima ostendemus. Hunc plex. autem errorē p. Arist. saepe confutauit. Cuius rationibus relictis, vt quā n. Memo- à quolibet legi in eo possunt, nos quod ad rem nostram attinet eundem ria manda- ta habitum examinemus. q. Si dixisset ille, se vidi se animā suam antequam immerefficiunt, si geretur in corpus suum omnia scientem, forsan credidisset: tuncque fixe hereat, non homo, sed larua, aut phantasma esset. Sanè quā ante me fuerint nef- o. Quomo- dio: quod video vix credo: quomodo ergo somnia tua credam? Dic, do quis mul Aut antequam anima ingredieretur corpus sciebat, aut non. Non dices ta narrans, hoc. Tunc. Aut scientia illa anime recordatio solum erat, aut non, si erat: multa scire dicatur. ergo ab alia anima quā in ea erat, quāque antequam in ea esset sciebat p. Plato in omnia. Et de hac iterum, scire suum recordarī est? In infinitum te Menone, duco, si non per aliam recordatur animam, sed per seipsum: ergo obliterata fuerat anteā. Quare? Et si obliterata fuerat, antequam hoc accideret, an scire suum recordari adhuc erat? Iterum in infinitum. Si scire anima dicebat. non erat recordari, eadem immersa in corpus an amittit scire illud? si q. I. Poste- non amittit, ergo scit ut anteā. At anteā per te scire suum non erat recordrio. & in dari. Quod si per immersionem in corpus, ut dicas, quasi noui domicilio Metaphysi- cōmercio attonita per tēpus maneat sui immemor, recordabitur quidem cis, & lib. de Auima. posteā eorum quę obliterata fuerat, non tamen sciet denuo: quemadmodū & r. Confu- nos eorū quā anteā sciebamus oblitū, tādem recordamur: non tamē hæc ratio sen- recordatio scire est. Si verò amittit, non posteā recordabitur. Eorū enim tentia Pla- recordamur quā in memoria quidē aut imaginatione adhuc sunt, non ta- to. de scie- wē cogitationi fese offerunt: vnde occasione aliqua excitata aut similis tia. rei, aut alterius per consequentias in phantasiā exeunt, cū recordatione Vide Gal. tamē, quod anteā ibidem essent. Quod si omnino eras fuissent, non re- lib. de dif. cordatio esset, sed noua impressio: quemadmodum ijs accidit, qui ob sympt. & 2. morbum vel nominis proprij obliuionem incurruunt perfectam: quos de caus. ex posteā si discere contingat, non dices recordari: omnimoda enim contrā sympt. Thucididis obliuione teneri vel ipsum vulgus dicit, subindeque denuo ac si pri et testimonio. essent instruendos: ipsique negant se vñquam anteā illa quā docentur & plin. li. sciuisse. Non igitur scire recordari est. Præterea quoties recordamur, di- 7. c. 24. & cimus, hoc sanē anteā oblitus fueram, memini enim nunc sic, aut sic Valeri. actum fuisse. Quod si id anima contingere ut recordaretur solum, dicere etiam puer cùm doceretur, & ego hæc sciebam anteā, nunc me-

mini. Quis autem hoc dicit? Item si anima antequam in corpus demersa esset sciebat, postea eadem sciet, non homo. Dicere autem animam scire an non ineptum? Denique rem dilucidiorē efficiamus, de nomine enim quæstio est. Aut scire & recordari idem significant, aut non. Idem non. Cur enim vno pro alio indifferenter non utimur? Quin & canes etiam recordari non dubito: vnum enim non dudum percussi de industria, qui quoties postea me videt adlatrat mihi, iactum iamē memor. At canes scire quis dicet? Forsan non vis recordari canes propter Aristot. At de hoc postea. Recordantur saltē fœminæ & pueri, nihil tamen scīunt. Imo recordamur quidem omnes, nil tamen scimus. Quod si idem non significant, cur pro eodem sump̄it? si aliquod eorum superius est ad aliud, cur non aliquam adiecit differentiam, quæ illud restringeret? Homo enim animal est, sed non solum, quia etiam equus: quare huic quadrupes addimus, illi bipes. Non igitur significant idem: ergo diuersæ res sunt scire & memorare. De hoc nil nunc, ad aliud.

*Iueptum
dicere ani-
mam scire.*

Quid adhuc scire est? Rem per causas cognoscere, aiunt. Nec adhuc omnino benè: obscura definitio, sequitur enim statim quæstio de Causis difficultior primā. a. An omnes causas oportet cognoscere ad cognoscendam rem? Efficientem minimè: quid enim ad mei cognitionem confert pater meus? Quid etiam finis? Deinde, si causatum perfectè cognoscere velis, & causas etiam perfectè cognoscas oportet. Quid sequitur? nil sciri, si efficientis, & finalis causæ perfectam, cognitionem habere velis. Ostendo. Ad cognitionem mei perfectam patrem meum perfectè cognoscere oportet: ad hunc cognoscendum, patrem eius anteā cognoscas necesse est: post hunc alium, & in infinitum. De alijs rebus item. De finali idem. Dices te non considerare particularia, quæ sub scientiam non cadunt, sed vniuersalia, hominem, equum &c. Verum quidem, & id anteā dicebam, scientia tua non est de vero homine, sed de eo, quem tu tibi fingis: proinde nil scis. Esto, considera tuum illum fictum hominem: non illum scies, nisi eius causas cognoueris. An non efficientem habet? non negabis. Hanc iterum si scire velis, eius efficientem cogita. Non finem facies, nec proinde scies quid tuus ille homo sit: nec quid verus esset sciebas: ergo nil scis. Forsan recurras ad Deum Opt. Max. primam omnium causam, omniumque finem ultimum: ibique standum dices, nec in infinitū eundum. De hoc postea, sed nunc volo. Quid inde? Nil scis. Fugis infinitum, & incidis in infinitum, immensum, incomprehensibile, indicibile, inintelligibile. An hic sciri potest? Minimè. At omnium causa est per te. Ergo ad effectuum cognitionem eius cognitio necessaria est ex definitione tua. Ergo nil scis. Si efficiente, & finali ad rei cognitionē nō arbitris necessarias, cur nō distinxisti in definitione tua? ego enim omnes intelligebā cūm absolute protulisti, Rem per causas cognoscere. Sed & alibi ille omnes comprehendit & numerat, efficientem, materialem, formalem, & finale, cūm dixerit; tunc rem nos cognoscere putare, cūm eius 3.

*Aristot. 1.
Post. 1.
Physic. 2.
Metaph. &
passim ali-
bi: & post
eum omnes.*

*a. Huius
definitio-
nis impu-
gnatio.*

*Arist. lib.
1. Metaph.*

primā causam tenemus. At do tibi (quamuis dari nec debeat, nec licet possit) efficientē & finalem non necessarias esse. Supersunt duæ, materialis, & formalis, quas credo intelligis cognoscendas esse, sed istud minus. Si formam scire velis per causas ipsius scias oportet, ex definitione tua. Non per efficientem & finalem, vt anteā. Ergo per materiale & formalem. At non habet. Non igitur scies. Quod si hanc non scias, nec id cuius forma est scies: ignoratis enim partibus, ignoratur totum. De materia idem dicam, quæ adhuc simplicior est, minusque Ens, & cuius forsitan nulla est causa, sicut efficiens, materialis, & formalis secundum Arist.

*In Physic.
et Metab.* De finali enim dubitari possit. Quid dicas? sufficit quæcumq; causalum cognitio ad rei scientiā habendā, licet non sit perfecta. Fabulae sunt. Impossibile est totū perfectè cognoscere, quin partes perfectè cognoscas.

Quod si id etiā dederim: quero an formę & materię sciētia haberi possint. Concedes, vt qui omnia scire te profitearis. Iterum, an per causas? si non: ergo definitio tua nulla, si sic: de illis causis repeto an sciri possint? Non minus quām illa, immo magis: simpliciora enim per te notiora naturā sūt, proindeq; ex se scibilia magis. An per causas? In infinitum. Nulla ergo definitio. Immo & nil scis ex ijsdem rationibus. Atque obiecit ille qui,

„ demaliās hoc ipsum sibi. Si scientia verē solū illa est, quæ per demonstrationem habetur, principia autem prima demonstrari non possunt,“ non horum erit scientia, nullaque proinde scientia erit, sed non satisfacit sue obiectioni.

*Arist. I.
I. Physic.
sap. I.* „ illud, Scientia est habitus acquisitus per demonstrationem: si aliqua est quæ per demonstrationem non habetur. Melius autem dixerat alibi, excusarique poterat, si semper eodem modo loquutus fuisset, perfecteque aliquando scientiam explicuisse. Nunc autem cùm vbique vagus, confusus, & inconstans sit, excusationi locum præcludit. Dixerat porro,

Ridicula „ Rerum quarum sunt principia, causæ, & elementa, scientiam ab horum expostio „ cognitione pendere. Quod ridiculum est quomodo exponanteius se- Dialectico- quaces, ad verba enim & syllogismos res deflectentes (antiquo obso- rum.

„ piti errore in cōque putrescentes) principia interpretantur, scientiæ cuiusque primas, notásque, & suppositas propositiones: quas ipsi etiam principia & dignitates vocant: causas explicant medias propositiones, quæ inter illa fiunt & rem probandam: elementa vero, subiectum, prædicatum, copulam, medium, maiorem extremitatem, minorēmque. An non subtile commentum hoc est? an potius delirium? sic eorum prin-

*Primorum
principio-
rum scien-
tia non dif-
fert à
scientia a-
lsarū retū.* ceps fallitur modicum. Illi non cum percipientes nec sequentes, adhuc magis: quo usque tandem in tot vanitates prolabuntur, sensim à veritate deficiendo: sed ad illum redeamus. Non excusari potest, superius dice-

Nunc autem cùm horum non habeatur, nec eorum etiam habetur quorū hæc principia sunt. Vnde sequitur nihil sciri. Deinde quid scientia aliud est, intellectus rei? tunc enim scire aliquid dicimus, cùm id intelligimus. Sed nec verum est duplēcē esse sciētiā: vna enim & simplex esset, si quæ esset, sicut & vna visio: duplex tamen habendi modus: a vnu simplex, cùm simplicem rem cognoscēremus, vt materiam, formam, & spiritum, si velis: aliis compositus, vt ita dicam, cùm compositam rem, quam prius explicare oportet, & singulas partes cognoscere, tum demūn totum. Ultimum autem hunc modum semper præcedit primus: non tamen hunc semper sequitur ille. In his autem omnibus Demonstratio nil deseruit aliud, quām forsan ostendere rem sciendam. Sed iam satis: plura enim diximus, quām nihil scienti conuenire videbatur. At non præter rationem dicta hæc sunt. Huc usque enim aliorum ignorantiam circa scientiā definitionem, cognitionēque subinde ostendi: nunc meam proferam, ne solus ego scire aliquid videar. Ex quo videre poteris quām inscientes scimus. Quæ enim huc usque à pluribus recepta fuere, mihi falsa videntur, vt iam ostendi: quæ deinceps dicam, vera. Forsan contrarium iudicabis tu, & fortassis verum erit hoc: vnde sequitur confirmatio propositi, Nil sciri. Iam igitur quid scire sit videamus, vt inde an aliquid sciatur magis manifestum euadat. SCIENTIA EST REI PERFECTA COGNITIO. Ecce facilem, veram tamen nominis explicationem. Si quæ ras genus & differentiam, non dabo: verba enim hæc sunt definito magis obscura. Quid cognitio? Sanè nescirem explicare aliter: & si aliter hanc definirem, de hac iterum definitione idem querere posses, & eius partibus. Sic nunquam finis, perpetua nominum dubitatio. Qua ratione scientiā nostrā tum infinita, tum omnino dubia sunt: conantibus nobis rerum Naturas demonstrare verbis, rursus hæc alijs: quod tum difficile, tum impossibile est. Nil scimus. Alicubi standum dicis in quæfionibus. Verum, quia aliud non possumus. Sed nescio quid sit cognitio, defini mihi. Dicerem rei comprehensionem, perspectionem, intellectiō, & si quid aliud est, quod idem significet. Si de hoc adhuc dubites, tacebo: sed petam à te aliud; si dederis, de tuo dubitabo: sicque perpetuā laboramus ignorantia. Quid supereft? Extremum remedium: tu tibi ipse cogita. Cogitasti, mentēque forsan cognitionem apprehendisti: sed nil minus. Ego etiam mihi comprehendisse videor. Quid inde? Dum de cognitione poste à tecum loquor, qualem comprehendendi, talem suppono: tu contrā qualem tu. Hoc ego assero carū sensionum esse: tu contrā illud. Quis componet item? qui nouit quid ipsa vtrē in opinio fit. Quis ille est? Nullus. Quisque sibi doctissimus videtur: mihi om̄nes ignari. Forsan solus ego ignarus sum: sed id saltē scire velle: non om̄nes ignoramus. Quid igitur dicam deinceps quod ignorantia suspitione vacet? naris sumus. Nihil. Cur ergo scribo? Quid ego scio. Cum stultis stultus eris: homo sum: quid faciam? perinde est. Reuertor. Nihil scimus, suppose no-

minis (scientiæ) explicationem à me traditam, vt oratio procedat: hinc que colligamus nihil sciri: supponere enim non est scire, sed fingere: quare ex suppositis fictiones prodibunt, non scientia. Vide quòd nos du-

Omnis sciētia fictio. xerit oratio iam, Omnis scientia fictio est. Patet. Scientia per demonstrationem habetur. Hæc definitionem supponit: non possunt enim probari definitiones, sed debent credi: ergo demonstratio ex suppositis lecitiam supposititiam producit, non firmam & certam. Hæc omnia ex te concludunt. Deinde, in omni scientia per te supponenda principia sunt, nec de his disputare illi conuenit. Ergo quæ sequuntur ex his supposita erunt, non scita. Quid miserius? vt sciamus, ignorare oportet. Quid enim supponere aliud est, quam quæ nescimus admittere? Nonne melius esset principia prius scire? Nego tibi artis tuæ principia: proba. Non est argendum contra negantes principia, inquis. Nescis probare. Ignarus es, non sciens. At spectat ad superiorem seu communem scientiam aliarum probare principia. Ille igitur forsan omnia sciet qui communem hanc scientiam habet: tu nihil. Qui enim ignorat principia, ignorat & rem. Sed quid communis illa scientia est? Mirum quomodo pia ignorat sibi officia partiantur artifices isti, limitibus se separant, quemadmodum stultum vulgus sibi tellurem adaptat partitürque. Quin potius imperium scientiarum struxere: quarum regina supremulque iudex scientia communis est: ad quam supremæ deferuntur lites. Hæc leges cæteris dat, quas ratas accipere oportet: nec aliarum alicui in huic messem manum immittere licet impunè, nec inter se sibi. Sic tota vita litigant de subiecto scientiæ cuiusque, nec est qui hanc item (potius ignorantium) dirimat. Hinc si quis de astris in Physica agat, aut in quantum Physicus, aut in quantum Astrologus, inquiunt, hoc facit:

Scientia communis. & alius, hoc ab Arithmetico mutuatur: sed & alius à Mathematico fūratur illud. Quid hoc? An non puerorum fabulae? hi enim in communis loco, platea, foro, vel campo, hortos struunt, tegulis cancellant, & Causa divisionis quisque alteri sui hortuli aditum interdit. Video quid hoc. cùm omnia quisque amplecti non posset: hic sibi partem hanc elegit, ille aliam discerpit. Hinc nihil scitur. Cùm enim omnia quæ hoc in orbe sunt, in vniuersi compositionem conspirent: nec hæc sine illis stare possunt, nec hæc cum illis conseruari: quodque priuatum gerit munus, diuersumq; ab alio: omnia tamen ad unum conferunt: hæc causant illa, hæc ab illis fiunt. Iadicibilis omnium concatenatio. Nil ergo mirum si ignorato vno, ignorantur & reliqua. Cuius causa fit, vt qui de astris agit, eorum motus & causas motuum considerans, quid astrum sit, quid motus à reliqua. Physico accipiat quasi probatum: deinde motus solùm contempletur varietatem multitudinemq; De reliquis eodem modo. At hoc scire non re, primùm est. Verum enim scire est, rei naturam primùm cognosse, secundo loco accidentia, vbi accidentia res habet.* Ex quo sequitur demonstrationem syllogismum scientificum non esse, immo nihil esse, vt quæ solùm accidens inesse demonstret secundum te, (mihi enim tantum abest vt aliquid

Dialectici pueris similes. *Causa divisionis scientiarum.* *Omnia in vniuersi compositionem conspirent.* *Ignorata una re, ignorantur reliqua.* *Verum scire rei naturam primùm cognoscere, secundo loco accidentia, vbi accidentia res habet.* *Ex quo sequitur demonstrationem syllogismum scientificum non esse, immo nihil esse, vt quæ solùm accidens inesse demonstret secundum te, (mihi enim tantum abest vt aliquid

demonstret, vt potius abscondat, nihilque aliud agat quam turbare in-
genium) rei verò definitionem supponat. *a* Nihil ergo sciunt quicumque
demonstrationibus fidunt, ab eisque scientiam expectant; qui etiam has
damnant, nihil per te: & vt modò probabo. Ergo nil scimus omnes. *non est.*
In scientia igitur, si definitionem admittas meam, tria sunt, res scienda, *b* Metaph. **Demon-*
cognitio, & perfectum: quorum quodlibet sigillatim nobis expenden- *stratio syl-*
dum erit, vt inde colligamus nihil sciri. Res primùm quot sunt? *b* forsitan qui demon- *logismus*
in infinitæ, non solùm in individuis, sed in speciebus. Negabis infinitas. *strationi-*
At non probabis finitas: nec enim vel minimam earum partem nu- *bus fidunt.*
merare potuisti: ego vix hominem, & equum, & canem novi. Ergo de infinito.
hoc iam nil scimus. Nam nec tu finem omnium rerum vidisti, finitas & *c* Infinitas
tamen asseris: nec ego earum infinitatem vidi: infinitas tamen esse rei unius
coniecto. Quid certius? videris tu: mihi nihil. Sed quid & infinitas ad cognitio-
rei unius cognitionem, dices impedire potest? Multum perte: princi- *nē impedit.*
pia enim cognoscere portet ad cognoscendam rem: forsitan materiam rerum & formam: at in infinito infinitæ materiae forsitan sunt distinctæ specie: eadem po-
(quoniam tu materiem specie ab aliquo distingui nolis, vt qui eam test esse ma-
omni forma priues: de quo postea) De formis nullum dubium: at de *d* infinitarum etiam rerum eadem mate- *poteſt eſſe*
infinito nulla sciētia. Sed dices, & infinitarum etiam rerum eadem mate- *multiplex.*
ria esse potest. Verum quidem: Sed etiam potest non eadem esse, pro & *An celi*
indéque multiplex. Aliæ enim res forsitan sunt à nostris omnino diuersæ materiae-
quas nullus nostrum nouit. *Quod* verò potest & esse & non esse, du- *dem sit qua-*
bium est quod eorum sit. Scientia autem de eo quod est, quodque *borum in-*
aliter esse non potest, per te est. Nec necesse est infinitas esse res vt di- *feriorum*
uersa sit materia: nam & tibi qui finitas credis nondum constat, nec *non con-*
constabit vñquam (possum tamen falli) an materia cœli eadem sit quæ *spiritibus*
horum inferiorum. Quin & an non spiritibus propria est materia, sua est ma- *teria.*
quamuis simplices dicantur? sanè. Afferis tu plura esse eorum genera, **Accidētia*
plurēisque subinde differentias. Ergo conueniunt in aliquo communi: *suam ha-*
id pet te materiar est: differuntque alio: id forma. ** Accidentia* verò non- *bent mate-*
nē & illa habent materiam propriam? Tu vocas genus eorum mate- *riam.*
riam: differentiam verò formam. An astrorum eadem quæ cœli mate- *f Non ea-*
ria? non scis: f uidetur quod non. Ergo & principia quæ, quotque sint *dem astro-*
ignoratur, quamvis finitæ sint res. Nec stabitur vñquam in principijs: *materia, li-*
sed hominis principia sunt elementa: horum, materia hæc & forma cet aliter
hæc: huius materia & huius formæ alia simpliciora: leonis, asini, vrsi *Scaliger.*
itidem: sic iu infinitum. *g* Atque de formis nil dubium, quod in infinito *g Formæ in*
erunt infinitæ. At principia præcognoscere oportet. Dices elementa non *infinito*
esse principia, de quo postea. Imò nulla erunt principia. Infiniti enim *junt in fini-*
principium nullū est. Sed *h* sint finitæ res: nil scies magis. Nec enim pri- *te.*
mum nosti principium omnium necessariissimum: quare nec & reliqua, *ta sint res,*
quæ ab eo deriuantur. *i* Nil ergo scimus. Deinde in rebus alia à se, ex se, *nil tamē*
in se, per se, & propter se tantum sunt, (liceat nobis ita loqui) qualem *scimus.*
dicunt primam causam Philosophi, nostri Deum: alia omnes ab *i Rerum di-*
uisio vñ- *versalis*

hoc, non à se, non ex se, non in se, non per se, non sibi solis, nec propter se : sed aliae ab alijs, ex alijs aliæ, aliæ in alijs, alia propter alias. At vtralque res cognoscere oportet. Deum autem quis perfectè nouit ? a Exod.33. Non videbit me homo & viuet. Proinde solum licuit Moysi videre eum per posteriora, id est, per opera sua. Vnde b ille, inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Tum & illud nosse oportet, scilicet quæ res quas causent, & quomodo, vt sciamus quid perfectè. Talis autem concatenatio in rebus omnibus est ut nulla ociosa sit, quin alterius obicit aut proficit : quinimò & eadem pluribus & nocere, & iuare plures nata est. Ergo omnia cognoscere oportet ad unius perfectam cognitionem : illud autem quis potest ? Nusquam vidi. Et ob hanc eandem rationem * scientiæ aliae alijs fauent, & una ad alterius cognitionem confert. Imò, quod magis est, una sine alijs sciri perfectè non potest : prout indequé coguntur aliae ab alijs mutuari. Earum namque subiecta sic sibi fauent, etiam se habent, vt unum ab alio mutuò dependeat, & aliud etiam mutuò aliud efficiat. Vnde sequitur rursus nil sciri. Quis enim omnes nouit scientias ? e Subijcam breue aliquod exemplum, ne hac improbata maneat. De homine sufficiet. d Hic basiliscum odit : fertur enim eum hominis saliuâ ieuni interfici : basiliscus hominem & mustellam, quæ eum sola dicitur perimere : mustella basiliscum & murem : mus mustellam & catum : catus murem & canem : canis catum & leporem : lepus canem & viuerram. Atque satis hæc sint de antipathia. Homo item non quocunque vescitur cibo, delectaturque : sed boue, ariete &c. Hæc non quocunque oblato, sed feno, auena, palea : hæc iterum non quamque terra, sed hac vel illa : hæc rursus terra non omnia producit, sed hæc vel illa : ad quod plurimum confert hoc vel illud celum. Hæc de sympathia. Quomodo hæc omnia fiunt ? Cuiuslibet horum naturam oportet nosse prius quam hominem probè noscas. Homo item quia nutritur, crescit, viuit, generat, corruptitur, ratiocinatur, statim querendum est de anima, & eius facultatibus. Huius ratione, de plantis, quia anima viuant : de animalibus, de inanimatis. Contrariorum enim eadem est scientia. Generatio autem & corruptio à quo fiunt ? à qualitatibus contrarijs. Statim de his, de elementis, de superioribus corporibus : nam Sol & homo generant hominem : de introductione animæ, de introductione formarum, de actione & passione, de qualitate, de quantitate, de situ, de relatione : quia sedet, quia generat, quia calescit. Illud rursus quia in quiete fit : istud in instanti : hoc in tempore : videndum Male Arist. quid tempus. Statim de cœlis & eorum motibus : tempus enim est, ait 4. Phys. ille, (licet malè, vt suo loco videbimus) numerus motus secundum Tempus de finit, numeri prius & posterius. Quia mouetur motu recto & deorsum : illico quidrum motus sursum, deorsum : de centro mundi, de polis, partibus eius. Quia videt, & hoc media luce : statim de coloribus, de spiritibus, & speciebus, de luce, & luminoso, de Sole, astrisque. Quia corpus est, & est in loco de corpore, de substantia, de loco, de vacuo. Quia locus finitus dicitur de finito & infinito. Quia generat & generatur : statim de causis omnibus

bus vsque ad primam. Quia ratiocinatur, de anima intellectua & eius facultatibus, de scientia & de scibili, de prudentia & reliquis habitibus, vt vocant. Quia interficit: quia nunquam contentus viuit: quia pro patria vitam morti exponit: quia subleuat ægros & egentes: de bono, & malo; de vltimo & summo bono: de virtute, & vitio: de animi immortalitate. Quodcunque autem horum secum dicit omnes alias res, quas prosequi fastidiosum esset. Idem dicas de quacumque minimare. Id exemplum exemplo familiarissimo communis horologij cognosces. Si enim hab horo ex: quomodo horas pulset scire velis, oportet vt à prima ad vltimam omnes gio. circunspectias rotas: quidque primam moueat, & quomodo hæc aliam, & hæc alias duas, sique vsque ad vltimam peruenire. Quod si præter id quodd horas pulset horologium, easdem etiam exteriùs in gnomone digito ostendat: monstrat præterea Lunæ motus, auctionem, defectiōnēmque: Solis item per Zodiacum discursum perfectum eodem quo in cœlo fit tenore, (quæ omnia & plura alia nos in portatili horologio secundūm verum astrorum cursum ostendi vidimus) sanè rem difficiorem efficies, nec vel minimam earum rerum quomodo fiat percipere poteris, quin totam fabricam ex integro solvas, examines, singulāsque partes & earum munus teneas. Id ipsum tibi representabit vitreus orbis admirabili artificio ab eximio Archimede Syracusano constructus: in quo omnes sphæræ, Planetæque eodem modo quo in vera hac machina, & mouebantur & conspiciebantur: flatu per canaliculos & ductus quosdam omnia symmetricè agente. An non oportebat, si quomodo id fieret nosse vellet aliquis, totam perfectè machinam, eiisque partes vsque ad minutissimam cum munij callere suis? Idem in nostro hoc orbe existimandum est. Quid enim in eo inuenias quod non moueat & moueatur, mutet & mutetur, aut unum aut utrumque patiatur? sed quantò plura in vero orbe & sunt & fiunt quam in Syracusano vitreo, tantò difficilius est illum, quam hunc totum complecti: non tamen minus necessarium ei qui scire vult. Vide quod pertinet. Vna solum scientia est, aut esset si haberri posset, in natura vna tatum rerum: non plures, qua omnes res perfectè cognoscerentur: quando scientia est. vna sine alijs omnibus perfectè cognosci non potest. Ex quas habemus vanitates sunt, rapsodiæ, fragmenta obseruationum paucarum & male habitarum: reliqua imaginationes, inuenta, fictiones, opiniones. Vnde non inepte omnino dicebat ille, hominum sapientiam stultitiam esse apud Deum. Sed reuertamur vnde digressi eramus, hincque collige vna stultitia a. esse omnium rerum scientiam. Quotiescumque enim de re aliqua incedit sermo, huius occasione de alia agendum, de alia iterum propter hanc, & tertio propter istam de alia. Sic in infinitum iremus, nisi in medio cursu pedem retraheremus, & id non sine scientiæ detimento. Vnde lex illa in scientijs consurgit, Non omnia in omnibus. Videbant enim omnia ex omnibus sequi, ne tamen eorum scientia finem non haberet, limites statuere conati sunt, quos tamen seruare nequeunt: quomodo tradentur.

enim limites seruabunt, quos natura non patitur?) vnde eadem necesse est millies in eodem opere, & in diuersis repetere: quod facile ostenderemus in quolibet authore, sed longum esset. Nonne omnia quæ in prædicamentis, dixit ille eadem in Physicis, & Metaphysicis repetit? & quæ in his, in alijs passim? Galen. autem noster quām prolixus est? vix caput vnum inuenias in quo non legas: Et de his quamvis alibi fusiū dixerimus, non nocebit si iterum breuiter quod ad propositum spectat repetamus: Vel, Hoc sufficit quod ad præsens institutum attinet, reliqua enim tali in libro reperies: aut denique similem aliam dictiōnēm. Quod manifestè ostendit, ad vnius rei cognitionem, aliarum etiam cognitionem necessariam esse, quando & at

Arist. ea-
dem pluri-
bus in locis
repetit.
Gal. pro-
lixus.

Examen re-
rūm, liber
paulo pōst
ostenditdus,
***Nō possū-**
mus per de-
monstra-
tiones cer-
tas ad pri-
ma princí-
pia perne-
nire.

a Species ni-
bil sunt
aut imagi-
natio quæ-
dam.

b Varietas
multa in
individuis.

c De hoc
Mathiol.

Comment.
in lib. 6.

Diosco.
cap. 25.

d De hoc
Fallop. lib.
vlt. de re
Anatom.

Amat. Lu-
ft. Centur.

2. Cura 69.

in Schol.

e De hoc
Amat. Lu-
ft. Centur.

2. Cura 36.

Anus Athe-
niæsis. Gal.

3. simpli.

vnius productionem, conferuationem, aut destructionem, omnium aliarum concursus necessarius est, vt in rerum examine fusiū probabimus. Idem confirmant etiam qui disputationem de realia sūcipient: tantum enim abest vt, si hominem animal esse probare instituant, id efficiant, vt contrà per medios syllogismos discurrentes ab uno in aliud, tandem deueniant vel ad cœlum, vel ad inferos, secundū media quibus vtitur probans, & secundū negata ab alio. * Quod enim demonstrationis inuentor de eis tradit, per medias veniendum ad prima vque principia, ibique standum, fictio est: sicut & alia circa eandem rem dicta. Nec enim talia sunt certa, numerata atque ordinata media, per quæ liberè possimus procedere: neque principia in quibus animus quietus contentūsque sistere possit. Quod si tu talia aliqua habes, gratum facies, si mihi mittas. Expectasne adhuc ampliorem insectiæ nostræ probationem? Dabo. Vidisti iam difficultatem in speciebus. De individuis autem fateris nullam esse scientiam, quia infinita sunt. a At species multa in nil sunt, au imaginatio quædam: sola individua sunt, sola hæc percipiuntur, de his solùm habenda scientia est, ex his captanda. Sin minis, ostende mihi in natura illa tua vniuersalia. Dabis in particularibus ipsis. Nil tamen in illis vniuersale video: omnia particularia. b In his autem quanta varietas conspicitur? Mirum. Hic omnino fur: ille homicida: ille non natus nisi ad Grammaticam: alius scientijs omnino ineptus: ab incunabulis hic crudelis & truculentus: e nulla arte ille à vno arcen potest: à venere iste: à ludo hic: alter aut viso, aut etiam olfacto fele animo linquitur: ille pomum nunquam gustauit, nec alium gustauit. c tem videre potest: d alter carnem: alter caseum: alius pisces: ex quibus omnibus nos quosdam nouimus. Alius numismata, vitrum, pennas, latentes, lanam, omnia denique vorat & coquit indifferenter: ille rosa odore aut aspectu labitur in syncopen: e iste foeminas odit: hæc ci- cutâ nutritur: hic diu noctûque stertit: ego sapientius libros iratus pro- Amat. Lu- ieci, aufugi musæolum: at in foro, in campo, nunquam nihil cogito, ft. Centur. nec vñquam minus solus, quām cùm solus: nec minus otiosus, quām cùm otiosus: mecum hostem habeo, non possum euadere: & vt ille ait, f meipsum vito fugitiuus vt erro. Iam socijs quærens, iam somno

nullere curam. Frustrà : nam comes atra premit, sequitürque fugacem. *E Horat. 2.
a Denique sunt homines quidam, quos maximè dubites an rationales, Sermo. sa-
an potius irrationales vocare debeas. b At contrà bruta videre est, quæ
maiore cum ratione rationalia dicere possis quām ex hominibus ali-
quos. Respondebis vnam hyrundinem non facere ver, nec vnum par-
ticulare destruere vniuersale. c Ego contrà contendō vniuersale falso
omnino esse, nisi omnia quæ sub eo continentur ita ut sunt & am-
pleteatur, & affirmet. Quomodo enim verum esset, dicere omnem
hominem rationalem, si plures aut solus vnu irrationalis sit? si dicas,
in hoc homine defectum esse non in animo, sed in corpore eius instru-
mento, forsū verum dices, sed pro me. Nec enim homo solus animus
est, nec solum corpus, sed vtrumque simul: d ergo altero defectuoso,
defectuosus homo erit, quare nec simpliciter homo: corpus enim de-
essentia eius est, quemadmodum & animus, & non corpus simpliciter,
sed tale corpus. * Ex quo sequitur ridiculum esse quorundam dictum,
*Gal. in ora-
tio. sua or.
ad art. &
pluarc. in
opuse.*
Aniam scilicet hominis sub figura rotunda vel qualibet alia, quām ea
qua omnes sumus, esse posse: illudque hominem fore. Qualem nescio
an ipsi quandoque viderint. Si viderunt, mihi fauent. Nam illum eius
dem rationis cum nostris esse non crediderim: hominem tamen dicunt, *le falsum fe-
particulare*
& verum. *Quis scit?* Nullus. e Si non viderunt, cur talem fingunt, qua-
lem forsū natura producere non potest? Quod si potest, quomodo
externa erit propositio illa, Anima actus corporis physici organici &c. *etiam spe-
ciem vide-
tur immu-
nare.*
Hæc illorum scientia est. f Quin & illud absurdius multò est, Nullis sci-
licet existentibus hominibus verum esse dicere, Homo est animal. Im-
possibile enim supponunt ut falsum inferant. g Nam si in philosophia e Natura
loquaris, nunquam homines deerunt: quia mundus est æternus: si in
fide, an deerit esse Christus dominus? Vides quomodo vtrinque im-
possibile est suppositum tuum. h At nonne scis ex præceptore tuo, possi-
bili posito in esse, nullum sequi inconueniens, impossibili autem ad-
missio, plurima? Sed esto, sit possibile: si homo non est, quomodo ho-
mo animal erit? i Pro essentia dicunt supponere verbum (Est) ibi, non
pro existentia, solùmque copulam esse. Proindeque propositionem
illam æternam esse, & in scientijs semper ita sumi: quin & ante crea-
tionem hominis veram fuisse propositionem illam: & in mente
diuina omnes fuisse rerum essentias. Hinc de Ente & Essentia mira
scribunt. Quid magis vanum? k Sic verba à propria significatione
detorquent & corrumpunt, ut alius ipsorum sermo sit à paterno omni-
no diuersus, idem tamen. Cùmque ad eos accedas ut aliquid discas,
verborum, quibus anteà usus fueras, significations sic immutant, inconue-
ntia. *so plurima*
vt iam non res easdem & naturales designent, sed illas quas ipsi
finxeré, quod tu sciendi avidus, harumque nouarum rerum om-
nino ignarus eos de his subtiliter disputantes, & differentes, qua-
lesque sibi in insomnijs apparuérē, miro tamen artificio refe-
rentes, audias, mireris, colas, reuerearisque ac acutissimos naturæ perhersunt.*

scrutatores. Mirum quanta barbaries. Quid simplicius, quid clarius, quid magis usitatum verbo hoc (Est?) De eo tamen quanta disputatio? Pueri Philosophis doctiores sunt, à quibus si queratas, an domi pater sit, respondent esse, si sit: si queratas an nequam sit, negant. Philosophus de nullo homine afferit esse animal. Nec illud absurdum minus est quod

Vana alia opinio. quidam astruere conantur, Philosophiam non alio idiomate doceri posse, quam vel Græco, vel Latino: quia, inquit, non sunt verba quibus vertere possis plurima quæ in illis linguis sunt, ut Aristoteles de quo hucusque frustra disputatur quomodo Latinè verti debeat: apud Latinos Essentia, Quidditas, Corporeitas, & similia quæ Philosophi machinantur: quæque cum nihil significant, à nullo etiam nec intelliguntur, nec explicari possunt, nedum vulgari sermone verti, qui res solum veras, non fictas nominibus proprijs omnes designare solet. Huic adde friuolam aliorum sententiam verbis nescio quam vim propriam assignantium, ut inde dicant nomina rebus imposita fuisse secundum earum naturam. Quo ducti non minus stulte etiam quidam verborum omnium significations ab aliquo trahere conantur: ut lapis, quia laetat pedem: humus ab humiditate, inquit. Et asinus unde? à te, quia sine sensu es: a enim Græcè, & Latinè saepè priuat: sinus, quasi sensus: ergo asinus, idem est quod sine sensu: & hoc idem quod tu. An non bona est etymologia? De alijs omnibus curiosè magis, quam vereat vtiliter idem inquirunt: sicutque omnia deriuatiua aut composita faciunt, nullum simplex nec primum: quod quam vanum ignorumque sit quis non videt? Si lapis dictio pro natura rei imposita est, ut dicas: an hæc est lapidis natura ut laetat pedem? Non, puto. Sed esto. Quomodo (laedo) naturam damni quod significat representat? Quomodo (pes) pedis naturam significat? In infinitum imus. Humus etiam ab humiditate non dicitur: nam contrà terra siccissimum est omnium elementorum per te. Sed sit humidissima, & inde dicatur humus, unde dicetur humiditas? si aliud des unde hæc dicatur, idem de illo queram. Iterum in infinitum. Si tandem cesses in aliquo, illud quidem non habebit quomodo naturam rei, quam significat, ostenda. Ex eo enim omnia ante illud media naturam rei representare videbantur: quia ab alijs deriuabantur, quæ aliquid significabant usque ad ultimum, quod à nullo alio deriuatur per te: alias enim iterum de illo quererem. Quot autem simplicia sunt? ferè omnia. Præterea si

Friuola alia scientia. nomina sim (panis) pro rei natura impositus est, quid Græcè αρτος aut Britannicè plicia sunt. Bara, aut Vasconicè Ouguia: quorum diuersitas in sonitu, in literis, in accentu tanta est, ut nullo communicare dicas? Si unam solum dicas linguam pro rerum natura impositam esse, cur non item aliæ? aut quæ illa? Si dicas Adami primam, verum quidem est: poterat enim, quia rerum naturas nouerat, ut testatur author Pentateuchi: & tunc sanè desiderandum esset ut Philosophia sua, aut quam habemus, suo etiam idiomate conscripta esset

Stulta alia. Confutatio barum sententiærum. Quo ducti non minus stulte etiam quidam verborum omnium significations ab aliquo trahere conantur: ut lapis, quia laetat pedem: humus ab humiditate, inquit. Et asinus unde? à te, quia sine sensu es: a enim Græcè, & Latinè saepè priuat: sinus, quasi sensus: ergo asinus, idem est quod sine sensu: & hoc idem quod tu. An non bona est etymologia? De alijs omnibus curiosè magis, quam vereat vtiliter idem inquirunt: sicutque omnia deriuatiua aut composita faciunt, nullum simplex nec primum: quod quam vanum ignorumque sit quis non videt? Si lapis dictio pro natura rei imposita est, ut dicas: an hæc est lapidis natura ut laetat pedem? Non, puto. Sed esto. Quomodo (laedo) naturam damni quod significat representat? Quomodo (pes) pedis naturam significat? In infinitum imus. Humus etiam ab humiditate non dicitur: nam contrà terra siccissimum est omnium elementorum per te. Sed sit humidissima, & inde dicatur humus, unde dicetur humiditas? si aliud des unde hæc dicatur, idem de illo queram. Iterum in infinitum. Si tandem cesses in aliquo, illud quidem non habebit quomodo naturam rei, quam significat, ostenda. Ex eo enim omnia ante illud media naturam rei representare videbantur: quia ab alijs deriuabantur, quæ aliquid significabant usque ad ultimum, quod à nullo alio deriuatur per te: alias enim iterum de illo quererem. Quot autem simplicia sunt? ferè omnia. Præterea si

Ferè omnia nomina sim plicia sunt. nomina sim (panis) pro rei natura impositus est, quid Græcè αρτος aut Britannicè plicia sunt. Bara, aut Vasconicè Ouguia: quorum diuersitas in sonitu, in literis, in accentu tanta est, ut nullo communicare dicas? Si unam solum dicas linguam pro rerum natura impositam esse, cur non item aliæ? aut quæ illa? Si dicas Adami primam, verum quidem est: poterat enim, quia rerum naturas nouerat, ut testatur author Pentateuchi: & tunc sanè desiderandum esset ut Philosophia sua, aut quam habemus, suo etiam idiomate conscripta esset

Nec si tu dixisses tunc eam alio sermone doceri vel explicari non posse, quām illo Adami, ego id negarem: sed dicis non nisi Græco, aut Latino, quæ pro rei natura imposita non sunt. Quid quodd pérpetuò voces cor- *Dictiones*
rumpuntur: extántque Galli libri, Hispanique, in quibus verba plurima *perpetuò*
inuenias, quorum significata omnino ignorantur? Et apud latinos non- *corrūpuntur, alterā-*
né verba sunt obsoleta plurima, quotidiéque de nouo alia finguntur? *tur, miscen-*
idémque in sermone contingit, atque in alijs rebus ut vsu continuo in- *tur.*
mutetur, tandemque tanta mutatio contingit, ut omnino degeneret &
diuersus fiat: vnde est quod perij iam omnino antiquus sermo Latinus *Græcum &*
in Italum nunc vulgarem transformatus: Græcus codem modo. Si qui *Latinum*
autem libri superstitem utramque linguam seruant, adeò ab antiquo *idiomata*
illo splendore differunt, ut si nobis suâ linguâ loquentibus adessent De- *nimir de-*
mosthenes, aut Cicero: forsitan deriderent. Nec hoc solum; sed hic ab illo *prouata.*
mutuatur dictiones plurimas, ille ab alio: sicque puto nullam legitimi- *Nulla no-*
mam synceramque nobis superesse linguam. *a.* Nulla ergo vocibus re- *legitimam-*
rum naturas explicandi facultas, præter eam, quam ab arbitrio imponen- *que lingue*
tis habent: cadémque vis (cani) ad significandi panem est ac canem, *superest.*
si ita placeat. *b.* Sunt quidem verba quædā ab effectu, vel accidente ali- *a. Voces*
quo rebus imposta, non tamen à natura. Quis enim rerum naturas no- *non explic-*
uit, vt secundum eas nomina illis imponat? *c.* Aut quæ nominibus cum *cant rerum*
rebus est communitas? Illa verò sunt quæ vocamus propria, vt si ho- *naturas;*
minem risibilem voces, vel flebilem: in quibus tamen primitiva, scili- *b. Nomina*
cet risus & fletus, nullam vim habent, nisi quam ab arbitrio nostro acce- *quædam ab*
pere, sic alipes Mercurius, armiger, & similia composita. Sunt & alia quæ *effectu im-*
similitudine sonitus, voces imitantur eorum quæ significant, proinde *ponuntur.*
Onomatopeica d. dicta, ut cucurire gallinarū, crocitare coruorum, rugire *c. Nulla*
leonum, balare ouiuim, latrare canum, hinnire equorum, mugire boum, *verbis cum*
frendere porcorum, stertere dormientium, susurrus aquarum, sibilus, tin- *rebus con-*
nitus, timpanum, clangor, & ille, Baubantem est timidi pertimusse ca- *uenientia.*
drupedante putrem sonitu quatit vngula campum. Neque in his quo- *d. Nomina*
que aliqua naturæ demonstratio eorum quæ significant, sed similitudo *Onomato-*
sonorum. Minus etiam in verbis omnibus deriuationem querere oportet: *peica à si-*
aliter namque iretur in infinitum, sed longius processimus, quām *peica à si-*
putaueram. Reuertor. Hominum ipsorum quanta varietas etiam in spe- *militudine*
cie? alicubi omnes breuissimi sunt, pygmæi dicti: alibi prægrandes, Gi- *sonitus.*
gantes: alij omnino nudi incedunt: villosi alij, totoque corpore capil- *Verg. 8.*
lati: quin alij omnino sermonis expertes ferarum modo in syluis degut, varijs mo-
cauernis conduntur, aut etiam auium ritu in arboribus stabulantur, sed res.
& nostros homines si quando contingat rapere, maxima cum voluptate
deuorant: alij de Deo & religione nil solliciti omnia communia habēt,
filios quoque & vxores: vagantur, nec sedem fixam habent. Contrà alij
Deo & religioni astriicti pro his sanguinem intrepidè fundunt. Quisque
sibi propriam ciuitatem, domum, foemina, familiamque habere vult,

habitamque usque ad mortem tuerit: illi post mortem cum amicis viuis, vxoribus, & supellecile terræ aut igni mandantur: hi nil horum curantes inhumati manent: alter viuum se laniari, dissecarique in partes patitur & conatur: ille fugiendam mortem omnino cenit. Non finem faciemus si omnes omnium mores recensere vellemus. An tu his eandem rationem, quam nobis, omnino putas? Mihi non verisimile videtur. Nihil tamen ambo scimus. Negabis forsitan tales aliquos esse homines. Non contendā: sic ab alijs accepi: his sunt pleni antiquorum recentiorumque libri, nec impossibile videtur: quin & aliqui forsitan sunt alij magis his à nobis diuersi in aliqua orbis parte, nobis nondum aperta.

Nullus aut fuere, aut erunt. *Quis enim de omni quod fuit, quod est, aut quod de omni quod fuit, erit certum quid proferre potest?* Dicebas heri perfectâ scientiâ tuâ, *quod erit,* imò & à plurimis sacerulis, totam terram Oceano circunspecti, a eamque certa quid in tres diuidebas partes vniuersales, Asiam, Africam, Europam. Nunc dicere posse quid dices? nouus est inuentus mundus, nouæ res, in noua Hispania, aut testi. Indijs Occidentalibus, Oritælibusque. b. Dicebas etiâ Meridionalē & a. *Terra* diuisio pri- sub Æquatore positam plagam inhabitalem æstu esse, sub Polis verò & stina argui- extremis Zonis propter frigus. Iam vtrumque falsum esse ostendit extur. perientia. Strue aliam scientiam, falsa enim iam prima est. Quomodo ergo aeternas, incorruptibiles, infallibilis, queque aliter habere non possint b. *Falsa* propositiones tuas asseris miserrime vermis, qui vix quid sis, vnde sis, *opinio de Zonatori.* quæ eas, ac ne vix quidem scias? De alijs tum animalium, tum plantarum speciebus pro diuerso orbis situ idem dicere licet: tanta quippe in diuersis plagiis eiusdem, ut vocas, speciei dissimilitudo est, ut diuersas di- cas species, & sunt. Nil tamen ambo scimus: quippe qui formas vtriusque non cognoscamus, per quas ipse distinguntur. Addit etiam ad ignorantiam nostram rerum aliquarum prohibitus accessus nobis, vel propter locum, vel propter tempus, quarum maxima pars est. Hinc eorum norantiam quæ in mari, quæ in intima terra, quæ in supremo aere, quæ denique in nobis auctoritate corporibus fiunt & sunt, maxima dubitatio. Nec sine ratione: omnis enim à sensu cognitio est: à quo cùm illa percipi non possint, nec Omnis cognitionis subinde possunt: imò multò minus quæ nobiscum sunt. De stra à sensu his enim quod sint non dubitamus, de illis autem plurima dicuntur, quæ esse nec certum est, nec ratio id cogit: quin quandoque contrarium, ut indecise suo loco dicemus. Huc etiam spectat de pluralitate mundi questiones, de eo quod extra cœlum est, & similes. Nec hoc solùm, sed & in diuersis terræ partibus (quas unus & idem omnes perlustrare non potest, necessarium tamen est) propter nuper dictam rerum varietatem varia sunt De his quæ hominum opiniones, nullaque scientia. De his verò quæ longo tempore olim facta sunt, & de ante nos facta sunt, de his quæ poste à fient, quis certi quid asserere posse quæ test? Huius occasione tanta hucusque de mundi principio, aut aeternitate certum. inter Philosophos disceptatio, de eiusdem duratione & fine controvergia: cui finem nullus imposuit, quod sciamus, nec forsitan imponet ex corruptibili de in-scientia. Quomodo namque corruptibilis de incorruptibili, finitus de

*corruptibili
li iudicare
non potest.*

*Nobilissime
questiones
dubiosissi-
mae sunt.*

*Peripatet-
ici mundum
eternum
faciunt.*

*Plin lib.
1.nat.bist.
c.1.*

*Ratio hu-
mana mun-
di aeterni-
tatem suan-
det.*

Ecclesiast.

*a. Mundus
creatus est
& mutabi-
tur, secun-
dum Fidem.*

b. Ps. 101.

c. Genes.1.

*d. Philoso-
phorū opini-
o excusa-*

*e. f. nul-
lam.*

*f. Compre-
hendentis
ad compre-
hensionem
debet.*

*Nulla no-
bius cum eo
proportio.*

*l. tuis om-
nia nouit.*

*eternum
debet.*

eternum<br

melius, ne collationem cum creaturis facere videar, maximus, supremus, præstantissimus sit. Quæcumque summo huic opifici propinquiora sunt, **Alia occa-** ea ratione nobis incognita etiam sunt. Est aliud rerum genus his omni-
sio in rebus no aduersum, quarum tam minutum esse est, vix à mente comprehendi
insectio no- possit. Et harum maxima copia, cognitio maximè necessaria ad scien-
stre.

6. Metaph. tiam, ferè tamen nullam habemus. Talia forsitan sunt accidentia omnia,
 quæ penè nihil sunt: adeò ut hucusque nullus fuerit qui eorum natu-
 ram perfèctè explicare potuerit, quemadmodum nec reliquarum rerum.
Acciden- Nil scimus, quomodo ergo explicabimus? neque mirum est, si aliqui
tia nihil in accidentia nihil in se esse iudicarint, sed solum quædam nobis apparen-
se esse, dixe- tia, quæ pro varia nostri conditione dispositionēque varia apparent: vt
Pyr- qui febrit, omnia calida iudicat, cui lingua flauâ bile aspersa est; omnia
rbonici & amara. **a.** Alia adhuc in rebus superest insectiæ causa nostræ, aliquas scilicet
Epicur. **Democ.** perpetua duratio, rursus aliarum perpetua generatio, perpetua cor-
Laert. 9. & ruptio, perpetua mutatio. Ita ut nec illarum rationem reddere possit,
10. Plutar. cùm non semper viuas: nec harum, cùm & nunquam eadem sint omni-
 in Colot.
a. Causa no, & modò sint, modò non sint. Hinc fit ut de generatione & corruptio-
 alia in re. ne disputatio sub iudice adhuc sit, de qua alibi quid sentiamus profere-
bus igno- mus. **b.** Quot generationis? quot corruptionis modi? Illa ex semine, ex
 rante no- ouis, ex fimo, ex putredine, ex rore, ex puluere, ex limo, ex halitu, ex carie,
 stre. ex pluribus alijs. Hæ à calore, frigore, ruptione, dissolutione, oppres-
b. Multige- ne, nec certus forsan numerus est. Si de phœnicio verum dicunt, ex cinere
 norationis, combusti parentis oritur vermis, ex quo alias fit phoenix. Vermiculi qui
 & corrup- nobis sericum faciunt omnino exsiccantur, post longum tempus renas-
 tionis modi cuntur, tanquam ex semine, ex granulis quibusdam alij. Struthium oua
c. ari. 9. de Gen. anim. fixè inspiciendo animare ferunt: virsum lambendo efformare catulū. **c.**
Licet Scal. Ficus, nuces, ligna in vermes abeunt, & lapidescunt. Arborum folia qua-
Desubt. ad rundam Iuuernæ fluuiο imminentium, si in eum cadant, pisces natu-
Card. Exe. ram subeunt. Aliarum plurium frondes in terram cadentes volitaria
7. contra- rium se ex- animalia efficiuntur. Gallæ, triticum, folliculi lentisci, & populi, medul-
 pertum di- la cardui fullonum, caseus, caro, terebinthus in vermes mutantur & vo-
 cat. lucellos. Et, quod magis mirandum in Britânico Oceano, si verum nar-
Scalig. de Subtil. ad rat ille, avis anatis figura, rostro de putridis naufragiorum reliquijs pen-
Card. Exe. det, donec inde soluta, pisces ad sui alimoniam querit: quam Vasco-
 cit. 59. nes Oceani incolas, Craban, Britones, Bernachiam, vocare ait. Addit &
 Regi Francisco Galliarum allatam concham, cui intus auricula ferè per-
 fecta erat, quæ alarum fastigijs, rostro, pedibus, hærebat extremis oris
 ostraci. Oua in Ægyptijs ad Cairum in fornacibus animantur, tempe-
 rato ignis calore: & alicubi etiam in fimo. Inter pisces plures non du-
 bito esse, & inter aues producendi modos. In his autem quæ vita ca-
 inter ortū, rent non pauciores. Destruendi totidem. Inter ortum & interitum quot
 & interi- mutationes fiunt? Innumeræ. In viuentibus nutritio perpetua, auctio-
 tum muta- ad tempus, status, declinatio, generatio, variatio partuum, mutatio, defec-
 iones. &us, additio, perfectio morum, actiones, opera diuersa, contraria
 sa pessime

sæpiissime in eodem individuo: denique nulla quies. Nec mirum si aliquis
 quorum sententia fuerit, de homine uno post horam non asseri posse
 eundem esse, qui ante horam, non omnino explodenda, immo forsitan vera.
 Tanta quippe est identitatis individuabilitas, a. vt si punctum solum vel ad-
 das, vel detraxeris à re quapiam, iam non omnino eadem sit: accidentia
 verò de individui ratione sunt, quæ cum perpetuò varientur, subinde &
 individuum variari contingit. Scio, dicas, dum eadem forma maneat,
 idem semper esse individuum: ab illa enim unum quid dicitur: nec ac-
 cidentium horum minutias identitatem mutare. b. Dixi identitatem nihil
 mutandum, alias non idem omnino esse. Una forma unum facit. Eadem
 forsitan informat semper, sed non idem: in hoc enim perpetua mutatio,
 vt in corpore meo. At ex utroque componor, ex anima præcipue, ex cor-
 pore paulo minus, quorum aliquo variato, & ego varior, sed id alibi la-
 tius & oportunius. Atque hucusque de totis animalibus. Quod si par-
 tes respicias, multò maior dubitatio. Cur sic haec? cur illæ? an aliter me-
 lius? an peius? cur non plures? cur tot? cur tantæ? cur tam parua? Nun-
 quam finis. In inanimatis idem. Quid igitur fixum de rebus tam muta-
 bilibus, quid determinatum de rebus tam varijs, quid certum de rebus
 tam incertis? Nil sane. Ortha hinc proinde est de introduktione forma-
 rum, earundemque principio tanta disceptatio, quantam nunquam fi-
 niet aliquis. Quod si addere velis monstrum quæ indies fiunt, tot, tamque
 diuersa, maximè in homine, promiscuos sexus in aliquibus speciebus, &
 aliarum specierum individuis: mixtas species, vt ex asino & equa mulus,
 aut ex equo & asina hinnus, ex lupo & cane lycisca, ex taurō & equa hin-
 nulus, quæ vulgata sunt apud nos: quanquam & ex canis & vulpis, tigri-
 dis, hyæna, lupique, cum quibus misceri aiunt, coitu tertia species fieri
 debeat, vt & ex cameli cum equa, galli cum perdice, & si verum est quod
 de ossifrago dicunt, ex vulture & aquila gigantur. In arboribus eadem
 mixtio cernitur & plantis alijs, vt in caulorapo, maloperficiis, amigdalo-
 perficiis, & pluribus alijs quibus infestatione mediæ acquiritur natura inter-
 insitum, & id cui inseritur, si denique addas mutationes specierum, vt ex
 tritico sepe lolium, & ex lolio triticum quandoque, & ex secali auena fit:
 si mutationes sexus in quibusdam hominibus, à virgine in virum, vt illi
 dixeris, rem omnino difficilem efficies, nec scies quid hoc, quomodo, à
 quo, quare. Minus ego. Atque in his quæ anima carent maior mutatio,
 maior diuersitas in generatione, in corruptione. c. Amplius nobis sciendi
 ansam adimunt eiuldem rei varijs multi, sed & contrarij effectus: eiul-
 dem contraria effectus variæ, multæ, sed contrariae causæ. Exemplum unum
 (ne nimis prolixus, sim, cum in rerum examine haec latius discutienda
 sint) tibi sit calor, qui idem generat, corruptit: dealbat, denigrat: cale-
 facit, frigefacit: attenuat, incrassat: segregat, congregat: liquat, cogiti:
 exsiccat, humectat: rarefacit, densat: extendit, contrahit: ampliat, coar-
 ctat: dulcorat, amaricat: grauat, alleuat: mollit, durat: trahit, pellit:
 mouet, cohobet: latifificat, tristat. Quid denique non agit calor? Hic agit.

Homo idem
 non est post
 horam unam
 qui anteā,

secundum
 aliorum
 sententiam.

a. Identitatis
 est in-
 dividuabilis.

b. Identi-
 tatem
 nihil mu-
 taendum.

De partib.
 animalium
 maxima
 dubitatio.

De intro-
 dulcione
 formarum
 questio non
 definita.

Aliæ ig-
 norandi oc-
 casiones.

Arist. 2. de
 gener. ani-
 mal.

Occasiona-
 tia in rebus
 infestis no-
 striæ.

Hyp. 6.
 Epid. Plin.
 lib. 7. nat.
 hist. c. 4.
 mat. Luf.

Cent. 2.
 cur. 39.

c. Aliæ ig-
 norandi

Calor om-

nia fere

agit.

Caloris numen sublunare est, dextera naturæ, agens agentium, mouens mouen-
virtus, & tium, principium principiorum, causa causarum sublunarium, instru-
encomium. mentum instrumentorum, anima mundi. Nec immerito in prima Phi-
Calore losophia antiqui plurimi ignem primum credidere principiū. a. Meritò
nos Deo Trimegistus ignem Deum vocavit. Optima cum ratione Arist. Deum,
communicare dicebat Py- ardorem cœli potuit appellare, licet cœli ardorem Deum esse non cre-
tbag. diderit: proindeque in hoc à Cicerone malè taxatur. b. Quid enim Dei
Laërt. 8. Opt. Max. melius potentiam, virtutem, speciemque aliquam eius inef-
a. Idem fabilis diuinitatis nobis suggerat igne? Ipsem hoc insinuavit, c. in ar-
Epic. unde denti rubo fidi seruo se primum ostendens: d. & in columna ignis di-
Laërt 9. & 10. & Py- lectum populum per desertū ducens: e. & in igneis linguis super ele-
tbag. 8. ctorum conuentum descendens. Vides quanta calor agat: simplex ta-
b. Nil ma- gis Deum men accidens est, cuius ratio, sicut & aliarum rerum, incognita est. Quo-
refert iene. modo tot obit munia solus? Difficile intelle&t, difficilus dictu, difficil-
c. Exod. c. limum, vel impossibile forsitan, vtrumque. Distinguunt tamen id quod per
3. se, ab eo quod ex accidenti fit: varietatem subiecti obiciunt, quorum
d. Exod. c. quodlibet difficilius est primo. Quis hanc varietatē exactè nouit? Nul-
14. lus. Solū probabilia quædam dicunt: quod certò sciunt, nihil. Sed de
e. Att. Ap. his postea. Sufficiat nunc nosse, nos nil planè nosse. f. Eadem ratione à
f. Alia ig- contrarijs causis idem productus effectus ambiguitatē nobis parit ma-
nerandioe. ximam. Frigiditas & à motu fit, vt in cordis, thoracis, arteriarum, calida-
caſio. que aquæ agitatione; & à quiete, vt si homo à motu calens quiescat. Ca-
 liditas itidem à motu in cursu: à quiete, si quiescat cor, aut bullientem
 aquam non moueas. Nigrities à calore, in Ätiopibus: à frigore, in de-
 mortuo, aut diu suspenso membro: præcipue si compressione spiritus
 per arterias transitus impediatur. Putredo, ab omnibus qualitatibus,
 dempta siccitate. Nec hoc solū, sed vnum contrarium ab alio contra-
 rior producitur: calor à frigore, in calce frigidâ macerata, in nobis, fonti-
Hyp. 1. bus, terrâ, hyberno tempore: vnde sententia, Ventres hyeme & vere ca-
Aphor. 15. lidissimi. Frigus à calore, in combustis corporibus calidis, in Ätiopibus,
 qui frigi sunt internè, & nos etiam æstate. Quomodo hæc fiant
 penitus non intelligo. Ergo nec alij? Non necessariò concludo. Vide-
 tur tamen. Quid ipsi de his dicant audio: non tamen propterea rem ma-
 gis cognosco. Id ipsum ego cogitabam anteā: sed non satiabat animum.
 Nam si quid perfectè cognouissem, non negasse, imò vehementer cla-
 massem prælætitia: nil enim fœlicius mihi euenire potuerit. Nunc au-
 tem perpetuo angor incerto, desperans me quid perfectè scire posse.
 Aut ergo solus ego omnium ignarissimus: aut mecum omnes alij.
 Vtrumque credo verum, sed scire tam aliquid, si alij etiam ali-
 quid sciunt: nec enim verisimile est mihi soli omnino aduersam
 fuisse naturam. At nil omnino scio. Neque tu plures alij sunt in re-
 bus nobis occasiones ignorandi, quas & longum, & inutile esset
 omnes huc transferre, cùm in singulis earum tractatibus eas tibi videre
 liceat, & ipse vbique ostendam vbi de eis sermo fuerit. Solū vnam aut

alteram! adhuc addam præcipias. Rerum varietas, multiplex forma, *Alia causa*
figura, quantitas, actiones, vius tot tamque diuersi mentē sic nobis cir-
cumueniunt, aut melius, distrahunt, vt securè non possit quid vel pro-
ferre, vel sentire, quin ex alia parte obsideatur, & cogatur opinioni ce-
dere: sicque hinc inde varia nunquam sistitur. Si asserat albedinem (vt
de coloribus sufficiat exemplum adduxisse) à calore fieri, arguit eam
nix, glacies, Germani: si à frigore, cinis, calx, gypsum & os, vita. Si ab
humiditate, hæc: si à siccitate, illa. De nigredine totidem contingunt
dubitaciones. Quid verò dicas de medijs? Quam temperiem illis assi-
gnabis? Atque extrema adhuc videntur manifestam habere causam, vt
nix frigus, cinis calorem: quia utrumque sensu deprehenditur. Quid
verò dicas de maculatis animalibus pantherā, pardo, cane, & similibus?
Quid de herbis, draconculo, carduo argéato, trifolio maculato? Quid de
floribus vetonicæ, altilis violæq; variegatis? Quid de turcico phaseolo?
Quid de auibus, pauone, psittaco? An pauoni, maculatis floribus, par-
do, in eadem pinna, flore eodem, eodem capillo, diuersa assignabis tem-
peramenta? Atque hi permanentes colores sunt. Quid de Iride dices,
de columba variegata, de vitro aqua pleno, & alio sine aqua: quæ variè
Soli exposita, aut ex variò videntis situ tam varios proferunt colores?
Merito mutus eris, vt & ego. In omnibus alijs, quæ suprà enarrauimus,
multò magis. Nec unquā finis: quod plus scrutamur, plures fese offerunt
tricæ, magis confundimur, difficilius expedimur. Vbi enim multitudo, rbi multi-
ibi confusio. a. Sic non immerito Philosophiam nostram liceat conferre tudo, ibi
Minois labyrintho: in quem ingressi regredi non possumus, nec explicare nos: si pergamus, in Minotaurum incidimus, qui nobis vitam adi-
mit. b. Hic finis studiorum nostrorum, hoc præmium irriti & vani labo-
ris, perpetua vigilia, labor, curæ, solicitude, solitudo, priuatio omnium rintbo simi-
deliciarum, vita morti similis, cum mortuis degendo, pugnando, loquen-
do, cogitando, à viuis abstinentia, propriarum rerum curam ponere, ani-
mum exercendo corpus destruere. Hinc morbi: sæpe delirium: semper
mors. Nec labor improbus aliter omnia vincit, nisi quia vitam adimit, Labor im-
mortem accelerat, quæ ab omnibus liberat, sic qui moritur omnia vin-
cit: tantumque abest vt verum sit quod ille dicit, vt contrà omnino eue-
niat. Ait autem. c. Horat. I. Epist. i.

„ Ad summam sapiens uno minor est Ioue, diues,
 „ Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum.
 „ Præcipue sanus nisi cum pituita molesta est.
 Vide quomodo pituitam coactus aperuit tandem.
 Sed alibi contrarium dicitur, & verius.
 „ Ipse licet venias Mysis comitatus Homere.
 „ Si nihil attuleris, ibis Homere foras.
 Et idem Horat. melius inferius

I. Epist. 6. Scilicet uxorem cum dote, fidemque, & amicos,

Et genus, & formam regina pecunia donat.

At bene nummatum decorant Suadela, Venusque.

Ouid. 3. Verum quidem id est nunc quod & ille alibi.

Amor.eleg. Curia pauperibus clausa est, dat census honores,

7. Inde grauis index, inde severus eques.

Ouid. 1. In pretio premium nunc est, dat census honores,

Fasor. Census amicitias, pauper ubique iacet.

Nihili fit doctrina, & cedunt armis togæ, concedunt laureæ linguz,

Nauic sunt literati. Quid igitur nos consumimus? Nescio, sic fata ferunt.

Ecclesia. 1. Dedit Deus filijs hominum occupationem hanc pessimam, vt in ea occuparentur. Cuncta fecit bona in tempore suo: & mundum traxit disputationi eorum, vt non inueniat homo opus quod operatus,

est Deus ab initio usque ad finem. Non absimilis etiam videtur eadem

Philosop- phia simili- Hydri Lerne- nea. Philosophi (vt unde digressi eramus regrediamur) Hydræ Lerneæ, quam Hercules expugnauit. Nostram autem non est qui vincat. Abscisso capite vno et hinc cunctū centū ferociora semper. Deest enim mentis ignis, qui perfectè rem viam cognoscens, reliquis difficultatibus pullulandi occasionem auferat. Concludamus. Cognitio omnis à sensu trahitur. Ultra hanc, omnia confusio, dubitatio, perplexitas, diuinatio: nil sum omnia certum. Sed sùm exteriora videt: nec cognoscit. Oculum nunc sensum oculi. Mens à sensu accepta considerat. Si hic deceptus fuit, illa dubitatio. Quoque res in minus, quid assèquitur? Imagines rerum tantum respicit, Sensus non cognoscit. quas oculus admisit: has hinc inde spectat, versat, inquirendo, quid hoc à quo tale? cur? Et hoc tantum. Nec enim videt aliquid certi.

Naturam Aesopigrus Nonne hoc vult illius fabula in qua grus vulpem ad prandium inui-

tans, ei scyphum angusti oris vitreum pulte plenum obiecit: ad quem

reservat. vulpes linguam, usque admouens, aliquid prehendere eius, quod videbat, ferculi cogitans, irrito conatus, vindictam grui, similem ab eadem

Zensis apud Plin. lib. 35. c. vulpe antea passæ iocum, dedit. Simili ratione pictis vvis aues ille delu-

bitur. dum hæ rostro impetentes, vt comedenter, rostrum tabulæ illidunt.

I.C. Parrhasius Alter verò istum, velo sic affabre delineato, vt verum videretur, decepit:

dum hic quasi iam viciisset tumidus, accurrens videnda pictura cupi-

dus, velo coopertam credens, manum tabulæ admouet, vt velum amo-

ueat, tabulamque offendit solam. Sic nobis natura res obijicit cognos-

cendas. Et hoc dicebat ille alibi: intellectum nostrum ad rerum natu-

ras, sicut nictoracis oculum ad Solis lumen, se habere. Per simulacula

de rebus iudicat. An ergo rectum potest esse iudicium? Tolerabile id

esset, si omnium rerum, quas scire cupimus, simulacula à sensu haberemus.

Nunc autem contrà, præcipuarum rerum nulla habemus. Solum acci-

dentium, quæ ad rei essentiam, vt dicunt, nihil conferunt: à qua vera

Accidentia Scientia est: vilissimaque sunt omnium entium. Ab his de alijs omni-

vilissima bus coniectare sensibilia oportet. Quæ ergo sensibilia sunt, crassa

sunt omnium abiecta, (ea sunt accidentia, compositaque) nobis vtcumque nota sunt,

rerum.

Quæ contrà spiritualia, tenuia, sublimia, (ea sunt principia composita, cœlestiaque) nullo modo. Hæc tamen naturâ suâ cognoscibilia magis sunt: quia perfectiora, magis entia, simpliciora, quæ tria perfectam cognitionem producunt. Nobis minùs: quia à sensibus magis remota. Quæ autem his magis propinqua, nobis magis cognita: non alia ratione, quâm quia à sensu melior a. dependet cognitione nostra. Naturâ faciunt. autē suâ minimè cognoscibilia: quia imperficiissimè, ferè nihil. b. Ens a Melior verò cognitionis omnis: imò actuum omnium & motuum obiectum, subiectum & principium est. Vides quanta in rebus nobis ignorandi occasio præbetur. Videbis melius ubi ad earum explicationem venerimus. Hæc enim vniuersaliter solum dicta sint. At hæc non demonstrant sciri nihil. Nec demonstrare id proposui: (vt, demonstrare, tua significatio utrū possim. Nam nihil scitur. Sæc est obiecisse tibi difficultates: si has vincere possis, aliquid scies. Sed non poteris: nisi tibi clanculum demissus alius de nouo sit spiritus. Potest forsan id fieri: sed nondum vidi. Nunc verò de eo quod est, non de eo quod potest esse, agimus. Atque hæc quæ in rebus sunt, minima sunt, si eis, quæ in cognoscente sunt, obstatulis conferantur. Qui namque perfectâ, acutissimâ mente prædictus esset, inculpatoque sensu, forsan posset omnia vincere (ut tibi hoc gratis concedam: licet non possit, etiam si perfectissima omnia nactus sit). Sed nunc contrarium appetit. Secundum igitur in definitione scientiæ etat, cognitionis, in qua tria spectantur. Res cognita, de qua suprà: cognoscens, de quo infra, & cognitione ipsa, quæ actus est huius in illam. De hæc nunc. Sed breuiter quantum poterimus. Proprium enim locum obtinet in tractatu de Anima. Et sanè difficultima est, perplexitatisque plena animæ, eius facultatum, actionumque contemplatio: si quæ alia. Præcipue verò in hac, quam nunc querimus, cognitione. Cùm nil dignius sit anima, nil excellentius hac vniica cognitione. Quam si perfectam haberet, Deo similis esset: imò Deus ipse. Nec enim perfectè cognoscere potest quis, quæ non creavit. Nec Deus creare potuisset: nec creata regere quæ non perfectè præcognouisset. Ipse ergo solus sapientia, cognitionis, intellectus perfectus, omnia penetrat, omnia sapit, omnia cognoscit, omnia intelligit: quia ipse omnia est, & in omnibus: omniaque, ipse sunt, & in ipso. Imperfectus autem, & miser homunculus quomodo cognoscet alia, qui se ipsum non nosse potest, qui in se est, & secum? Quomodo abstrusissima naturæ, inter quæ spiritualia sunt, & inter hæc anima nostra, qui clarissima, apertissima, quæ comedit, quæ bibit, quæ tangit, quæ videt, quæ audit, penitus non intelligit? Profectò quæ nunc cogito, quæ hic scribo, nec ego intelligo, nec tu lecta intellecta habebis. Iudicabis tamen forsan pulchre & verè dicta. Et ego talia existimo. Nil tamen utherque scimus. Immerito proinde ille, licet doctissimus vir, Viuem absurdum vocat: quod mentis naturæ perscrutationem observationis plenam dicat. Immo ego, si illius opinio absurdâ est, absurdissimus esse yolo: qui non Viuem corripit.

Idem *He-*solum obscuritatis plenam censeo, sed caliginosam, scabrosam, abstru-
racili. vide *Laer.lib.9.* sam, inuiam, pluribus tentatam, nulli superatam, nec superandam. For-
Et Plutar. san ille, vt erat acutissimo ingenio, facilem habuit. *a* Et sanè per pulchrit-
lib. in Co- & scitè, vt pleraque omnia de quibus egit, animam persequutus est.
lotem. Sed non omnino absolutè, non ex ordine, non totam. Pleraque protu-
Scaliger lit, quæ verborum ambitu exteriori mentem decipiunt, famèque af-
in anime fatim ingesta retundere videntur. Quæ tamen, si penitus scruteris,
tractatione tandem fucum produnt, rémque, vt anteà, difficilem relinquunt: vt
defectuosis suo loco ostendemus. Nunc autem quod ad præsens spectat negotium,
Cognitio, subijciamus. Quid cognitio? Rei apprehensio. Quid apprehensio? Ap-
rei appre- prehende tu ex te. Nec enim ego in mentem omnia tibi possum inge-
hensio. rere. Si adhuc quæris, dicam, intellectiōnem, perspectiōnem, intuitiō-
Differentia nem. Si adhuc de his quæris, tacebo. Non possum. Non scio. Distin-
apprehen- gue tamen apprehensionem, à receptione. Recipit enim canis hominis
sionis, & speciem, lapidis, quanti: non tamen cognoscit. Imò recipit oculus no-
receptionis. iter, nec cognoscit. Recipit anima sāpe, & non cognoscit. Vt cùm falsa
Cognitio admittit: cùm tardo ingenio obscura offeruntur. Distinguere etiam co-
propria & gnitionem propriè dictam, quam nunc descripsimus, quam tamen non
impropria. cognoscimus ab alia impropriè dicta: qua quis cognoscere dicitur ea,
 quæ aliàs vidit, & memoria tenet proprijs signis ornata. Nam hac co-
 gnitione dicitur puer cognoscere patrem & fratrem, & canis dominum,
Cognitio & viam per quam iuit. Diuide denique omnem cognitionem in duas.
duplicis. Alia est perfecta, qua res vnde, intus & extrà perspicitur, intelligitur.
 Et hæc est scientia, quam nunc hominibus conciliare vellemus: ipsa
 tamen non vult. Alia est imperfecta, qua res quomodolibet, qualiter-
 cumque apprehenditur. Hæc nobis familiaris. Maior tamen, minor, clari-
 tor, obscurior, varijs denique partita gradibus, pro varijs hominum in-
 genijs. Hanc duplē faciunt. Aliam externā, quæ per sensus fit: sen-
 tiale subinde vocant. Aliam internā, quæ à mente sola, sed nihil
Divisio minus. Altera hæc pensanda sunt. Vnum cognoscens homo est. Vna
nulla. cognitione in omnibus his. Eadem enim mens est quæ externa, & quæ
Vna cogni- interna cognoscit. Sensus nil cognoscit: nil iudicat: solum excipit que
tio ad om- cognituræ menti offerat. Quemadmodum aër non colores, non lucem
nia, sed di- videt: quamuis hos excipiat visui offerendos. *b* Tria tamen sunt quæ à
uersimode mente di- mente diversimodè cognoscuntur. Alia omnino externa sunt, absque
habita. omni mentis actione. Alia non omnino sine hac. Alia partim externa, partim
b Tria à interna. Deinde illa se per sensus produnt: ista nullo modo per hos, sed
mente di- immedietè per se. Hæc denique partim per hos, partim per se. Expli-
versimode cemus hæc. Color, sonus, calor non possunt menti per se offerri, vt ea
cognoscatur. cognoscatur, nisi sui speciem (per receptionem specierum nunc sensa-
 tionem fieri recipiamus) organo ei recipiendæ apto imprimant, quæ
cognoscuntur. eadem, vel sibi similis alia menti offertur, vt eam cognoscatur, aut rem,
 cuius illa est species, per illam. Quæ autem ab intellectu ipso omnino

hunc, quorūmque ille pater est, & quæ intus in nobis sunt, non per alias *seipsa in-*
 species, sed per se ipsa se produnt & ostendunt intellectui. Talia sunt plu- *tellectui*
 rima quæ sibi ipse fингit: ut etiā cùm pluribus discursibus aliquid noui
 excoigitat, concluditque: & cùm intelligit ipse intellectum suum: &
 cùm coniunctiones, diuisiones, comparationes, prædicationes, notionesq;
 in se facit, ad eāque animum aduertens cognoscit per se ipsa. Secundi
 autem generis sunt omnia interna cùm intellectu eadem, quæ tamē sine
 eius opera fiunt, aut sunt: ut voluntas, memoria, appetitus, ira, metus, &
 reliqua pathemata, & quidquid aliud internum est, quod ab ipso intel-
 lectu cognoscitur immediatè per se. Sunt denique plurima quæ partim *Que par-*
 per sensus ad eum deueniunt: partim ab eo fiunt. Canis, magnetis na- *tim ad in-*
 tura nullo modo sensu capi potest. Vestita ergo colore, magnitudine, fi- *tellectum*
 gura, per sensus ad animum defertur. Hic eam illis spoliat aëcentibus, *veniunt*
 Quod reliquum est considerat, versat, confert: denique naturam quan- *partim ab*
 dam sibi fингit communem, ut potest. Intelligentias in cælis mihi incul- *eo fiunt.*
 cant isti Philosophi. Ego audio quid dicant: sed non intelligo. *Plurime*
 uis aliquid fingo, quod intelligentiam mihi referat. Aërem tactu vt-
 cumque percipio: sed sanè nullam habet imaginem in mente mea: nisi
 quandam, quam ego mihi finxi, corporis cuiusdam quasi incorporei:
 nescio quid. Vacuum eodem modo cogito. Infinitum comprehendo, *Infiniti fi-*
 nunquam finem comprehendo: sed in media eius cogitatione quiesco *guratio.*
 coactus, cogitans, infinitum esse, quod in infinitum addendo, in infinitū
 imaginando, nunquam apprehensione terminabo. Sic speciem fingo ter-
 minatam quidem, sed cuius neutra extremitas terminata & perfecta est,
 sed quasi defecuta, cum hac notione, quod non terminata sit, nec ter-
 minabilis: quia ei in æternum addi possunt partes infinitæ ex ytroque
 extremo. Quid facias? Misera est conditio nostra. In media luce cœcu-
 sumus, saepè lucem cogitau, semper incogitatam, incognitam, incōpre-
 hensam reliqui. Idem est, si voluntatem, intellectum, aliisque, quæ sensi-
 bus non percipiuntur, contempleris. Certus quidem sum, me nunc
 hæc, quæ scribo, cogitare, velle scribere, & optare ut vera sint, & ut à te
 approbentur: non tamen hoc nimis curare: sed cùm considerare nitor,
 quid sit hæc cogitatio, hoc velle, hoc optare, hoc non curare, sanè defi-
 cit cogitatio, frustratur voluntas, increscit desiderium, augetur cura.
 Nil video, quod captare, aut apprehendere possim. Et quidem in hoc *Collatio*
 superatur cognitio, quæ sine sensu de internis fit, ab ea, quæ de exter- *cognitionis*
 nis per sensus habetur: in hac enim habet intellectus quid captet, ho- *que per*
 minis scilicet, lapidis, arborisq; figurā, quam à sensu hausit: videturque *sensus,* &
 sibi hominē cōprehendere per eius imaginem. In illa vōd, que de inter- *eius quæ sū-*
 nis fit, nil inuenit quod cōprehēdere possit: discurrītque hinc, inde, more *ne sensu*
fit.
 cæci palpans, si quid tenere queat. Et id tantum. Cōtrà autē certitudine
 vincitur cognitio, que de externis per sensus habetur, ab ea, quæ de inter-
 nis, quæ aut in nobis sūt, aut à nobis fiunt, trahitur. Certior enim sū, me
 & appetitū habere, & volūtate: & nūc hoc cogitare, modò illud fugere, de-

Ea quæ discursu inueniuntur. testari, quām templum aut Socratem videre. Dixi, de his quæ in nobis cursu, & ratiocinatione de rebus iudicando opinamur, & colligimus quod ita in re sint, ut nos iudicamus, incertissimum est. Certiusque multo mihi est, chartam hanc, cui inscribo, & esse, & albam esse, quām eandem ex quatuor elementis compositam: & hæc in actu esse: & formam aliam ab illis eam habere. Denique, si ea quæ in nobis sunt, aut à nobis fiunt, demas: certissima omnium cognitio est, quæ per sensus fit: incertissima omnium, quæ per discursus. Nam hæc non verè cognitio à ratione. est: sed palpatio, dubitatio, opinatio, coniectatio. Ex quo illud rursus Scientia nō emergit, scientiam non esse, quæ per syllogismos, diuisiones, prædications, & similes alias mentis actiones habetur. Sed si fieri posset ut, habetur.

Quomodo scientia haberi debet.

In cognitione quæ per sensus, duo sunt media.

Non per aliud cognosci debet quod perfectè cognosci debet.

De accidentibus quare non perfecta cognitio.

Accidentia saepe nos fallunt.

Visus perfectissimus sensuum.

Varia media per quæ visus fit.

Visu quæ discernantur.

aut sunt, aut fiunt, nos esse certos quod in re sint. Nam de his quæ discursu, & ratiocinatione de rebus iudicando opinamur, & colligimus quod ita in re sint, ut nos iudicamus, incertissimum est. Certiusque multo mihi est, chartam hanc, cui inscribo, & esse, & albam esse, quām eandem ex quatuor elementis compositam: & hæc in actu esse: & formam aliam ab illis eam habere. Denique, si ea quæ in nobis sunt, aut à nobis fiunt, demas: certissima omnium cognitio est, quæ per sensus fit: incertissima omnium, quæ per discursus. Nam hæc non verè cognitio à ratione. est: sed palpatio, dubitatio, opinatio, coniectatio. Ex quo illud rursus emergit, scientiam non esse, quæ per syllogismos, diuisiones, prædications, & similes alias mentis actiones habetur. Sed si fieri posset ut, quemadmodum externas rerum qualitates quomodocumque sensu percipimus, sic internam rationem cuiuscumque rei amplectemur, tunc verè scire dicemur. At hoc nullus unquam potuit, quod sciamus. Unde nihil scimus. De cognitione porrò, quæ de internis: & de alia, quam non cognitionem, sed opinionem voco: quæ per coniunctiones, negationes, comparationes, diuisiones, & alias mentis actiones fit, suo loco amplius agetur, ubi utriusque inseitia manifestabitur. Nunc autem de ea solùm, quæ de externis per sensus habetur, non nihil dixisse sufficiat. In hac duo sunt media: quandoque tria, aut quatuor: sed duo semper, per quæ sensatio fit: siue illa intrò, siue extramissione fiat. Nec enim nunc id nos morabitur. Alterum internum, oculus. Alterum externum, aër. An per hæc aliiquid perfectè cognoscitur? Nequaquam. Nam non per aliud cognosci debet, quod perfectè cognosci debet: sed per seipsum ab ipsomet cognoscente immediate. Nunc autem rerum substantia per accidentia, quæ sensibus percipiuntur, se prodit: aut contrà his se abscondit. Mens, de rerum substantia per fallaces sensus informatur, aut aliàs decipitur. Quomodo ergo perfectè aliiquid scire possimus? Atque de substantijs rerum scientia esse debet, ex te. De accidentibus vero an perfecta cognitio? Hoc minus. Iuuabat unum, quod scilicet percipiuntur sensu. Nocent plura, quod nil penè sunt: quod ad mentem nec ipsa perueniunt, sed eorum imagines solùm: quod denique sensum sàpissimè fallunt. Hæc propter medij, tam externi, quām interni, varietatem in substantia, situ, & dispositione. Sufficiat de uno, aut altero sensu dixisse. De visu. Quietiam si perfectissimo organo fiat, & sensuum certissimus, nobilissimisque sit, sàpissimè tamen fallitur. Externum medium varium esse solet: variè proinde sensum afficit. Aëris, commune, res videtur melius referre: omnis enim coloris experts appetit. Aqua aliter repræsentat. Hæc naturalia. Artificialia plurima, vitrum, cornu derasum, cristallus, & similia. Cui horum credes? Visu non solùm colores discernuntur, sed magnitudo, numerus, figura, motus, distantia, asperitas, luciditas: & quæ ad hæc referuntur: ut æqualitas, similitudo, velocitas: & horum con-

traria.

tria. Aqua, obscura reddit corpora, bina, maiora, alias minora, alterius figura; crassiora mobilia, laesa. Nec semper hoc, sed alias aliter. Aër quandoque crassa, in Aëstro, obscura, magna, duplicita in Echo, in Sole, in Luna: quandoque contraria. Quin & picta quandoque sculpta, viuaque apparent: sculpta quoque sepiissime viuia. Vitrum, cornu, & cristallus ut lubet, maiora, minora: crassa, tenuia: eiusdem coloris, variis coloris pro artificis denique voluntate. Hinc tot speculatorum, specimen lorumque diuersitates. Quod horum melius refert, & verius? Nescias certò. Si aërem dicas, & negaueris, non probabis. Sed volo. At quandoque maiora, aliquando minora refert. De colore multo maior dubitatio. Quando illi credendum? Quando naturæ suæ imagis propinquus, minulque ab extraneo affectius. At quis illius naturam nouit? Quis simplicem vidit? Perpetua mutatio à Sole, Luna, & alijs superne, inferne, terrâ, aquâ, & mixtis. De vitro & aqua idem censendum: imò difficultior solutio. *a* Duo enim sunt externa media in visu, qui per vitrum aut aquam fit, aër, & illa. *b* Moneta vasculo latè impone: humi residere facias: à quo eò te semostefis, donec monetam non video amplius. Tunc iube aqua impleri vas: videbis statim montem, & maiorem quam ante. Cur non poteras antea per aërem videre, cum per te optimum sit medium? Cur nunc major apparet moneta? Nescimus. Opinari licet aliquid tantum: & nos id dicemus cum ad terum examen ventum erit. Atque hæc de substantia externi medij: ad quanæ etiam referuntur crassities, vel tenuitas, magnitudo, vel parvitas, figura hæc, vel illa medijs, per quod videtur aliquid. Hæc enim quamvis in aëre non omnia reperiuntur: tamen in facilitijs in medijs infulsum variare faciliter rem visam. Crassum enim vitrum aliter ostendit, quam tenue: quadratum aut rotundum aliter, quam triangulare: magnum aliter quam parvum. Ostendunt id variae fabricatae cristalli, vitrique normæ, per quas res erectas, vel inuersas, huius, vel alterius coloris, figuræque videoas: denique diuersas ab eo quod sunt. Multum mare & ipsum caruleum conspicitur, & quæ sub eo sunt, eo colore notat. Paucum contra album. Quomodo fit id? Nescis. Nec ego. Situs rei varius variare solet etiam sensum. Medicus itidem. In specillis id manifestum est: si oculo admoucas aliter referunt, quam si paululum remoucas. In aëre non minus. Lucerna cominus æqualis apparet, oblonga, quieta, parua, fulua: eminus rotunda, radians vndeque, & inæqualis, scintillans, & mobilis (vnde Aristot. demonstrationem suam assumpsit, vt probet Planetas esse propenos: quia non scintillant) magna, clara, & sine colore. Quæ longe sunt, obscura apparent, parua: quæ propè nimis, aut non videntur, aut aliter quam sunt. Quid facies? Medium tenendum. Vbi est medium illud? An ad duos passus, aut quolibet alio certo numero? Qui longe à nobis est, etiamsi celerrime currat, tamen lente ad modum moueri videtur: præcipue si deorsum ex alto, aut contraria inspicias. Quæ sensim sunt sensum effugiunt: vt radij motus in horologio. Quomodo certo iudi-

Aqua variare reservat.
Aër varius in representando.
Vitrum, cornu, crystallu, ut lubet referunt.

Quando ariet credidit.
Simplicem aërem nullus vidit.
Idem perpetuo mutatur.

a Cog media in visu per vitrum.
b Experimentum.

Quæ ad substantiam medij externi referuntur.

Situs rei varius, variare solet sensum.

Aristot.
Demonstratio de propinquitate Planetarum vnde occurrunt sumpit.

cabis? Ignoras. Magis ego. Nec verò hoc parum scire refert. Hinc enim emergit perpetua dubitatio de magnitudine stellarum: ut de distantia, de celeritate, de loco raseam: quæ omnia inde videntur pendere. Quæ enim ad manus habemus, licet vtcumque identidem, & diuersis sensorijs, si communia sint, explorare, & certius proximè cognosce. At illa quis potest? Nec illa solum. Si è longè baculum aquæ semi immersum videas, contortus, aut refractus apparebit. Dices integrum tamen esse: quia aliàs expertus es. At fractus sit, apparebit nihilominus fractus. Non enim hic valet contrarium ratio. Asseres integrum esse, superiori ratione: & tamen falsum est. Quid facies, nisi ab aqua extrahere possis? Dubius manebis. In *situs coloribus* coloribus verò quantum intersit situs, ostendit Iris, vitrum aqua plenum, columba variegata, sericæ telæ ex diuersis contextæ coloribus, vicinitas corporis splendentis alterius coloris (ut etiam, si plano perpendiculariter imponas auream, argenteamve laminam: multoque magis si deorsum inclines:) quæ omnia huc atque illuc mota varium admodum referunt colorem. In quo-situ verum ostendere colorem dices? In eadem parte modò ruber, nunc fulvus, dein figura, mo-ceruleus. Quis horum proprietor? Dubitare tantum licet. Numerus, magni-autem, figuram, motum, magnitudinemque à vario variari situ (quoad tuto, à situ sensum intelligimus, non in se) non est quòd prolixius ostendamus: variantur. cùm id quotidiano usu experiri possis. Atque sufficienthæc de situ. Expositio exteri medij variam dispositionem ea, quæ per id referuntur, variare est eterne medij necesse. Iam partim diximus. In crasso aere obscura apparent omnia sensum vania, parua. In tenui, contrà. In prato omnia viridia sunt. Circa rubra, aut crocea, his notantur corpora. In multa luce videre non licet: præcipue alba, aut maximè lucida corpora. In tenebris mindis. Circa has, vel illam, dubiè, & fallaciter. Quod medium? Designa tu. Sed & in aere, artificio igne illustrato, alij ac alij videntur colores, aliaeque figuræ, pro materiæ ignis varietate. Si medium vitrum sit, aut cristallus, pro horum coloribus, variisque figuris, & consistentia, aliter, atque aliter res significantur. Hæc media sunt, per quorum medium res videntur. Alia verò per superficiem ostendunt. In his nulla constantia. Quot figuræ monstrosæ, ridiculæ, multiplicatae, inuexæ, truncatae? Quid non fingunt specula? Quid de his iudicabis? An figuram vides illam? Non est: quomodo videas? Vides tamen: quomodo id? Non sine ratione ignoras. Transeamus iam ad internum medium, in quo tot contingunt difficultates. Elato oculo uno, aut b in transuersum deducto, (quanquam aliter Arist. senserit) binæ res apparent. Vnde mirum, quòd qui strabismo laborant binas res omnes nō quo: in ex-videant. Sed rationem in rerum Examine reddemus. Id ipsum illud terro. b contingit, si in latus recumbens, corpus aliquod coram te habeas, quod inferiorem oculum cooperiat. Tunc enim superior oculus omnis oculus, quæ infra corpus illud sunt, percipiet: alter verò solum corpus

illud: nec distinctè, sed nubis modò. Sic altero, quæ post corpus sunt, ^{binae res} insidente, altero ipsum corpus, simul videmus videre corpora duo, ^{refert.} quorum vnum supra aliud est. Faciliùs autem id experieris, si oculum vnum ad externum angulum mouens, quæ à latere sunt respicias. Tunc enim altero oculo illuc vergente, nasus se obijcit videndus, apparétq; vmbra modo ea, quæ ab altero oculo videntur, superinducere. Eodem modo si digitum oculis præsentes, non tamen cum inspicias: sed ad ea, quæ aut post eum, aut ad latera sunt, animum vertas, duplex nihilominus apparebit. Idem continget, si ambos oculos ad nasum vertas: duplicitia omnia videbuntur. Moto oculo uno, quæ videntur, moueri videntur. Imò ex duabus apparentibus rebus, altera mouetur, quiescente aliâ. Sed & altera ad dextram, ad laevam altera mouetur, si librum inspiciens, oculos per seiplos sine digiti adminiculo iugiter moueras, lineas solùm respiciens non legendo. Accedit etiam ad ^{Oculi situs} hæc oculi situs profundus, vel eminens, naturâ, aut casu. Quorum ^{vixum variat.} maxima in videndo diuersitas. Multoque magis, si altero profundo, alter eminens sit. Si quoque elatior alter, alias depresso: sed hic manifestus error. Illic autem, vbi vterque aut profundus, aut eminens, nullus. Ad situm etiam refestur maior, aut minor palpebræ commissio, aut apertio. Si lucernam inspicias connuentibus oculis, apparebunt plurimi radj ad oculos protendi: mouenturque ad motum palpebræ: si omnino aperias, quiescunt, nec tam longi sunt. Sufficiant hæc exempli cauia: ex quibus tu alia complurima conieclare, experisque poteris. ^a Colores à vario oculi situ non minùs, quam à vario rei videnda, mediique situ mutantur: sed iam dictum est. Hæc tu forsan misimi facis: nec scientiam impedire posse cogitas. At longè aliter res habet. ^b Mouerunt enim hæc illos, ut & de omni quod sensibus apparet, dubitarent: & crederent, colores non in rebus permanentes esse: sed à luce fieri, variarique. De quo alibi dictum à nobis est, vt videbis: sed iam pergamus ad substantiam. ^c Interna media quinque numerantur à Philosophis, visus, tactus, gustus, auditus, olfactus. Diuersæ horum omnium substantiæ. Proinde & diuersæ etiam res ab eis percipiuntur: sunt tamen quædam communes: tetigimus suprà: magnitudo, numerus, figura, &c. ^d Percussionem vnam videt oculus: binum auditum auris: si non vidisset oculus, fine duobus duos iudicasses fuisse iactus. Esto cæcus: percutiam bis: aut ego semel: alias autem procul à me, statim post me, quasi alter Echo. Dices media ab aliquo monitus, si nunquam vidisti, Echo esse: & falsum. Imò ^{quinq. d} vide. Iubeo alium clàm post me percutere. Dices Echo: non est. Currente equo iudicat sèpissime auris duos esse. Aut si duo sint, æquali tam gradiatur passu, vnum: imò oculus, si è longe sit: si plura sint quæ moueantur, magis vtrumque fallitur. In magnitudine non minùs: ^e quod oculus parvum, auris magnum: & contrâ. ^f In figura multò magis decipitur oculus, quam tactus: quemadmodum & hic minus, ^g magni-

dñe magis de cipit oculus quām tamen fallitur tactus in distantia: cui si magnum calidum adsit, etiam si longe: tamen propè iudicat esse, propter magnam impressionem. Nihil certius ribus quoque siccissimè imponitur. Quid multa profero? Nil certius nil fallacius sensu: nil eodem fallacius. Cui credes? an auri? an oculi? Lupum aribus tenes sequere. Accedit maximum: horum omnium instrumentarum dispositiones, quæ plurimum nos aberrare cogunt. Varij positiones oculorum colores, varia temperamenta, consistentia, substantia, quantitas, situs, perspicuitasque spirituum, & humorum, qui in eis habentur, an non maximam diversitatem pariunt in videndo? Quod si medice magis agatur, tunicarum substantia, optici nerui eadem, & quantitas spirituum, humorumque hæc omnia, & perspicuitas, quantum visum variare solent? Sæpe ab externa causa muscas, floccos, araneatum telas, & similia videre videmur: cum tamen non sint. Oculo inflammatu, omnia rubra apparent: bile perfuso, citrina: si humor pupille incumbat, perforata, aut velo obducta, aut magna, aut parua, aut dupla, aut obscura. Vicia hæc sunt morbos: sed sanorum alij longe, alij propè: alius clarius, obscurius alius: hic magna, ille parua: hic rubra ille crocea videt. Nullus denique aut perfecte, aut eodem modo ut alij. Quid ergo prohibet per oculum tot obnoxium mutationibus, immo & in se tam varium, per aërem non minus, immo magis mobilem, & incertum, res varias, incertas, instabiles, aliter atque ipsæ sint, nos percipere? perpetuò falli? nunquam certi aliquid deprehendere, nec proinde asserere posse? Oculus vero omnium sensorium præstantissimum, certissimumque est. Quod si ad alia te conuertas, multò maius dubium. Quomodo quod calidum semper est, de calido aut frigido rectè iudicabit? sumus autem semper calidi. Qua ratione sit, per est, de vt, qui in termis, aut balneis arte factis sunt, frigidam iudicent vi calido & nam, & aquam tepidam: falsò per te. An non quæcumque tangimus, frigido iudicare non dicere non afficiuntur? an non ab eodem nos perpetuò afficiuntur? an non & hic ab aqua, terra, & astris? *a* Quid igitur cogit, *Quod calidum semper est, de calido aut frigido rectè iudicabit?* sumus autem semper calidi. Qua ratione sit, per est, de vt, qui in termis, aut balneis arte factis sunt, frigidam iudicent vi calido & nam, & aquam tepidam: falsò per te. An non quæcumque tangimus, frigido iudicare non dicere non afficiuntur? an non ab eodem nos perpetuò afficiuntur? an non & hic ab aqua, terra, & astris? *a* Quid igitur cogit,

Ab aëre aquam frigidam dicere? Quid aërem calidum? Multum calidis, perpetuò minus calida frigida apparent. Tales forsitan sumus nos. Ergo aqua afficiuntur. calida Hyeme, quia à frigido maxime afficiuntur externo, nuper Aër à superbris & hausta à fonte aut puteo aqua calida apparet, quia minus frigida: infernis. Etate quantumcumque calida, aëris, si curras, vel flabello moueras, a Nil cogit frigidus videtur: cum tamen per te calidus sit: & tunc temporis aqua frigi multò magis. Quid ergo caliditas? Quid frigiditas? Ut videamus dñ, aërem quæ calida sint, aut quæ frigida, ratio nil hic potest. Quis eorum calidum rationem nouit? Nullus. Sensibus committendum iudicium. At dicere. Ratione nile sensus optimè perciperet, discerneretque qualitates illas, potest in non tamen proinde sciret: sed solum cognosceret, quemadmodum sensibilibus, dum rusticus asinum suum à vicini bove, aut suo distinguens.

Nunc autem nec hoc præstare potest tantum. Quid ergo scimus? Nihil. Discurre per alios sensus. Minus. At hæc est potior cognitio nostra. Quid faciet mens sensu decepta? Decipi magis. Falso uno supposito, plurima infert: hinc alia (paruuus enim error in principio, magnus est in fine). Tandem vbi falsitatem videt, (veritas namque vnica est, & sibi constans) regreditur: querit locum defectus causam. Non inuenit: suspicatur hoc, vel illud medium. De hoc iterum querit, an verum, an fallum. Nosse non potest, quia supra sensum est. Probabiliter agitat, sic in infinitum, nulla conclusio, perpetua dubitatio. Age, in te experire. Non impono, si tecum essem: facile verbis ostenderem omnia dubia esse: at charta non tot patitur: & properamus ad rerum examen: in quo experientia hoc indigitabo. Ex superioribus potuisti vt cunque videre, inclius deinceps videbis. Insequor definitionem meam. Iam dictum est de re: & de medijs ad cognitionem: nunc de cognoscente. Quot in hoc ignorandi occasions? Innumeræ. Vita breuis: ars verò longa, imò infinita: aut potius ea quæ arti subiacent, aut quibus ars subiacet. a Occasio autem præceps: experimentum periculolum: iudicium difficile. Nec verò solùm seipsum præstare oportet oportuna facientem: sed & assidentes, & exteriora. Mirum, dices Aphorismum in nostri gratiam factum fuisse, in quo difficultates eius, qui aliquid scire debet, propnuntur: quas tu partim iam vidisti, partim videbis nunc. Sic incipiamus ab incipiente homine: hunc enim in Aphorismo, per eum, qui oportuna facit, intelligimus. Semel natus hic cerca moles est, ferè omnis capax figuræ, tam in corpore, quam in anima: sed magis in hac. Ita ut non male tabulæ rasæ, in qua nihil pictum est, conferatur: nec tamen omnino benè, in ea omnia depingi posse, asseratur. Nec enim omnes ad literas apti sunt, et si omnia necessaria illis subministrentur. Atque an in anima depingi possent rerum naturæ? infiniti? vacui? Non videtur. Nunc autem non est. Duo ergo in nuper nato sunt: nil aetü impressum: potentia plura, vel pauca: hæc, vel illa. Omnia, nulli. Est hæc passiva potentia tantum: cui opponitur passiva alia' impotentia: qua quis pluribus, vel paucis, his, vel illis omnino ineptus est. His duabus communicant nobiscum etiam bestiæ aliae. Quippe psytacus prima illa potentia sermones imitari potest humanos: quos siunia secunda impotentia non potest. Hæc contraria, prima potentia plurima ad hominis imitationem exequitur, quæ psytacus ob secundam impotentiam nequit, sic inter homines hic ad Grammaticam ineptus omnino: ad nauigationem maximè aptus. Ille contrario modo. Est autem nobis potentia activa, qua carent bruta, quaque scientia inueniuntur, & artes. Sed de hoc, vbi de Anima, latius agetur. Nunc sufficiat adduxisse hæc, ad ea quæ sequuntur, intelligenda. Quam pauci ergo ex tot hominum millibus scientijs apti sunt, etiam his quales habemus? Vix unus, aut alter: perfectæ autem nullus. Ostendo. Perfectus homo sit oportet, qui perfectè aliquid scire debet. An aliquis talis est? Quod verò talis esse debeat, vide. Animam tu

Innumeræ

in cognos-

cente igno-

randi oc-

casiones.

a. Hyp. 1.

aphor. 2.

Semel na-

tus cerca

moles est.

Non omnia

in anima

depungi

posunt.

Duo in nu-

per nato.

Passiva po-

tentia.

Passiva

impotentia.

Scientia.

actina.

Potentia

scientijs.

Perfecta

cognitio

perfectum

requirit quidem dicis in omnibus æquè perfectam (eius naturam ignorans, ut
bominem. alibi monstrabimus :) corpus verò in causa esse cur hic doctior, ille
Anima no- minus, ille nullo modo. Volo. An anima nostra satis perfecta est, ut ali-
stra sat is quid perfectè sciat homo? Non: sed sit. Cui ergo minus perfectum cor-
perfecta nō est ut ali- pus est, minus perfectè sciet: cui magis, magis: cui maximè, perfectissi-
quid perfe- sumè. Hoc enim rationabilius videtur colligi ex te, quām contrarium.
cū sciat. Cui datum est perfectū corpus? **a.** Nulli: vel clamante medico: aut si
a. nullus daretur, non nisi per instans duraturū. Quod si neges, non probabo nunc:
homo per- aliás probaturus. Petam tamen aliquid à te: & scio quòd non dabis.
fectum cor- pus habet. Ignoras enim, vt & ego. **b.** Perfectissimū autem cum Gal. voco corpus,
pus. **Quid** quod temperatissimum, quod pulcherrimum. Atque ille temperatissi-
perteHiſt- num tantum (licet & compositionis meminisse debuisset, propter in-
mum cor- strumentarias actiones) perfectissimas edere operationes omnes vult.
pus.
c. Intelle- Inter quas intellectio, c. à qua sciētia pendet, primas tenet. Sed & id ra-
tio actio- tione fulcitur. **d.** Fuēre medicorum quidam, qui asseruere, medicum,
num omniū vt perfectus esset, omnes morbos prius pati debere, quām perfectè de-
perfectissi- his iudicare posset. Et non videtur omnino inepta opinio: licet satis
ma. esset tunc non esse medicū. **e.** Nam quomodo de dolore sententiam fe-
d. Plato etiam de retrectam, qui nunquam doluit? **f.** Quos autem & dolores, & morbos
Repub. in nobis ipsis experti sumus, melius in alijs & dignoscimus, & curamus:
g. Bonus sic quomodo cœcus, aut luscus, de coloribus? surda ster, de sonis? para-
Medicus liticus, de tactilibus qualitatibus iustum ferat iudicium? Perfectè ergo
morbos om- videat oportet, qui de coloribus: audiat, qui de sonis: palpet, qui de ta-
nepati de- citilibus: gustet, qui de gustabilibus: moueat, qui de motu: digerat,
h. Melius qui de digestione: doleat, qui de dolore: imaginetur, qui de imagina-
morbos in tione: memoretur, qui de memoria: intelligat, qui de intellectione per-
alijs cura- fectè iudicare velit. Aliás, vt inquit Gal. erit nauta ex volumine: qui se-
mus, quos curus in scanno sedens, optimè portus, scopulos, promontoria, Scyllas,
nobis su- & Charybdes depingit: denique nauem per culinam, aut super men-
mus. sam optimè ducit. Si verò mare conscedat, eique clauum tritemis com-
 mittas, in scopulos, in Scyllas, in Charybdes, quas tam benè norant antea,
 infliget. Aut vt ille, qui in foro deperditum a finum, aut canem, proprijs
 describens signis, proclamat: quem tamen si coram habeat, non cognoscet. Et hac ratione dicitur Christus Dominus miserias humanas subire
 voluisse: vt expertus calamitates nostras, magis misereretur. Melius
 enim qui pauper aliquando fuit, pauperi, qui captiuus, captiuo, qui de-
 nique miler, misero: quām qui nunquam pauper, captiuus, miler,
 illi, isti, huic, compatitur. Perfectissimum ergo corpus requiri
Perfecta perfectissima cognitio, sit hæc ultima ratio. Perfecta omnia perfectis
omnia per- fectis gaudent, à perfectis fiunt, & per perfecta. Quid perfectius creatio-
fecit; à per- dent: à per- ne? A solo perfecto, perfectione ipsa, Deo fit. Quo medio? Perfectis
fecit, & simā eius potentia, quā sola perfectissima, quia infinita sola, quia
per perse. ipse Deus. Reliqua omnia perfectiora à perfectioribus fiunt. Quāz
et a fiunt. à corporibus cœlestibus fiunt, ab imperfectiori fieri non possent.

Ratio horum omnium. Agens, in passum utcunque abit, transit.

Quodlibet enim cupit in se aliud transformare. Quod non potest, nisi se illi communicet. Dùmq; hoc agit, ab alio repatur: *a.* dum hoc conseruare se in suo esse conans (quod etiam inditū est omni *b.* enti : vnde & illud sc. quitur, velle scilicet in se aliud conuertere, ne sui vnquam finis cueniat) partim resistit: partim, aliud in se conuertere etiā volens, quantum potest suam in agens extendit, & exercet potentiam, impri- mītq; vim : *c.* sed quia inferius illi viribus est, vincitur in pugna, cogi- türque alterius vexillum sequi, & se in illud inserere, primo exuto habi- tu. *d.* Si ergo agens perfectū est : & actio perfecta esse debet: & media ad actionem exequendam : & patiens quod actionem recipit, in quantum hanc recipit : licet aliter imperfectum sit. Quod si actionem non sequatur patientis conuersio in agens, saltim opus, quod à tali actione fit, per- fectum à perfecto agente est, imperfectū ab imperfecto. *e.* Orta enim, vt dicunt medici, attestantur suis principijs. Quod quid est, id agit: & qua- le, quid, tale agit, medijs vbiq; idoneis. *f.* Talia sunt quæ agenti similia. Sic enim melius ambo in patiens conspirant. Perfectum ergo agens me- lius perfectis adiutum instrumentis, & medijs, in patiens agit, opusque intentum peraget, quam imperfectis. Vide id in omnibus, tam natura- libus, quam voluntarijs actionibus. *g.* Sol perfectissimum omnium corpo- rum (vnde plurimi Deum illum existimarunt) quam edit actionem ? *f.* Media Perfectissimā: similem Dei actioni. *b.* Hic enim creat: ille generat omnia: qui secundus est à creatione gradus: sed differunt. *i.* Nam Deus à se: solus, ex nihilo, & sine medio, aut instrumento creat. Sol à Deo po- tentiam habens, cum homine, ex semine, & medio calore hominem ge- nerat, licet quandoque etiam sine congenerante plurima solus generet, ut murem ex stercore, ranam ex puluere cum pluvia, locustam, pulicem, culicem, lacertam, scarabeum, pediculum, & plurima alia animalia : & inter plantas philitidem, ceterach, politrichum, adianthum, lichenem, pulmonarium, viscum, fungum: & inanimata omnia, aurum, argentum, lapides, gemmas omnis generis: & elementa ipsa ex seipso inuicem. Sed obeijcies forsan Solem corrumpere etiam: quæ est pessima actio, & im- perfecta, si generatio perfecta est. At non ita habet. *k.* Nec enim corrūpit, sed dum generat, necessariò corruptio sequitur. Quod autem gene- ret primò, patet. *l.* Prius enim est ens nō ente: actus priuatione, dignita- te, præstantia, & natura. Corruptio autem non ens est, priuatio, destru- ctio huius entis, nihil. Ergo prior generatio corruptione. Ergo ad illam sequitur hæc: non contrà. Ergo generat Sol primò: corruptit ab euen- tu, & ex consecutione. Quod inde etiam manifestum fit. *m.* Nullū enim ns propter nihilum agit, aut nihilum intendit. (Vnde & neque malum ejus nō ente, per se: malū enim priuatiō boni est, quasi nihil) omnia namq; propter finē. Nihil autē finis enti esse non potest. Finis enim perfectio est: quæ inter entia primas oceupat. Nihil priuatio, destructio, defectus, mera entis negatio, quo alio quam infestissimo nihil nomine nō ipsū vocabo?

Agens in passum transit.
a. Causa repassio-
nis.

b. Omni enti indi- tum est se confernare.

c. Passio fit ob debi- litatem.

d. Agens perfectum actionem,

e. Orta at- testantur suis prin- cipijs.

f. Media identa sūt que agenti similia.

g. Sol per- fectissimum

h. Pythagor.

i. Argyp.

j. vide Latert.

l. & Flu-

tarch. de

Amore.

i. Differen- tia inter creationem

& genera- tionem.

k. Sol non corripit

primò

l. Ens prius

ejus nō ente,

per se:

malū priuatiō boni est,

quasi nihil)

omnia namq;

propter

finē.

*Omnia fu-
giunt nihil-
lum.*

omnino perfectioni, entique oppositum, inimicum. Nil denique. Quis illud intendet? quis queret? Omnia naturaliter id fugiunt. Nil me, præter hoc nihil, perterret, tristat, animam prostrernit: dum cogito, me aliquando illius aulam inuisurum: nisi fide spe, & charitate comitata, metum hunc, nihilque, simul eius causam, destrueret, meque confirmaret, post compositi huius dissolutionem, indissolubilem cum Deo Opt. Max. nexus promittendo. Sol ergo perfectissimum omnium corpus corruptionem intendat, efficiat? Generat ergo. Quo medio? Calore, omnium qualitatum perfectissima, praestantissima, actuosissima. Videbis hoc in rerum Examine. a Lucet ut etiam addis: sed ego non consentio. Tamen pro me stat. Illustrissima res est lux, amicissima, charissima. a Sol non agit luce. pulcherrimas omnium res cognoscimus, plurimas. Deus se lucem vocat. b. Lucomedia pulcherrimas cognoscimus. Sine luce cœcutiamus, obdormiamus, obmutescamus, tanquam mortui vagemur, nec solum non discernentes, nedum rerum naturas cognoscentes. Vides quantum in tenebrosa, nubilosaque nocte silentium?

*Calor om-
nium qua-
titatū per-
fectissima.
a Sol non
agit luce.
b. Lucomē-
dia pul-
cherrimas
res cognos-
cimus.*

Penè alterum chaos videtur, mors. Sanè sine luce vivere nolle. Virtus que parens Sol, vtroque, calore scilicet & luce, ad generationem vitur,

*Accessu So-
lis omnia
vigent, re-
cessu tor-
pent.*

vt tu vis. Quod verò non ad corruptionem, ostendunt hæc eadem. Accedente ad nos Sole omnia reuiunt, renascuntur, pullulant, gerinant, frondescunt, florent, fructificant. Animalia frigore torpentina, & semicorrupta, omninoque corrumpta, si diutius absuisset astrum, à latitudi exeunt, ad motum promptiora fiunt, lœtantur, currunt, saltant, gestiunt, canunt, ad generantis astri aduentum apta generationi fiunt, in hanc lata feruntur. Denique ver & ætas generatio sunt, & vita. Ego tunc solum viuo. Abeunte autem à nobis dextro Dei oculo, (sic enim Sole libet vocare) omnia languent, torpenta, labuntur, pereunt. c. Quid autumnus & hyems nisi perpetua mors? Mortem frigidam, gelidam, rigidam, horridam, pallentem vocant poëtæ, & merito. Vitam contrâ floridam, virentem, vegetam. Mors à frigore est: vita à calore: calor à Sole,

*Ver &
ætas gene-
ratio sunt
& vita.
c Hyems &
autumnus
mors.*

Hic ergo perfectissimus omnium corporum, perfectissima omnium qualitate, calore, perfectissimam omnium actionum naturalium, generationem scilicet edit. Hæc de naturalibus. In voluntarijs autem, nonne pietate, sculptor, cythareodus, melius pinget, sculpet, pulsabit, si perfectioribus, quām si imperfectioribus vtantur medijs & instrumentis? An bene canet raucus, saltabit claudus, scribet qui inconciuam habet manum?

*Mors à fri-
gore: vita
à calore fit.
Generatio
perfectissi-
ma actio-
num natu-
ralium.*

Qua quidem manu quod perfectius à natura excogitari potuit instrumentum? Nullum sanè, vt optimè Gal. noster prolequitur. i. de Viu. Perfectissimum autem omnium animalium homo, ad perfectissimam inter cetera animalia opera edenda, perfectissimo etiam omnium egit instrumento. An si imperfectius fuisset istud, potuisset ille tam perfecta exequi munia, totque, quām exequitur. Non cogito, sed quorū tot? Huc, vt probemus omne perfectum producere perfectum, & vti per-

*Humanæ fecto ad eius productionem. Quid inde? Hoc, Humana anima perfe-
ctissima*

Etissima omnium Dei creaturarum, ad perfectissimam omnium, quas anima ad edere potest, actionum, perfectam scilicet cognitionem, perfectissimo cognitione eget corpore. Quid? dices: à corpore non pendet intellectio, nec ab eo perfectissimo modo iuuatur, sed solummodo ab animo perficitur. Hoc falsum est, ut alibi probauimus. Vanum est dicere, animum intelligere, ut & audire. Homo vtrumque agit: vtrobique corpore, & animo vteſis: & *Vanum est* quodcumque aliud cum vtroque simul exequens: nihilque, non vtroque *dicere animus* que fauente, conferente, agente: sed, si in dictis tuis consistas, id ipsum *mum intel-* probatur. Cur hic doctior, ille minùs? Animus æquè perfectus in *v-* *ligre.* troque. Ergo in corpore defectus, ut tu dicebas. Ergo doctior perfectior potitur corpore, quomodocumque illo vtatur, siue ad imaginandum, siue ad intelligendum. Ergo doctissimus perfectissimo. Ille autem est verè sciens. Quale autem sit perfectum corpus, diximus iam. Cùmque illud nusquam inueniatur, nusquam etiam perfecta cognitio, neque proinde scientia, quæ idem est. Sed dices forsan: ad intelligendum non egere nos brachijs & cruribus: proinde etsi illa defectuosa sint, modò cerebrum benè habeat, sufficere. At deciperis: si membra à primordijs generationis prædicta conformata sunt, defectus fuit aut in materia ex qua facta sunt, aut in virtute formatrice. Vtroque modo aliquod ex principibus membris, aut plura imperfecta sint necesse est. De materia non est dubium: ex eodem enim semine fiunt membra omnia. Virtus autem non debilis primò per se est: sed quia deficiunt spiritus, aut temperies, eius præcipua instrumenta. Quocumque autem horum deficiente, etiam in internis defectus est: sed et si solùm in externis esset, ab his internis communicaretur. Debilia enim extrema non perficiantur, retinent, coquunt, expellunt: vnde sanguis inficitur excrementis. Ab hoc spiritus, & membra interna: si post formatum perfectum corpus & natum, deformitas accidat: vel ab interna, vel ab externa causa accedit. Quomodocumque contingat, interna etiam eodem modo, quo si à primordijs euenerit, alterat, & à perfectione distracta. Denique perfectum corpus aut nusquam est: aut per momentum tantum durabit. Nullus ergo sciens. Nil scitur: sed dices forsan: etiam imperfectum corpus scientiis aptum esse. Videtur enim difficile creditu, nullum ex hominibus scientiis idoneum. Ego vero hoc, ut & plura alia, libens concedo. Non tamen quodcumque. Nam neque tu id vis: neque probaueris vñquam. Certo ergo quodam temperamento prædictum esse illud necesse est. Quale est illud? Forsan non dabis, sed esto, dederis. Hic nuper natus quot subit mutationes ab aëre, loco, motu, *Homo plus* cibo, doctrina? Cogita tutem. Si diues, deliciose tractatur, pingueſcit, res subit totus corporeus fit, ineptus ad studium. * Anima enim & corpus ut *mutationes* cumque contraria expetunt, per te, ut in Anima dicemus. Quin neque *Anima &* parentes cum studio & laboribus consumi permittunt: sed in corporis, *corpus ut-* & ad corporis cultum componunt omnia: de moribus solùm (& ð vti- *cumque cō-* nam) modicum solliciti. Et (ut hominum maior pars facit, & quidem *traria ex-* petunt.

Cur pauci student. natura ad hoc impellente) sanitati, & diuitijs, reliquisque, quæ vitam beatam efficere postulant, studere docent: vnde euenit ut tam paucis studio literarum incumbant, sed esto, permittant, & velint parentes: puer detrectat. Corpus enim otium semper expetit: labor nobis inimicus omnibus. Diuitiae reuocant animum, delitiae disturbant, pellicit mundus. Illéque sanè summus mihi est Apollo, qui, cùm huius seculi bonis

Omnes ad frui queat, his neglectis, rerum contemplationi se dedit, miserrima omnium status permutatione. Sed rara auis in terris. Omnes aut ad laudem, aut dignitates, aut diuitias: vix unus scientiam amplectitur propter seipsum: siveque tantum quisque laborat solum, quantum sufficiat ad acqui-

Egeni plurimi ad rendum finem, non scientia, sed ambitionis sua. Egeni autem ad studia litteras plurima aduolat, tristi principio, aduerso medio, turpi fine. Tristis enim egestas est, quæ impellit, eadem impedit: eadem satiata finit scientiam pauperis. Non enim amplius student, quam ut eam fugere valeant. Hinc illud: Ingenium voluntat, paupertas deprimit illud. Et illud: Divinum ingenium plena crumenam facit. Et ille: Quærenda pecunia primum est:

Psittaci Virtus post nummos, utque sine Cerere & Bacco friget Venus, sic Pal-

vino poto melius gar-

riunt. etiam hoines. Vnde, Fœundi calices quem non fecere dilectum?

Quid non tentare cogit fames? Quid plura refero? nunquam finem fa-

Studenti cerem, sit hæc conclusio. Studenti nullus finis esse debet aliis, quam

finis debet scire. Egeno verò hic aut non est, aut eò solum est, ut egestatem vitet.

esse, scire. Quare qui propter ventrem studebat solum, hoc replete obdormit, sci-

tiisque post tergum mittit, quibus non delestat, quia ineptus est illis:

si verò aptus deleatur, impedit egestas: & hoc miseradum. Quod si ad-

huc & diuitem, & pauperem omnia necessaria habere ad scientiam con-

tendas, & voluntatem non deesse, supponamus sic esse, vide quæ sequar-

tur difficultates. Incipiens vterque instruendus est. Quis enim tam i-

Nullus ex se doctus euadat. Atque quot miseria in instructione quam

pauci bonos nanciscuntur doctores! Hi vel propter præmij paruitatem,

vel ob desidiam, vel ob inualetudinem, vel ob egestatem, [cuiusdam pro-

vident, studio vacare nequeunt], vel ob inuidiam, vel ob metum, vel

ob superbiam, vel ob amorem, vel ob inimicitiam, vel ob discipulorum

ineptitudinem, (si talem de eis conceperint opinionem) vel [quod

omnium pessimum, magisque crebrum] ob inscitiam: hi, inquam, ob

hæc omnia, vel plura, aut veritatem, si nouerint ut cunque, celant, aut

falsa docent. Quo quid calamitosius tyroni euenire possit? a. Hic enim

credit, ut & conuenit, & necesse est incipienti: semelque ebi bitumero-

rem, vix unquam in posterum, quacunque ratione id coneris, deponere

potest. b. Tanta est recipiendi, retinendi que vis puerilibus annis: præci-

puè si præceptoris authoritas maxima fuerit. Vnde illud: Quo semel est

Indigna imbuta recens seruabit odorem Testa diu. Hinc illorum Avides erga tam il-

Philosopho liberum, indignumque Philosopho. Hac ratione, & ille cum incipiente

sententia. simplex paciscebatur præmium: cum eo autem qui sub alio didiscera-

Timoteus.

præceptore, duplum: cùm duplo etiā labore opus esset; altero ad
 eradicandum errorem, quem iam e liberat, ad seminandam veritatem
 altero. Hinc Philosophorum sectæ natæ sunt: illudque, Iurare in verba *Vnde Phi-*
losopheri. *Vnde tot tantaque effundunt: hic pro defensione huius: ille*
 contraria, ut expugnet: volumina implet de intelligendo præceptore: no-
 uas singunt, infinitasque explicaciones, intelligentias, distinctiones,
 que, quas nunquam ne somniauit quidem ille. Quinimò & tam stulti
 aliqui sunt, ut omnia, quæ ab hoc, vel illo authore tradita sunt, de-
 fendere se posse iactent: ad idque se parent nugis, tricisque adeo cir-
 cunseptis, & armati, ut venatorem dicas, qui retibus turdos, fictoque
 fibilo aucupari tenet. Quibus ipsimet irretiti, seipso explicare ne-
 queunt: sicque incedunt in foueam, quam alijs parabant: moreque
 Æsopici aucupis, dum columbo insidiantur, à columbro capiuntur. Et
 quemadmodum ij qui tormentis vtuntur bellicis, (hacquebutas, aut
 sclopetos vocant) dum, ut alii occidant, oculo admouentes vni, vt
 recta feratur glans, ignem pulueriummittunt, si obstructa nimis fuerit
 machina, contrarium experintur, quam volebant: recalcitrante scili-
 cet illa, caputque illis confringete. Sic hi dum alijs machinantur falsa,
 ipsi falsis inuoluuntur. Alij colligunt præcipua, Epitomesque fa-
 ciunt: Alij in tabulas digerunt, in capita, in libros, quæ ab alijs
 confusè scripta sunt. Alij contraria ampliant, addunt, extendunt,
 commentantur, & commentiuntur plurima. Alij superstitione, fatu-
 que pietate, dissidentes conciliare, in pacemque omnino bellantes re-
 digere conantur. Alij contraria eadem sentientes inimicos faciunt,
 dum diuersa scribere, & intelligere affirmant. Alij opus hoc illius
 esse asserunt. Alij contraria, sed alterius. In his autem omnibus
 probandis, quibus non vtuntur argumentis? quid non singunt? quid
 non tentant? quid non excruciantur? Si non sufficiant, falsa probabi-
 lia, vtuntur veris improbandis, contumeliis scilicet, inuenientiis, fa-
 mosis libellis iurgijs. Denique his non contenti, ad arma veniunt, vt
 quæ ratio non potuit, vis cogat, militum modo. Sic qui scientifici di-
 cuntur, bruta fiunt. An nos haec furor, & insania? Qui naturam in-
 uestigate dicuntur, nil minus quam id agunt: dum quid hic, illæue
 voluerit, non quid hoc, illudue in natura sit, digladiantur: totam-
 que in illis absunt vitam, similes cani, qui visam umbram in aqua
 carnis, quam ore ferebat, hac dimissâ sectatur irrito, inanique conatu:
 tauroque, qui hominem sectans, inuento huius pallio, in id sœvit,
 hominis amplius non sollicitus, immemorque, sic illi naturam quæ-
 rentes, ad homines se conuertunt, illam omnino relinquentes. Pro-
 inde nil ipsi scienti aliud, quam psittacorum more referre ea, quæ in
 alijs scripta inuenire, prorsus iguari eorum quæ proferunt. Et ho-
 rum quidem maxima in scientijs multitudine: qui autem naturam ipsam turam in se
 in se scrutetur, vix ullus aut saltē admodum pauci, quique apud illos contempla-
 tur.

Quisquè & vulgum indocti iudicantur. Nec mirum. Iudicat enim quisque pro natura sua reliquos. Sic doctus doctum iudicat, & laudat, quia per-
suare reliquos pit quæ dicit: indoctus negligit, quia non capit: contra extollit in-
dicat.

Simile simi tem, quia idem cum eo sentit: simile enim simili gaudet, dissimile re-
li gaudet. spuit. Sub quo cumque autem horum infelix iuuenis literas ebat, vt

Fœlix qui frequentius ebit (fœlicissimus enim ille est, qui sub experto magi-
probū nan- stro, veréque docto initiatus est, vt & rariſſimus) adūm est de eius
ciscitur do- scientia: niſi aliquo actus sydere resipſcat. Atque si ſemper ſub eodem
torem. ſtudeat doctore, (quod vix vñquam fieri potest) ſemper errabit, ſi ſe-
mel errauerit. Imò continuo magis errabit. Parvus enim error in prin-
cipio, magnus eſt in fine: & dato uno abſurdo, plurima ſequuntur. Quis
autem eſt: qui ſentet non erret? Aut quis qui ſentet erret? & Dubito an
ſemper non erremus. Quod si à pluribus doceatur, hoc opus, hic labo-
ratur.

A Fœlre ſe- - est. Pauci quos & equus amauit Iupiter, aut tardens euexit ad æthera iu-
per erra- dicium, dijs geniti, potuere ab erroribus ſe expedire: tenent media om-
nibus ſenient. nia ſylua difficultimæ. Dom diuersi hi perpetua contentione ſe agitant,
Vix duo in miſerum incipientis ingénium miſerè diſtrahunt, dilacerantque. Hic
omnibus conuenire vidit? Atqui maximum veritatis, proindeque &
conuenient. ſcientiæ alicuius, certitudinis indicium eſt doctorum concordantia.

Veritas ſemper ſibi Veritas enim ſemper ſibi conſtat. Contrà vero nil magis arguit incerti-
conſtat. tudinem ſcientiæ, quam diuerſitas opinionum artificum. Quod com-
mune eſt omnibus ſcientiæ cuiuslibet doctoribus: vt inde colligas etiam
quam parum certitudinis ſcientiis inſit nostris. Sic debilem tyruncu-
lum aduersi doctores trahunt in confuſionem, ambiguitatemque. Qui

Qui falſa ſubinde nescit quod ſe vērat: ſed prout illi videtur vel huic, vel illi ad-
aſtruunt hæret: ſapius decipienti. Hic enim plurimum garrit, vt moſ eſt illis
plurimum qui falſa aſtruunt: ſicque pauperem iuueniū ad ſe trahit, qui vi-
gariunt. viderem iudicat eum, qui magis clamauit. En tibi ſcientem. Sic multo tem-
pore in his versatur procellis: ſapius tota vita. Quod ſi ad methodum
docendi accedamus, non hīc erit minor difficultas, quinimo major:

Maxima ſiue eos, qui viua voce docent, ſpectes, ſiue qui scriptis. Eadem enim
utilitas di- vtriusque ratio. Porro maxima hinc diſcenſi accedit vel utilitas, ſi bona
ſc̄ti, ſi do- methodo vēatur doctor: vel difficultas, & dānum, ſi peruersa. Nihil
cens bona enim tantum in docendo momentū habet, quantum methodus: que
utatur me- subinde tam varia hominibus eſt: quam vti ſcire non minus laborio-
thodo.

Laboriosū ſum, ingenioque plenum eſt, quam vtile: nec minus rarum, quam ne-
eſt ſcire cessarium. Nullus proinde eſt qui huic plurimum non ſtudeat, infudet-
methodo que: paucique admodum, aut ferè nullus, qui vel ſcopum attigerit,
vti.

Pauci re- vel attigisse credatur. Cum enim ars infinita forſan ſit, vt iam dixi.
Ga vñntur mus, vita vero omnium breuiffima rerum, cui illam commenſu-
methodo. rare oportet vel docere, vel diſcere volenti, maximam nobis im-
ponit curam, conantibus ſcilicet infinitum finito metiri, & quod

Vnde ſcri- magis eſt, comprehendere: vnde tanta ſcriptorum varietas.

Quorum hic attem contrahere (cui vitam producere non licet , quod bentium
potius esset ; & necessarium) dum ntitur , longiorem efficit viam diffi- tanta di-
cilioremque breuitate , subindeque obscuritate sua (Nam obscurus fio uersitas .
dum breuis esse labore) tempus nobis absolumens , quod rebus intelligendis , non eius scriptis impendi deberet : capitaque rerum solūm no- Breuitas
bis deuotanda dat . Alter dum artem fusè , vt est , prodit , in primis con- obscurita-
senescit principijs , nōque cum illo . Hos qui impatientes laboris sunt ,
quique acutiore ingenio , damnant : quod pluribus verbis , quæ hi breui- tempatit .
bus perciperent , inculcent . Laudant verò morosi & rudes , quibus nihil
vnquam satis explanatum , illi contrà . Si quis medio scribat modo , (si
quis forsitan sit) ab his omnibus improbatur : & quod non sat breuis , &
quod iusto breuior . Medium enim utriusque extremo utcumque contra- Medium
rium est . Ab ijs solūm commendatur , qui medio etiam gaudent , & ipsi utrique ex-
mediocres . Hi rari admodum , sicut & pulchra omnia , incognitique . tremo ut-
Iam docti alij ab his iudicantur : ab illis contrà . Hic loquitur compiti ,
pulchréque : ille asperè , & rudè . Aliorum hic labores surripit , pro lusif- cumque eō-
que venditat , repetit alius integras suas paginas , sui immemor : hic om- trarium .
nia ubique miscet , & confundit , ille nuda omnia & indiscessa relinquit : Nullus vn-
garrulus hic , & sophista , ille seuerus , & grauis : hic nouorum inuentor quam om-
acutus , ille veterum assertor ineptus . Quid denique dicam ? Quis omnibus placuit vnquam ? Nec natura ipsa , vt quam quidam damnam , incre-
paréque ausi sunt . a. Tanta est in rebus varietas , vt natura in his lusisse cernatur , confusionéque nostra sibi placuisse videatur : vt nos eam hinc nibus pla-
inde quarentes , coram nobis existens deluderet , irrideretque . Nec in euit .
varijs solūm rebus varietas conspicitur . Idem homo modò vult , modò ^a Naturae
recusat : modò id afferit , tandem idem damnat : iam hoc profitetur , de confusione
quo si eum manè queras , non meminit amplius , nec meminisse vult , placuisse
sed & in hac cœli parte nunc vigent literæ , tandem omnimoda brutalitas . videtur .
Illic olim omnia ensis & arma , nunc nihil habes præter libros . Et quod
magis , hæc opinio nunc placet omnibus , hic Doctor in pretio est , manè
omnino aliter . Horum omnium exempla videbis si historias legas : ad Exempla
ducam tamen unum , alterumque . b. Quid olim Ægypto , Græci àque lu- successionis
culentius in literis ? Quid in idolis colendis fertilius ? Vbi illustriores rerum
viri , tum in scientijs quibuslibet , tum etiam armis ? Nunc verò nec ibi ^b Gracia
omnium inuenias , nec idolum , nec insignem virum . In Italia , Gallia , frisia
Hispania nec per somnum doctor erat : omnia Mercurius , & Iupiter . in litteris
Nunc hīc sedent Musæ , hīc habitat Christus . Iam in Indis quanta hu- & armis .
eusque regnauit ignorantia ? Iam nunc astutiores , religiosiores , doctio-
resque sensim nobis fiunt , sit hoc satis . Quid ergo faciet in tanta rerum
varietate : calamitosus inuenis ? Quem sequetur ? Cui credit ? Huic illi , Discens nō
nulli , sic ipse elegit , sic liber sit . Sin minus , vel totus huic , vel totus illi , alieni a-
vel totus nulli . Quod horum melius ? In omnibus fallacia & miseria . Si stringi de-
totus se dedat alicui seruus fit , non doctus : illiusque dogmata quo iure , btt .
quaque iniuria tuetur quantum potest , sic fit miles , qui ducem sequitur

quocumque trahat, ut pro eo pugnet: non memor amplius sui, cum eis que perit. Sic iuuenis noster, eiisque scientia perit, quoties se aliqui pertinaciter adneantur. Nec enim sine dispendio veritatis quis potest iuare in verba magistri. Quod si omnibus æquè credat, æquè nulli: ut ab omnibus exasperat, quæ sibi videantur, magis liberum hoc est: sed & difficile magis. Quanto enim iudicio eget qui horum lites dimittere conatur? Quisque pro se suas habet rationes, argumentaque, ut sibi videtur, inexpugnabilia. Neque tamen inter hos iudicium ferre sine iudicis periculo est: qui pro quocumque tulerit sententiam, pro eo sibi standum etiam proponat. Quod si male iudicauerit, sententia sua poenam feret. Ignorabit enim veritatem, sicut & alter pro quo male sententiam tulit, quod pessimum est. Sed & pro quocumque sententiam ferat cum eo contra alium semper illi pugnandum est: alio semper negocium facescente ambobus, nouaque fingente arma, quæ repellere necesse est. Sæpeque contingit, ut, quemadmodum in bello quis, quanquam æquitate, armis, & viribus maior hoste sit, arte tamen & astu circonuentus pereat: sic qui veritatem tenet, tuerisque, argumentis contrarijs obruatur: quibus cum resistere nequeat, animum despondet, veritatemque deserit, ut hosti se dedit. Hoc ut sæpe contingit, sic veritatem obfuscat, dum qui falsa adstruit acutus est, subtilisque. Et

*Sæpe quis
sophismate
deceptus
veritatem
deserit.*

*Quid proficit
syllogistica
scientia.*

id promouit ille syllogisticâ suâ scientiâ, in qua optima consequentia ex falso quandoque verum sequitur: sic verum nunc cum vero, nunc cum falso mixtum non discernitur: sed nunc verum falso appareat, nunc falso verum: sique qui melius retes syllogisticos extendere nouit, hic quod vult adstruit. Cumque ignari docendi essent veritatem, cauendumque omni modo ne deciperentur, præcipue quibus ei inueniendi non est potestas: ille contrâ eis insidias struere docuit, quibus veritatem, si eam vtcumque tenent, deserant: quam alias, nisi tellis his circumuenirentur, tenerent. Sic vidi ego quandoque garulum sophistam conantem persuadere ignaro cuiquam, album esse nigrum: cui hic: Ego non intelligo rationes tuas, quia non studui ut tu: bene tamen sentio, aliud esse album à nigro: argue tu modò quantumcumque volueris. Et sanè memini, dum Dialecticæ initiarer ferè puer, à proiectioribus ætate, & studio in certamen sæpe prouocatum, ut ingenij mei periculum facerent: qui subinde fallaces syllogismos mihi obijciebant: quorum ego fallaciam non videns, aliquando onere præmebar, falsaque concedebam, non tamen manifestè falsa: cum tamen manifestè falsa sequebantur: tunc cruciabar admodum, si statim defectum non ostendissem: nec quiescebam donec inuenissem. An non satius fuisset, tempus, quod in quærendo defectu syllogismi absumebam, in

*verbosior
doctior
apud Dia-
leccios.*

cognoscenda causa aliqua naturali dispendere? Denique apud hos doctior est syllogizantes ille doctior est, qui melius garrit: ille verum protulit, qui decipulam optimè construendo, socium, aut aduersarium vicit, eoque rededit, ut aut concederet infallibiles quas vocant consequen-

tias: (quas negare esset ridiculum , & impium : plenæ tamen sunt rimis , laqueisque quos qui non videt , ab eis captus cogitur dare manus , concederéque quod alter volebat , falsum licet) vel cum captum se videat , nec tamen dolus percipiat , ferè obmutescat . Hanc vocant scientiam syllogismorum doctrinam : qua nil ad scientias pernitosius .

Syllogistica

Quod ille ipse videns , cauillatoriam aliam scripsit , ut ab illorum deceptiōibus eriperemur : sic venenum bibendum dedit : postea alexipharmaco curare tentat , & ipso venenoſo . Sed fortius est primum : proinde que vincit plurimum , intermitte veritatem . Cui ut resistant posteri , quo commenti sunt conditiones ? quo alias fallacias ? quo lumina suppositionum , indissolubilium , exponibilium , obligationum , reflexionum , modalium ? Vide quanta subtilitas , & scientia , quanta eius vis . Iam altera Circe Dialectica est ; in asinos eos conuertit . Nil certius . Pontem struxere in medio scientiæ suæ , quem asinorum pōtem altera Cir vocant . An non digni sunt aeniā , propter præclarum inuentum ? Prope pontem iacent asini depicti , Circeas bibentes aquas : quibus inebriati , circa pontem perpetuò rudent . Mihiq[ue] ferè idem accidisset , ni Vlissis carminib[us] adiutus , incantantes vitassem pontis dominas Circeas syllogismorum figurās . Quid non cruciantur miseri asini illi profundiā antiqua habitatione ? Quibus modis Dialecticam suam Circem honorant , defendunt , laudant , depingunt : similes Aeneæ , qui fui oblitus , Italiæque quam petebat , omnino immemor , effeminatus , & vecors , lasciva indutus clamyde , Didoni factus in mancipium , huic totus studebat , hanc colebat vnam : quo usque à Mercurio monitus erubuit , cognovitque apertis oculis se miserè illaqueatum esse : depositaque statim femina , virum assumpit , deincepsque magnæ orbis partis factus est dominus , Virtute duce , comite Fortunā . Atque o vitam Mercurius ego essem nostris Aeneis , ut relictā infirmā , incantatricēque Dialecticā , ad naturam se conuerterent : fierent forsitan multi orbis domini . At ipsi nunc adhuc cæci perpetuò magis se illaqueant , ipsi met sibi laqueos parantes tot , ut nunquam legendi finem facias : quemadmodum nec ipfi vñquam scribendi finem faciunt , nouā quotidie ad apertā ruinā : simili veteris alicuius ædificij , lapsūmque minantis ratione , aut in arena , instabilique loco , & ex fragili materia conditi , cui perpetuò supponendi postes , admouendi lapides , calx , similiaque perpetuò eo hinc inde dehiscente . Sic continuò labante syllogistica doctrina (quæ nullo modo cōsistere potest , friuola , & inanis) cōtinuò etiā laborant eius incolæ , & artifices , ut ruinā impediāt . Atque hæc docent ad se venientes iuuenes : his cōfundūt eorū ingenia primū : his eos exercet . Res autem quærat quicunque velit . Sicque per manus curvit hæc pernities ab uno ad alium , ita ut tota vita nil scias . Sed dices forsitan : quid ergo , vñne imperatoris modo quæcumque dixeris rata esse sine ratione , & probatione , quod alienum iudicant omnes ? Nec id volo ; sed ostendam postea quomodo ratione , probationeque alia meliori , quam hac syllogistica ut possis . Iuuenis ergo noster , quem ad scientiā promouebamus ,

In libro

Modis scientiæ

di , docibi

eur quomo- in his difficultatibus quid faciat? Ijsdem se inuoluere, vt & ante eum
 do quid dis- præceptores eius fecere, id ipsamque eum docent: & ipse credit. Quid
 cutiatur si- enim, non credat artificem qui ad descendam artem ad eum venit?
 ne syllogi- Ergo qualis ille, talis hic: inscius ille, & hic quoque. a. Iam difficile ad-
 stica do- modum est semel ebibitum errorem vomere. Suppone tamen hunc iu-
 etrīna. a. Difficile dicio fretum suo: & postquam sub his longo tempore eorum didiscerit,
 est semel scientiam, videritque dissensiones in opinionibus, sententiam ferre vel-
 ebibitum le: quod vt rarum admodum inuentu, sic & scire cupienti utilissimum;
 errorem & omnino necessarium. Quantum id periculi habeat, ante ostendimus.
 vomere. Qui recte Nunc vero quantum difficultatis. Si recte ipse iudicatur sit, res de
 iudicare quibus inter eos lis est optimè consideret oportet: quod pauci faciunt.
 vult, res Pauci proinde sunt, qui quæ proferunt intelligent: qui tamen volumi-
 contemple- na implet aliorum laboribus: b. componunt authores, quos ipsi non
 tur. b. Quorun- intelligunt, proinde & sape male: iudicant de eorum controverfis, & id
 dam inep- quoque male. Intenti enim solùm authoribus dissidentibus, ab alijsque
 tia. mutuato hinc inde auxilio, vt vtentes Arist. testimonio, & aliorum, ex
 horum dogmatibus alia inferentes, & ex his alia: sic contra hunc vel il-
 lum sententiam proferunt: non ostendentes, sic rem se habere: sed sic
 videri Arist. sic illi, sic huic, sic colligi ex hoc theoremate, illoque. Quæ
 omnia forsan magis dubia sunt eo, de quo quæstio est. Sic ipsi dum iudi-
 cium ferre stultè conantur de alijs, iudicandi ipsimet veniunt, imò &
 Non quia condemnandi. Quid enim ad rem, quod hoc ille, vel hic dixerit? An
 aliquis di- propterea verum est? Non fieri potest. Omnium enim rerum principia
 xerit, verū essent at homi, aër, aqua, ignis, terra, materia, forma, priuatio, chaos, lis,
 id est. amicitia, magnum, paruum, æther, vnum, numerus: quæ omnia à diuer-
 sis rerum principia iudicantur.* Ergo verū dixit, non qui quod alter di-
 xerit, sed qui quod res est dixit. Cur ergo nobis tam obstinatè hunc, il-
 * Verū di- lūmne obiciunt, quem negasse impium, hereticumque, vt ipsi dicunt,
 xit qui ut res habet, sit? Atque &c. ille ipse dixit, (quod fatui isti authorumdoctores nō aduer-
 dixit. C. Arist. dixit, aut saltem fingunt se non aduertisse) Non propterea quod quis
 affimarit, vel negarit, sed quia in re sic, vel sic sit, propositio vera vel fal-
 fa est. Idem enim ipse olim expertus est in similibus fatuis, cùm Platoni
 aduersaretur, quod nos in his, cùm illi, & alijs. Quibus tamen respon-
 sum satis duxit hoc, quod amicus erat Plato, sed magis amica veritas.
 In Topicis. Et alibi, Authoritas, inquit, ab extrâ est parum habēs momenti. Sed vi-
 Quid Dia- deo quid ignaros hos tam obseruantes in præceptorem suum faciat. Nil
 lecticos in sciunt extra ipsum, omnia in isto, omnia ab isto: in re nihil vident. Proin-
 Arist. ob- de non mirum, si, cùm non habeant aliud, quo vel afferant quod volunt,
 seruantes fa- vel destruant quod tu vis, non mirum inquam, si stomachentur simplici,
 cit. Docti non negatione vieti. Docti autem cùm res in promptu habeant, quas negare
 egent au- non possunt ignari: nisi velint experiri an calidus sit ignis, si negent: non
 thoritati- egent authoritatibus. Res ergo contemplari oportet ei, qui aliquid scire
 bus.
 In rebus velit, iuuenique proinde nostro, sed an hoc facile? Heu! Nullibi tantus
 contéplan- labor: nullibi tanta ambiguitas: nullibi tam pauca scientia. Vidiſti iam
 anteā

anteà quantam in rebus diuersitas , quanta mutatio , quantam denique scire cupienti pariant difficultatem , inaccessumque videbisque clarius media . vbi res ipsas examinare aggressi fuerimus . Nunc vero prosequamur im- b Experi-
pedimenta ex parte discentis : sicque huius libelli finem faciemus . mentum fa-
a Duo sunt inuenienda veritatis media miseris humanis : quandoqui- ne iudicio
dem res per se scire non possunt , quas si intelligere , ut deberent , pos- stare nequit . c Experi-
sent , nullo alio indigerent medio : sed cum hoc nequeant , adiumenta mentu ubi
ignorantiae suæ adinuenere : quibus propterea nil magis sciunt , perfe- que falax .
ctè saltem , sed aliquid percipiunt , discuntque . b Ea verò sunt experi- d Iuuenis
mentum , iudiciumque . Quorum neutrum sine alio stare rectè potest : perfectum
quorūmque utrumque quomodo habendum , adhibendūmque sit , in experimētū
libello huic proximo , quem indies parturimus , latius declarabimus . e iudicū
Interim vide ex hoc Nihil sciri . c Experimentum fallax vbiique , diffici- babere non
léque est : quod etsi perfectè habeatur , solum quid extrinsecè fiat , o- potest .
stendit : naturas autem rerum nullo modo . Iudicium autem super ea c Id est iu-
quæ experimento comperta sunt , fit , quod proinde & de externis solū uenem , sa-
vtcumque fieri potest , & id adhuc malè : naturas autem retum ex con- pienie dis-
iectura tantum : quas quia ab experimento non habuit , nec ipsum quo- ficie est in-
que adipiscitur , sed quandoque contrarium aestimat . Vnde ergo scientia ? Ex his nulla . At non sunt alia . d Atque nec hæc perfecta habere po- uenire . Em-
test iuuenis noster . Nam , (vt omittam multa rectè habendi experimen- pedocli . &
ti impedimenta) quot experimenta habere potest iuuenis ? Sat pauca . e Experi-
Quomodo ergo super pauca rectè iudicium ferat ? Nullo modo . f Plu- mentū pla-
ra enim vidisse oportet , ante quām rectè quis iudicet : imò omnia , vt ra præter
initiò dicebamus : quando & omnia se inuicem tenent , nullūmque sine spem fateri
alio stare possit . Quod in causa est , vt qui hodie id opinabatur , manc cogit .
aliud iudicet : imò & quod nunquam putarat , fateatur . f Quis enim g Nō omnis
ante cognitum magnetem , torpedinem , echeneidem , talem illis vim attrahit à
tribuisset ? g Omnem attractionem dicebas à calido , à sicco , à vacuo , calido , sic-
aut melius ob eius metum . Quid de illis ? Quid de electro ? An à quo- co , vacuo .
libet horum ? Am putasses vñquam venenum veneno additum ho- h Quod v-
minem non interfectorum , imò potius liberaturum ? h Minimè num efficit ,
quidem , qui forsan ante experimentum asserebas , Quod vnum ef- melias
ficit , melius idem duo . i Cicuta
Afonium vxor : quæ virum veneno tollere conata , vt mortem ci- enecat , &
tius acceleraret , præparatae potionis hydrargirum admiscerit : quo à calidos ho-
mores liber ille evasit . Tertiaea etiam , & mithridatum ex vene minescitius
nis post experimentum composita , venenis obsistunt omnibus . i Quis frigidis .
credidisset & cicutam vino admixtam citius enecare , biliosoque Gal. 3. sim-
& calidos homines promptius quām frigidos ? Videtur enim quomodo pli . & Plut.
rationabile , vt à contraria qualitate potius impeditur eius actio . At amicum ab adulatore .
contrarium experimento appetat . Mores etiam apud Gal. k pī factu- discernas .
ros se credebant ; si vinum cui præfocata vipera fuerat , bibendum darer K. Lib. de
misero elephanticō , è vita ea ratione ablatus cum existimant es : quo subfigurat .
Empirica .

Gal. ibid. contrà (mirum) ille à tam saeuo morbo liber eusit. Ancilla etiam elephantici domini, qui eam deperibat, initum exhorrens, ei vinum viperæ infectum obtulit ; vt interficeret : quod vice versa sanitatem ei conciliavit. Dixislesne tu? Minimè. Multa ergo experientia & doctum, & prudentem hominem facit. Inde fit vt senes doctiores sint, saltem ratione experimenti : rebùsque humanis propterea gerendis accommodatores iuuenibus : à pluribùsque ea ratione gentibus maximo in honore habiti. Quibus, si etiam bonum adsit iudicium, merito committi possunt.

Senes ap- test reipub. administratio. Ut ergo huic obuient incommodo homines, *ti reipubl.* scilicet defectui experimenti, adiuenerunt scribendi rationem : vt qua *gubernante* hic, illéue expertus sit tota vita, & varijs locis, breui tempore alter dis-
Scriptu- re uilitas. cat : sìcque consultum est nostri sæculi hominibus, qui plurim vidas, acta, inuenta, expertaque pauca & mora perlegentes, aliquid de suo insuper addunt : hisque alijs : tum & de dubijs iudicium proferunt : itaque augetur ars : posteriorisque hac ratione comparantur pueri in collo Gi-

Rouissimi gantis existenti : nec immeritò : sed vt hæc via ad humanas res gerendas sunt tan- aliquid emolumenti videtur habere : nil tamen magis scientias iuuat. *quam pueri* Nam (vt omittam, libros non perpetuos esse, sicut nec & alias res, vt *in collo Gi-* gantis. qui omnino extirpentur bello, igne, incendia, nouitate aliarum opacio-

Libri nil num, tempore denique, & obliuione absumpti.) Sequitur statim tota *scientiam* difficultas, quam suprà in scribentibus ostendimus. Confusi, breves, *innant.* prolixii, totque, vt si centena millium centum viueres annorum, non sufficerent legendis omnibus : quique in pluribus mentiantur, sapissime gloriae causa, aut fulcienda opinionis. Statimque sequitur de intel-

ligendis eis quæstio, & quas nūc retulimus omnes. Ita vt dum aliquid scire querimus, ad homines conuersi, & eorum scripta, naturam dimittimus, insipientesque simus. Sed ponamus experta ab illis verè re-

Nil ad sci- ferri. Quid prodest mihi, alterum hæc, aut illa expertum fuisse, nisi hæc

entiam no- eadem ego ipse experiar? Fidem parient mihi illa, non scientiam. Pro-

gram pro- inde & maior literatorum numerus his temporibus fidelis quidem est,

sunt exper- non sciens : quippe qui ex libris quidquid habent hauriant, non adhi-

ta ab alijs.

Maior bito iudicio, rerumque experimento, vt decet : sed creditis his quæ litteratorum scripta inuenit, hisque suppositis, alijs atque alijs illatis, malè iacto numerus fundamento. Iuuenem ergo nostrum, si aliquid scire velit, perpetuo fideli est.

studere expedit, legere ea quæ ab omnibus dicta sunt, conferre expe-

riimento cum rebus usque ad extremum vitæ terminum. Quo vita ge-

nere quid miserius? Quid infelicius? At quid dixi vita genus? imo

mortis genus est : vt superius dicebam. Quem ergo vis tam calamitosæ

vitæ se submittere? Sunt tamen aliqui. Ex quibus sit iuuenis molter

studium unus. Hic quidem et si optimè constitutus perfecta fruatur sanitate,

mordi se- statim marecesset : consumptisque studendo corporis viribus, pluribus

quuntur, & conflictabitur morbis, aut morbosis affectionibus, grauedine, desylla-

antempefi- tione, arthritide, ventriculi imbecillitate, unde cruditates, deiecta ap-

ma mors. petentia, lienteria, obstrunctiones, præcipue lienis. Quid non patitur

qui studijs incumbit? Moritur intempestiuè tandem. Hæc autem mentem perturbant, affecta eius præcipua sede, cerebro scilicet: siue id per se primò, sive ab alio accidat. Quòd etsi his omnibus librum demus iuuenem nostrum: tamen melancholicus tandem fiet, quod quotidiana ostendit experientia. An hi omnes rectè iudicare possunt? Non videtur. Bonus enim iudex omni affectione carere debet. Sed etsi omnibus his care re demus iuuenem nostrum nunc, & in posterum (quod vix fieri posse existimo) an propterea aliquid sciet? Minime quidem. Nam & in eo continua mutatio est, quemadmodum & in omnibus alijs rebus.

Illa verò præcipua, ætatis scilicet: quum multum differat iuuenis à perfecto viro, hic à sene: & in quoquo horum magna sit etiam differentia principij, medij, finisque. Qui nunc iuuenis hoc iudicat, verūmque credit, modicūm vit reuocat, reprobatque: quod idem forsan cùm senex est iterum tenet, & tuetur: alias aliter, sibi nunquam constans. Nec ullus est qui si nunc opus aliquod edat, posteà palinodiam non recante, fateaturque, si probus est, se deceptum fuisse cùm iuuenis esset. Qui autem hoc nolunt propter ignominiam, etsi videant falsum afferuisse, vel forsan non videntes, sibi amore obfuscati, pertinaciter id defendunt, nihilque non explorant, vt se ab ignorantia, aut falsitatis notâ vindicente, maximo scientiarum incommodo: præcipue si hi subtile sint. Nec est aliquis qui, si opus emittere in lucem non velit tam citò, illius monito qui in nouem annos afferuare iubet, etsi centum annis integris corrigat, non semper aliquid addat, demat, mutet, innouetque: sic in æternum fakturus, si in æternū ipse quoque viueret. Vnde tanta va- rietas & inconstantia? Ab ignorantia sanè. Namque si perfectè ipsi sci- remus, quæ semel scribimus, nil posteà esset immutandum. Qua ergo ætate melius ille iudicat? Dices: in senectute. At rationabilius videtur in statu, in quo vigent omnia, quām in senectute, in qua languent omnia, quæque infantiæ comparatur: vnde illud, Maledicti pueri centum annorum, senesque propterea delirare communi dicuntur sermo- ne. Quid dices? Nec ipsem scit quando verum dicat, quum modò hoc, modò illud: utrobique tamen sibi credi velit. Præter has au- tem corporis mutationes, impediunt etiam veritatis cognitionem ani- mi affectiones. Diximus iam suprà in doctore. In discipulo non minus existimandum est. Amor, odium, inuidia, & reliqua quæ ibi numera- uiimus, obstant quominus bene iudicet. Quis autem est tam sui juris, qui aliquo illorum non teneatur? Nullus. Quòd si reliqua omnia eu- dat, illud minimè eudet saltem, sui scilicet amorem. Quis enim est qui non credat se verū dixisse, difficultatis nodum inuenisse, imò & rē opti- mè intelligere? Ut omittas quòd quisque reliquis doctiorē se, acutiore, perspicaciōrē, prudentiōrem sapientiōrem denique existimat. An verè? Ne- smo, vulgus ait, rectus iudex est in propria causa. quilibet autē propriā agit causā, dum vel verbo, vel scripto aliquid afferit. Nil ergo scimus, sed do-

Qui re-
det melan-
cholicus
tandem fit.
Bonū eis-
dex omnis
affectione
carere de-
bet.

Quotidie
sentiam
malamus.

Pertine-
cia scien-
tia inno-
ciens ma-

Ignoran-
tia sepe co-
git opinio-
nem mula-
re.

Qua eti-
am melius
iudicamus.

Animi
pathemata
veritatis
cognitionē
impedit.

Nullus est
qui aliqua
affectione
animi non
teneatur.

Quisque se
dolit putat
Nullus re-
tus index
in propriare

impossibile) omnibus his carere iudicem nostram. Nil magis scietis posterum : quanquam communi feratur sententia , perpetuo doctiores nos euadere. Contrarium enim omnino accedit ijs , qui perfecte res cognoscere student. Egoq; ante quam res considerare coepissem, doctior mihi videbar esse. Quæ enim à præceptoribus meis acceperam, firmè tenebam, per se & tamen me scire credebam , nil aliud scire esse putans, quæ plura vidisse, audisse, memoriæque tenuisse. Iuxta hoc dictum hunc, vel illum iudicabam, vt & alij : totum proinde me , vt & alios facere videbā huic scientiæ generi deuouebam, in hoc totus laborabam. Ut vero ad res me conuerti , tunc reiecta in totum priore fide , potius quæ scientiæ, eas examinare ceipi, ac si nunquam à quopiam dictum aliquid fuisset : quāmque ante scire mihi videbar, tam tunc ignorare, (contra-

Heraclit. Heraclit. post hanc autem omnia scire) & indies magis : eoque usque res ducta lib. 9. de est, vt nil sciri videam, vel sciri posse sperem : quoque magis rem contemplor, magis dubito. Quid enim non dubitabo si naturas rerum percipere, nosseque non possim ? à quibus vera scientia esse debet. Etenim videre magnetem facile est: sed quid is est ? cur trahit ferrum ? Hoc esset scire, si nosse possemus. Tamen qui magis scientes se dicunt, ab occulta proprietate id fieri respondent, idque scire esse: cum contrà verè

Dicere à nescire fit. Dicere à nescire fit. Quid enim differt si dicas, hoc sit mili occulta proprietate aut, hoc nescio à quo, aut quomodo fiat ? sic de pluribus alijs, quæ miscellata ali- nutum suo loco videbis. Quid si addas dubitationi de attractione ferri, qui d fieri illam, quomodo tactum ferrum ab eodem magnete secundum partem eti ignoran- eam lapidis, quæ Septentrionem respiciebat in natali suo, Septentrionem versus semper vertatur (quod nobis parua nauicula vniuersam circumdat) .

Magnes Magnes navigatio- cuire terram, certissimisque euentu inter medios fluctus cognosci- nem diri- v a i quod occupamus, portusque infallibili utilitate, ut illicque infalli- git. bilitate legere monstrauit) ad eamque magnetis partem, à qua tactum fuit, semper deuoluatur : contrariam autem fugiat. Quomodo non solum annulum unum, aut acum unam trahat, sed vis etiam per annulos, & acus transmissa usque ad plures diffundatur, quos omnes in aëre suspendat. Si denique, quare inunctus allio omnino langueat, trahendique vim amittat : cogeris cedere manus. Quod doctissimus quidam ex recentioribus facit etiam inuitus : insectiam nostram, non solum ubi de hoc agit magnete, sed & pluries alibi merito accusans. Iudex itaque noster quid hic agat, et si per centenos centum viuant annos ? pauca experietur, illaque male : peius iudicabit de his : nil omnino sciet. Sed et si plura videret, non tamen omnia posset, quod necesse est verè scienti. Illaque etiam plura in dubium veniret an optimè expertus esset. Si enim consulat alios de ijsdem rebus auctores differentes, aliud atque aliud expertos inueniet: quodque hic se expertum dicit, alter impossibile esse contendit, illumque in experientia deceptum esse pluribus rationibus hinc inde petitis ostendere conatur. Sic quo-

Scalig.

Dotores etiam circa experimen- ta diffen- tiunt. Scaliger. doctissimus quidam ex recentioribus facit etiam inuitus : insectiam nostram, non solum ubi de hoc agit magnete, sed & pluries alibi merito accusans. Iudex itaque noster quid hic agat, et si per centenos centum viuant annos ? pauca experietur, illaque male : peius iudicabit de his : nil omnino sciet. Sed et si plura videret, non tamen omnia posset, quod necesse est verè scienti. Illaque etiam plura in dubium veniret an optimè expertus esset. Si enim consulat alios de ijsdem rebus auctores differentes, aliud atque aliud expertos inueniet: quodque hic se expertum dicit, alter impossibile esse contendit, illumque in experientia deceptum esse pluribus rationibus hinc inde petitis ostendere conatur. Sic quo-


modo recte de obscuris iudicabit, siisque quæ sensu nullo modo capta-
ri possunt, quæ de his quæ sensu obiectiuntur, aut per eum cognosci
dilebent, dubius est? Quod si extra authores ad populum accedas, mi-
rum quanta varietas: nusquam concordia: omnino aduersantur in plu- Vulgus & plurimum
doctribus aduersatur Vox populi, vox Dei.
ribus ijs quæ in scientijs traduntur: sed, dices, hos ignaros esse, res non
perpendere, neque posse, crassos scilicet. At communiter dicitur, Vox
populi, vox Dei: difficilèque est intelligere, totum populum decipi:
Philosophum vnum verum dicere: præcipue si de rebus quæ in expe-
rientia potius consistunt, quæm iudicio, quæstio fit. Plura siquidè sunt
in quibus illis credendum est: ut in agricultura, nauigatione, merci-
monijs aliunde adiectis: cuiilibet denique in arte sua excellenti. Nam
& illud communi fertur voce, Doctior est quilibet, ignarus licet, in Doctior est
quilibet in
arte sua,
quocumque
sapiente in
aliena.
arte sua, quæm sapiens in aliena. Si ergo iudicium ferre velis inter hos,
Philosophosque, cùm videas difficultates quæ ab vtrorumque opinio-
nibus sequantur, noui quid excohitabis, (quod communiter fit:
nouarum enim rerum cupidi sumus) idque omnino verum esse af- Nova ap-
petimus.
Panci sunt
qui verum
tangant.
fetes, alia omnia falsa. Alius identidem idem facit: sicque ferè
omnes. Quis verum dixit? Te senem iam, dices, expertumque pluries.
At ut quideam fatear paucos esse qui rem attingant, sic illud quoque
durum videtur, tantam multitudinem decipi, te solum verum dicere.
Quid enim tu supra alios habes? Insuper, quæ longo tempore à pluri-
bus habitata sunt, confirmataque, maius in veritate videntur habere fun-
damentum, quæm quæ tu nunc profers noua. Et tamen, dices, plures
sunt errores qui longo durant tempore incogniti. Verum. At ego con-
trà: plura sunt vera longo tempore cognita, quæ tandem occultantur: il-
lis scilicet erroribus in medium adductis, adauictisque. Quid dicemus
de opinione tua noua? Vtrumque esse potest. Quod illud? Nescimus. re.
Quod si dicas antiquam esse etiam opinionem tuam, eo dicto, quod
Nihil dictum quin dictum prius: ostendásque veteres aliquos ante te
idem quod tu nunc dixisse: qui errorem tuerit idem dicit. Nulla enim Nihil dictum
quianum quin
dictum prius.
Nulla est
adeo stulta
opinio, quæ
fautores non
habeat.
est tam stulta opinio, quæ fautores non habeat. Hæc omnia contra me
etiam pugnant, qui, nil sciti, probare contendeo: cùm nunc omnes
alij aliter opinentur. Sunt tamen nihilominus pro me: cùm ex hoc ma-
nifestè colligatur, nil scihi. Scientia enim per te certa, infallibilis, æter-
naque esse debet. Quid ergo iudicabit de his miser senex, quantum-
cùmque cum expertum finges? Nil certi. Atque hucusque definitionis
nostræ partes duæ explanatae videntur, res scilicet, & cognoscens. Erat
autem alia, perfectè, Nec enim qualibet cognitio scientia est: nisi ve-
lis omnes scientes esse, tam doctos: quæm indoctos: & bellugas etiam.
Et quod perfecta esse debeat cognitio scientia, nulli dubium: quæ au-
tem illa sit, ubi, & in quo maximum. Sicut & alia, hoc etiam igno-
ratur. Forsan nullibi est: & hoc magis rationale. Diximus partim suprà:
Perfecta cognitio perfectum requirit cognoscentem, debitèque dispo-
sitam rem cognoscendam: quæ duo nusquam yidi. Si vidisti tu, scribe


*In natura
nihil per-
ficiuntur.* mihi. Nec hoc solum: sed an videris perfectum quid in natura. Illud autem requiri vidisti iam supra, nec proinde necesse est hic repetere. Hisque videtur exposita definitio nostra, subindique ostensum, quod nihil scitur. Reliquas huius rei probationes latius videbis in processu operum nostrorum, ubi id semper obiter monstrabimus: siquidem iam se extendisse plus satis videtur oratio, cui propterea finem demus. Ergo vidisti difficultates quae scientiam nobis adiungunt. Scio, plura forsitan non placebunt ex his quae hic dixi: sed nec dices, demonstrauit sciri. Saltem quantum potui clare, fideliter, & verè quid sentire exponui. Nec enim quod in alijs ego damno, ipse committere volui: ut rationibus a longè petitis, obscurioribus, & magis forsitan quæsito dubijs, intentum probarem. Mihi namque in animo est firmam, & faciliem quantum possim scientiam fundare: non verò chimæris & fictionibus à rei veritate alienis, quæque ad ostendendam solum scribentis ingenij subtilitatem, non ad docendas res comparatae sunt, plenam. Nam nec mihi desunt subtilitates, ingoniosaque figmenta, quemadmodum & alijs: & si his contentus esset animus, plura illis habeo. Sed cum hæc à rebus multum separantur, remoueanturque, animum potius decipiunt, quam informent, & in facta à veris transferunt. Hoc ego non scientiam voco: sed imposturam, somnium, simile his quæ ab agyntis & circulatoribus fiunt. Tuum nunc erit iudicare de his: quæque bona videbuntur, amico corde excipere: quæ secus, non hostiliter lacrare: impium enim esset prodesse conanti, plagas infligere. Exerce te. Si aliquid scis, doce me: gratias enim habeo tibi plures. Interim nos ad res examinandas accingentes, an aliquid sciatur, & quomodo, libello alio præponemus: quo methodum sciendi, quantum fragilitas humana patitur, exponemus. **V A L E.**

*Quæ docentur non plus habent virium,
quam ab eo qui docetur
accipiunt.*

Q V I D?

F I N I S.





INDEX RERVM, QVÆ
in hoc opere continentur.

A.

- A**bdominis musculi, 874.
Annularis musculus dictus qui terminat intestina, 887.
Aconitum venenum initio as-
sumptum dulcescit, tandem fit ama-
rum, 284.
ad **A**conitum laudatur potio facta ex ter-
ra Lemnia, ibid.
ad **A**conitum vomitus & clysmata pre-
scribuntur, ibid.
Actionum principum lesionis causa, 790.
Adeps seu pinguedo est substantia aërea
pinguis, è tennissimâ sanguinis substan-
tiâ frigore concreta, 863.
Adeps à seuo sine axungia differt, quod
adeps sit humidior, seuum vero sic-
cissus, ibid.
Adipis usus est calorem nostrum souere,
& ab externis iniurijs vindicare, ibid.
Agaricis electio, 444.
Aloë est medicamentum quod ob amari-
tudinem bibi non potest, 320.
Aloë præci pùe sumenda est ante cæ-
nam, ibid.
Aloës species celebris est succotrina ani he-
patica, ibid.
Aloës electio & preparatio, 437.
Ammonites serpens est valde noxius à
circuforaneis dicitur. Aspido del cor-
no, 302. intra tres horas perimit, ib. in
- A**mmonitide eadem remedia prosumt
que in morsu viperæ, ibid.
Anacardium est venenum quod potum
febrem & paralysim inducit, 283.
ad **A**nacardia prescribuntur res pingue
& oleagineæ, ibid.
Angina, & eius remedia, 512.
Apepsia est quando non omnino fit coctio
in ventriculo, 795.
Apoplexia est suffocatio caloris natiui in
cerebro precipue, 16.
Apoplexia signa ex fterore & casu
agri, ibid.
Apoplexia ut plurimum proclini pituitosæ
& pingues, ibid.
Apoplexia in paralysim plerumque desi-
nit, 17.
Apoplexia fortis incurabilis, ibid.
Apoplexia venæ sectione malleoli aut poplitis
non probatur, neque errhina, neque
masticatoria, ibid.
Apozemata sunt decelta ad preparandos,
vel ad eyciendos humores, 389.
Apozematum nullus usus in Hispania,
nec in Italia, nec eorum usus valido
commodius, 390.
Apozemata antiqui ex unius simplicie
medicamenti decocto parabant, ibid. ex
medicamentis minime cōtrarijs & pau-
cissimis parari debent: & vel sunt at-
tenuantia, vel incrassantia: denique co-
quuntur ad syrapi consistentia aliquando

I N D E X.

- qua ideo vocantur syrapi magistrales, 391.
- Appetentia deicta curatur iisdem remedijs quibus ceteri morbi stomachi, 98.*
- In appetentia deicta ieiunum & labor prescribitur, nisi causa sit morbus longus, inedia, modestia, aut senium, ibid.*
- Appetentia canina ut plurimum procedit a nimio frigore externo, 104. Aliquando fit a verme late cibum omnem depascente, ibid.*
- Appetentia canina prodest vinum Hippocraticum dictum 105. & aquavitæ, 106. In appetentia canina vel bovina cibandi sunt agri pinguis insculis, & carnibus, ibid. eadem etiam remedia bovine appetentia conueniunt quæ caninae, ibid.*
- Aqua vita ulceri instillata putredinem coercet, 364.*
- Aqua pro facie initore, 367.*
- Ardor febrilis est incendium maximū toto corpore sparsum, vires deiciens, & habitum resoluens, 270. Ad ardorem icorū & cordi erythema admoventur, 271. Ad eundem ardorem conceditur ex interuallis larga frigida potio, ibid.*
- In ardore febrili aeger a somno arctetur, ibidem.*
- Argenti spuma est venenum quod gravitatem ventri & tormiua conciliat, 291.*
- Ad dolorem argenti spuma nihil praestantium latte, ibid.*
- Argentum viuum eadem symptomata inducit que argenti spuma, iisdemque remedijs curatur, ibid. Ad argenium viuum prodest vomitus, clysteres pingues, olei balneum ad ventriculū usque, ibid.*
- Argenti viui antidotum est corallum rubrum pulueratum ex vino potum, ibid.*
- Arteria definitur vas concanum quo spiritus vitalis sanguisque tenuissimus constringitur, 905.*
- Arteria ab Hippocrate vena pulsantu vocantur, ibid.*
- Arteria duplice tunica constat: quarum una exterior est vena similis, interior vero exteriorem crassitie quintuplo excedit, ibid.*
- Arteria duplice motu mouentur, qui vocantur sistole, & diastole, ibid.*
- Arteria sunt pauciores venis, & sub his posita, 906.*
- Arteriarum nomina pauca sunt ut arteria Aorta, arteria que vena jugularibus respondent, ibid.*
- Arteriotomia est remedium olim vulgarissimum, 6.*
- Ascaridum signum est perpetui in ano pruriuit & egerendi cupiditas, 132.*
- Ascaridibus eadem remedia conueniunt quæ in alijs vermis prascribuntur.*
- Aspera arteria est canalis per quem aer attrahitur in cor, 928.*
- Aspera arteria cartilaginosa est condita, ne aeris attractionem impediret & ne concideret, ibid.*
- Aspera arteria duæ sunt tunica; externa, & interna: externa eam totam reliquis partibus connectit; at internalis est & humore quodam aspersa, ibid.*
- Aspis serpens in plures species dividitur, 304.*
- Aspidis species Phthysa dicta, noxia solo sputo, ibid.*
- Aspidis alia species Chersia vocata, hoc est terrestris, ibid. alia Chelidonia dicta, hoc est hirundini similis, & ea est maxime noxia, ibid.*
- Aspidis mortui prestantissimus acer- rimi potus, ibid.*
- Attractricis facultatis ventriculi symptomatum causa, 795.*
- Auditus lossi causa, 765.*
- Annum tinnitus, & eius remedia, 47.*

INDEX.

B.

- B**Alanus & Nodulus quid, 404.
 Basiliscum visu aut sono necare incertum est, 304.
 Basilisco similis cura cum aspide & alijs serpentibus, ibid.
 Bolus aut Boli quid sint, & ad quid dentur, 397.
 Brachialis & radix musculi, 884.
 Brachij musculi, 870.
 Buprestis est animal venenatum Cantharidibus simile, 282.
 Buprestidis symptomata sunt dolor vehementes, & tumor corporis ut in hydrope, ibid.
 Buprestidis curatio similis est ac Cantharidum, nisi rurum per vomitus, & clysteres, & similia antidota, ibid.
 Buccarum & laborum musculi sunt octo ad diuersos motus edendos, 865.

C.

- C**ecilia & Amphisbana idem sunt, 302.
 Ceciliam falsum est esse bicipitem, sed delusos homines ob vernum terrestrium similitudinem, ibid.
 Canina & bouina appetentia differentia, 104.
 Canis rabidi morsus est venenatus quemadmodum muli, lupi, vulpis, mustele, viuerrae, martis, & simile, 294. Canis rabidi signa, ibid. A cane rabido demorsit etiam post septennium malum siccere, ibid. Canis rabidi morsus remedia, ibid. & sequit.
 Cantharides venenum notissimum, ab ore ad vesicam discrucians, 281.
 Cantharides pice aut cedriam sapient, ib.
 Cantharidibus sumptis lotium cum sanguine mittitur, ibid.

- Cantharidum remedia, ibid.
 Cantharides non debent dari in coitus impotentia, 200.
 Capitis musculi, 871.
 Capitis dolor vehementes dicitur Cephalaa si din durauerit, 3.
 Capitis dolor qui medianam partem occupat, Hemicrania vocatur, ibid.
 Capitis doloris causa multiplices, 4.
 Capitis dolori urgenti & pertinaci nullum praesentius remedium venaectione, 5.
 In vehementi capitis dolore utendum narcoticis sed cum praecautione, & formidine, 6. In dolore capitis vehementi usus arterotomia obsoleuit, ibid.
 Capitis dolori nec causticum potentiale nec trepanum conductis, 7.
 Cardiaca potio, 385.
 Carpasi succus quid, ibid.
 Carus est affectio lethargo similis, in eo differens quod à siccitate & frigiditate proueniat, 13.
 Cassie fistula purgatricis inuentum est Arrabum, & est morosiorum remedium, 321. Cassie fistula electio & preparatio, 440.
 Castoreum vetus & putredine nigrum ingestum maniam inducit, & uno die perimit, 290. Castorei curatio, & eius antidotum, ibid.
 Catharrus est fluxus humorum, in quamcumque partem defluant, 30.
 Catharri capitis causa externe, ibid.
 Catharri capitis signa, curatio, & remedia, 31. & sequ.
 Cataphora tantum denotat magnam insomnum propensionem, 13.
 Cati cerebrum comedū quid operetur, 290. eiusdem pilis & respiratio, ibid.
 Catoche siue Catalepsis est affectio in qua corpus toto accessionis tempore eā figurā rigidum perstat, 13.
 Causa continens in solutione continni est

I N D E X.

- ipsa continui solutio,* 720.
Causam continentem non esse in fluxu por-
petuò, sed habere firmitatem contra
Ioubertum, 722. & sequ.
Causa quinque angenda caliditatis in cor-
poribus nostris, 225. & sequ.
Causon est febris ardens à bile circa ali-
quam nobilem partem putrescente, 234.
Causon est etiam febris continua quolibet
die tertio invadens & exacerbans, ibid.
Causonis symptomata incendium magnū,
inquietudo, delirium, icteritum, hypo-
thimia, vomitus, & alii fluxus cum
pulsu paruo, ibid.
Causon nunquam sine hepatis noxa, ibid.
Causonis causa bilis flava in maioribus
vasis putrescens, ibid.
Causone babito rigor superueniens morbi
solutio, ibid.
Causoni curatio ex sanguinis missione, 235
Causone laborans lenibus catharticis pur-
gandus, ibid.
Causoni iulepi conueniunt ad coctionem &
temperacionem humorum; ideoque fri-
gidi iulepi debent prescribi, ibid.
Causone laboranti conueniunt alimenta
frigida & humida, ibid.
Causoni Trallianus pepones suo experime-
to proficere testatur, ibid.
Causonem vomitus, sudor, & electio citò
curant sapissime, ibid.
Causone laboranti frigide potio vilissima,
236.
Causonis febris species quedam falsa dicta
ex pituita salsa, que non tam acria sym-
ptomata affert, quam vera & mitiora
remedia exigit, ibid.
Cenchrus morsum affert similem viperino,
& corpus habet maculis milio similibus
respersum, 304.
Cerastes serpens in Africa sola nascitur,
cuius morsus symptomata affert, similia
viperae, eademque illi remedia conne-
nunt, ibid.
Cerebri quatuor ventriculi, 938.
Cerebri fornix in eiusdem ventriculi, 939.
Cerebri glans, 940.
Cerebri testes & nates, ibid.
Cerebri pelvis seu infundibulum, 941.
Cerni cauda e suis venenatus, ad quem post
vomitum smaragdi puluis ex vino in-
uat, 290.
Cerusa sumpta palatum & reliqua vicina
ori candore inficit, 248.
Cerusa symptomata singultus, tussis, &
lingua ariditas, cum torpore membro-
rum, ibid.
Cerusa veneno oua columbina prescribu-
tur, & vinum album largius sum-
ptum, ibid.
Chameleon est venenum de genere stirpium,
curatur instar fungi, 288.
Cholera definitur maxima ventriculi con-
turbatio qua sursum & deorsum multa
continuò reiciuntur, 108.
Cholera siccararò inueniunt, ibid.
Cholera sepe uno die interficit, ibid.
Choleræ cause humorum corruptorum co-
pia, vel ciborum crudorum ingestio ni-
mia, ibid.
Choleram aliquando humoris concitati per
iram attulerunt, ibid.
Cholera symptomata, ibid.
Cholera morbo post vomitum repressum
conuenit admouere remedia que conne-
nunt Diarrhoea, 110.
Coitus impotentia quid sit, 197. eius cau-
sa & plurimum ex frigida intemperie
partium que valent ad coitum, vel vi-
tius corporis nativa vel aduenitaria, ibd.
Coitui impotentia ob metum, verecundiam,
& similes causas non ponitur in morbis,
cum post modicum euaneat, ibid.
Coitus impotentie conducunt extremita &
vigilie modice, ibid.
Coitus impotentia laborantes abstineant à

I N D E X.

- piscibus, & herbis frigefacientibus, 198.
 vitanda etiam studia, mœrores, & ne-
 gotia, ibid.
Coitus impotentia ex lue venerea prouenienti conueniunt Guaiacum, salsa pa-
rilia, & China, 199.
Coitus impotentia lenienda parum profundit
carnes scincorum, testes vulpium, virge-
cerui vel tauri, aut carnes lutre, 200.
Coitus impotentia non debent prescribi
Cantharides, ibid. nec euphorbium, sed
pudenda illinuntur zibeto solo aut oleis
calefacentibus, ibid.
Colicus dolor est intestini sic vocati dolor
atrocissimum ut perforari videatur, 121.
Colici doloris causa est intemperies frigi-
da, simplex vel cum materia qua est pi-
tuita vitrea, vel viscida, ibid.
Colicum dolorem possunt vermes gignere,
ibid. eundem etiam inducunt excremē-
 ta crassa & dura, ibid.
Colici doloris signa sunt dolor circa renes,
 & suppressio vesica cum vomitu, anxie-
 tate, & lypothimis, 122.
Colici doloris cum Iliaco differentia est
 quod Colicus ad latera tendit, Iliacus
 ad umbilicum, ibid.
Colicus dolor distinguitur à renum dolore
 ex loco qui interdum ad vreteres & pu-
 bem descendit, ibid.
Colicus dolor interdum flatus in sui causa
 admittit, ibid.
Colici doloris medela precipua in clysmatis,
 balanis, & similibus pituitam dis-
 cutientibus, ibid. in Colico dolore vietus
 parcissimus & liquidus conuenit, ibid.
Colici doloris curatio potus ex vino ge-
 neroſo niſi febris adſit, ibid.
Colico dolori cinis intestinorum lupi mirè
 prodeſt, 125. Ad Colicum dolorem ster-
 cus lupi, cornu cerui, mentha viridis no-
 alia vi pollet quam exſiccante & calefa-
 ciente, ibid. Ad eundem dolorem pro-
 pinatur Castoreū cum vino, & iniicitur
 in clysmate, ibid.
Colocynthidis electio, 444.
Coma est affectio cerebri in ſomnum impel-
 lens, proueniens ex irrigatione pituita
 per totum cerebrum: quandoque à ſolis
 vaporibus idem cerebrum occupanti-
 bus, 13.
Coma vigil est ſopor vigilans cum ēger nō
 potest apertis oculis vigilare, nec dor-
 mire clauſis, ibid. Hæc affectio prouenit
 à pituitos biliosoque humore ut pa-
 rum differat à mixtione lethargi &
 phrenitidis, ibid.
Compositiones Medici antiqui non admo-
 dum usurparunt, quod adhuc hodierno
 die in Turcarum ditione obſeruatur,
449.
Compositionis bifariam ſumitur & pro mix-
 tione, & pro mixto ex medicamentis
 censignato, 450.
Compositiones vel ſunt externa, vel inter-
 ne; vel liquide, vel ſolidæ, 451.
Compositiones magis longo uſu & expe-
 riētiā, quam praeceptis addiscuntur, 452.
Conuulfio quid sit, 24.
Conuulfio à ſiccitate eſt incurabilis, ibid.
Conuulsionis curatio, ibid.
Conuulsionibus non conuenire balnea ex
 aqua frigida contra Hipp. 25.
Conuulfio eſt neruosi & membranosi cor-
 poris contractio, 780.
Conuulsionis cauſe ſunt plenitudo & ina-
 nitio, ibid.
Conuulsionem prouenire à ſiccitate contra
 Argenterium, 781.
Cordis tremor aut palpitatio cordis dicitur
 cum cor aperiē, frequenter, & fortiter
 peſtus pulſat ſine manifeſta cauſa, 81. eſt
 etiam deprauatus cordis motus quo ſe
 noxiā aliquā liberare conatur, ibid.
Cordis tremoris cauſa eſt continua vel in-
 termittens, in ipſo corde vel aliunde ad-

I N D E X.

- ueniens ex partibus preserium inferioribus, sus humores morbificos; 607.
ibid.
Cordis tremoris causa continua est viplurim tuberculum aut abscessus, aue similes affectiones in partibus que sunt circa cor, *ibid.*
Cordis tremor est morbus lethalis ut plurimum, 82.
Cordis tremori si à veneno excitetur conuenit usus alexipharmacorum, *ibid.*
Cordis tremor prohibet usum leguminum, *ibidem.*
Cordis tremori conuenit provocatio euacuationum assuetarum, *ibid.*
Cor est caloris vitalis fons, arteriarumque principium, 930.
Cordis sinus in medio thoracis, *ibid.*
Cordis figura sphærica ad securitatem, *ibid.*
Cor pinguedine est exornatum ne flagret, *ibidem.*
Cor homini maximum pro proportione corporis, *ibid.*
Cordis substantia durissima, & omni fibrarum genere ornata, ut fibras ab initio diuellere non possis, 931.
Cordis caro propriâ temperie donatur ad spirituum formationem, *ibid.*
Cordis caloris sotum seruat vena coronalis, & dug arterię Coronales dicit&e; *ibid.*
Cordis sensum nervulus obscurus conservat, *ibid.*
Cordi duo sunt ventriculi quorum dexter est maior, *ibid.*
Cordis quatuor sunt vasā, 932.
Cordis arterię magnę orificio vincere amplitudine reliqua orificia vasorum cordis falsum est contra Galenum, *ibid.*
Cordis duas auriculę, 933. Quae sunt maiiores in pueris quam in grandioribus, ib.
Cranium humanum non aliā qualitate videtur ad Epilepsiam valere quam excassante ut cineres omnes, 22.
Crisis est quoddam naturę duellum aduer- *sus* *Crises* *euenu pugnē nature cum morbo omne prasagiu de morbo statuitur,* 608.
Crises futuras preuidere ad medici commendationem attinet, *ibid.*
Crises numerorum observationis desiderat ex Pythagora, 610.
Criticorum numerorum doctrinā Pythagoricam falsam esse declarat Galenus, 611.
in Crisisbus septimi diei virtus precipua ab antiquis est observata: sexi vero dñi lubrica & infida fides à Galeno statuitur, 612.
Crisium finis & morborum verè acutorum dies decimus-quartus, *ibid.*
Crisium doctrinā quatenus Galenus à luna derivat, improbata, & clarè eversa multis rationibus, 613. & seq.
Crisis pro anxietate sumitur que morborū mutationem praeditis, 618.
Crisis pro morbi solutione sive ad mortem, sive ad salutem; sive paulatim, sive subito fiat, *ibid.*
in Crisisbus fidissimum semper coctionis sanguinem: cruditatis verò infidum, ex quo rum altero omnis prognostici ratio dependet, 647.
Crises impropre dicuntur permutationes quae in febribus Ephemeris & Eclipsis fiunt, 662.
Criseos instantis signa traduntur, 663. & seq. copiose.
Crisis quibus modis futura sit declaratur, 669. & seq.
Criticorum dierum natura & causa, 673. & seq.
Crises malae quibus modis dignoscantur, 678.
Crisium doctrinā mirabilis in Galeno, quā imitandus proponitur, 674.
Criseos cuiusque speciei signa propria proponuntur, 680.

I N D E X.

<i>Crisum futurarum predicationes,</i>	671.	<i>lanum manicum appellatum,</i>	283.
<i>Cubiti musculi,</i>	885.	<i>Dorycium lactis saporem refert,</i>	ibid.
<i>Cutis est totius corporis indumentum &</i> <i>omnium partium temperatissima,</i>	863.	<i>Dorycium curatio,</i>	ibid.
<i>Cutis pernia poris ad excrementorum ex-</i> <i>pulsionem, capillorum productionem, &</i> <i>perspirationem,</i>	ibid.	<i>Drymus serpens,</i>	303.
<i>Cuticula toti cuius circumtenditur,</i>	ibid.	<i>Dysenteria est alii fluor eum sanguine, v-</i> <i>tri dolore, & febre ab ulcere intestino-</i> <i>rum,</i>	114.
D.		<i>Dysenterie causa,</i>	ibid.
<i>Dabete matula hydrops appellatur, &</i> <i>definitur urinę profluum cū siti</i>		<i>Dysenteria lethalis si vera sit & tenuia</i>	
<i>inexpleibili,</i>	184.	<i>occupat intestina;</i>	115.
<i>Diabetis causa à Galeno refunditur in fa-</i> <i>cultatem rerum tractricem, & reten-</i> <i>tricis imbecillitatem à calida rerum in-</i> <i>temperie,</i>	185.	<i>Dysenterig curatio,</i>	ibid.
<i>Diabeten nunquam se visum testatur au-</i> <i>thor,</i>	ibid.	<i>Dysenteria narcoica sunt suspecta,</i>	116.
<i>Diarrea est alii profluum,</i>	110.	<i>Dysenteria non conueniunt clysteres ex</i>	
<i>Diarrea causa vomitus & tussis,</i>	784.	<i>Ægyptiaco & muria,</i>	ibid.
<i>Diarrea differt à Dysenteria & Lien-</i> <i>teria,</i>	110.	<i>Dysenteria non admittit venaectionem,</i>	
<i>Diarrea causes,</i>	111.	<i>nisi sit plethoricus,</i>	ibid.
<i>Diarrea curatio,</i>	112.	<i>Dysenteriam superiorum intestinorum ore</i>	
<i>Diarrea qua à frigida & humida ventri-</i> <i>culi intemperie pender,</i>	113.	<i>assumpta magis oppugnant,</i>	ibid.
<i>Diarrea ad motus symptomaticos intesti-</i> <i>norum revocatur,</i>	784.	E.	
<i>Dispñæ remedia,</i>	54.	<i>Electarium solidorum examen,</i>	578.
<i>Divinatio quid sit. Philosophicis,</i>	46.	<i>Electarium de succo rosarum,</i>	ibid.
<i>Divinationis duo genera, naturale & ar-</i> <i>tificiale. Philos.</i>	48.	<i>Electarium Diacartami,</i>	579.
<i>Divinatio por insomnia. Phil.</i>	57.	<i>Electarium de Citro,</i>	580.
<i>Divinatio per Daemones. Phil.</i>	60.	<i>Electarium Diarrhodon,</i>	ibid.
<i>Divinationis fundamenta euertuntur con-</i> <i>tra Cardanum. Phil.</i>	63. & seq.	<i>Electarium aromaticum rosatum,</i>	581.
<i>Divinationis ars commentitia & fallax.</i>		<i>Electarium de Gemmis,</i>	582.
<i>Phil.</i>	76.	<i>Electarium de Hyacintho,</i>	ibid.
<i>Doloris cause,</i>	770.	<i>Electarium letitiae Galeni,</i>	583.
<i>Dorsi musculi,</i>	887.	<i>Electarium Diathamaron,</i>	584.
<i>Dorycium de genere venenatorum est so-</i>		<i>Electarium Diamoschi dulce & amarum,</i>	
		<i>585.</i>	
		<i>Electio medicamentorum usurpatur præ-</i>	
		<i>cipue à Pharmacoëis,</i>	418.
		<i>Electio medicamentorum à quibus fiat,</i>	420.
		<i>Electio medicamentorum à Substantia, se-</i>	
		<i>cundum levitatem & grauitatem,</i>	421.
		<i>Electio à temperamento & tactilibus quo-</i>	
		<i>litatibus,</i>	425.
		<i>Electio ab odore & sapore,</i>	426.
		<i>Electio à calore & tempore,</i>	428.
		<i>Electio à natali loco, vicinia, numero, &</i>	

I N D E X.

- magnitudine, 430.
Elleborismus est elleborus preparatus, & incoccus in raphano, in insculo prepingui, 23.
Empyema definitur collectio puris in thorace, quae affectio à peripneumonia & pleurite ortu ut plurimum trahit, 78.
Empyicis pus collectum est inter thoracem & palmones, ibid.
Empyematis incipientis signa, tussis frequens, febris lenta, & difficultas anhelitus cum macie totius corporis, & tandem unguis recurui, quae symptomata conueniunt etiam in morbo progreso, ib.
Empyematis curatio sita est in optimo visetu, leuibus purgationibus iteratis, & remedijs expectorantibus. Addunt nonnulli vstitutionem cum Hippocrate, 79.
Empyemati valde auxiliatur tremor hordei, amigdalatum, lac asinimum, 80.
Empyemati vstio minus conuenit ob cruditatem, ibid.
Ephemera est febris in spiritibus residens, que vi plurimum terminatur intra vingtiquatuor horas, 229.
Ephemera signa sunt calor suavis, rigor nullus, pulsus magni & celeres cum tarda sistole, declinatio cum sudore suani, ibidem.
Ephemerum venenum dictum quod uno die interficiat, eiusdem symptomata & remedia, 283.
Ephemere curatio per contraria procuratur cum sint eius causae multiplices, 230.
Epiala febris est à pituita vitrea putrente cum in qualibet parte sentitur calor & frigus, 245.
Epilepsia est affectio in qua omnes sensus interni & externi concidunt, cum universalis conuulsione totius corporis, 21.
Epilepsie causa à tenui & flatuoso humore putrido & venenato, vel ab humore in cerebro stabulante, ibid.
Epilepsie venientis signa sunt oscitatio, capitis dolor, aurium tinnitus, torpor, obtenebratio cum principio conuulsionis, ibidem.
Epilepsia curatio in tenui vicitu, purgatione, & vena sectione, & ijs quibus paralysis curatur, 22.
Epilepsia cauterium cernici in suum mirum in modum proficuum est, nec non Panier radix collo appensam in pueris, 23.
Exkluois est sincope seu letargo, hoc est preceps virium lapsus, 85.
Erucapinorum venenata sunt, eiusdem cum Cantharidibus facultatis, habent eadem symptomata, eademque poscent remedia, 282.
Exanthemata sive pustula sunt corporis parua tubercula, neque ullus locus est in corpore quem non inuadant, 275.
Exanthemata que vulgo Galli Sarampieu vocant, sunt macula parne pulicibus similes, aliàs rubra, aliàs nigra in pestilentibus coniunctionibus frequentes, 276.
Exanthemata que vulgo Galli vocant Pourpre, à solo sanguine feruente & bilioso, ibid.
Exanthematum causam non à sanguine menstruo gigni contra Gordonium, ibid.
Exanthematum symptomata sunt faciliter cognitu praterquam à specie humoris ex quo procedunt, 277.
Exanthemata epidemica, mala, ibid.
Exanthematum curatio celebratur per venae sectionem in grandioribus, & perscrificationem surarum, 278.
Excretorum symptomatum causa, 799.
F.
FAcultatum naturalium lesarum causa, 792. earundem symptomatum cause, 798.
Famil

I N D E X.

- Famis & siccis causa, 712. & seq.
 Faecium musculi, 867.
 Febbris est calor preter naturam totum corporis infestans & actiones ladens, 227.
 Febris tria summa genera; Ephemera qua in spiritibus residet, putrida qua in humoribus, helica qua in partibus solidis, ibid.
 Febris qua ab humoribus, alia intermitte, alia continua, 228.
 Febris continua cum accessione terminatur, ibid.
 Febris illius continua tres species Acmaistica, Paracmaistica, & Epacmaistica, ibidem.
 Febres continuæ pures vel sunt cum exacerbationibus, & remissionibus, vel unicâ finiuntur, ibid.
 Febres intermitentes vocantur qua cum horrore & rigore redeunt, vel frigore extremonum, 240.
 Febres noctis sunt in unoquoque genere etiam in compositis ut in Hemorrhao, 242.
 Febres composite sunt cum intermittentis intermitenti, vel continua intermitenti miscetur, 244.
 Febris Thiphodes est fumosa & vrens cum secoris inflammatione, 245.
 Febris Crypnodes seu algida ex pulmonis inflammatione, ibid.
 Febris syncopalis cum ager frequenter in syncopem labitur, 246.
 Febris erratica sit propter multos humores irordinatos, & periculosa statuitur, ib.
 Fel. Pardi venenatum, & curatio, 286.
 Fel. vipera, & remedia, ibid.
 Fel. canis: piscis venenatum septem diebus perimit; curatio, ibid.
 Fluoris muliebris est affectio veteri in qua semper aliquid ab uero distillat, quod superplurimum album est, 212.
 Fluoris muliebris causa à prava victus ratione, ibid.
 Fluoris muliebris causa difficile tollitur si diutius morbus perseverauerit, ibid.
 Fluoris muliebris curatio in victu & remedis exsiccantibus, ibid.
 Frigida intemperie causa, 732.
 Frontis substantia musculosa, 864.
 Fungus est venenum strangulatum, 288.
 Fungi curantur cum antidotis quorum precipua sunt pira, & vino in quo feretur pipex, & alijs, ibid.

G.

- G**argareo est pars fungosa oblonga. pyramidis modo à palato properdens, ad vocis modulationem & aeris emendationem, 929.
 Gargarismata prescribuntur ad oris faciūmque affectus, 392.
 Gargarismata cruenta in orchopneūcis, & fluxione vexatis, ibid.
 Gargarismatis exempla, ibid.
 Garum est liquamen ex piscibus & carnis sale conditis, 794.
 Glaucoma & eius remedia, 41.
 Gonorrhœa est involuntarium & continuum seminis profluvium, 193.
 Gonorrhœa malum est valde raro, nec ab autore visum, ibid.
 Gonorrhœa curatio præcipue ex victu & topicis astringentibus lumbis admotis, 194.
 Gonorrhœa nec venæctioni, nec cathartica est locus, ibid.
 Gustus laeti causa, 761.
 Gypsum venenum est strangulatum in star fungorum; & remedia, 289.

H.

- H**æmorrhoides sunt vena que tumet in ano & sanguinem fundunt, 134.

I N D E X.

- Hemorrhoidum causa præcipue sanguis melancholicus,* 135.
Hemorrhoidū curatio sita est in vietū cōgruo, purgatione, & vena sectione, ibid.
Hemorrhoides si nimium fluant reprimēda, nec parcendum igni, vel ferro, ibid.
Hemorrhoidum curatio & remedia, 136.
Hemorrhous animal venenatū quod quo momordit in sanguinis fluxum proritat, oculis, gingivis, et unguum radicibus effluentem, 303.
Hectica est febris continua solidas corporis partes occupans, 249.
Hectica febris finitur in marcorem, ibid.
Hectica signa sunt eadem quaē siccitatis extrema & calidæ intemperatūra, 250.
Hectica prognosticum, & curatio, 251.
Hemicrania est dolor capitis medianam partem occupans, vel partem aliquam parnam, 3.
Hemitritaus est febris composita ex tertiana intermitte & quotidiana continua, cum duabus accessionibus simul vel distincte uno die p̄mens, altero vero unā solum cāque leniori, 244.
Hemorrhagia causa varię, & eius curatio, 43.
Hepatis debilitas ab intemperie & obstruzione fit, 137.
Hepatis debilitatem valde iuuat hordei tremor & amigdalarum, 138.
Hepatis debilitatis curatio & remedia, 140.
Hepatis obstrucción dolorem habet in hypochondrio dextro, ibid.
Hepatis obstrunctioni prescribuntur purgationes & alia remedia externa, 143.
 & seq. copiose.
Hepatis inflammatio à calore & copia sanguinis, 148.
Hepatis inflammati curatio, 149. & seq.
Hepatis schirrum à crassissimis que hui- moribus, 153.
Hepatis schirro metu est hydropis vil Marasmi, ibid.
Hirudo animal venenatum quod interdū fauibus barens & sanguinem sugens eget expulsione que fit lixiuio cum mi-riâ & similibus admixtis, 291.
Hirundo prescribitur ad Epilepsiam, sed in puluerem redacta, 21.
Horror febrilis est leuinscula & inquali- cutis agitatio à frigido humore sub cor- poris habitu contento, 267.
Humeri musculi & ligamenta, 871.
Hydropistres species Ascites, Timpani- tes, et Anasarca, seu Leucophlegma- tia, 155.
Hydropis omnis generis curatio, 158. & seq. copiose.
Hyoscyamus herba venenata, eius cura- tio, 286.
Hysterotomatoxia, id est sectio qua fit in parti Casareo ubi moriens fætus aut viuus nullo modo potest exire, 369.
- I.
- I** Cterus ad hepatis obstrunctiones vel in-temperies sequitur, nec alias causas habet, 145.
I Cterus niger causam in liene sibi adsciscit, vt Icterus in hepate, 146.
I Cteri curatio ex rebus calorem temperan- tibus, & aperientibus obstrunctionis, ib.
I Ctero non cōducunt vermes terreni, ib., nec cornu unicornij aut cervi, 148.
I Cterum curat Galgula suscepta affectione cui medetur, ibid.
I cur est sanguinis officina & princeps pars ad dextram corporis partem suū, 914.
I Ileus atrocissimus ventris dolor, sic dictu à circumvolutione, idèo Latini Volnū vocant, 126.

IN DIEM X.

- Ilei causæ tres, inflammatio intestinorum,
obstructio à crassis excrementis, & ca-
sus intestinorum in scrotum, ibid.
Ileum cordapsum appellant ob intestinum
ad corda similitudinem circumvolutum:
in qua affectione fit vomitus excremen-
torū ex quo appellatur miserere mici,
127.
- Ilei curatio, 128.
- Ilei præcipua remedia, primum aqua fri-
gida potus, alterum minus approbatum
est viri vel follis fistula insufflata ad in-
testina explicanda, tertium plumbus
globulus, 229. & seq.
- Incubus definitur affectio in qua agri vi-
denter suffocari, 25.
- In ubi cause & remedia, ibid.
- Intestina ab extremo ventriculi orificio ad
pedicem continent ulnae Italicas qua-
tuordecim & dimidiam, 913.
- Intestinorum diuisio in gracilia & crassa,
ibid.
- Intestina præcipue facta sunt ut chilum in
stomacho confectum magis perficiant &
excrementa ciborum demittant, 914.
- Involucrum cordis est membrana innoluē
totum cor cum eius auriculis instar ar-
enæ. Duplicem ubique facit Columbus
contra Vesalium, 929.
- Ischuria quid sit & à quibus causis 802.
- In lepi prescribuntur ad preparandos hu-
mores, temperandum ardorem febrilem,
& ad somnum quandoque, 384.
- Ixia est lachryma Chamaleontis albi, ra-
dicibus agglutinata: quam Sanchez nō
reperit in Chamaleonte nostro, sed in
radicibus Carlina virtusque, 287.
- Ixia curatio, ibid.
- L.**
- Accoagulatum ponitur inter vene-
nata ratione strangulationis: cura-
- ti fit vomiti, calefacientibus, vitando
salsa, 290.
- Laringus musculi duodecim proprij, oculo
communes, 869.
- Lassitudinis cum symptoma est definitio,
eiui species, & cause, 789.
- Lepus marinus est pisces venenatus infer-
odorem tetrum, vomitum biliosum, ver-
tiginem, & alia symptomata: prodest
Theriaca Diatessaron tribus diebus
pota, 292.
- Lethargus definitur tumor meningum au-
substantia cerebri à materia frigida pu-
rente, 13.
- Lethargi causa est humor pituitosus, ibid.
- Lethargi note: somnus profundus, obliuio,
amentia, torpor cum febre continua, &
respiratione languida, ibid.
- Lethargus morbus difficultis curatu in sensi-
bus, & in eo fluxus alui incurabile mor-
bum efficit, ibid.
- Lienis affectus sunt imbecillitas, obstru-
ctiones, inflammationes, sobirri, & tu-
mores duri, tandem Enterus & Hy-
drops, 163.
- Lienis affectiones significantur ex hypo-
condrio sinistro intumente, & colore fa-
ciei plumbeo, ibid.
- Lienis affectionum curatio, 164.
- Lien est corporis parsita ad sinistrā ven-
triculi sedem: ventriculo alligatur per
venas & arterias, 916.
- Lienteria est cum cibi incolti & intran-
mutati per ventrē fluunt continuè, 117.
- Lienteria succedens hydrops & marcor,
morbus facit curatu impossibilem, ibid.
- Lienteria ructus acidus bonum signum ex
Hippocrate, ibid.
- Lienteria curatio, ibid.
- Ligamentum obivissimum sensum habet, ne con-
tinuo morte in dolescat; & ne exsiccetur,
humore viscose oblinitur, 863.
- Ligamentum est pars corporis que coniug-

I N D E X.

- git ossium coarticulationem & muscularis
 substernitur, 860. *Manus & digitorum musculi,* 881.
Lingua scabra ex siccitate & calore in ar-
dentibus febribus, 274. Lingua mus-
culi, 867.
Lingua scabritiem curant humectantiae be-
nientia, & abstergentia in gargaris-
mis, ibid.
Lipothimia, seu auto luxuria, est idem cum
syncope, cuius causa est à defectu spiri-
tuum subito in toto corporis habitu, 85.
Lumbricis obnoxii sunt pueri & gulosi, &
senes aliquando ob debilem calorē, 130.
Lumbricorum triplex genus nimiram ro-
tundi & lati qui sunt rariores, non cre-
dit Sanchez posse fieri ex interiori inte-
stinorum tunica in animal conuersa con-
tra Aetium & Paulum: terria lumbrici-
corum species vocatur Ascaridū, 131.
Lumbricorum curatio, 132. & seq.
Lypiria febris est symptomatica ab Eris-
pelate ventriculi in qua interna vruntur,
externa frigene, 245.
- M.*
- M**agne ponit inter venena, 291.
Mammæ ad foetus nutritionem fa-
cte constant glandulosā substantiā, 924.
Mandragora inter venena reponitur, cu-
ius precipua symptomata sunt somnus
profundus, & veternum, 286.
Mandragora valde conducit theriaca,
& larga vini potatio, acetique olfa-
ctus, ibid.
Mandragora antidotum est eiusdem ra-
dixit quod cum pane & sale deuorata,
hobilem.
Manna Calabrina est Afrorum inuen-
tum, & nos aetens ex quo inditur vis
purgatrix; eiusdem dosis, 319.
Manna Calabrina adulterium sit scam-
paneo, ibid.
- Mannæ electio & preparatio, 441.*
Manus & digitorum musculi, 881.
Maxillæ Musculi, 865.
Meconium venenum est succus papaveris
quod veternum inducit cum perfusione
& pruriitu, 286.
Meconij curatio, ibid.
Mediastinum ex membranis intercipien-
tibus thoracis cauitatem consistit, que
thoracem per medium dividunt, 927.
Medicamentorum applicatio Pharmaco-
pœis scitu necessaria, 360. & sequ.
Medicamentorum preparatio, & electio,
433. & sequ.
Melancholia definitur desipientia sine fe-
bre, ab humore melancholico, cum meu-
& tristitia, 26.
Melancholie & manie diuersitas, 27.
Melancholie species, cause, curatio, & re-
media, 27. & sequ.
Memoria inminutæ aut perdedita ut plu-
rimum prouenit à frigidâ & humidâ
causa, ysdemque remedijs curatur qui-
bns Lethargus, 150.
Memorie perdedita comenit confusio a-
nacardina, 16.
Memoria perdeditæ curatio, ibid.
Meninx dura & tenuis sunt cerebri inno-
lucra, seu membrana, 935. & seq.
Mensum retentio cessat at plurimum an-
no quadragesimo, 204.
Mensum retentio ob uteri intemperiem
& venarum obstructiones, & malam
conformationem, ibid.
Mensum retentione fœdi colores proue-
niant & plerique alijs morbi, 205.
Mensum retentionis curatio, 206.
Mensum immoderatio ex simpria sui-
guine & nimium tenui, & venarum ap-
pertione, uterique imbecillitate, 208.
Mensum immoderationis curatio, 209.
& sequ.
Mesenterium Latinis. Lactes est mew-

I N D E X.

- brana pinguis ex venis meseraicis con-
stans, & alijs partibus, & est veluti
vinculum intestinorum, 914.
- Mirobalanorum quinque species, electio,*
& preparatio, 438.
- Methridati variæ descriptiones,* 517.
- Mæstitia longo tempore persuerans, me-*
lancholicum denotat, & cur, 791.
- Morborum tempora Crisium cause,* 669.
- Morbus in declinatione nusquam inter-*
ficit, 674.
- Morbi partium similarium,* 685. & sequ.
- Morbi instrumentales in quatuor genera*
diuiduntur, 692.
- Morbi genus commune est solutio unita-*
ris, 695.
- Morbi vix sunt ab odore,* 696.
- Morbi magnitudinis, figura, & similes,*
non ad similarē pariem pertinent ut
similaris, sed vt organica, ibid.
- Morbi contigitatis sine nexus,* 697.
- Morbi in forma non probantur, ut neque*
sanitas, 698.
- Morbi essentia & formæ similarium con-*
sistunt in ipsa temperie, ibid.
- Morbi meatuum reducuntur ad densum,*
& morbi ampliationis ad rarum aut ad
crassum & tenue, 699.
- Morbi à sola intemperie sine materia de-*
sinunt in morbum humoralem aut ma-
teriale, ibid.
- Morbi convulsionis & Emprostotonos,*
Opistotonos, & Tetonos, & Epilepsia
sunt aliquando ab intemperie sola sine
materia, sed vt plurimum cum mate-
riâ, ibid.
- Morbi ventriculorum cerebri recte ab*
Asclepiade reducuntur ad laxum aut
astrictum, de quo non considerauit satis
Galenus, 700.
- Morbus non curatur nisi causa cognita*
sit, nec pars sanatur cuius constitutio
ignoratur, ibid.
- Morbi qui parti principi impedimentum*
tantum afferunt, non morbi, sed mor-
borum causa dicuntur, 701.
- Morborum quatuor genera in partibus*
instrumentalibus, in magnitudine par-
tium, numero, situ, & figurâ, ibid.
- Morbi pedum in figura qui lati sunt &*
extorsum deflexi & Pansæ dicti, aut
Planæ quibus nulla cauitas sed plana
superficies dicuntur arbitrio Gracis ex
Galenô, 702.
- Morbi nativi, & accidentales qui sint,*
ibidem.
- Morbus non parit morbum sed sympto-*
ma; & morbus non sequitur morbum,
sed causam morbi, 703.
- Morborum causas non morbos continen-*
tia & contenta esse dicenda, 705.
- Morbi spirituum à tribus dependent, con-*
tinentibus, contentis, & impetum facie-
tibus, ibid.
- Morbus numeri non est vesica calculus*
contra Galenum, 707.
- Morbi in numero exigit ut pars qua*
membrum constituit desit, aut superfit,
708.
- Morbi obstructionis in vito cauitatis*
naturalis, 704.
- Morbus ex mala continentium, conten-*
torum, aut impetum facientium consti-
tutione, 705.
- Morbi in numero,* 706.
- Morbi in magnitudine,* 708.
- Morbi unionis occulta & manifesta,* 710.
- Morbi contigitatis ad solutionem unio-*
nis referuntur, 711.
- Morbi curatio nihil aliud est quam cau-*
se ablatio quæ semper per contraria fit,
716.
- Morbi causa quadruplex,* ibid. Causa
quæ morbum auget vel fuet minus pro-
priæ causæ dicitur, ibid.
- Morborum cause Procatarrhiciæ seu pri-*

I N D E X.

- mitiue, seu externe sunt que extra corporis posita morbum in eo pariunt, 718.
- Morborum causa antecedens est que morbum sicut & angit, ibid. Et ea qua in corpore latens nondum morbum perire, sed parata est parere, ibid.*
- Morborum causa continens vocatur à nonnullis coniuncta, & proxima seu immediata, ibid.*
- Morborum causam continentem Galenus astruxit, 719.*
- Morborum causa dividuntur in quatuor intemperies, 724.*
- Morbi siccii cause, 732.*
- Morborum humidorum cause, 733.*
- Morborum instrumentariorum cause, 734. & seq.*
- Morborum in numero causa, 738.*
- Morborum in magnitudine causa, 739.*
- Mithridatij varia descriptiones, 517.*
- Musculus est voluntarij motus proprium instrumentum ex pluribus varijsque partibus, 861.*
- Musculorum constructio ex equali nervorum, & ligamentorum fibrarum portione secundum Vesaliū, ibid.*
- Musculi denominatio à mure cuius capit is effigiem, ventris, & caudæ refert, ibid.*
- Musculi fibris adhæret pinguedo ex Vesalio, ibid.*
- Musculi tibia, poplitis, femoris, & pedis, 888. & seq.*
- N.*
- N**Apellus herba admodum venenata varia symptomata excitans, præcipue liuorem corporis, & tumore ipsius. Curatio, 287.
- Natrix serpens venenatus dictus Hydrus alias Chersydrus in aquis degit. Curatio similis vipere, 303.*
- Nasi alarum musculi duo in qualibet ala, 865.*
- Nausea morbus reponitur ad Analixiā, eadēmque remedia ipsi conueniunt, 98.*
- Nerium stirps venenata, alias Rhododendrum solā umbrā nocens, angustias & inflammationem excitans ingestum, & eius cura, 285.*
- Nervi sunt organa sensus & motus ad deducendos spiritus animales, 607.*
- Nervi componuntur triplici substantiā quemadmodum cerebrum à quo oriuntur, medullā inferiori, deinde meninga durā, & tenui, ibid.*
- Nervi molles magis ad sensum facti sunt: duri ad motum, ibid.*
- Neruorum numerus comprehendit processus mamillares ad olfactum deserventes, ibid.*
- Nicotiana mammarum fissuras sanas & lumen superimposita, & lac coeret, 364.*
- Numerorum commendatio, 612. & seq.*
- O.*
- O**Culi tunicae quatuor, 758.
- Oculi humores tres, ibid.*
- Oculorum symptomatum causa, ibid.*
- Oculorum structura, 941.*
- Oculorum ulcera & remedia, 38.*
- Oculorum cicatrices, & albugina, ibid.*
- Oculorum sigillatio, & remedia, 39.*
- Oculi musculi sunt septem iuxta Vesalii, 865.*
- Odoratus lesi cause, 761.*
- Omentum est quasi bursa quadam membranæ, &c. 913.*
- Ophtalmia est inflammatio oculi constricta, 33.*
- Ophtalmia causa, curatio & remedium, 34. & seq.*
- Opiata quid sit, 395.*
- Opiata difficultas structura & compositionis, 515.*
- Opiatarum præcipua Mithridatum, 516.*

I N D E X.

Opiata Cyphi dictę descriptio,	518.	Paralisis causa & signa, ibid & 780.
Opiata Mithridatis conficiende modus, duratio, & repositus,	521.	Paralisis curatio & remedia, 19.
Opiata dicta confessio Hamec,	522.	Paralisis motu priuat, torpor diminuit, 778.
Opiata Diaœna,	526.	Paralisis sine motu symptomata, 779.
Opiata Indum manus,	529.	Paraphrenitis seu Paraphrosyne sumitur pro leui delirio ex internalis repetete, 10.
Opiata vocata confessio Alchermes,	533.	Parotides & earum curatio, 46.
Opiata Catholiconis,	537.	Partus difficilis curatio, 219.
Opiata Diaphœnicum dicta,	ibid.	Pastinaca marina pisces est venenatus, eius symptomata, & curatio, 300.
Opiata Benedicta laxativa dicta,	539.	Penis ulceris curatio, 195.
Opiata Diaprunum simplex & compositum,	542.	Penis carunculae curatio, ibid.
Opiata Hierae Picra Galeni & Hierae Logadion,	544.	Penis & vesicae cervicis musculi, 886.
Os est terrenum quid in corpore ad funda- mentum & basim ipsius,	927.	Peripneumoniae cause & remedia, 61.
Oscordis fictitium est,	845.	Peritonem est abdominis membrana qua intestina inuestiuntur, 910.
Os scapula, humeri, & claviculari, 846.	846.	Pessi est remedium ad varios uteri affectus,
Ossium partes,	928.	404.
Ossium articulationes,	831.	Pestilentis febris definitio, signa, cause, & curatio, 246. & seq.
Ossa capitis,	832.	Phalangia animalia venenata quorum sex genera, 298.
Ossa superioris maxilla, anris, maxilla inferioris, & dentium,	839.	Phalangiorum symptomata, & curatio, ib.
Ossa dorse,	842.	Pbleogomia aperta venâ quoquis humores euacuat, 331.
Ossa thoracis,	843.	Phlebotomia remedium cōmendatur, 332.
Ossa cubiti,	849.	Phlebotomia quibus imperetur, 335.
Ossa brachialis & postbrachialis, digitorū, & sesamoidum,	850.	Phlebotomia in magnitudine morbi & vi- rium robore tantum imperatur, 337.
Ossa coxae, femoris, tibiae, & pedis,	853.	Phlebotomia quantum sanguinis detrahere permittat, 340.
Ossium numerus,	858.	Phlebotomia tempus, 343.

P.

Pælebra superiori tantum sunt mu- sculi, cū inferior non moueatnr,	861.	Phlebotomia quando imperetur, & ex qua vena, 349.
Palpitatio flatus est crassus arcto quodam loco contentus, perspirationem non ha- bens, 297. Est motus inuoluntarius, ib.		Phlebotomia diametri obseruandi, 351.
Pandiculatio quid sit,	778.	Phlebotomia reuulsionum modi, 353.
Pandiculationes quando sint symptomata,	789.	Phlebotomia celebrande methodus chyrur- gica, 357.
Paralisis est medij corporis resolutio, in qua sensus & motus pereunt,	18.	Phrenitis definitur crisi pelas cerebri vel meningum, 10.
		Phrenitidis causa & symptomata, ibid.
		Phrenitis lethalis morbus præcipue si cum

I N D E X.

- studio fiat, ibid.
Phrenitidis curatio, 11. & 12.
Phrenitici omnes fere alimenti defectu per-
reunt, 12.
Phreniticis animalia dissecta & applicata
fronti vel brematini nullius esse auxili ex-
perimento comprobatum, ibid.
Phthisis causa varia, & curatio, 62.
Physiognomia est ars qua hominum humo-
res externis corporis delineamentis de-
clarantur. Philosophicis, 35.
Physiognomia variarum gentium, Phil. 37.
Physiognomia Zopyri. Phil. 39.
Physiognomia temporum, ibid.
Pica est absurdorum alimentorum deside-
rium, 98.
Pilularum variae descriptiones & exami-
na, 667. & sequentibus copiose.
Pleuritidis symptomata, 65.
Pleuritidis remedia, 68.
Polypodij electio, 444.
Potiones cardiacae sunt quae roborant cor;
earum exempla, 383.
Potiones catharticae sunt quae purgant va-
rios humores; earum exempla, 386.
Potiones sudorificae sunt quae excitant su-
dores, 387.
Potiones somniferae sunt quae excitant som-
nos, ibid.
Potiones vomitoriae ad vomitum irritan-
dum; earum exempla, 389.
Preparatio medicamentorum fit coctione,
lotione, infusione, & trituratione, 434. & seq.
Preparatio medicamentis catharticis pra-
cipue debetur, 436.
Preparatio medicamentorum simplicium,
437. & seq.
Preparatio medicamentorum purgantium
violentorum, 442.
Priapismus gracis aduelatio est symptoma
depravati motus & quasi penis conun-
fio, 196.
Priapismi causa est flatum multitudine pe-
nem distendens, eius curatio, ibid.
Pterygium membrana est oculi coniuncti-
ne adherens, huius causa & curatio, 37.
Pulmo est viscus in thorace contentum ad
excipiendum aerem filis modo, aeris
& fungos a substantia praditum, 929.
Pulsus fit a corde & arterijs ad calorem
natiuum enentilandum, 588.
in Pulsu fit motus elevationis & depresso-
nis, ibid.
Pulsus arteriam distendit in omnem di-
mensionem, 591.
Pulsus duo contrarij motus sistole & dia-
stole vocati, 593.
Pulsus habet quietem inter duos iactus, 594.
Pulsus vermiculans & formicans, 596.
Pulsus in viris robustior quam in mulieris-
bus, 598.
Pulsus cause facultas arteria & calor
599.
Pulsifica facultas, 600.
Pulsans vis an sit pars facultatis vegeta-
tiae, 603.
Pulsare non est in nostra facultate, scire
non pulsare, 605.
Pulsifica vis motum accipit a cerebro, 606.
Purgatio propriè dicitur cum prauis hu-
mor per os vel per ventrem egeritur,
305.
Purgans medicamentum proprietate, tra-
hit humorem, 306.
Purgandi modi, 307.
Purgantia omnia sunt nature infensa, 309.
Purgationum observationes apud Hypo-
cratem, 310.
Purgantia fortissima extremis morbus im-
perantur, 311.
Purgantia medicamenta per partes supe-
riores aestate, per inferiores hyeme pro-
pinantur, 312.
Purgantia in paroxysmis non sunt exhibi-
benda, 314.
Purgationem preparatio debet antecede-

I N D E X.

<i>re,</i>	315.	<i>Ramicum omnium curatio,</i>	202.
<i>Purgationem qua sequantur,</i>	316.	<i>Ranunculus inter herbas venenatas voca-</i>	
<i>Purgationes non multitudine estimanda,</i>		<i>tur sardonica herba : remedia,</i>	285.
317.		<i>Raucedinis remedia,</i>	53.
<i>Purgationi que precautiones requirantur,</i>	318.	<i>Renum calculus incipit in ipsis renibus,</i>	
		<i>augetur in vesica ex sententia Fernelij,</i>	
<i>Purgantia simplicia quedam valde beni-</i>		173.	
<i>gna,</i>	319. & seq:	<i>Renum calculus gigintur in vesica,</i>	ibid.
<i>Purgandi quo suis humores methodus sin-</i>		<i>Renum calculum denonant renum dolor</i>	
<i>gularis,</i>	323.	<i>continuus, grauis aut perforans, vomi-</i>	
<i>Pus sub cornea, & eius remedia,</i>	40.	<i>tus pituitosorum, stupor cruris,</i>	174.

Q.

<i>Q</i> uartanę continua definitio, signa, causa, & curatio, 238. & seq.	<i>R</i> enum calculis remedia eadem sunt atque hepatitis sehyrris, 175.
<i>Q</i> uotidiana continua definitio, signa, causa, & curatio, 237. & seq.	<i>R</i> enum calculi curatio, 176.
	<i>R</i> enum calculus iument decoctā sudorifica

R.

R amex sine hernia multas habet Species,	200.	cruenta,	179.
Ramex à flatibus dictus Reumatocele cù scrotum distenditur flatibus,	ibid.	Renum abscessus & inflammatio eadem tremedia requirunt, nisi quod maioribus eget detergentibus,	ibid.
Ramex aquens sit ab humore Hydrocele,	ibid.	Renum inflammationis remedia,	180.
Ramex à carne vocatur Sarcocele cùm carne tumet testis,	ibid.	Renes cerosum recrementum expurgant,	918.
Ramex intestinorum Enterocèle,	ibid.	Ren dexter elatior est sinistro, & curv,	ibid.
Ramex omenti seu omentalnis Epiplocele,	201.	Renes sinus habent in medio in quo sanguis à cero separatur,	ibid.
Ramex omenti & intestinalis Epiploente-rocele,	ibid.	Ren habet duas tunicas propriam & communem à perythonæo,	ibid.
Ramex varicosus ab humoribus frigidis & crassis in vasæ seminaria descendantibus Circocèle,	ibid.	Ren quiliber habet neruum tenuissimum in tunicam propriam diffusum,	919.
Ramex inguinalis cùm ad inguem apparet humor Bubonocele,	ibid.	Renis urinarius meatus est tanquam vena quadam qui per renis substantiam transiens deorsum descendit ad vesica latutus,	918.
Ramex cùm ad umbilicum tumor descendit Omphacèle,	ibid.	Renum venæ & arteriæ,	ibid.
Ramex qui guttur afficit, & in tumorem atcollit Bronchocèle,	ibid.	Rhabarbarum bilem euacuat, infarctus liberat, & ventriculum roborat,	320.

I N D E X.

- Rhabarbari preparatio & dosis, ibid. Scientia impugnatio ex Dialecticorum
 Rigor est violenta corporis concussio, 267. fallacij. Phil. 85.
 cum frigoris sensu doloroso in corporis Scientia impugnatio ex eo quod falsum
 habitu, 783. sit demonstrationem scientiam parere.
 Rigore correpti cum frigent nec rursus ca- Phil. 87. & seq.
 lefunt male se habent & grauiissime af-
 fliguntur, 268. Scientia non est multarum rerum cumulus
 Rigor in non intermittente febri, virtute in mente. Phil. 89.
 debili, lethalis, ibid. Scientia non est recordatio contra Plat-
 Rigores sexti diei difficilis iudicij, ibid. nem. Phil. 90.
 Rigoris curaio, & varia causa, 269. Scire animam ineptum afferere. Phil. 91.
 Rigoris durationis causa in initis febrium Scire, & rem per causas cognoscere idem
 & in Crisibus, 783. & seq. esse falsum est. Phil. 92.
 Rigoris varia causa, ibid. Scientia impugnatur ex occasione dissen-
 Rubeta est rana lethifera mictu vel sa- sionum in opinionibus. Phil. 93.
 linu inficiens, eius symptomata & cu-
 ratio, 292. Scientiam supponimus eorum qua ignora-
 mus. Phil. 94.
 S.
S Alamandra animalis venenati cura-
 tio, 282. Scientiarum divisionis causa. Phil. 95.
 Sanguinis mictus vel est à pene, vel vesica
 vlcere, 181. Scire verum, est naturam rerum primum
 noisse, deinde accidentia, ibid.
 Sanguinis mictus à vasis spermaticis exca-
 lefactis & debilitatis, ibid. Scientia una perfecte sine alijs sciri nequit.
 Sanguinis mictus ab ureteribus lapide sco-
 riatis, ibid. Phil. 96.
 Sanguinis mictus à renibus inflammati
 vel vlceratis, vel labefactatis, & san-
 guinem retinere nequeuntibus, ibid. Scientia impugnatio ex corruptione idio-
 Sanguinis mictus signa, 182. matum. Phil. 101.
 Sanguinis mictus curatio varia pro varie-
 tate cause, ibid. & seq. Scientia nostra cognitio tota à sensu est.
 Sanguinis Taurini curatio, 289. Phil. 102.
 Sanguinis menstrui curatio, ibid. Scientia inconstans petita ex rerum mu-
 Sanguinis evacuatio in crisi diuersis mo-
 dis, 683. tatione perpetua. Phil. 105.
 Sanguinis spuui causa, & remedia, 56. Scientia Dei que. Phil. 106.
 Scammonij electio, & preparatio, 443. Scientia causæ colorum. Phil. 107.
 Scapula musculi, 871. Scientiam facultatum animæ solus Dem
 perfecte habet. Phil. 109.
 Scientia impugnatio ex modo definiendi
 difficiliori ipso definito. Philosoph. 83. Scientia non habetur per syllogismos, &
 per sensus plerumque fallax. Philosoph. 112.
 Scientia Pyrrhoniorū vulgaris solum apud
 Phylosophos. Phil. 115.
 Scientia Pyrrhenia argumenta adducun-
 tur. Phil. 118. & seq.
 Scientiarum varij scopi. Phil. 122.
 Scientia syllogistica quid sit. Philosoph. 126.
 Scientiam nihil inuant libri. Phil. 130.

I N D E X.

- Sciecijs inimicissima pertinacia. Phil. 131
 Scientiam est nescire, ad proprietatem occultam recurrere. Phil. 132.
 Scientia esse oportet vel bellus. Phil. 133.
 Scilla electio, 444.
 Scolopendra curatio similis ei qua muri araneo. adhibetur, 299.
 Scorpio animal venenatum notissimum, & eius curatio, ibid.
 Exsoloduroc est vertigo tenebricosa, alias vocatur Exnotrepa. 7.
 Secundinae retentio vel contingit quia fortiter utero adharet, vel quia debilis est uter, 220.
 Secundinae retentioni prescribuntur putrefacientia in uterum, ibid.
 Serum lactis est purgans innoxium quod exhibetur tantum delicatulis, 321.
 Seri lactis dosis, ibid.
 Seri lactis electio, 441.
 Singultus est violentus motus ventriculi in quo se concutit ad excutienda qua in ipsis tunicis incident, sine qua in eius cauitate continentur, 100.
 Singultus fit per idiopathiam ab intemperie quavis, ibid.
 Singultus fit per consensum ab inflammatione partium nervosarum, ibid.
 Singultus ab inanitione perniciosus, 101.
 Singultus curatio & remedia, ibid. & seq.
 Stellionis curatio, 283.
 Sterilitatis tam maris quam foamine curatio, 222.
 Sterilitatis utriusque causa, ibid.
 Sterilitatis vietus, 224.
 Sterilitatis medicamenta vide in Capitibus De coeundi potentia, De mensu retenione, & uteri suffocatione, ibid.
 Sterilitatis probandæ ratio, 225.
 Sternutationis causa, 787.
 Struma, & earum curatio, 49.
 Sudor est evacuatio Naturalis appellata à Manardo, sed male, 260.
- Sudor definitur evacuatio cerosi sanguinis, aut humorum per cutem qui naturæ cōmodi non sunt, ibid.
 Sudor aliquando est eorum evacuatio qua naturam souent, & symptomaticus appellatur, ibid.
 Sudoris cause, signa, prognosticum, & curatio, 261. & seq.
 Sympathie & Antipathie exempla, Phil. 96.
 Surditas, & eius remedia, 48.
 Suffusio seu cathartica & eius remedia, 49.
 Symptomatum cause sunt morbi, 756.
 Symptomatum causarum alia est intemperies, alia mala conformatio, & tertia in solutione continui consistit, 758.
 Symptomatum sunt tria genera: primum corporis affectus, secundum functionum lesio, tertium quod hec ambo comitantur, 742.
 Symptomata lessarum actionum contingunt vel cum non eduntur, vel cum depravantur, vel cum aboluntur, 743.
 Symptomata facultatis animalis, vitalis, & naturalis, 744. & seq.
 Syncope est præceps omnium virium lapsus & magnus, quod additum ut differat à Lypothimia in qua est præceps sed non magnus casus, 85.
 Syncopes causa est spirituum vel resolutio, vel intus cohibitio, siue retrocessio, ibid.
 Syncopes signa sunt subitus casus & sensus omnis mortisque ablatio cum sudore frigido, 86.
 Syncope periculosa qua crudis humoribus fit & qua comitem inflammationem asciscit, ibid.
 Syncopes curatio, ibid.
 Syncopem curat Trallianus sanguinis missione contra Galenum, quod non probatur, ibid.
 Syncope febrilis siue symptomatica vehementissimum febrium symptoma, &

I N D E X.

- | | | | |
|--|-------------|---|-------------|
| plerumque lethale, | 254. | qua signa equirantur, | 646. |
| <i>Synochus impuris unica accessione finitur,</i> | | <i>Tempora morborum vel sunt uniuersalia,</i> | |
| estque febris à sanguine in maioribus | | vel particularia paroxysmorum, | 620. |
| venis concluso, | 231. | & seq. | |
| <i>Synochi impuris species tres: Homotona,</i> | | <i>Tendo est pars nervosa in quam musculi</i> | |
| <i>Epactastica, & Paractastica,</i> | 228. | <i>desinunt & partibus moti destinatis</i> | |
| <i>Synochi impuris signa, & curatio,</i> | ibid. | <i>inseruntur,</i> | 862. |
| <i>Synochus puris est febris continua vel con-</i> | | <i>Tenesmus definitur assidua & irrita ego-</i> | |
| <i>tinens dicta, qua nullam habet exacer-</i> | | <i>reendi cupiditas,</i> | 118. |
| <i>bationem,</i> | 233. | <i>Tenesmi cause,</i> | ibid. |
| <i>Synochi putris signa, prognosticum, & cu-</i> | | <i>Tenesmi remedia,</i> | 119. |
| <i>ratio,</i> | ibid. | <i>Tertiana continua signa, causa, & cura-</i> | |
| <i>Synochi putris symptomata,</i> | 234. | <i>tio,</i> | 234. & seq. |
| <i>Syruporum componendorum methodus,</i> | 385. | <i>Testium virilium musculi Cremasteri ap-</i> | |
| <i>Syruporum magistralium parandorum</i> | | <i>pellati,</i> | 864. |
| <i>methodus,</i> | 389. | <i>Therebintina in puluerem redacta datur</i> | |
| <i>Syruporum omnium examen,</i> | 547. & seq. | <i>calculo sis,</i> | 364. |
| <i>T.</i> | | | |
| <i>T</i> actus lesi cause sunt sparsae per to- | | <i>Theriace electio, preparatio, & composi-</i> | |
| rum corpus, | 763. & seq. | <i>tio,</i> | 485. & seq. |
| <i>Tarantula symptomata & curatio,</i> | 798. | <i>Theriaca species,</i> | 488. |
| & seq. | | <i>Theriaca descriptio,</i> | 489. |
| <i>Taxus arbor venenata umbrâ suâ noxia,</i> | | <i>Theriaca simplicium medicamentorum</i> | |
| eius curatio, | 285. | <i>examen,</i> | 490. & seq. |
| <i>Tempora morbi quatuor sunt, principium,</i> | | <i>Theriacales Trocisci,</i> | 508. & seq. |
| <i>augmentum, status, & declinatio,</i> | 620. | <i>Theriace componendae methodus,</i> | 511. |
| & seq. | | <i>Theriaca conservatio & duratio,</i> | 512. |
| <i>Tempora morborum vel sunt uniuersalia</i> | | <i>Theriaca probatio,</i> | 513. |
| <i>vel particularia paroxysmorum,</i> | ibid. | <i>Thoracis musculi & ligamenta,</i> | 876. |
| <i>Tempus morborum lethiferum est augmen-</i> | | <i>Tremor definitur motus inordinatus par-</i> | |
| <i>tum aut status,</i> | 621. | <i>tis organicæ mouere aut sustinere se vo-</i> | |
| <i>Tempus augmenti anticipatione accessionis</i> | | <i>lentis,</i> | 267. |
| <i>dignoscitur,</i> | 624. | <i>Tremoris causa debilitas virtutis partem</i> | |
| <i>Temporis augmenti longitudo, magnitu-</i> | | <i>mouentis,</i> | ibid. |
| <i>do, & mos morbi præter anticipationem</i> | | <i>Tremor à senio incurabilis,</i> | 268. |
| <i>significant,</i> | 627. | <i>Tremoris curatio à quacunque causa pro-</i> | |
| <i>Temporum morbi signa petuntur à coctio-</i> | | <i>ueniat,</i> | ibid. |
| <i>ne & cruditate excrementorum,</i> | 630. | <i>Tussis remedia,</i> | 54. |
| <i>Temporum morborum prænotionum diffi-</i> | | <i>V.</i> | |
| <i>cultas,</i> | 645. | <i>V</i> enarum enumeratio, | 894. |
| <i>Temporum morbi præcognitioni habenda</i> | | <i>Venarum omnium distributio,</i> | 895. |
| | | <i>Venarum fibra,</i> | ibid. |

I N D E X.

<i>Venę portę descriptio,</i>	896.	<i>ibidem.</i>
<i>Venę caue descriptio,</i>	899.	<i>Vesica vlerius signa sunt squamme & pel-</i>
<i>Venenatorum varia species,</i>	281. & seq.	<i>liculae quadam in urina,</i> <i>ibid.</i>
<i>Venena domestica,</i>	293.	<i>Vesica vleris curatio, & remedia;</i> <i>ibid.</i>
<i>Ventriculi debilitas dicitur cum ventri-</i>		<i>& seq.</i>
<i>culus tarde appetit & concoquit,</i>	91.	<i>Vesica fyllis situs, compositio, & usus,</i> 915
<i>Ventriculi debilitatis cause,</i>	<i>ibid.</i>	<i>Vesica situs, compositio, & usus,</i> 921.
<i>Ventriculi debilitatis curatio,</i>	92. & seq.	<i>Vesparum & apinum ictus eadem remedia</i>
<i>Ventriculi infistatio ob humores vel flatus</i>		<i>innant,</i> 297.
<i>copiosos,</i>	96.	<i>Vigilia, & somni causa,</i> 775.
<i>Ventriculi dolor ab intemperie cum mate-</i>		<i>Vespera morsu symptomata, & remedia;</i>
<i>ria aut à continuo solutione,</i>	<i>ibid.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Ventriculi inflammatio est humor à san-</i>		<i>Visus debilitas, causa, & curatio,</i> 43.
<i>guine solo aut bili commixto,</i>	98.	<i>Visionis laesa symptomatum causa,</i> 760.
<i>Ventriculi inflammationis cause & signa,</i>		<i>Vita quid sit. Philosophicus,</i> 4.
<i>ibidem.</i>		<i>Vitam qua siveant. Phil.</i> <i>ibid. & seq.</i>
<i>Ventriculi inflammationis curatio & re-</i>		<i>Vitam qua offendant, ibid. & seq.</i>
<i>media.</i>	98. & seq.	<i>Vita cum igne comparatio. Phil.</i> 4.
<i>Ventriculi cruditas est per quam ventri-</i>		<i>Vita nutritione defenditur. Phil.</i> 9. & 18.
<i>culus vomit aut ejicit alimenta omnino</i>		<i>Vitam habent corpora per animam. Phil.</i>
<i>aut maiori ex parte incocta,</i>	107.	<i>10.</i>
<i>Ventriculi cruditatis signa,</i>	<i>ibid.</i>	<i>Vita brevitatis & longitudinis causa. Phil.</i>
<i>Ventriculi cruditas qua sennum aut longos</i>		<i>11.</i>
<i>& difficiles morbos sequitur est incurra-</i>		<i>Vita confirmatio est sanitas. Phil.</i> 12.
<i>bilis,</i>	<i>ibid.</i>	<i>Vita fortuita causa non cadunt in scien-</i>
<i>Ventriculi cruditati qui victimus conueniat,</i>		<i>tiam. Phil.</i> 13.
<i>& eius remedia,</i>	<i>ibid.</i>	<i>Vitam producunt longissime plantae, &</i>
<i>Ventriculi retentivis facultatis sympto-</i>		<i>cur. Phil.</i> 15.
<i>matum causa,</i>	796.	<i>Vitam longiorem facit qui temperamentum</i>
<i>Ventriculi situs, compositio, & usus,</i>	911.	<i>& compositionem nouerit. Phil.</i> 17.
<i>Veratri utrinque signa, & curatio,</i>	293.	<i>Vita fundamentum est calor & humiditas</i>
<i>Vertigo definitur cum omnia in gyrum</i>		<i>ingenita. Phil.</i> 19.
<i>verti videntur,</i>	7.	<i>Vita praecipue causa,</i> <i>ibid.</i>
<i>Vertiginis causa,</i>	<i>ibid.</i>	<i>Vitam habent diurnorem que sunt ca-</i>
<i>Vertiginis signa,</i>	8.	<i>lida & humida. Phil.</i> 20.
<i>Vertigo Epilepsie prenuntia,</i>	<i>ibid.</i>	<i>Vitam habent breviorem que sunt contex-</i>
<i>Vertiginis curatio,</i>	<i>ibid.</i>	<i>turarissimo. Phil.</i> 21.
<i>Vesice inflammationis causa, signa, & cu-</i>		<i>Vitam producunt longius plantae oleagi-</i>
<i>ratio sunt eadem que inflammationis</i>		<i>nosa. Phil.</i> 22.
<i>renum,</i>	186.	<i>Vitam diurnorem habentia. Phil.</i> 23.
<i>Vesica calculus non curatur nisi sectione si-</i>		<i>Vita diurnioris sunt animalia voracio-</i>
<i>st magnus,</i>	187.	<i>ra. Phil.</i> 25.
<i>Vesica vleus plerumque à magno calculo,</i>		<i>Vita conservationi condicit ratio ambien-</i>

I N D E X.

- ris. Phil. 26. *Vterus cur aueretur, aut amplectatur odo-*
Vite diurnitati conducunt excreta & res nescitur, *ibid.*
retencta, & reliqua non naturalia. Phil. *Vteri suffocationis signa, curatio, &*
28. & seq. *remedia,* *ibid. & seq.*
Vite diurnitati vietus ratio qua condu- *Vteri prudentia ex visu facilissime patet,*
cant. Phil. 33. *nec non & sensu,* 216.
Vngium usus & substantia, 857. *Vterus alligatur perytoneo quod rumpi*
Vomitus est violentus motus ventriculi quo *nunquam contingit,* *ibid.*
seipsum concutit & comprimit ad ex-
cutienda ea qua in tunicis harent, aut
qua in eius cauitate continentur, 100.
Vomitus criticus an sedandus, 101.
Vomitus curatio, & remedia, 103.
Urina difficultas est cum libere non mingi-
mus, 190.
Urina difficultas prima dicitur urina ar-
dor, *ibid.*
Urina difficultas si sit cum nixu, dolore,
tardèque effluat dicitur duoxys, ibid.
Urina difficultas si fluat guttatum, stilict-
dium sine sanguine, 191.
Urina suppressio dicitur à Gracis οχεπίς,
ibidem.
Urina difficultatis cause, & curatio, 192.
Vteri suffocatio est cum mulieres ex utero
fere aut omnino suffocantur, 213.
in Vteri suffocatione ascendunt vapores
reti ad cor, ventriculum, & cerebrum
unde crebra suffocationis symptomata,
ibidem.
Vteri motus probatur ex Platone, & ex-
perientia dignoscitur, 214.
Vterus gaudet bonis odoribus, & malos
auersatur, *ibid.*
- 2.
- Y Oidi ossi musculi implantati, 868.

F I N I S.



